The image shows the spine of an antique book, bound in dark brown leather. The spine is decorated with five horizontal bands of intricate gold-tooled floral and scrollwork patterns. A central rectangular label, also gold-tooled, contains the title in capital letters. The book shows signs of age and wear, particularly at the top and bottom edges.

RBOYLE
TRACTAT
VARI



1. De Specificorum remedium concordia cum Corporeculari
Philosophia. (v)
2. Hydrostatica materia medica applicata. (u)
3. Observationes de Noctiluca aëria. (u)
4. Paradoxum Chymicum, de transmutatione Chymicorum
principiorum. (v)
5. De Ipsa natura.
6. De Summa veneratione Deo debita.
7. De Amore feraphyco.
8. De Excellentia Theologiae.
9. De stylo S. scripturae.



DE
SPECIFICORUM REMEDIORUM
CVM
CORPVSCVLARI PHILOSOPHIA
CONCORDIA.

Cui accessit DISSERTATIO *de Varia*
SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM
UTILITATE ET VSU.

Authore

ROBERTO BOYLE

NOBILI ANGLO, SOCIETATIS REGIÆ SOCIO.



COLONIAE ALLOBROGVM,
Apud SAMVELEM DE TOVRNES.

M. DC. LXXXVII.

1944
64



PRÆFATIO AUTHORIS.



EQUENTIS Tractatus origo, cujus sub initium mentio fit, non quid adeò fictitium erat, ut Lector fortè quispiam sibi persuaserit: at quamvis me reipsâ inviserit Medicus quidam solâ mihi famâ notus, eo omnino consilio ut sua contra Corpuscularem Philosophiam dubia proponeret, quæ multis mihi exposuit, quia tamen quæ propiùs in colloquio illo agitata sunt, paucis exponi nequeunt, non ægrè, credo, Lector feret, si scopum, metámque huic Tractatui propositam, hac præfatione indicavero. Monendus itaque inprimis es, amice Lector, non esse hîc expectandam, ut aliqui expectabant, præscriptionum *Remediorum Specificorum* congeriem; ex ipso enim titulo sat superque elucescit sequente Tractatu Philosophicam contineri speculationem, cum eò spectet, ut ostendat si *Specifica Remedia* dentur, ut dari quædam vero simillimum est, notas ipsâ experienciâ ipsorum virtutes cum corpuscularis, seu novæ, ut vocant, Phi-
* 2 losophiæ

PRÆFATIO AVTHORIS.

loſophiæ principiis concilia i poſſe , aut eadem certè non evertere, ſi eorundem operationes eorum ope dilucidè fortè explicari nequeant : atque ut ejuſcemodi ſequentis Tractatus agnoſcitur eſſe ſcopus, ita non tam *Medicum* hîc, quàm *Naturaliſtam* agere ſtatui ; cùm enim *Phyſica* obſtates ob latiffimum huius ſcientiæ objectum inſiſtè requirere debeant in rerum corporatarum naturam, Phænomenâque, neceſſe omnino eſt, artem medicam, hancque ſcientiam, licèt modo non eodem, finèque idem circa argumentum occupari.

Variz enim ſunt noxiæ, innoxizque humani corporis mutationes, quas *Naturaliſta* intuetur tanquam phænomena tantùm à cauſis naturalibus in corpore animalis producta, dum eaſdem conſiderat Medicus ut morborum ſymptomata, aut remediorum effectus ; inde enim ad veritatem inveniendam, hinc ad valetudinem recuperandam juvatur : ſed quia alibi peculiariter examine cognationem diſtinctionemque, inter diſciplinam quam *Naturaliſta*, eamque quam Medicus colit, huiuſce rei hîc mentionem non faciam : fatebor itaque potiùs potuiſſe me haud dubiè ſequentem Tractatum variè locupletare, ſi ex celeberrimi *Villifii* ſcriptis mutuari quidpiam voluiſſem, ſed præterquam quod ipſius lucubrations ad manum non erant, nullum volui ab ipſius notionibus præjudiciũ admittere : eaque eram in mente, non ingratum ei, ad quem ſcribebam, futurum, ſi reſciret quid res ipſa abſque alienâ ope mihi ſuggereret : nunc itaque obſervandum venit, licèt cò rectà ſequens

Tractatus

PRÆFATIO AVTHORIS.

Tractatus collimet ut corporum quorundam phænomena explicet, quæ ab usu *Medica* dicuntur, quóque modo ascriptos sibi effectus producere queant, speculationémque magis quàm praxim hæc dissertatio sapiat, conclusiones tamén inde ductæ, variæque ab industria hac, in qua degimus ætate, rerum hîc contentarum applicationes, practicum quoque Tractatum hunc reddere poterunt: sæpe enim animadverti, varia remedia, methodósq; etiam insignes, aut ne commemoratas quidem fuisse à Galenicis; eorumque recentioribus antagonistis, aut, si hæc fontè ab aliis propositæ fuerint, idcirco tantùm rejectas fuisse has methodos, remediáque, quod quo operarentur modo, prodesseve explicari non posset, cùm interim dedecet Medicum id adhibere remedium cujus operandi modum explicare nequeat; quantum detrimenti ægri patiantur à Medicorum adversus utile remedium præjudiciis ab eo conjici poterit qui examinare voluerit, quàm multæ prægnantes mulieres, qui verosimiliter phlebotomiæ usu servari potuissent, perierint, quòd adhibita ea non fuerit: quia scilicet hoc remedium Medicis autoritate Hippocratis commotis per multa sæcula displicuerat: quapropter si objectio contra remedia specifica ita solvatur, ut ostendatur fieri posse ut remedia specifica operentur modis mechanicæ Philosophiæ principiis congruentibus, licèt à vulgari Scholarum doctrinâ alienis; si hoc, inquam, Tractatus hic præstiterit, patentem is Medicis campum ape-

PRÆFATIO AVTHORIS.

ruerit, alliciétque Medicos, ad multorum remediorum usum, de quibus aut ne cogitârant quidem, aut quæ præjudicio quodam condemnârunt: cùm autem specifica si haberi possint, manifestam nullam alicujus domini virtutem prodant, reliquísque, cæteris paribus, remediis mitiùs operentur, omnino censeo futurum ut citiùs morbi faciliùs tutiùsque curentur, si revocentur ea ad usum, animentùsque Medici tum ad nova *advenienda*, tum ad *hactenus inventa adhibenda*: *Est aliquid prodire tenus, si non datur ultra.*

EDITORIS



EDITORIS PRÆFATIO.



Quædam, de quibus hîc agit, argumenta, obiter Author proponit in Libro inscripto, Vtilitas Experimentalis Philosophiæ, dudum edito, sed contigit ut dissertationem hanc de Specificis uiliuatéque simplicium medicamentorum scribere coactus fuerit in pago ubi liber ille ad manum non erat, quid quod in memoriam revocare non poterat omnia in eo jam à septemdecim, aut octodecim annis scripta: quapropter licet diligenter animadverteret, ne quidquam in eo Tractatu scriptum, in hoc repeteret quantumvis ad rem præsentem illud faceret; cum tamen postquam hic Tractatus prelo commissus esset, alterum recuperasset, quem pluribus annis non uiderat, eadem comperit in utroque libro commemorata: quod licet non nihil moleste ferat, eo tamen minus, quòd pauca sint novis comparata, eoque modo proposita, ut meræ perspicaci Lectori repetitiones uideri non possint: & quamvis Tractatus præmemoratus argumenta quædam quibus simplicium medicamentorum usus inculcatur, obiter attingat, attamen præterquam quod plura in sequente Tractatu commemorantur, illic ea tantùm digito quasi monstrantur, cum hîc fusè, varièque illustrentur: quia autem Liber superius commemoratus per multos annos rarus admodum fuit, non illibenter, qui eo carent, quædam ibidem contenta, hîc reperient, cum autem hanc Dissertationem lati-

EDITORIS PRÆFATIO.

nitate donandam Author præciderit, censuit nihil se latinis Lectoribus non gratum facturum si quædam ex libro nondum latinè edito mutuarctur.

Nibil ulterius de rebus in utroque hoc Tractatu contentis superaddam cum appositi, utriusque, tituli nobilissimi Authoris scopum iudiciis haud obscuris indicent: illud tantum dicam priore Tractatu id reipsâ effectum esse, quod nullus hætenus molitius fuerat: eo enim maximi sanè momenti objectio adversus novam Philosophiam, seu corpuscularem planè, plenèque diluitur: ea autem objectio à Remediis Specificis petitur, quorum hætenus virtutes, operationesque corpuscularis Philosophiæ principiis minimè congruas è doctis etiam non pauci censuerunt: quare non Philosophis tantum speculationi deditis gratum quid hujusce difficultatis solutione prænobilis hic Author præstat: sed & Medicis perutile quid dum quædam hinc, inde principia insinuat, quibus & iuta, securaque omnis eventus praxis inniti queat, ipsique præscriptionum suarum rationem reddere possint, earum præsertim quæ Specifica Remedia continent, quarum operationes non aliter ægris hætenus explicare potuimus, quàm Specificæ, hoc est occultæ qualitatis ope.

Tractatus huic annexus, seu adhortatio ad Simplicium Medicamentorum usum, tam publicæ latèque patentis utilitatis est, ut vel hoc nomine Authori nostro Genus humanum multum debeat: iis enim rationis experientiæque momentis ut & Dissertatio prior, innitur, quibus Authoris fama, tum domi, tum foris, ubi vulgò Philosophus Britannicus audit, infistere possit.



I

D E

SPECIFICORVM REMEDIORVM

C V M

CORPVSCVLARI PHILOSOPHIA

CONCORDIA.

PRÆFATIO *ad Amicum summè eruditum D. F.*



UM è postremo nostro colloquio animadvertissem à corpusculari te Philosophia deterreri argumento quodam, ab arte ipsa Medica, quam profiteris, experièntiâque ducto, quòd scilicet specificorum remedium virtus ipsi minime congruat: quia mechanicam quam tantopere amo hypothetisum, à te quem tanti facio, negligi nollem, hunc idcirco tractatum tibi exhibendum censui, licet quædam tantum sit ampliatio quorundam ex iis, quæ jamdudum amici cujusdam gratiâ, de origine ac productione qualitaturn occultarum observâram: quamvis enim futurum non existimem ut levioribus hisce tibi fiat satis, tibi, inquam, maturo judicio, ac præstanti eruditione Viro, iis tamen fortè fiet, ut opineris fieri omnino posse ut peritior quispiam eas difficultates penitus exhauriat, superetque, quos imperitior ego elevare queam.

Occultæ remedium specificorum qualitates hîc loci non sunt prætermittendæ: neque enim aliarum occultarum moræ curiositatem tantum nostram irritant, sed & valetudinem nostram propius spectant: ac deinceps majoris longè momenti futuræ sunt, quàm multi sibi fingant, ut sit, operæ fortè pretium fuerit eas hîc paucis vel idcirco tantum exposuisse quòd non pauci eruditi Medici, ut nonnulli ex ipsis mihi significârunt, vel hoc nomine corpuscularem Philosophiam vel rejiciant, vel non tanti faciant, quòd specificorum

rum remediorum virtutibus conciliari eam non posse putent, quasi harum neque generalem, neque particularem reddere rationem queat.

Triplex omnino qualitatis genus *specificarum* nomine à Medicis comprehendendi comperio : à quibusdam enim *specificam* habere qualitatem remedium dicitur, quia scilicet particulari cuiusdam corporis parti peramicum est, puta cordi, cerebro, oculo, &c. ab aliis *specificam* qualitate attrahere dicitur, atque evacuare determinatum quempiam humorem, ut choleram, phlegma, &c. sed frequentius longè remedium *specificum* perhibetur, quodd hunc illumve particularem morbum ut pleuritidem, asthma, colicam, hydropem, &c. occultâ quâdam proprietate curare dicitur : quocirca cùm hoc præcipuè sensu, vocabulum hoc, *specificum*, à Medicis usurpetur, eodem illud sensu sequente in dissertatione plerumque accipiam, quamvis ubi res postulabit, aut occasio sese dabit, geminos alios sensus neglecturus non sim.

Prius tamen quàm ad particularia gradum faciam, non abs re fuerit, ut omnis errori præcipiatur locus, indicare quo sensu vocem hanc *specificum* sequente in Tractatu accepturus sim, maxime in postrema trium præmemoratarum acceptionum.

Nomine itaque *Remedii Specifici* nequaquam illud intelligo quodd eum, adversus quem natum est, morbum semper si adhibeatur curaturum sit: neque enim in ejusmodi remedium unquam incidi : neque illud *specificum* volo, quodd neque catharticâ, neque diureticâ, neque sudorificâ reliquorum remediorum more virtute agit, sed arcanâ quadam, quam nullus explicet proprietate : per remedium itaque *specificum* illud intelligo quodd persæpe, aut certè plerumque, vel insigniter ægrotum alleviat, vel vulgaribus certè remediis potentiùs, sive interim omnino curet, necne, aut multum morbum ipsius imminuat, quodque virtute quadam peculiari agit : cæterum si quâ laudabili donatum sit qualitate : salutaris tamen ipsius effectus immeritò ascriberetur, ei, quam possidet, manifestæ illius qualitatis intentioni, puta caloris, frigoris, amaroris, virtutis sudorificæ, &c.

Duæ magni momenti quæstiones circa *specificas* remediorum virtutes proponi poterunt : quæri itaque primò poterit, an *specificam* ulla existant remedia, secundò an his, si dentur, *mechanica* hypothesis adaptari queat.

Harum quæstionum prior duplicem pati sensum poterit, vel enim proponi potest comparatè ad eam quam jam rerum habemus cognitionem, vel comparatè ad eam quam temporis progressu acquirere possumus.

Sensu postremo (ut hîc loci hoc primùm expediam) neutram contradictionis partem propugnandam suscipiam : neque enim spes tantùm me aliqua tenet, sed ea omnino in opinione sum, futurum aliquando ut sagacium hominum industriâ, plerarumque earum qualitarum quas occultas dicimus, causæ detegantur, necnon & *specificarum* quæ remediis ascribuntur, virtutum : aliunde, omnino vereor ne non eo homines, quem optarem, successu, investigent veras, immediatasque causas effectuum salutarium quorundam remediorum.

diorum, etiam instrumentorum ope, effectuum, inquam, salutarium, qui à delicatis admodum nec communibus texturis oriuntur, motibusque miro quodam modo, quique nostros sub sensus non cadunt, directis : quæ quidem conjectura eò verifimilior futura est, si mirabiles illos idiosyncrasias dispositionum consideremus, quarum optimorum Scriptorum libri varia nobis suppeditant exempla : quibus non pauca, si opus foret, à me ipso observata superaddere possem : quamvis aurem non me lateat, non improbabilem aliquorum ejusmodi reddi rationem posse, ut quorundam à caseo, felibusque horroris : ejusmodi tamen explicationes ad alia extendi non posse puto, quæ hinc nominari possent, si hoc ea loco examinanda forent.

Quod ad priorem quæstionis superius propositæ sensum attinet, fateor ad affirmativam me magis propendere partem, quantum conjicere mihi licuit ex iis Medicorum scriptis quæ in manus meas inciderunt : quod idcirco addo quod privatis quibusdam derogare nollem qui sæculo aded curioso ac sagaci, profundiorē fortè rerum cognitionem assecuti sunt, quam ii Medici qui de occultis, specificisque remediorum qualitatibus cogitata sua publicârunt : fuere, scio, semper, nec desunt adhuc Medici dogmatici, qui scholasticæ Philofophiæ principiis, ut contendunt, freti, nullas medicas admittunt virtutes, quas manifestas ad qualitates reduci non posse existiment : sed de his meritò conqueritur alicubi Galenus, quod vel *Materiam facti*, ut aiunt, omnino negent, vel causas iis quos explicare nituntur, effectibus omnino impares afferant : quod autem ad me spectat, tantum abest ut credam ab ejusmodi hominibus rationes, quibus cuiquam fiat satis, occultiorum medicamentorum, virtutem afferri posse, ut contra existimæm obvias etiam familiaresque simplicium virtutes, eorum principiis dilucidè explicari ab iis non posse.

Omnino itaque censeo sensu prius exposito, quædam reipsâ extare remedia, quæ *specificæ* dici mereantur.

Hanc autem opinionem varix mihi rationes persuaserant, atque ut ab ea primùm quæ minoris momenti est, incipiam : huic sententiæ suffragantur plurimi eruditi Medici tum recentiores, tum antiqui, atque ipse etiam locis non paucis Galenus : ubi enim, memini, (*Galen. de simp. Med. fac. lib. II.*) de specifico quodam contra morsum canis rabidi remedio agit, cujus virtutem occultæ cuiquam qualitati, aut ut ipse loquitur, totius substantiæ proprietati ascribit, hac occasione pollicetur, librum se de iis quæ eo modo operantur, conscripturnum : qui liber si cum aliis ipsius operibus ad nos pervenisset, eum enim alicubi tanquam scriptum citat, non pauca fortè in opinionis nostræ firmamentum suppeditasset.

Quamvis autem in rebus merè Philofophicis, parum autoritate solâ commovear, unanimis tamen hac in controversia plurium doctorum Medicorum consensus, eò majoris momenti est, quod eorum plerique quotidianæ praxeos opportunitate observare facillè potuerint, utrum necne, remedia quædam *specificæ* dici mererentur : horum porro autoritas eò majorem nostro in casu

vim obtinet, quòd nullum sub artem suam celebriores maximè cadere effectum velint cuius ipsi causam assignare nequeant : deinde paritate quadam rationis, ut *specifica* admittam, inducor : certum enim omnino est varios esse periculosos admodum morbos, quos exigua admodum veneni portio produxerit, quod tam tetrorum effectuum causa non exitit, manifestà ullà qualitate, sive prima, sive secunda, sive tertia ; hæc est enim qualitatum non admodum, meo quidem iudicio, accurata apud Medicos decisio, seu distinctio.

Hac occasione casum quempiam sanè mirum superaddam, super quo, statim ferè, ubi res contigisset, expertus me *Oculista* consuluit : casus autem is ita se habebat : cum quidam in multam lucem lecto se continuisset, ut supinus fortè jacebat, grandiore ex lecti umbellâ imminenrem ori araneam conspexit, quare cum supinæ, uxorem, quæ fortè in cubiculo aderat, negligentia accusasset, scopas illa in superiorem umbellæ partem ut aranea excuteretur, impexit, sed pediculis illa se suis, ne avelleretur, defendit ; moxque sive perterrita, sive violentâ hac succussione irritata, demisit rectâ in apertum aspicientis eventumquæ expectantis oculum guttulam liquoris cujuspiam, cujus quidem ille, cum acrimoniam nullam sentiret, sed sensibilem potiùs frigiditatem perciperet, rationem nullam habuit, neglexitquæ : quare vestibus se suis cætera nihil sollicitus circumcinxit : sed non ita diu post, cum alterum oculum digito detergeret, subito se seu coclitem, invocatâ frustra astantium ope, sensit : oculus enim in quem aranea guttulam demiserat, licet nullam in eo astantes mutationem percipere possent, videndi, facultate omnino privatus fuit : eum iraque de quo supra, *Oculistam* consuluit : utrùm autem visum necne postea recuperârît, compertum non habeo, cum frustra & ego & *Oculista*, domum in qua degebat, quod fortè malè eam designasset, rescire conati essemus : hoc mihi in mentem revocabat, miratum me aliquando esse, muscas longè citius ab araneis interficiendas, quàm si vel earum capita resecentur, vel aciculis, acubusve, perforentur.

Ut autem ad ea, quæ exigua sæpe veneni quantitas gignit, mea sese iterum oratio convertat : hinc meo quidem iudicio facilè quis concluderit, remedia appropriata, copiosius præsertim administrata, insignes admodum in corpore humano mutationes in melius producere posse : sed quis fortè responderit, damnum inferri facilius, quàm procurari id quod commodum utileque est : atque ita omnino rem se in genere, habere non diffitebor : in hoc tamen, de quo nunc, casu, considerandum venit, venena quædam, quæ horrenda adedè symptomata in corpore producant, appropriatis sæpe remediis seu antidotis curari : quibus proinde sanandi facultas sat magna insit, ut ordinario naturæ juvenis concursu venenati humoris efficaciam superent : cujus rei obvium hoc exemplum proponam : ut enim suavius odora quævis funesta sæpe tetrâque in hysteris Symptomata gignunt, ita ustarum plumarum, perdicum puta, gallorum sylvestrium vapores tam citò sæpe ea curat, quàm suavis odor eadem produxit : nec semel comperi mulieres ejusmodi
forti

forti fpiritu cornu cervi, aut falis ammoniaci breviori temporis fpatio fibi reftitui, quàm fragrantium odorum vi in paroxyfinum inciderant.

Tertia, præcipuâque ratio, qua ut *Specifica* remedia admittam, inducor, ab experienciâ ducitur, teftimonium hîc Galeni proponere mihi liceret, qui non femel allêrit, fe propterea, magnam repofuiffe virtutem fpernque contra rabidi canis morfum in cineribus Cancrorum combuftorum, quòd nullus qui hos adhibuerit, mortuus fuerit : arque ut de eorum utilitate hoc obiter dicam, † addit, licèt miranda prorfus fit horum cinerum vis, cum vel foli adminiftrantur, eorum tamen virtutem augeri poffe, fi decem partibus cancrorum combuftorum, partes quinque Gentianæ, aut thuris addiderimus : teftaceorum porro horum pifcium combuftorum virtutem, aliquot ante Galenum sæculis cognitam fuiffe comperio : eos enim Dioscorides commendat adverfus eundem, de quo *Pergamenius*, Morbum : fupersedebat hoc loco ea recensere remedia, quæ, licèt à quibusdam eruditis Medicis laudantur ut fpecifica, ab aliis tamen aut ut dubia reputantur ; aut certè penitus rejiciuntur, cum convenientiùs fatque fortè futurum fit, fi duo triâve proferamus quæ notiora funt.

Quotidianâ penè experienciâ in Italiâ, aliifquæ calidis regionibus innotefcit, licèt Scorpionum stimuli valde acutum sæpe dolorem producant, horrendâque fymptomata, huic tamen malo facilè obviam iri, fi Scorpio attritus vulnèri apponatur, aut oleo Scorpionum pars læfa inungatur (quod idcirco ubique ferè illic reperitur) hoc porro oleum fuffocatis communi in oleo Scorpionibus diuquæ Soli expofito conficitur ; cæterum liquor hîc nullam manifeftam præ fe fert qualitatem cui indita ipfi fanandi vis afcribi poffit.

Eorum Serpentum morfus, quos ob excitatum vacuâ quadam in caudis veficâ fonitum, fonoros, feu *Rattle-Snakes*, Angli dicunt, longè venenatiores, periculofioresque Scorpionum stimuli funt : cujus quidem rei teftis oculus, qui plures in Virginia annos vixerat, ubi frequentes admodum funt, permirum fanè mihi exemplum retulit, quod jam referre non vacat ; cultores tamen ejus regionis Anglicorum Serpentum morfus feliciter curare folent ope cujusdam plantæ, quæ ab effectibus, nativòque folo, *Serpentaria* Virginianæ nomine innotefcit.

Quòd cortex Peruviana, in Anglia vulgò *Pulvis Iefuiticus*, dicta, *Specificum* fit adverfus febres maximè quartanas remedium, plures docti Medici non admittunt modò, fed propugnant ; cujus quidem Celeberrimus meritò Willifius privato quodam mecum in colloquio hoc elogium fecit, ubi aliorum in eandem cenfuram prius infinuaffet, *Nobiliffima* eft, inquit, quam novimus *Medicina* : quamvis autem examinare nolim, an tam certum tutumque adverfus febres *Specificum* fit, quàm à non paucis eruditis Medicis vulgò reputatur, *Specificum* tamen remedium omnino reor adverfus febrim intermittentiũ paroxyfinos, fi *Specificum* fenfu fuperiùs declarato accipimus, cum lon-

gè majoris virtutis sit quàm alia remedia antiscorbutica à plerisque Medicis per multa secula adhibita.

Atque commemorare hîc ipse possem, vidisse me lapidem, cujus in hæmorrhagijs sistendis efficacia mira mihi videbatur, aliumque quempiam qui ad versus morbos non paucos mirum in modum valebat, quamvis neutrum observârim manifesta quapiam qualitate agere : alia quædam addere hîc loci particularia possem, quæ in confirmationem opinionis nostræ ab experientia duci possunt, nisi aptius fortè collocanda forent in residua aliqua dissertationis hujusce parte.

Scio equidem tria præcipui momenti argumenta, ab iis qui remedia *specificæ* rejiciunt, proponi : quidam enim Medici negant ullos remediorum effectus esse ejusmodi, ut ipsa mereantur *specificæ* dici ; nostram alii opinionem amplecterentur, nisi modum quo *remedium specificum* operaretur, inexplicabilem putarent, quod propterea rei eo nomine rejiciunt : alii rursus, multum ab his discrepantes, ea quidem efficacia admodum fatentur, sed omnem eorum efficaciam à manifestis qualitatibus derivant, puta calore, frigore, tenuitate partium, facultate diureticâ, emeticâ, &c. Vnum tantùm ab iis qui remedia *specificæ* rejiciunt proponitur argumentum, ejus fateor momenti roborisque in speciem, ut hoc loco *speciatim* illud examinandum judicem, ne fortè nisi dilueretur, non leve contra quæcunque sequente in dissertatione dicturi sumus, præjudicium concitaret. Dicit enim poterit medicinam interius sumptam in Stomacho, visceribusque multum immutandam digestionem, alimentisque illic præviis, magnamque illius partem inter excrementa proscribendam, egressamque jam è stomacho variis discrepantium texturarum *Colis, Strainers,* impingendam, quæ omnia fortè, vel pleraque corpusculorum medicorum sistant : si quæ autem fortè utpote acutiora per hos omnes obices penetrant, aut substantiæ corporis assimilabuntur, aut omnino mutabuntur ab iis partibus, cum quibus illic coalescent : aut si quæ obstinatius pristinam suam naturam corpuscula retinerent, pauciora probabiliter futura sunt quàm ut insigni aliqua in corpus virtute agere possint. Sed specioso huic argumento non desunt quæ respondeam.

Ac *primò* quidam quædam proferre *remedia Specificæ* possum, ut unguenta quædam, emplastra, collyria, amuleta, pericarpia, &c. quorum exterius ubi applicata fuerint, corpuscula in ipsam sanguinis massam insinuare sese queunt, quamvis per stomachum non transeant : hæc itaque atque ejusmodi proposita superius objectio non spectat.

Secundò adversus Medicos Galenicos qui objectionem superiorem potissimum urgent, non video cur *argumentum ad hominem* fieri non possit ; eadem enim ferè difficultates, aut aliæ nihilo minores contra communem apud ipsos opinionem proponi poterunt : cum enim admittant credantque cathartics, cardiacis, diaphoreticis, cephalicis, hepaticis, ac quibusdam aliis remedijs, dulcorari, ac contemperari sanguinem, partesque stables mox commemora-

ras utiliter iisdem affici, cùmque hæc medicamenta non nudis agant qualitatibus, sed exilibus substantiæ suæ particulis.

Si describere queant quæ hæc particulæ magno numero in intima corporis receptacula introeant, particularibus suis virtutibus illibatis, atque irrefractis, eadem ope, opereque nos docuerint qua ratione proposito argumento respondere debeamus.

Quia autem plerique Medicorum tenent, lac & urinam *materialiter* massæ sanguinis inexistere, atque ab eadem uberibus renibusque separari, quàm invalidis contra remedia specifica nitantur argumentis ipsa experientiâ planum fieri posse puto : facile enim quis observavit, atque à meipso sæpe observatum est, rhabarbaro multas sæpe per horas tingendam esse eorum urinam qui paulò majorem illius dosim sumpserunt : atque in quibusdam Coloniis Anglicanis *America* quidam fructus crescunt quos incolæ *pyra variegata*, seu *Prickled Pear* dicunt, quorum interior substantia rubra admodum est, quæ tum colore, tum grato sapore appetitum sæpe aspectantium irritant : eorum autem succus adeò penetrans est, ut per stomachum in vesicam, indeque in matulam rubedine adeò parum immutata transeat, ut alienigenæ rei novitate stupefacti hoc fructu aut urinam Sanguinoleatam, aut certè, Sanguinem merum prolici à se purent : vulgatum omnino hoc est in meridionalibus nostris coloniis, mihiq̃ assertum à teste oculato, atque à celebri etiam Medico. Quod autem ad lac spectat, magnus ipse etiam Hippocrates nos docet, si Capra Elaterium comederit, virtutem catharticam ad ipsum etiam lac propagari : infantemque qui illud biberit, eò purgandum. Memini porro cùm in finibus Helvetiæ sub vernum tempus commorarer, hoc permirum sanè phænomenon à me fuisse observatum. Cùm enim eo in districtu vacæ abundantius, ut ea tempestare solent, herba quadam pascerentur, quæ sylvestre quoddam allium reputabatur, iis in pascuis illic frequens, ipsum earum è lacte confectum butyrum adeò herbæ saporem exhibebat, ut licèt ab illius esu propterea non cohiberer, multi ramen extranei alii alienigenæ cohiberi fuerint, licèt recens illud foret, ac selectum. Memini insuper cùm hycem in Comitatu *Corcagiæ* in Hyberniâ prope mare transegissem, ab omnibus vulgò observari avem quandam voracem marinam, cujus nomen mihi excidit, quæ piscibus tantùm ferè victitat (quorum ut ita loquar, greges, miratus sum sæpe quam multæ voraces volucres sequerentur :) ejusmodi porro volucres eum acquirebant saporem, ut non immeritò quis dubitaret carone piscium eorum substantia foret, an volucrum. Quàm autem variorum corporum particulæ naturæ suæ renaces sint, in quavis digestione, *colisque, Strainers*, per quas transeunt, fusius alio in Tractatu † docui : atque hoc loco sat superque nî fallor dixi, ut jam mihi liceat ad quartam responsionis meæ partem procedere.

Considerandum itaque postremùm venit, cùm objiciatur exiguam eam remedium

† *De seminalium principiorum occultationibus.*

medii specifici quantitatem, quæ naturam propriam retinet, cum ad partem in quam agere debeat, pervenerit, exiguam aut nullam penè retinere virtutem; hac difficultate parum eos esse commovendos, qui noverint quàm minimè tutum sit naturalium agentium in corpus humanum efficaciam ex mole potius metiri quàm ex activitate, ac subtilitate. Cùm quæsiissem ex Generoso quodam Viro sobrio qui Coloniz in zonâ torridâ Gubernator navî Anglicanæ Ballicæ præerat, atque ad superiorem partem magni fluminis Gambriæ, aut Gambriæ in Africa navigarat, ubi Commercii causâ aliquo tempore commoratus fuerat: cùm ex eo, inquam, quæsiissem inter alia de venenis quæ summæ virtutis dicuntur in regionibus ex quibus venerat; respondit habere *Nigros* venenum, quod licèt aliquatenus lenrum, adèd tamen lethale foret exigua in dosi, ut tantum ejusdem sub unguiculis, qui longiores plerumque sunt, ii regere solerent, quantum interficiendo homini sufficeret: absconditum autem sub unguiculis venenum tantâ dexteritate demittunt in potum, lac, jusculum, aliumve quempiam liquorem in alimentum destinatum, ut vix venenum hoc alienigenæ quantumvis circumspècti vitare queant. Quocirca, ut ipse mihi asseruit, licèt interdum cum istarum regionum *Regulis* vesceretur, nihil tamen ex eadem patinâ comedere, aut ex eodem poculo bibere volebat. Addidit in alia Africæ parte, clarissimum Equitem, qui Anglis illic imperabat, nec ita pridem in suo in Angliam reditu obierat, ejusmodi veneno fuisse interfectum in epulis ad celebrandum ipsius discessum præparatis. Quamvis autem hic, qui hæc mihi narrarat, suam ipsi suspicionem declarasset, novæ scilicet invaletudinis ipsius causam fuisse ejusmodi quodpiam venenum, ipseque proinde Antidoto Cardiaca, Theriacam, &c. sumpsisset, lethifero tamen hoc languore extinctus demum est.

Indicare possem & nominare vegetabilem quamdam substantiam in Europa crescentem, & fortè non procul hinc, quæ licèt ab Empiricis quibusdam tanquam Medicamentum adhibetur, adèd violenter Cathartica est, ut vel unicum illius granum periculosas admodum Hypercatharthes inducere à celebri quodam inter recentiores Medico dicatur; quarum quidem quasdam correxit: cùm omnes, ne mortiferæ forent, impedire nequiret. Quia autem multi sanè ingeniosi negant vipersas nostras Anglicanas esse venenatas: addam in confirmationem argumenti, quod variis hæctenus modis roboravi, nosse me juvenem quempiam, qui ab Anglicana viperâ quam temerè manu apprehendisset, cùm morsus fuisset, licèt manus tantùm puncta fuerit, eadem tamen subito passus est symptomata quæ ejusce Serpentis morsum consequi solent.

Venenum tamen hoc minimo vulnere propagatum est, quod centesimam capitelli aciculæ partem fortè non æquaret: inter alia autem symptomata, tota enim de re diligenter eum interrogavi, illaudabilem omnino materiam evomuit. Novi pariter non-neminem qui medicinam in Insulâ *Java* exercuerat, in qua Scorpiones magis quàm in Italia venenati perhibentur: qui, cùm
fortè

fortè liberalius potâisset à provocato Scorpione ictus, licèt vulnus in manu tantùm foret, & tantillum, ut nulla, quæ conspici possêt, cicatrix superesset, tantum per aliquot horas passus est dolorem, donec remedium sibi *specificum* procurâisset, ut moriturum se sibi persuasum haberet, ardorem enim intus dirum aded sentiebat, ut (ejus utor phrasi) inferorum in corpus suum irrupisse ignem existimaret. Neque venena tantùm, licèt perexiguæ tum molis, tum ponderis, humanum in corpus insigniter agunt, quot enim mulieres robustæ, firmæque valetudinis, deliquium patiuntur, ac de suffocatione pariter conqueruntur, motibusque convulsivis corripiuntur sola moschi, aut pulveris felis odoratæ fragrantia : licèt omnia effluvia ejusmodi symptomata inducentia, unicum in aggregatum reducta, fortè centesimam, aut millesimam etiam grani partem non constituerent : sæpe autem ejusmodi paroxysmos subito compeisci odore salis volatilis, cornu cervi, salis Ammoniaci, & simillium, aut destillatorum etiam spirituum ejusmodi salibus imprægnatorum ; licèt fortè omnes particulae, quibus recreatus est æger, horrendaque illa symptomata sedata fuerint, non æquassent, aut mole, aut pondere decimam, ne dicam quinquagesimam unius grani seminis Sinapi partem. Quod autem ad remedia interna spectat, sat vulgò notum est, corpuscula quæ liquorem in quo crocus metallorum maceratus fuerit, aded emeticum, catharticumque reddunt, tantæ esse exilitatis, ut magna vini, aliorumque liquorum quantitas isdem imprægnari possit, nulla sensibili factâ diminutione corporis à quo menstrui vi deteruntur : cujus rei non minus insigne, aut insignius etiam fortè in argento vivo exhibetur exemplum : observatur enim ab Helmontio, licèt liquor nec quoad odorem, nec quoad saporem mutetur, neque ullatenus diminutus sit sensibiliter Mercurius, aut levior factus, liquorem tamen ope efflaviorum illorum sensibili pondere carentium, insignem adversus vermes acquirere virtutem. Quare non Helmontius modò, sed & ante illum peritissimus Chymicus Hartmannus, aliisque præstantissimus Scriptor, hoc remedium extollunt. Hic autem loci memini elegantem puerum illustri familiae hæredem, periculosâ correptum febre, quæ à vermicibus aut vermiculosa quadam materiâ oriri videbatur, celebri Medici curæ fuisse commissum, qui ingenuè mihi fassus est, nullam sibi superesse ejus servandi spem : quia cum suo semper vixisset arbitrio, remediisque optato successu carentibus fatigatus, tantâ pertinaciâ quicquid medicamentum quodpiam oleret, respuebat, ut nulla induci arte potuerit, ad alium quàm debilioris cerevisiæ potum. Quare consentientibus & Medico, & Comite cujus filius erat, debilior qua urebatur cerevisiæ, mercurialibus imprægnata est particulis, unâ cum argento vivo frequenter agitata ; quo factum est ut æger nullâ coloris, aut saporis in potu mutatione perceptâ, eam avidè deglutierit, Dei que beneficio sanitati restitutus fuerit : quam parentes, & Medicus mercuriali remedio ascribebant. Hanc meam, unâ super objectione, prolixitatem, condemnarem, ni futurum sperarem responsione hac, ut facilius, & brevius quæ de remediis speci-

ficus dicenda sunt, traderem : quid porro de remediis specificis sentiam, paucis propositionibus, nec prolixis dissertationibus deinceps proponam.

Cùm priorem duarum quæstionum superius propositarum expedierim, ad posteriorem jam procedo; Utrùm scilicet Mechanica hypothesis *remediis specificis* adaptari possit, ita ut aut ipsius ope explicari hæc intelligibiliter possint, aut eidem saltem reconciliari queant. Facile, opinor, credideris paucos esse Scriptores qui libentiùs fateantur, quàm limitata nostra omnis scientia sit, quantaque multarum in naturâ rerum obscuritas sit, aut qui faciliùs admittat multos specificorum remediorum effectus, abstrusis iis rebus esse annumerandos quos natura sibi quasi in occulto reservasse videtur: cùm tamen mecum ipse perpendo quàm latè pateant corpuscularis Philosophiæ principia, omnino spero futurum ut multi remediorum illorum effectus explicentur generali quadam methodo eorum ope, quorum proinde nullus iis principiis contradicat. Quod semel à te observatum velim, ut sequentis dissertationis scopo memoriæ commendata, non mireris, si sat mihi plerumque fuerit, quasdam in genere afferre quæ dari possint, explicationes, ostendamque specifica remedia hoc vel illo quem propono modo operari posse, quamvis nihil certi totâ de re affirmem. Indicavi sub initium hujus Tractatus tria esse virtutum seu qualitarum genera quas Medici *Specificas* dicunt, quæ, scilicet, particularem quempiam humorem evacuant, quæ huic illive corporis parti speciatim congruæ, amicæque sunt, quæque modo incognito, determinatum quempiam morbum aut curant, aut multum imminuunt. Hæc autem dissertatio mea postrema peculiariter circa remedia versabitur, ut quæ majoris sint reipsa momenti, præcipuumque præsentis disputationis argumentum: quædam tamen identidem superaddam, quibus quæ ad tertium hoc specificorum genus spectant, aliis etiam duobus *mutatis mutandis*, applicari facile possint.

Hic autem fundamenti instar ponam, quod alio in Tractatu tradidi ac probavi, Humanum corpus animatum, non esse meræ instar statuæ spectandum, quasi nihil aliud foret quàm mera earum rerum ex quibus constat, congeries, puta, carnis, sanguinis, ossium, pinguedinis, nervorum, venarum, arteriarum, &c. Mirabilis enim quædam machina est ex fixis, liquidis, pneumaticisque substantiis exquisito aded artificio proprios in usus adaptatis, ut sæpe de agentis cujuscumque in illud actione non tam judicandum sit ex potentia viribusque agentis in se spectati, quàm ex effectibus qui inde existunt mutuâ partium viventis machinæ in se invicem actione.

His præmissis, observandum est necesse non esse ut quis concedat operationes omnium *Specificorum* aut eorundem diversis in morbis ejusdem esse generis oportere: diversa enim specifica variis operari modis possunt; quorum quædam illorum modorum quapiam hunc vel illum morbum oppugnare queunt, aliæque alium domare morbum poterunt. Generalium autem horum modorum paucis jam proponam sex vel septem qui mihi jam occurrunt:

prius

prius tamen omnino monendus es, *Specificum remedium* non curare ut plurimum ægrum, licet aliquando curet, hoc vel illo singulari modo operandi, sed duorum, aut plurium concursu, qui junctis quasi viribus rem efficiunt.

Propositio Prima.

Remedia Specifica curare interdum possunt discutiendo aut resolvendo materiam morbosicam, qua discussione seu resolutione per communes corporis meatus, perosque cutis facilius expellatur.

I. **S**AT notum est morbos non paucos, eosque sæpe obstinatos ac Chronicos, à tenacibus quibusdam, viscosisque humoribus oriri, qui meatus obstruant, quibus & Sanguis circulari, aliique utiles liquores transmitti debeant: peccantesque hi humores sunt sæpe aded viscidi, tenacesque, ut vulgaribus remediis vix cedant. Specificum tamen exilitate congruisque corpusculorum figuris per poros ad tenacem hanc materiam penetrare poterit: hæc porro, corpuscula inquam suâ soliditate, figurâ, agitatione, nativo ægri calore concurrente, dissolvere poterunt ac labefactare morbificæ materiæ texturam, unde idonea fiat quæ foras à natura cogatur, urina, sudore, aliâve quapiam commodâ innoxiaque evacuatione: ita Sanguis, aliufve quipiam corporis liquor imprægnatus (ut Chymicâ phrasi utar) amicis, actuosisque remedii particulis, appropriatum jam menstruum fit comparatè ad materiam peccantem: ut aqua sale armoniaco imprægnata sit menstruum, quo paulatim & cuprum, & ferrum quantumvis compacta corpora sint, dissolvantur. Dixi *appropriatum menstruum*, nihil enim subest causæ cur supponamus menstruum agere manifestâ ullâ qualitate ut calore, humiditate, &c. aut ipsa etiam aciditate, sed figura potius, mole, soliditate, aliisque mechanicis particularum affectionibus quibus partes corporis determinatæ ejusmodi texturæ dissolvantur. Ut enim alio in Tractatu fufius docui, plura sunt, quàm plerique observent distincta menstruorum genera, de quorum operationibus nemo tutò pronuntiârit è viribus manifestarum, quas præ se ferunt, qualitatum cum contingere sæpenumero possit, ut menstruum minùs acidum, aut saporis non nimium fortis, hoc illudve corpus dissolvere queat, in quod fortius in speciem menstruam agere nequit. Ita *frigida* albumen ovi dissolvit, quod purus vini Spiritus coagulabit (quod pariter Spiritus salis, oleique atque ipsius etiam vitrioli præstabit) dephlegmatus pariter urinæ spiritus minutas Cupri limaturas faciliè dissolvit, in quas spiritus aceti lentè tantum agent. Hic tamen liquor celeriter oculos cancrorum dissolvit, quos spiritus urinæ intactos relinquit. Mercurius quoque qui insipidus est, in frigido dissolvit aurum, quod ipsa aqua fortis licet externo calore concurrente, non

dissolvit; attamen aqua fortis ferrum varias in partes comminuit, licet mercurius ne ipsius quidem superficiem vel adhæreat. Atque ita denique ne nimis multa accumulæ exempla, oleum commune quod tam bene lingua percipit, ac ne ovorum quidem testas dissolvit, Sulphur dissolvit, quod tamen aquæ fortis resistit. Hæc, quamvis omnia ferè metalla, præter varios præduros lapides, & mineralia, comminuat: atque liquorem quidem novi utpote quem non semel præpararim, qui licet adeo debilis sit, ut quis plenum eo, absque omni periculo, poculum ebibere possit, ea quædam tamen in prædura corpora, tum lapides, tum metalla agat eo modo, quem nulla Chymicorum menstrua quantumvis corrosiva æquent.

Si itaque ponamus actuosæ Specifici remedii corpuscula sanguini associata, aut alii cuius quod imprægnaverint, vehiculo more menstrui in obviam morbificam materiam agere: si hoc, inquam, posuerimus, varia hinc illustrare poterimus, quæ ad *Specifici remedii* operationes spectant, atque tunc primum colligere licebit, cur appropriatum remedium quædam perficiat, quæ ab alio perfici nequeunt, cujus manifestæ qualitates ejusdem generis videntur, ac virtutis longè intensioris. Neque enim agunt semper menstrua, juxta aciditatis suæ gradum, aut sensibilem quampiam ejusmodi qualitatem; sed corpusculorum juxta congruitatem cum corporis dissolvendi poris, atque etiam sæpe juxta aptitudinem quamdam à mechanicis agentis liquoris affectionibus ortam. Quare tum Medici, tum alii facilè decipi possunt, dum argumentantur à *majori ad minus*, & à *minori ad majus*. Neque enim legitime concluderet, qui hunc in modum argumentaretur: Aqua, exiguæ virtutis liquor, gummi Arabicum dissolvit, ergo summè rectificatus vini spiritus, utpote subtilior longè, penetrantiorque liquor potentiùs idem dissolvit. Contrarium enim experientia patet: neque hæc ratiocinatio valet, oleum vitrioli gustui magis corrosivum est, multaque dissolvit corpora, quæ aqua fortis non dissolvit; ergo *argentum* quoque aquæ fortis instar dissolvit: cujus contrarium verum est. Neque etiam rite concluderet, qui hunc in modum ratiocinaretur: Aqua fortis dissolvit argentum acidorum spirituum virtute; ergo quo magis hisce abundarit, eo validiùs violentiusque hoc metallum dissolvit; cum alibi experientia docuerim, si aqua fortis his multum abundavit, futurum ut in argentum non agat: aget autem illico, si additâ conveniente aquæ communis quantitate debilitata fuerit.

Hic addam dissolutionem corporis pendere posse tam à peculiari corporis ipsius texturâ, quam à manifesta menstrui virtute.

2. Ex priori doctrina suggeri ratio quædam poterit, cur Medicamentum quod unum aliquem adversus morbum mira præstitit, parum aut nihil adversus alium præstet, priori licet ut quidam putabunt non absimilem, ac facilius etiam ab eo superabilem: hæc enim in speciem cognatio non tanta fuerit ut non aliqua texturæ in *morbificis materiis* dissimilitudo in causa esse possit cur Medicamentum in unam materiam Medicam, & non in alteram agere queat.

Quamvis

Quamvis autem purus vini spiritus sat facile gummi Guajacum dissolvat, porcionesque resinosaë materiaë in poris exiguisque ligni cavitatibus conclusas; idem tamen menstruum ipsum in lignum non agat, in lignam, inquam, arboris solubilis hæc substantias suppeditantis.

Hinc mirum videri non debet quòd specifica remedia non semper consuetos sortiantur effectus: ut enim ægrorum corpora discrepare multum solent, aut juxta nativam earum constitutionum, aut juxta acquisitam, ipso quo agitantur, morbo, vel utramque hanc ob causam, ita mirum videri non debet, in quibusdam, è multis ægris, contrarietatem, *agens* inter & *patiens*, alteratam esse aut insigni aliquâ mutatione texturæ *materiaë morbificæ*, aut insigni quadam alteratione corpusculorum Medicamenti, quam patiuntur in suo per vasa transitu incongruarum quarundam particularum sanguinis, alteriutve cuiuspiam vehiculi admixtione: ita spiritus salis, ut exploravi, dissolvit cuprum, instat spiritus nitri; licet tamen liquor hic postremò nominatus dissolvat argentum, si tamen eum spiritui salis immisceas, qui simili utriusque in cuprum actione, ei amicus videtur, non amplius spiritus nitri argentum ut antè dissolvere poterit.

3. Ex nostra pariter hypothesi dilui poterit præcipuum eorum qui Medicamenta specifica negant, argumentum. Quî enim, insultantes dicunt, fieri potest, ut Medicamentum totâ sanguinis massa divagatum, omnibus aliis sibi obviis neglectis, morbificam, quam homines proscriptam vellent, materiam quasi seligeret? Si enim Medicamentum operetur imprægnatione sanguinis, aut cuiuspiam alterius liquoris in corpore, quem in quoddam menstrui genus convertat: fieri omnino poterit ut *cola*, *strainers*, quas corpuscula transire debent, sistant minùs idoneas vehiculi partes, (quodque nostro in casu majoris omnino momenti est) ut vel menstruum peccanti humori sit appropriatum, ut aliàs declaravimus, vel certè ita immutari saltem poterit, ut hanc facilius, quàm ullam aliam in corpore obviam substantiam resolvat. Ut si cineres ex ossibus, *crocum* metallorum, sectilem pulverem, pulveratum Salem marinum, aurique limaturas simul commisceas, dimidioque hujus mixturæ aquam communem affundas, solum ea salem marinum dissolvat: porro si alteri hujus mixturæ dimidio sufficientem Mercurii quantitatem affundas, simulque perfrices, metallicus hîc liquor reliquis omnibus ingredientibus relictis, ipsoque etiam sale marino, auro adhærebit. Qui autem in Hispanicis aurifodinis laborant, asserunt, cum mineram quampiam, aurum & cuprum, præter heterogenea mineralia complexam comminuerint, argentum vivum valde calefactum, adjuncturum sibi aurum multò citius, arctiusque quàm Cuprum, cum vix posterius attingat, quamdiu non contemnenda alterius quantitas in quam agat, remanet: quantum autem ad supposititiam illam difficultatem quod medicamentum scrutari quodammodo, ac quærere materiam morbificam debeat, in quocunque corporis vasculo lateat: non levis hæc objectio extitisset, tum, cum sanguinis circulatio nondum innotuisset: jam autem non ita se res habet

cùm probe noverimus quæ semel massæ sanguinis sese commiscuerint, ejusdem motu ad minima etiam remotissimaque corporis vascula circumvehi.

4. Hic autem loci indicandum est ex nostra nos hypothesi respondere non posse eruditis iis Physicis qui vel rejiciunt, vel contemnunt externa pleraque remedia, maximè *pericarpia, amuleta, & appensa*, tum quòd corpori exterius tantùm tacto nullam medicarum particularum copiam suggerere possint, tum quòd, hoc porro hic loci maximè considerandum venit, cùm externa tantùm remedia sint, internis morbis laborantibus prodesse nequeant, iis præsertim morbis qui partes corporis ab externis, iisve quibus remedia applicantur, magis distitas afficiunt: quod autem ad priorem objectionis partem spectat, non difficile fuerit ei respondere qui legerit quæ alibi de subtilitate, numerositate, efficaciaque effluviarum scripti: animadvertamus tantùm quantam particularum à naribus perceptibilem copiam, ac diu quidem exigua anbrægruifæ portio emittat, aut etiam *Camphora*, quæ sæpius exterius adhibetur: mentis insuper nostræ oculis objiciamus multitudinem magneticorum corpusculorum per multos continuè annos agminatim è vegeto magnete erumpentium, ut fieri omnino posse existimemus ut sicca etiam, solidaque corpora eam effluviarum copiam subministrant: quæ magna prorsus in pulcherrima humani corporis fabricâ perficiantur.

Videmus enim odore Moschi, aut felis odoratæ, non paucos in paroxysmos subito conjici: qui Castorei, aut allæ fœtidæ, ac multò magis falis cornu cervi, aut ammoniaci odoribus statim sibi restituuntur. Quòd jam ad alteram objectionis partem attinet, quòd alibi à me effectum est †, admittiturque à præcipuis recentiorum Medicorum, de cutis porositate, sat superque ostendit fieri omnino posse ut subtilia variorum corporum effluvia in corpus per cutis poros penetrent, cùmque semel vel minora in vascula sese insinuârint, facile conceperimus, quæ hinc in majora, adeoque in sanguinis massam penetrent: cujus circulatione facillimè ad omnes corporis partes devehî possint, atque adèd ad ipsam morbi sedem, ac fortè etiam, ut hoc obiter superaddam, virtus eorum corpusculorum, quæ non per ipsam porram, sed per ipsum Clavis, ut ita loquar, foramen subintran, eo major fuerit, quòd statim massæ sanguinis associentur: dum in stomacho, aliisque partibus non digeruntur, quæ digestionem virtutes Medicamentorum per os assumptorum, antequam sanguini commixta fuerint, sæpe comminuuntur.

† *Tracta. de poros. corp. animal.*

Propositio Secunda.

Interdum remedio specifico, mortificari possunt nimium acida, aut alia quæpiam excessu suo noxia particula, quæ massam sanguinis inficiunt, aut coagulandi facultatem aliisque effectus destruunt.

Licet cum iis non sentiam qui non ita pridem omnes morbos aciditati ascribunt, aciditati inquam in sanguine, aliisque corporis liquoribus copiosiori, cujus interventu partes etiam fixæ patiantur, libens tamen admitto, plurimos morbos aut ab ipsis oriri acidis, aut à malignis eorum affectibus; cui conformiter doctrinæ probabiliter omnino conceperimus multos morbos aut omnino curari posse, aut multum imminui *Specifico remedio* corpusculis ad acida mortificanda idoneis abundantis. Hæc mortificatio pluribus effici modis poterit: quorum qui mihi jam occurrunt, præcipui hi duo sunt.

Quædam enim corpora, acida mortificant, aut obrundunt, hostilitate, ut ita loquar, positivâ; hoc est, eâ contrarietate quæ ex sapore discerni queat, magisque adhuc conspicuo conflictu, manifestoque tumultu, qui producitur quoties acidum invadunt; ex hoc genere acidum mortificantium, sunt pleraque alcalifata salia, sive fixa, ut sale lixiviatâ plantarum, sive volatilia, ut spiritus; ascendentiæque salia urinæ, sanguinis, cornu cervi, fuliginis, &c. ut exemplo indicari poterit cum hæc salia immiscentur aquæ forti, spiritui salis, olei, vitrioli, aliisque acidis liquoribus: unde obiter conjicere licet, Galenicis eos falli qui virtutes spiritus cornu cervi, urinæque ascribunt tenuitati tantum parvium, motus celeritati, aliisque ejusmodi affectionibus, ne tam utilem notionem Chymicis acceptam referrent, contrarietatem scilicet acidorum, atque alcalium.

Primarius alter, quo acida mortificari, obrundive possunt modus in eo positus est ut vaginâ quadam, ut ita loquar, cohibeantur: ut enim culter obtusus sit, si acies ipsa abradatur, aliove quovis modo deteratur: aut si ipsam vaginam apta laminam tegas, panive, aut alii cuiquam corpori infigas; ita acidum corpusculum facultatem scindendi, aut pungendi amittere poterit, quoties ipsius figuram labefactat actione suâ validum manifestumque alcali, aut quoties porosi corporis quasi vaginâ concluditur, licet illud fortè nullo præditum sapore sit, aliave manifestâ qualitate, vi cujus judicaretur acido à se enervato contrarium; ut lima, cultri aciei contraria est. Hujus mortificantorum acidorum methodi Chymicæ nobis operationes varia suppeditant exempla, ut quando minium destruit aciditatem spiritus aceti, ut calx viva, quod experius sum aciditatem etiam aquæ fortis tollit: lapis quoque Calaminaris multum imminuit, alteratque aciditatem spiritus salis, atque etiam spiritus nitri.

Hoc

Hic porro minerale eo libentius commemoro, tum quia qualitates ipsius minus notæ sunt Medicis, & Chymicis plerisque, tum quia argumentum mihi suppeditat, quo probem acida posse, licet non-existimen semper ita se habere, corporibus quali vaginis concludi, corporibus, inquam, iis quæ eadem insensibiliter mortificant: ut enim à Glaubero sat conformiter vero observatum est, spiritus acidi ut in quibusdam experienciâ didici, vi ignis in distillatione elici possunt è lapide Calaminari, bene dephlegmati, multòque quàm prius, fortiores.

Novi equidem objici hîc posse acidorum mortificationem manifestis à qualitatibus fieri: quocirca nihil inde in eorum gratiam qui specifica remedia propugnant, concludi poterit: At respondeo primò facultatem mortificandorum acidorum, maxime eadem quali vaginâ concludendi, aut si mavis aborbendi, nec esse de genere primarum, secundarum, aut tertiarum qualitarum, quas in medicamentis priores Medici observabant: licet harum qualitarum par curandis morbis virtus adhibita fuerit, atque etiamnum adhibeatur à multis tanquam ratio sufficiens ob quam specificæ remediorum virtutes rejiciantur. 2. Respondeo non levem mihi semper visum esse, atque infelicem proflus, magnique momenti errorem, quòd tot eruditi recentiores Medici supponant, admittantque, si medicamentum quodpiam manifestâ quâpiam qualitate, ut acidâ, aut alcalisatâ, præditum sit, salutarem ejusdem effectum, quod pariter de illato damno dici ut plurimum poterit, huic tunc qualitati ascribi posse: hoc est quod medicamentum acidæ, aut alcalisatæ naturæ sit: cum meo quidem judicio, quod magnum sit discrimen, ut variis experimentis didici, inter acidum & acidum, atque alcali inter ac alcali, distinguendum omnino præter inter acidum quâ tale, atque idem certo modo modificatum: ita omnia quæ quidem norim acida si bene dephlegmata fuerint, Cuprum dissolvent: attractum aqua regis quæ non tantum illud metallum dissolvit, sed aurum longè compactius, argentum omnino non dissolvit: aliunde aqua fortis, quamvis corrosivum admodum menstruum sit, seipsâ aurum non dissolvit, si tamen eam de novo modifies, addito eidem communi spiritu salis, qui, ut sæpe comperi, quicquid contra putent, aut scripserint Chymici, id intactum relinquet, aqua fortis tum facile metallum illud dissolvit: quin non discrepans tantum modificatio discrimen acidum inter, ac acidum introduxerit, sed veram etiam juxta rectum de rebus judicandi modum contrarietatem: spiritus enim salis argentum præcipitabit, quod aqua fortis dissolvit: ac spiritus niri, licet nullum eo acidius menstruum existat, non tantum pulverem antimonii ex mirabili eâ substantiâ quam Chymici butyrum antimonii dicunt, præcipitabit, sed magno etiam conflictu, tumultu, atque effervescentiâ.

Hoc tamen antimonii butyrum tantopere acidum est, ut exigua illius quantitas in magnam aquæ quantitatem conjecta ad eam acidam reddit, ut à multis Chymicis acetum *Philosophorum* dicatur. Quæ ut proposita superius objectioni applicem, revocari à te in memoriam velim, sub initium hujus epistolæ

stolz indicasse me tibi, non negavi à me, *Specificum* remedium non tantum habere interdum adjunctas manifestas qualitates, aut earum partim virtute agere, sed tantum existinare me, salutarem, qui oritur, effectum non deberi, huic manifestæ qualitatibus intentioni, sed cuiuspiam superaddito, quod specificam medicamento adversus hunc illumve particularem morbum virtutea communicavit: cui conformiter dici poterit, ut varia acidorum, alcaliumque genera sunt, non quodlibet acidum à quovis alcali mortificandum: quod inde illustrari poterit, quod, licet quando Cuprum in *aquâ forti* dissolvitur, solius calcis rite applicatæ ope fieri possit ut menstruum metalli corpuscula demittat, si tamen tam intense coloratæ cupri solutioni affundas, quod ut ingeniosos quosdam convincerem, feci, debitam spiritus urinæ aut alterius cuiuspiam volatilis alcali quantitatem, quamvis magnus statim conflictus, manifesta que ebullitio oriantur magno cum strepitu, bullulisque innumeris, tamen salia ea hostilia inter, acida aquæ fortis corpuscula non ita mortificabantur ut metallum demittant: solutio autem colorem priore intentionem adipiscitur.

Cum autem mecum ipse perpendo quantum peritus observator reperire discrimen possit acetum inter, alumen, Crystallum Tartari, succum Limoniorum, succum Berberarum, oleaque, ut Chymici loquuntur, essentialia plantarum palato acidarum, ut alia quamplurima acida omittam; facile crediderim turbatam jam inordinatamque naturam ægroto in corpore acida diverſi generis produxisse, quæ nobis peculiariter nota non sunt: quorum quædam ejusmodi sint, ut nullis communium nostrorum alcalium quæ talium mortificari possint: quæ tamen, quasi *vaginata* mortificari queant appropriatis quibusdam, aut peculiariter modificatis remediis specificis corpusculis: quod illustrari poterit ex eo quod alibi observatum est, quod, licet neque spiritus aceti, neque spiritus salis, nec oleum ipsius vitrioli, quantum quidem expertus sum, dissolvit in lapidem humano è corpore extractum, spiritus tamen nitri, qui non dissolvit varia corpora, quæ in oleo vitrioli dissolubilia comperi, in eum facile ageret: qua actione suam corrolivitate perderet.

Prius hoc argumentum quam dimittam, non abs re fortè fuerit duo huc spectantia indicare.

Cum itaque superius acida distinctè eorumque productiones nominassem, id non per inadvertentiam feci; ea enim in opinione sum, præternaturalia acida non tantum corpus male afficere quamdiu sensibiliter acida remanent, sed variis etiam in casibus variorum morborum causas esse posse, quorum à plerisque remedia esse probabiliter existimarentur: licet enim acidis virtus quædam incidendi, resolvendi que inesse credatur: quo nomine oxymel, aliæque quædam acetosa Medicamenta præscribuntur ad viscosum phlegma incidendum, ut spiritus etiam urinæ eundem in scopum, atque ad dissolvendum sanguinis coagulum adhibetur: attamen ut hanc libens virtutem quibusdam in casibus acidis concedo: ita sæpe suspicari cogor obstructions, morbosque

eas obstinatas præsertim consequentes ab acidis existere posse quartanas fluida quædam coagulant quæ ad contrahendum ab ipsis spissitudinem disposita sunt : hac autem consistentia fit ut circumvehi cum sanguine per vasa minora nequeant, in quibus proinde obstructions producunt : hoc autem declarabo exemplo coagulationis, quam feci ope salium acidorum, ut spiritus salis, & albuminis ovi, ad aqueam maximè consistentiam confusi. Atque ejusmodi etiam coagulatio effici in lacte poterit : quod non tantum citò coagulati poterit spiritu salis, sed ut fat notum est, corporibus etiam non Chymicè præparatis, ut coagulo, succoque limoniorum : atque experimentis hunc in scopum factis ostensum est, si quædam acida in sanguinis massam immediatè convehentur, eo in liquore ea esse coagulanda etiam tum, cum is in animalis adhuc viventis organis perseverat.

Alterum autem quod observandum erat, ita se habet, licet acida corpuscula quæ recentiores Medici, Chymicique noxia putant, tum sanguini, tum fixis corporis partibus ; si tamen ventriculum exceperis paucasque alias partes adjacentes, splenem puta pancreasque ; ac quamvis quidam ingeniosi omnes ferè morbos malignis *Acidorum* effectibus ascribant, facilè tamen crediderim, varios morbos, molestaque Symptomata à quibusdam procedere corpusculis quæ sive salinæ sint naturæ, sive secus, ab acidis propriè dictis discrepant. Multa enim fortè corpora quasi resultarint ex combinatione acidorum aliis cum salinis particulis, quæ eorum naturam multum variant, atque immutant ; alibi enim observavi, ex spiritu salis unà cum spiritu urinæ quoddam salis armoniaci genus esse constandum, spiritumque nitri cum sale tartari in aqua communi soluto coagulandum cum eo in sal petræ, aut corpus quoddam ei persimile : idem autem spiritus nitri, aut aqua fortis cum spiritu urinæ aut sanguinis aut ejuscemodi quopiam, salem admodum fusibilem suppeditabit, à quovis ingredientium seorsim sumpto fat discrepantem : vulgò autem notum est oleum vitrioli, oleumque tartari per deliquium coalitione suâ producere tartarum vitriolatum, in quo prioris aciditas, ac posterioris alcalitetas multum infringuntur : tertium enim jam corpus existit, multum discrepans tum à priore, tum à posteriore oleo, aut potius salino liquore : cum itaque præter exempla ejuscemodi mecum ipse perpendo, quam varia corpusculorum genera, fertilissima patens natura præduxerit, quæ etiam non acida insignes in sanguinem & quidem noxios sortiri effectus possint, in sanguinem, inquam, aut solidam quampiam corporis partem ; non omnino absimile verò mihi videtur alias fortè requiri qualitates quibus mortificentur, aut enerventur morbifica corpuscula, quam quæ acidis salibus contrariæ sint, ac proinde remedium quod corpuscula suppeditat particularibus hisce noxiis corpusculis corrigendis aut enervandis idonea specificum dici meritò debere.

Uterius autem hinc considerandum venit, ut in corpore varix coagulationes esse possint ex salinis corpusculis manifestè acidis factæ, ita aliæ fortè productæ fuerint à corpusculis, sive sapore salinis, sive secus, quæ manifestè
acida:

acida non sint, sed contrariæ potius naturæ, quod cum à Medicis considerari non soleat, magni licet meo quidem iudicio momenti sit, eo fortè accuratius probari deberet.

Curiositate interdum motus liquorem feci, sapore nec acidum, nec urinosum; cui, cum affudissem modicam distillati liquoris quantitatem, qui nec acidus, nec urinosus, nec lixiviatus erat, brevissimo is temporis spatio, non multis fortè minutis in corpus consistens aded coagulabatur, ut licet lati orificii vas inverso deorsum orificio teneretur, nihil tamen efflueret.

In alio nondum in lucem edito Tractatu docui, si in solutionem quampiam, cujus faciendæ artem illic doceo, spiritum urinæ alteriusve volatilis alcali stillaveris, Gelatinam mox producendam, quæ consistentiâ & colore commune *amylum*, starch, lino rigefaciendo mox adhibendum referebat.

Similem Gelatinam, sed magis diaphanam feci, plus vice simplice, absque cujusquam subsidio quod fuerit sensibilibiter aut acidum, aut urinosum.

Vt autem ingeniosos quosdam convincerem, non sine aliquo eorum stupore præparatam à me substantiam iis ostendi absque subsidio urinæ, aut salis cujusquam volatilis, atque interdum in ictu ferè oculi, quæ minutis paucissimis summe rectificatum inflammabilemque vinosum spiritum, bis terve se ipsâ ponderosiorum solidam in massam coagularet.

Atque ut ostendam necesse non esse ut liquor multum, aut sensibilibiter etiam acidus sit, quò animale substantiam coagulet, ut, quemadmodum superius observavi, spiritus salis albumen ovi coagulavit: addam hîc loci à spiritu vini bene dephlegmato, idem omaino, & melius fortè efficiendum.

Propositio Tertia.

Specificum remedium, agrum interdum juvare poterit præcipitando peccantem è sanguine aliòve humore corporis materiam.

Quamvis præcipitatio sæpe consequatur acidorum aut alcalium per corpuscula contraria mortificationem, de ea tamen agendum seorsum putavi: observavi enim quædam acida, alcaliaque conjungi posse quanquam nullam contrarietate sua præcipitationem producant; atque aliunde variæ existere præcipitationes possunt, in quibus ne vestigium quidem hostilitatis apparet, licet probe noverim multos ingeniosos viros, qui ex hoc effectu, sat superque argui putant, quòd hostilitas acidorum, atque alcalium illius causa sit: at hoc supponi non debet, sed probari collateralibus experimentis, quæ ipsius hypothetis veritatem, non supponant: verum ut nostra ad exempla progrediamur, novi, atque alibi commemoro varios spiritus urinosos, quos absque illo manifesto confictu, aut præcipitatione acidis menstruis commiscere possem: at-

que ex alia parte acida, atque alcalia quæ mutuis suis reactionibus manifestum conflictum excitabunt, si competente proportione commixta fuerint, coalitionem ex mixtione, non præcipitationem sortientur: ut exemplis declarari poterit in quibusdam mixturis spiritus salis Ammoniaci (ex sale tartari aut cineribus clavicularis confecti) & spiritus nitri, aut aquæ fortis : atque etiam quoties spiritus urinæ, spiritusque salis, certâ quadam proportione commixti coalescunt in corpuscula ex quibus sal ammoniacum conficiatur, quod liquorum illorum phlegmati innatat.

Sed ad propositum mihi scopum magis facit, quod præcipitationes esse queant; in quibus, quicquid quidam sibi fingant, nec tumultus nec contrarietas appareat; ut, cum argento in aqua forti soluto, menstruoque triginta, aut quadraginta partibus aquæ distillatæ, aut pluvialis diluto, si nitidæ ex cupro laminæ solutioni immergantur, præcipitabitur ex ea lentè admodum in formâ calcis metallum, in formâ, inquam, calcis metallicis & salinis particulis simul incorporatis constantis, aut sub initium saltem in forma squamarum argentearum fulgentium, instar candidarum splendentiumque quorundam piculorum squamarum.

Quadam pariter methodo à me effectum est ut aurum solum circa corpus in solutione suspensum quiesceret, in forma selectæ profundiusque coloratæ calcis ex auro purissimo: sed *silentis*, ut ita loquar, præcipitationis facilè videre poteris exemplum, si vel Romanum, vel Dantiscanum vitriolum affricare placuerit acutiori cultri laminæ, aquâ, aut sputo madefactæ: tum enim in ictu ferè oculi laminam subrubra quædam substantia cooperiet, quæ tum colore, tum alijs è signis Cuprea omnino videtur: hîc autem monendus es, non ex solutionibus tantum acidorum ope factis, ut vulgò putatur, corpora hunc in modum præcipitari posse: re enim diligentius examinatâ comperi quædam in natura esse præcipitantia, quæ *tacitè* præcipitant quædam corpora in urinosis menstruis aliisque nequaquam acidis dissolura.

Scio suspicari quempiam nec immeritò posse ejusmodi præcipitationes periculosas fore; heterogeneorum in sanguine corpusculorum productione, quæ præ pondere aut crassitudine evacuari facilè nequeant, quam quidem suspicionem experientia melius diremerit: dici interim potest *primò*, licet quoddam ex ipsa præcipitatorum corpusculorum mole commodum oriri possit, hoc longè minus fore periculo ab ætuoosis nimium, hostilibusque particulis imminente, quæ morbum aut prodixerunt, aut auxerunt; *secundò* necesse non esse ut omnes concretiones iis consent corpusculis, quæ præ mole sua è sanguinis massâ ejici nequeant: lapideum enim videmus materiam, quæ ut ex Chymicâ ejusdem analysi patet, composita admodum est, ad omnes corporis partes ferri posse: porro memini notam mihi fuisse Dominam quamdam cujus è linguâ inferiore parte paulò antequam rem mihi narravit, extractus est lapis, jam Medici porro qui magnam mineralium aquarum quantitatem ferro imprægnatarum, quales comperi *Tunbrigitanas*, præscribunt, aut sulphure imprægnatarum,

rum, quales *Bathonienses* quædam sunt, spem omnem restituendorum sanitati ægrorum inde maximè concipiunt, quòd minerales particulas in massam sanguinis, adeoque in intimas corporis partes devehì putent: dici *tertiò* potest præcipitationes fieri posse ex rebus in sanguine contentis, ope remediorum quæ ad sanguinem non penetrant: Medici enim chalybem interdum crudum, æquè ac præparatum ministrant quo sanguinis aciditates mortificentur, licèt metallina corpuscula, quantum quidem scimus, ad sanguinis massam non penetrant: in hæc enim, materia circulatione sanguinis in stomachum, visceraque ejecta agit: horum siquidem in ipsa operatio probabiliter concluditur ex nigredine excrementis communicatâ à chalybeatis: si quis autem chalybem præparatum puta cum sulphure, viscerum per poros extremaque *capillarium* in ipsam sanguinis massam penetrare voluerit, tum meritò quis petierit cur natura præcipitata corpuscula iisdem meatibus expellere nequeat, per quos compositæ sulphuris ac metalli concreciones ingredi potuerunt. Dici *quaridò* poterit non immeritò, nec absque aliqua probabilitatis specie experientiâ jam, *præcipitantia* probata esse remedia: ut enim omitam, quod eruditus Sennertus indicare videtur, quibusdam in casibus morbum superari febrili materia ex corpore præcipitatâ: quidam Medicinæ Professor, qui licèt quibusdam ejusdem dogmatis assentiri nequeam, quædam sat insignia circa fermentationem, febresque tradidit: hic itaque Kergerus inquam disertis verbis mox referendis asserit * per 14 annos mille & plures febrì correptos curâsse se absque venæ sectione, purgatione, sudorificis, &c. simplici remedio præcipitante de rei hujus veritate ex Germania certior fieri volui, sed frustra, comperi tantùm quempiam Imperatoris Medicum in tractatu nuper edito profiteri propendere se ut id verum esse putet.

Eò facilius credidero magnas opratasque mutationes in fluidis corporis partibus contingere posse ope appropriatorum *præcipitantium*, si verum fuerit quod multis à Medicis unanimiter traditur, qui multos morbos sanguinis aliorumque corporis humorum putrefactioni ascribunt; licèt enim quibusdam de causis inducar ut te orem ne me quidpiam super remedio mox commemorando roges, quia tempus nondum est, ut hac super te tibi satisfaciam, historicè tamen hîc te docebo, quod fortè mirum existimabis, quamdã esse in rerum natura substantiam, quæ putrefactioni potenter adedò resistit, ut cum, paucula ejusdem grana demilla fuissent in aquam, quæ omnino graveolebat

* “ Ego ab anno 1649. in hunc diem per integros 14 annos ultra mille Febricitantes sine
 “ Venæ sectione. sine Purgatione, sine Sudorificis, sine Diureticis, sine Alterantibus, sine Cor-
 “ roborantibus, sine Topicis, & siquid præterea, unico ferè Medicamento præcipitante, Deo
 “ in primis benedicente, curavi; non considerando, an Febris sit intermittens, an continua,
 “ an tertiana vel quartana (quæ tamen difficilius curatur quàm aliæ) nec expectata coctio-
 “ ne, nec habito respectu sexus, (ne puerperis quidem exceptis) ætatis, anni, temporis, vel
 “ aliarum circumstantiarum: & quidem paucorum dierum spatio sine recidiva vel aliquo
 “ notabili incommodo, nisi ubi æger ipse per incontinentiam de novo Paroxysmos provo-
 “ cavit. Kergerus de Ferment. sect. 3. cap. 3. pag. mihi 250.

ac tam tetrum in modum, ut odorem, nisi unde scivissem, à cadavere emanasse crediturus fuisset, ut paucula, inquam, medici hujusce liquoris grana agitatione per terram hanc fœtidamque aquam diffusa, quæ oculo turbida non videbatur, ex ea præcipitaverint tenuem, levemque fœculentiam : qua separatâ residuus liquor omni fœtore liberatus est : neque ullum ipsa in fœculentia fœtorem percepi ; quod autem observatu dignum est, peracta hæc omnia sunt paucis omnino minutis, cujusdam *præcipitantis* ope sapore nec amari, nec acidi, nec urinosi, ex quibus omnibus sagaciores rerum exploratores non inutilia documenta haulerint.

Propositio Quarta.

Interdum Specifica remedia operari possunt peculiari cordis roboratione, aut etiam sine hac aut unâ cum hac, partem affectam corroborando.

Vix hanc observationem sat demonstraverimus, nisi quidpiam dixerimus de difficultate quadam maximi momenti, quæ non paucos è recentioribus Medicis diu multumque vexavit : utrùm scilicet quædam existant medicamenta sympathica Capiti, Cordi, Jecori, &c. quæ proinde *Cephalica, Cardiacæ, & Hepatica, &c.* dici mereantur ; aut ut clariùs aliquantò mentem eloquat, utrùm quædam medicamenta peculiari modo huic illive particulari internæ corporis parti profint. Partem affirmativam plerique per varia sæcula Medici, sed levibus, vereor, innixam fundamentis tenuerunt : at plurimi jam, non tantùm negativam propugnant, sed desertam à se opinionem derident : quidam enim insultantes aiunt perridiculum quid esse ejusmodi quampiam sympathiam mortuum inter medicamentum, partesque viventis corporis admittere : quasi famuli instar Medicus mitteret medicamentum ut partem malè affectam à se velut in tenebris inventam bene & salubriter afficiat : ita tamen omnino censco fieri posse ut medicamentum ad particularem quampiam partem hoc sensu pertineat, quod huic licèt non soli, peculiari modo profint ; quod fortè ob quampiam rationum mox commemorandarum contigerit, ac primùm cum mecum ipse perpendo fixas corporis partes, ut Cor, Cerebrum, Jecur, Renes, &c. peculiarem sibi habere structuram, qua quævis pars ab aliâ discrepat, ac verò simillimum esse fluidarum etiam partium, ut fellis, sanguinis, lymphæ, &c. distinctas esse texturas, contingere posse verosimiliter puto ut corpuscula remedii in stomacho dissoluta, atque huc, illucque liquorum corporis vehiculo circumlata, juxta determinatam figuram, molem, rigiditatem, aut flexibilitatem, motum, &c. aptiora sint, quæ ab una parte corporis, puta cerebro, corde, &c. quàm ab aliis decineantur : quæ proinde dum in ejusdem poris commorantur, aut ejusdem fibræ sese associant, aut congruas quibus

quibus caret particulas subministrant, aut si his non careat, ejuscemodi quæ roborato ejusdem, ut aiunt, Tono, ei beneficæ sint. Hac autem corroboratione fiet ut pars illa morbificæ materiæ actioni, aut hostilitati resistat, quam vulgò observant Medici à partibus vegetioribus ad debiliores deturbari: ut patet in iis qui podagræ obnoxii multum sunt: in quibus vitiosi humores sæpe à nobilioribus partibus, si robustæ sunt, ad debilitatos frequenter articulos projiciuntur: hinc, podagra, si res rectè geratur, ad vitam producendam conducere creditur: porro hinc loci memini nôsse me Medicum eruditum qui multum peregrinatus fuerat, quiq̃e proinde vario usus erat victu, peculiari aded Gingivarum laborasse infirmitate ut licet vina quæcunque moderatè bibere posset, aquæ tamen vinariæ potu, odontalgiam subito contraheret, qua de re aliquando mihi conquestus est. Sed hæc obiter: jam enim probandum, atque illustrandum est quod dicebam de aptitudine medicorum quorundam corpusculorum ad sui associationem cum corpusculis partis cui profutura sunt; quem in scopum intuebimur quod in nutritione, lactentium præcipuè pusionum contingit: in iis enim unicum alimentum, puta lac, præter varia excrementa, ut crassiores viscerum fæces, ac magis fluidas vesicæ, oris & nasi, pororum cuticulæ, &c. magnam corpusculorum copiam suppeditat, quæ non tantum detinentur, sed assimilantur insuper partibus variè contextis, & constructis, puta cerebro, cordi, ossibus, &c. cum alioquin tam copiosum ejusmodi partes alimentum recipere inde nequirent, ut eo ipsarum dimensiones crescerent. Considerandum pariter venit quasdam partes in passionibus Cartilaginosis, ossæas tempore evadere, quæ mutatio ad meram spectare exsiccationem probabiliter non videtur, ad exsiccationem, inquam, à nativo calore pro ætatis incremento productam.

Secundò amicæ specificæ remediî corpuscula non tantum confirmare poterunt partis cujuspiam determinatæ valetudinem, sed etiam, quod ad rem præsentem magis facit, sanitati restituere eandem pristinæ poterunt, duabus, tribusve de causis.

Primò enim amicæ particulæ obstruentem, aliamve morbificam materiam ita modificare poterunt, ut facilius, tutiusque ejiciatur quod quidem præstant, non tantum ut sanguinis massam imprægnant, atque ita ab eo ad varias alias partes circumferri possunt, sed peculiari etiam textura, motu, &c. peculiari modo respicere poterunt peculiarem illam modificationem, quam vitiosa materia ex sua in hac vel illa determinatâ parte commoratione contraxerit: quòd autem diversa affectæ partis structura naturam *Materia Morbificæ* variare possit, inde inter alia colligo quòd docere soleant Medici, licet observationem hanc non semper veram compererim, petrescentem calculo laborantium materiam in renibus esse subrubram, ac flavam, sed in vesica albam, aut albo-cineriam, lapillosque in partibus prius commemoratis generatos friabilioris, leviorisque esse texture, quàm sint lapilli in vesicâ generati: quorum quidam admodum duri sunt, si præsertim comparatio instituaturs cum latioribus,

bus, quos habui, ex felle, aut vesica robustorum animalium extractis. Cùm itaque *Specifici* corpuscula, sanguinem, aliudve quodvis vehiculum disponere queant ad operandum instar, menstrui appropriati in materiam peculiariter modificatam, quæ obstruit, aut malè afficit Jecur, exempli gratiâ, constatum ex iis remedium parti illi perutile fortè futurum fuerit, dum morbificam materiam ad expulsionem parat: sed eandem partem, alio etiam modo juvare poterit. Ita enim agere poterit in fibras, stabilesq̃ue partis affecta portiones, ut vires inde trahat quibus excitata suum ejicere hostem possit. Firmitatem enim, roburque fibris partis communicare poterit: ejusdem quoque immoderatam, seu caliditatem, seu frigiditatem contemperate poterit.

Acidum, aliasve incongruas particulas in minutis partium stabilium intervallis, atque in ipsiis etiam fibrarum poris fortè morantibus: parte etiam convulsiones, spasmos, aliosque inordinatos motus, qui prohibent ne agat, vimque suam exercent, compescere poterit: relaxare poterit, aut dilatare poros juxta operis faciendi exigentiam. Cùm itaque hunc ferè in modum corpusculorum benignorum ope materiam expellendam præparaverit, *partemque ipsam*, ad eam expellendam disposuerit, partem tum excitare poterit, suam ut ipsa officium obeat, irritatione fibrarum, aut organorum moventium, aut eorum stimulatione ad exonerationem materiæ peccantis. Ut exigua Cantharidum dosis irritatione, vi, sed non turò urinam è vesicâ ejicit, ac simul arenam, seu minores calculos, excrementitiumque limum priùs ipsi molestum.

Hocque exemplo confutamus illud quod tanta fiducia proponebatur ab iis qui remedia specificæ rejiciunt: hîc enim medicamentum habemus quamvis periculosum cujus corpuscula peculiari aded modò ad vesicam spectant, organaque urinaria, ut licet sanguinis massæ commixta, ab eo ad alias etiam partes corporis indiscriminatim ferantur, cæteris tamen illæsis, vesicam admodum irritent, determinentque ad ejus quod continet, excretionem: cùm autem obijci possit, primum trium modorum, quibus animadvertimus particulari parti opem à *Specifico* ferri posse, secundo contrarium videri, primus enim partis corroborationem spectat, secundus relaxationem, atque irritationem, duo omnino respondeo, ac primò quidem cùm pars interdum esse possit in naturali, interdum in statu præternaturali, in *priori* remedium mereri posse interdum nomen *benigni*; atque *appropriati* quia servat eam sanam, quod roboratione maximè fit; atque in posteriori mereri posse appellationem *Specifici*, quia ad pristinam ei restituendam sanitatem juvat.

Respondeo secundo, quamvis quòd sanitas recuperetur, sæpe multùm expediat, atque etiam interdum necessarium sit, ut medicamentum materiam, partem ladentem evacuet, hanc tamen evacuationem sæpe multùm ipsa partis corroboratione promoveri, hinc enim fit, ut ipsa se exonerare queat, idem porò medicamentum continere poterit, ac communicare sanguini corpuscula discrepantia aded quoad figuram, molem, motum, &c. ut utroque modo successive juvari pars ac restitui sanitati possit: ut animadvertunt Medici Rha-

barbarum

barbarum non tenuioribus tantum partibus purgare jecur, & bilem, sed magis terrestribus corpusculis, & astringentibus illius partis Tonum roborare: [quid præterea ad illustrationem hujus rei pertineat suo loco occurrit] non abs re fuerit hic addere quibusdam in casibus hanc ipsam corroborationem partis minus sanæ restituere eandem pristinae sanitati posse, cum quidam morbi ferè semper sint, ut, ita loquar in fieri, hoc est diu in parte affectâ subsistere nequeant, nisi ob debilitatem ejusdem, & quæ inde sequuntur; novam subinde vitiosam admitteret materiam, quæ fovetur, aliturque morbus: in ejusmodi autem morbis, si structura, tonusve partis, *specifici* operatione restituti fuerint, acquisitus ejusdem vigor novæ peccantis materiae ingressum prohibebit, quam in massam sanguinis impellet, ut inde communibus corporis meatibus expellatur: dum natura interim paulatim subdere, aut dissipare, vel alium in usum convertere poterit minorem illam peccantis materiae portionem, quæ in parte ægra desidebat.

Nullum hoc in Tractatu exemplum dedimus, quo ostenderemus quæ specificum remedium ad determinatam partem ægram specialiter aded spectet, ut quis vix crederet ponderosam lapideamque substantiam interius sumptam ad curationem fracti in crure, manûve ossis non parùm profuturam: atque ut testimonia Chymicorum præteream, memini Medicum Germanum insignibus curationibus celebrem, mira mihi referre de efficacia lapidis in patria ipsius crescentis quem ab effectu *Osteocollam* dicunt: maximè si peritè præparetur, cujus præparandi modum mihi ostendit, sed experiri non licuit: at absque ulla præparatione expertus admodum Chyrurgus *Fabricius Hildanus* multùm ex propria observatione commendat uricam ipsius drachmam optimè pulveratam ad generationem calli quo fracti ossis partes copulentur: aded ut moneat juniores, vegetioresque læsos eo pulvere parcè, ac cautè uti debere ne callum nimium generet, cujus rei insigne exemplum affert: quod pariter ipsa me experientia docuit, docente eodem Medico Germano, quia aliter, dixit, ipsius præparatione fieret, ut in ejusmodi hominibus *remedium* generaret callum, & nimium citò, & nimium magnum.

Propositio Quinta.

Interdum Remedium Specificum operari poterit producendo in sanguinis massa eam dispositionem, quæ possit natura corrigendo, expellendo, aliisve idoneis modis, morbificam materiam, aliamve morbi causam superare.

Qui attentè observavit praxim variorum Doctorum, quiq̃e magno cum successu Medicinam exercent, Medicorum, facilè animadvertet plerasque ipsorum præscriptiones hac nisi suppositione, quòd plerique humani cor-

D poris

poris morbi, sanitatisque recuperatio, à vitiata sanguinis constitutione, ejusdemque pristino statui restitutione pendant.

Perutilis hæc sanguinis mutatio à *specifico* multis effici modis potest, *interdum separatim, conjunctim interdum*, ac præcipuè sequentibus.

1. Subministrando sanguinis activa quædam corpuscula, ut non necesse sit medicamentum eam *fermentare*, aut utilem in eo commotionem excitare.

Non hîc examinabo utrùm massa sanguinis intra vasa hominis viventis contenta, capax necne sit fermentationis propriè dictæ.

Quare adhibui etiam vocem, *tumultuationem*, seu *commotionem*, aut *agitationem*, quæ voces facillè admittentur, si alia minùs probetur: sed quia *fermentatio* jam inter loquendum invaluit, ea voce his præmissis absque scrupulo utar.

Sed quia non pauci recentiores Medici, maximè ex quo doctrina Villifii inclarescere cœpit, febres tum continuas tum intermittentes positas esse in vitiolis sanguinis *fermentationibus*, atque ab iisdem productas censent, ideo *fermentationi* de qua locuturus sum, quasi distinctivum hoc epithetum, *utilem*, addendum putavi.

Hoc præmissò non absimile vero mihi videtur, ut vitiosa sæpe est sanguinis *fermentatio*, ita interdum quemdam *fermentationis* defectum esse posse, aut quamdam tarditatem, quæ vel tollit celerem intestinam agitationem rei fluidæ calidæ hujuscemodi propriam, cujusmodi in sanis reperitur, aut debitam per cor circulationem, quam sanguinis pigrîtiam si pertinax, ac diuturna, varii consequuntur morbi: jam quamvis varia medicamenta sint, puta, aromata, aqua vinaria, aliique spirituoosi liquores à fermentatis vegetabilibus distillati, quæ plerumque, & sat magno cum successû ad accelerandum sanguinis motum adhibentur: quia tamen calida admodum sunt, propterea enim à Medicis eliguntur, ob varia ægrotantium temperamenta, variasque alias circumstantias periculosa sunt, plusque damni immoderato suo calore inferre possunt, quàm commodi suâ spirituositate: præterquam quòd sanguinis tarditas oriri possit interdum à causis, quas calida hæc medicamenta non corrigent: meminî, cum experimenti gratiâ moderatè exsiccassèm particulam sanguinis humani, vinoso spiritu penitus inflammabili per varias saltem horas, quibus experimentum duravit, ipsius solutionem fieri non potuisse, aut rubram elici tinturam licèt optimè pulverata foret. Cùm tamen spiritus vinosus optimè rectificatus rubicundus ex eâ evaserit vigesimâ, & infra, illius temporis parte.

Jam remedium specificum abundare poterit corpusculis ejusmodi, ut sanguine neque moleste, neque periculosè calefacto, debilitare possint, ac frangere corpuscula in sanguine obvia, quæ liquorem reddunt viscosum, ac lentum, atque insipidum spirituumque expertem, atque sanguinis etiam massam, ut ita loquar, fermentare, celerique, & amica ejusdem agitatione efficere ut heterogeneas illas partes aut recrementa eidem priùs commixta ejiciat, per-

meisque,

meetque, eâ, quâ debet, libertate viscera, quorum capillaria vasa, porique, vix omnino aut certe parçè admodum eum admittebant.

Quodd specificum id præstare possit, eò fortè faciliùs concesseris, si animadvertas à plerisque Medicorum doceri, varia esse *Cardiaca*, quorum quædam temperata dicunt, quædam frigida: ut reipsa corpus, si omnino, certè non sensibilibiter calefaciunt, ut uniones, quædam jucunda acida, quæ proinde refrigerare potiùs corpus debent, ut oxylapathum, alleluja, ruta Caprina, Galega: fierique omnino potest, ut corpuscula quibus sanguis condensatur, tardusque redditur, non sint frigidæ, sed calidæ naturæ, quorum proinde operationes, calida remedia juvent potiùs, quàm destruant: ut si albumini ovi agitatione in aquam reducto, quod necessarium non est ad experimentum, sed meliùs illud ostendit, certam quantitatem spiritûs vini bene dephlegmati addideris, non modò viscositatem liquoris non destruet, sed magnam illius partem coagulabit, corpusque longè magis à tenuitate, & fluiditate remotum producet.

Memini, me interdum, experimenti gratiâ facere vçgetabilem liquorem, qui, aliquatenus priùs tardus cum esset, additione spiritûs vini mirum in modum viscosus evasit.

2. *Specificum* massæ sanguinis prodesse etiam poterit eam dilatando, aut attenuando: secundus hic modus primo multum affinis est, non tamen idem: in isto enim fermentationis sanguinis, seu agitationis præcipua habebatur ratio, cum hic ejusdem consistentiam tantum respiciat: quæ quidem magni ad sanitatem momenti est, si enim spissior sit, ut sæpe est, sanguis, non tam liberè, facileque, ut debet, per vasa Capillaria transibit, quæ hinc paulatim obstruuntur, circulatioque hinc magno incommodo retardatur: unde magna sequuntur incommoda: ex altera parte, si tenuis nimium sanguis sit, præsertim si nimium etiam agiteretur, ex vasis facilè effluet, Hæmorrhagiasque gignet, si è corpore fluat, aliosque malignos effectus extravasationem sanguinis comitari solitos, qui liquor cum extra propria vasa in calido humano corpore existit, facilè putrescit, unde Apostemata, variaque alia molestissima symptomata, oriuntur.

Jam *Specificum remedium* vitiosam hanc sanguinis consistentiam corrigere potest, dum ea subministrat corpuscula, quæ figura, mole, motu, &c. vitiosa sanguinem incrassantia superare, atque attenuare possint, aut certè scindere ac dividere partes ipsius sanguinis quæ hinc ad majorem fluiditatem disponantur: vel certè ejusmodi in eo poros producere poterunt, quibus subtilis ætherea materia qua Atmosphæra abundat, sese in massam sanguinis insinuet, eamque rarefaciat: cum autem sanguis tenuis nimium est, cujusmodi sit non tantum à quibusdam morbis, sed etiam à quibusdam medicamentis, *aloe* maxime, *specificum* ad laudabilem eam consistentiam reducere poterit, aut suppeditando ei corpuscula quæ facilè complicentur actuosis sanguinem nimis attenuantibus, aut juvando naturam ad expulsionem ipsa transpiratione, aut alio quopiam non molesto modo, particularum illarum nimis activarum.

3. Tertio quoque modo conducere specificum poterit ad sanguinem pristino statui restituendum : si nempe operatione specifici in cor ipsum, sanguinem illud per se transmittere majore microcosmi commodo possit : quod remedium specificum peculiariter huic illive parti prodesse queat, adeoque etiam cordi plerique Medicorum concedunt, qui cardiacorum, quorum, vereor, perpauca hanc appellationem merentur, Catalogum conscribere solent : at cum alibi hoc in Tractatu ostensum sit quaedam medicamenta peculiariter respicere posse determinatam corporis partem, adeoque etiam cor, admittere quis poterit corpusculis *specifici* aut dissolvi quasdam particulas in corde obvias, quibus nobile illud *viscus* irritatione, aut aliter impeditur ne regulariter dilatet se, contrahatque ; aut corroborari adeo fibras, motivaque ejusdem organa ut ad moderandam sanguinis transeuntis circulationem disponatur, moderandam, inquam, modo optimo : quod autem dispositio cordis etiam cum nullo ejus sensu homines afficiuntur, magni tum quoad valetudinem, tum quoad invalitudinem momenti esse possit, facile is crediderit qui secum perpenderit, *primò* corpus humanum non esse merum aggregatum ex ossè, carne, &c. sed exquisitè fabricatam machinam, valde sensitivam cujus partes sæpe cientur à propriis, sed minutis admodum agentibus, quæ mutua in se invicem reactione majora præstare queunt quàm quæ à merâ agentium *primò* moventium energia expectari poterant : *secundò*, quod primum supponit, dispositionem cordis mutatam licet fortè insensibiliter insignem producere alterationem posse in moribus sanguinis, inque ipsius per cor transitu, quoad quantitatem, celeritatem, aut utramque : quantum hæc mutatio circulationis sæpe faciat ad fanitatem aut ægritudinem elucescere poterit ex effectibus vehementium ac tenacium mentis passionum, ut observamus quando magnus opprimit dolor, quo cordis meatus quasi angustiores fiunt, cum sanguis nimium parcè distribuatur, fermentantes spiritus sat magnâ copiâ non generari : ac præter perniciosos alios hujusce statûs cordis effectus, adeo spirituum expers sanguis fit, ut in his Europæ oris ad *scorbutum* disponatur, quo vel producuntur, vel irritantur varii alii morbi : observamus quoque *pudore* sæpe mutari subitò sanguinem, tumefieri que in exiguis sub cuticulâ faciei, aliarumque etiam interdum partium vasis ; ut patet in virginibus, aliisque delicatioris constitutionis in quibus pars faciei alba pudore rubescit : non absurdum quid à magno subitòque gaudio profectum vidi : quamvis autem dolor, quæ apposita ipsi passio est, appetentiam perimere vulgò putetur, rectè tamen regulatâ sanguinis transmissione, in multis sæpe factum est, atque insigne ejusdem rei exemplum ipse vidi, ut gaudium famem multum imminuerit : cujus quidem effectûs causam ingeniosè, *Cartesius* derivare conatur à variatis dilatationibus, motibusque cordis : minime autem absurdum videtur admittere ejusmodi motus oriri posse à corpusculis remedii specifici, quæ afficiendo fibras cordis, eo modo quo gaudium solet profectas à jucundis gratisque passionibus dilatationes, ac contractiones gignere possunt : in cujus rei confirmationem addam primariam quamdam *feminam*

minam mihi notam conquestam mihi esse, quòd odore Chirothecarum odoratarum sanguis in faciem assurgeret, diùque illic, quasi aut pudore, aut gaudio perfunderetur, remaneret. Atque idem prorsus in aliis sexus sui observasse se dixit: sed cum alio in Tractatu ostenderim quòd passiones mentis corporis statum mutare queant, mutato variè sanguine qui per cor transmittitur: ex dictis sat verosimile fit remedium specificum peculiari cordis corroboracione introducere posse, aut restituere sanam sanguini *Crasim*: qui jam rectificatus, & factus hunc in modum vegetus, & corpori opitalari poterit, & conferre ad particularium morborum expulsionem, roborando, atque fortè etiam excitando particularem partem, in qua peccans materia residet, ut domer eam quæ illuc jam confixit, atque ulteriori accessioni resistat: sanguine itaque ipso bene constituto, æquè atque stabilitus partibus corroboratis, specificum Remedium horum effectuum causa, dici poterit curare, licèt lentè, varios particulares morbos: cujusmodi ii sunt quos alibi hoc in Tractatu commemoravi, qui ut durent frequentissimum vitiosæ materiæ supplementum à sanguine circulante recipiant, necesse est.

Propositio Sexta.

Interdum Specificum unire poterit particulas suas cum particulis peccantibus materiæ cum iisque constituere neutrum quid, quod facile proscribi poterit, aut quod non necessario expellendum est.

HOc maximè proprio genuinoque modo specificum quòd tale prodest, quia in hac operatione effectus producitur, aut abique auxilio, aut supra meram qualitatam, ut loquuntur Medici, manifestarum potestatem, qualitatam, inquam, manifestarum remedii: curatio insuper ægri plerumque absque ullo ægri incommodo contingit.

Hic operandi modus, *Specifici*, affinis multum est uni, alterive priùs commemoratorum, ii tamen modi quibusdam discrepant ut colligere licet ex sequela paragraphi hujus dissertacionis.

Interdum cum acidum quoddam sanguinem imprægnavit, sequè ipsum in stabili quadam parte statuit, ut Jecore, Splene, Renibus, &c. corpuscula *Specifici* possunt absque sensibili ulla colluctatione, aut conflictu, qui plerumque contingit cum acida lapidis ab alcaliis mortificantur, ita combinati ut simul cum exiguis peccantibus acidi partibus coalescant, cum iisque parvas concreciones constituent, quæ, quòd differant à minutis acidi partibus, motu, figura, soliditate, rigiditate, aut uno, pluribusve ex his, modo, alterius omnino naturæ esse poterunt, quàm acidum, priùs quàm corrigeretur, fuit: hujus rei insigne

que exemplum illud est, quod alibi de ipsa aqua forti observavi: quantum vis enim corrosivum menstruum sit, id tamen digerendo, atque fortè etiam destillando cum æquali aut duplo pondere ardentis spiritus, comperi liquorem hunc summè acidum ita mutatum ut sensibilem nullam corrosivitatem retineret, acutissimus itaque ipsius fœtor, summaque aciditas non tantùm mutabatur in odorem non gravem, sed & gratum: quidquod gustui etiam dulcis foret: hinc occurrit mihi praxis quædam Præsidis celeberrimi Collegii Londinensis, qui, ut ipse mihi dixit; ægrum magnæ notæ Nephriticis doloribus liberare solebat, præscripta ei sat magnâ spiritus inflammabilis dosi: sed hoc obiter.

Alibi ostendi quid possit vini spiritus in varia alia acida menstrua, quibus eum immiscui, digessi que: unde constet non eum in eadem uniformiter agere, ut omnia sunt acida, sed sat diversis modis juxta naturam, proportionemque acidorum corpusculorum quibus vinosi spiritus associantur.

Vt autem pateat hanc mutationem, contemperatoremque Mercurii à spiritu vini, produci potius à peculiari convenientium utriusque corpusculorum aptitudine, quàm inimicitia vinosi spiritus, quem recentiores quidam alcaliis annumerant, in aquam fortem ut acidam, addam hic loci purum vini spiritum debita proportione summè rectificata urinæ spiritui immixtum, quem volatilibus alcaliis Chymici ascribunt; cujusque vel guttula linguam adurit, aut tumefacit, hunc, inquam, spiritum aio urinosi spiritus aciem obtusurum, cum quo sal componet spiritu ipso longè moderatius quòd sublimatum, aut quòd præstat adhuc, sed factu difficilium est, in liquorem reductum suppeditat utile adversus varios morbos, febresque medicamentum, paululumque immutatum, magnæ utilitatis variis in Chymicis experimentis *menstruum*.

Pauca grana virti Antimonii absque additione facta sumpta interiùs, vehementer emetica sunt, & Cathartica: sed quamvis vinum, nihil prohibente copioso ejusdem spiritu, si bene imprægnatum fuerit corpusculis hujus vitri, superne, inferneque violenter sat purget, spiritus tamen aceti ex vino scilicet degeneri, si competenti tempore digeratur super vitrum hoc optimè pulveratum, cumque liquor sat imprægnatus est particulis vitri, si ab eo abstrahatur, ab antimonialibus acetosisque corpusculis minutæ plurimæ concretiones emergent, quarum multa esse grana queant, absque ulla supernâ infernave purgatione: unde quis conjiciat utilem omnem à medicamentis mortificationem ab acidis non oriri: cum ipsa etiam acida, ut patet, corrigant: ac quæpiam fortè ejusmodi combinatione contigerit, ut quædam venena [neque enim uniformem eorum omnium operationem, aut constantem in cor impetum putò] domari possint.

Atque ob hanc fortè causam non minùs probabiliter quàm ob ullam aliam fuerit, quòd quis à scorpione ictus curari possit contrito hoc animali super vulnus, ut multi Medici præscribunt, utque quidam mihi notus expertum se esse dixit in se ipso, aliisque quidam in milite, sælici successu: cumque mecum ipse pendo quàm variæ, multiplicesque Corpusculis adaptari queant figuræ,

ex quibus fiant aggregata ab ambabus partibus componentibus valde discrepantia : vix vero ablimile putem in ægri corpore , corpusculorum peccantis materiæ , ac remedii tam utiles existere posse combinationes , ut inde concreciones innocuæ , sin minus beneficæ , existere queant.

Si per otium liceret , atque expedire judicaret , plura addere possem exempla mutationum , colorum , odorum , saporum , aliarumque qualitatum quæ ex minutis discrepantium corporum partibus oriuntur , facile , inquam , plura possem addere exempla , & differere de eo quod conditiones ejusmodi consequitur ; cum autem id sat alibi præstiterim , hinc magis è re fuerit indicare , cum particula peccantis materiæ *remedii specifici* particulæ associatur , combinatione eam in melius mutari posse , non figurâ tantum & magnitudine mutatis , sed adaucta etiam , aut imminuta ejusdem rigiditate , unde de novo ipsius motus modificetur : ut ex qualicumque demum ad ea quæ ex corporum coalitionibus naturaliter consequuntur , attentione judicabis : addamque quasi ex *abundanti* , concretionuculas unione materiæ morbificæ cum corpusculis Medicis factas non tantum evadere posse innocuas , sed aliquando etiam beneficæ : quod illustrari potest ex ulteriori sublimari communis præparatione : quamvis enim hæc substantia sit summè corrosiva , adeoque violenta ut paucis ipsius granis interimi quispiam possit.

Facto tamen ejusdem conjugio cum minore etiam Mercurii pondere , qui corpus & insipidum , & inodorum est , corrosivum sublimatum alteratum adedè fuerit , domitumque , ut vertatur in id quod Chymici , quia acumine caret *Mercurium dulcem* vocant , qui si rectè præparetur , atque ad multa etiam grana detur , non tantum innocuum quid plerumque est , sed optimum remedium , idque sæpius quam Medici fortè norint.

Commemorata mox ratio probabile nobis argumentum suppeditare poterit , quo ostendamus , nihil prohibentibus *Specifici* digestionibus , mutationibusque , quas in transitu pati potest , salutare id posse esse remedium , cum ad partem curandam accesserit : licet enim remedii corpuscula in suo ad partem affectam itinere multum mutarentur , fieri tamen poterit , ut alterata hæc corpuscula , vel hac ipsa alteratione Medica evadant : cum his etiam mutationibus apta fieri possint , cum ad partem affectam pervenerint , ut arte combinentur cum quibusdam corpusculis sive materiæ morbificæ , sive aliis , quæ illic reperiant , cum iisque componant novas concreciones quæ novæ jam sint indolis , ægroque amicæ : huic quidpiam analogicum observare licet in *Asparago* , qui manducatus varias subministrat particulas , quæ commixtæ particulis renum , aut vesicæ novum odorem producunt , admodum diversum tum ab odore urinæ , tum ab odore ipsius plantæ : ita si Terebinthina selecta interius sumatur , miscet in renibus & vesicâ minutas suas partes cum partibus illic obviis , unde emergent corpuscula urinam imprægnantia odore admodum diverso ab eo qui ad utramvis horum liquorum spectat , cum violarum instar fragrantiam sæpe spirat.

Priusquam

Præquam huic Tractatui finem imponam, non inutile fortè fuerit mentionem facere difficultatis quæ, scio, objici poterit si minùs contra præteritam dissertationem, certè quàm infringi videretur vis ejus, proportioque, cum scopo, mihi hoc in opere propolita: dici enim poterit, cum argumenta mea, explicationeque supponant *Remedia Specifica* interiùs sumi, constat tamen à specificorum assercoribus, specificis connumerari quædam quæ per os in corpus non immittuntur, sed exteriùs tantùm applicantur, aut superficie tenus tantùm rangunt, ut patet in *amuleis, annulis, &c.* ad diluendam hanc magni momenti difficultatem, varia, meminì, alio in Tractatu dixi.

Non abs re tamen fuerit, pauca quædam etiam hîc respondere: notandum, ideo præsertim non paucos Medicos rejicere, & quosdam etiam deridere *externa specifica*, si ita loqui liceat, quòd primò pars medicamenti, nam de massa ipsa constat, in corpus penetrare nequeat, quòd secundò quamvis tenuior *specifici* pars fortè introducatur, ea nimium minuta sit, quàm ut producat in corpore ejusmodi mutationes, cujusmodi ad peccantium humorum expulsiõnem, morbumque superandum requiruntur.

Quod ad priorem rationem attinet sat multis alio in Tractatu ostendi †, hominis cutem, licet integrum, continuamque corpus videatur re ipsa esse magnâ pororum multitudine perforatum, quorum multi in alutis etiam mortuorum animalium conspicui sunt, aliique manifestè deducuntur ex guttulis innumeris cutem totam, erumpente primùm sudore, cooperientibus: quòd autem his poris intromitti possint subtiliores particule remediorum exteriùs adhibitorum variis è phænomenis, cujusmodi hæc sunt, elucescere queunt: aqua penetrabit poros selectæ vesicæ, dissolvatque salem tartari, aut saccharum candidum inibi contentum: liquorem quemdam præparavi, cujus licet calore non agitati vapores celeriter penetrarent varias mortuorum animalium membranas, manifesteque agerent in corpora metallica his involuta.

Lippis etiam, ac Tonsoribus notum est Mercurium, seu argentum vivum exteriùs in unguentis cingulisque applicatum per cutis poros sese introducturum, invasurumque internas corporis partes, ibique diutiùs interdum remanere & operari violentiùs quàm Medicus velit: intromissa autem semel *specifici* corpuscula in interiores corporis partes, facile quis conceperit, qui ulterius procedere queant: sub cuticulâ enim aut prope plurima sunt capillaria vasa, ut vix hîc aviculam vase quopiam non perforato infringere possis: ut patebit exiguâ sanguinis guttâ quæ ex factò recens foramine quantumvis parvo effluet: cui exemplo, alia multa si opus foret addere possem, capillarum vasorum multitudinis, & propagationis sub superficie cutis, quæ pleraque sanguinem, licet eorum nonnulla alios etiam succos vehere queant, suaque exonerare recrementa aut sudore aut insensibili transpiratione per poros cutaneos: cum itaque capillaria hæc vasa quantumvis parva suas habeant cavitates continuatas vasis, quorum minores adhuc sunt cavitates, hisque mediis cum vasis quorum majores sunt cavitates,

† Trutamen porositatis corpus.

cavitates, quæ maximorum vasorum rami sunt, corpuscula medicamenti in capillaria vasa semel introducta, facili transitu ope liquorum quos continent, in majores præcipuarum venarum ramos insinuare sese poterunt, atque ita vi circulationis, massæ sanguinis commisceri, ejusque vehiculo faciliè convehi ad omnes corporis partes: ut sæpe observatum est. † Amuleta Arsenicalia super pectus gestata licet vix carnem tetigerint, magnâ cor intemperie disturbârunt, noxiâque alia aliis partibus symptomata pepererunt: atque ab insignibus etiam authoribus commemoratum reperio, Cantharides, manu atque interdum etiam in perâ gestatas, noxia sua effluvia ad vesicam usque transmittere, in qua magnum dolorem excirent, aliaque inducant symptomata. Quod ad alteram rationem attinet, ob quam *Specifica* rejiciuntur, quòd scilicet effluviis tantùm in corpus penetrare queant, quibus interno superando morbo par inesse vis non videtur: hanc difficultatem hunc in modum diluo.

1. Corpuscula ab exteriori medicamento in corpus intromissa plura fortè, plusque proinde valentia fuerint, quàm homines sibi persuadeant: quod probabile sit ex magna multitudine odoratarum, adeoque sensibilibum expirationum, continuè, diuque ab ambrâ griseâ, moscho, fele odorato, multòque adhuc magis à mixtis ex arte factis emissarum: quòd autem subtilia effluvia etiam absque caloris ope celeriter possint penetrare membranas tantâ copiâ ut agant in corpora stabilia iisdem cooperta, paulò superius insinuavi, factoque experimento pluribus ingeniosis viris ostendi.

2. Corpuscula medicamenti suam retinere naturam poterunt, operandi facultate non amissa licet per cutem quasi filtrentur, ut ex Mercurio colligi potest, quem superius diximus repertum in formâ argenti vivi in corporibus quorundam qui nimium sæpe Mercurio inuncti fuerant, Mercurio, inquam, in unguentum aliis cum unctuosus reducto, quo quidem æger tam violentam, tanque diuturnam pati salivationem poterit, quàm si bolos ex Mercurio deglutisset. Sæpe etiam observavi, quod haud dubiè sæpius ab aliis observatum est, exiguo opio aliis Emplastrorum ingredientibus mixto, exteriori applicato acutos interiorum partium dolores esse ablatos, licet sat ab Emplastro remotum.

3. Corpuscula autem *Specifici* sæpe violentius agere possunt intromissa per cutem, quàm si medicamentum è quo effluunt, interiori sumptum fuisset, quia si per os sumptum fuisset, particula dividi potuissent, aut etiam fortè ob dilutionem, sui que cum aliis Chyli particulis combinationem, multùm alterari, fermento, aut menstruo stomachi, earundem per viscera filtratione, longoque ac sinuoso per eadem, lymphæque ductus transitu, priusquam ad cor pervenerint, ut cum sanguine miscerantur: cum corpuscula externi *specifici*, ubi cutem prætergressa fuerint Capillaria statim sub eadem sanguinis vasa subeant, eorumque ope mox immisceantur sanguini circulanti, unde non patiuntur eas al-

E terationes,

† Vide fusè de hac re differentem doctissimum Diemerbroeck de peste, lib. 2. c. 11. in annotat.

terationes, quas alia medicamenta, priusquam sanguini confocientur, pati necesse est.

Vnde patet errare omnino eos Medicos qui putant partes tantum quas immediate tangit, curare posse, quod existiment ejusdem corpuscula ultra partem corporis medicamento vicinam non progredi: quæ quidem argumentatio licet veniam mereretur tum, cum sanguinis circulatio nondum esset detecta, at cum jam sanguinis circulatio, intercurfusque inter distantes corporis partes, innotuerint, argumentum ad rem nihil facit.

Hic autem admonebo cujuspiam, quod nusquam memini me legere, corpora scilicet exterius applicata esse interdum quorundam morborum *specificia* remedia, adversus quos nihil posse quis judicaret ex eorum interius sumptorum effectibus: ita Camphora deglutita, seu pauca tantum ejusdem grana sanguinem admodum calefaciunt, commendantur etiam à Medicis nec immerito adversus malignas quasdam febres: Camphora tamen exterius applicata faciem rubedinem tollit, quæ à calore sanguinis oriri creditur, adhibeturque in unguentis contra adustiones. Ita spiritus vini, qui dum potatur, tam calidus est, optimum ad extinguendum adustionum ardorem remedium est, maxime si pars mature eo irroretur: panis, tam moderatum, temperatumque alimentum, cum manducatur, masticatus tamen exteriusque applicatus varios adversus morbos plurimum valet: atque senem, peritumque Medicum novi qui infantes non facile quidpiam deglutientes purgare solet quopiam ipsorum umbilicis applicato, quod iis neque colore, neque odore, neque tormine offendiculo sit: idque ut ipse mihi non semel confessus est, usitatum quodpiam alimentum est, quo ipse, ut & alii plerique, haud præparato utor sæpius. Quid foret ipse mihi indicavit, sed nondum id experiri mihi licuit.

Ut quod dicebamus de possibili externorum specificorum efficaciam minus improbabile videatur, non abs re fuerit observationes quasdam indicare nostræ doctrinæ admodum congruas: quamvis autem quæ offerenda sunt; non omnia *specificorum* appellationem mereantur, attamen præterquam quod eorum quædam hoc fortè nomen merebuntur, ostendent omnia simplicia medicamenta exterius applicata adversus internos corporis morbos plurimum valere posse.

Externa specificia quamplurima Medicorum è libris commemorare possem: nulla tamen recensebo, quod ut quid sentiam ingenuè dicam, quæ traduntur ab his remedia licet multum collaudata, ab ipsis tamen laudatoribus parum fuerint examinata: satque impræsentiarum fuerit pauca quædam afferre exempla aut propria, aut amicorum experientiam mihi nota. Unica tantum Galeni observatio, quam solemnibus & disertis verbis tradit, quamque alii etiam præstantissimi Medici probant, prima omnium proponetur: hæc itaque historia est à Galeno relata de radice pæoniæ, quam cum puer quidam per multos menses epilepticus collo appensam gestasset, hujus morbi impetum nullum sensit, quamdiu eam gestavit, quam cum fortè deposuisset morbus iterum ipsum in-

vasit:

vafit : applicatâ tamen rurfus radice iterum liberatus eft : quod cum Galenus obfervâffet, radicem explorandi rem certiùs gratiâ feponendam curavit, cum autem paroxyfinus renovaretur, eam folito fucceffu rurfus adhibuit : in eadem vixi domo cum docto, magni que judicii viro paralyfi obnoxio, qui à violentis sæpe fpafmis, citò, & ut plurimum liberabatur gellatione, aut tractatione dentis veri Hippopotami, aut equi fluvialis : mihi que is afferuit, cum eum ad tempus feponuiffet, ut amico fortè commodaret, paroxyfmof rurfus æquè violentos redituros.

Memini quoque, cum ipfe per multos annos fpafmis obnoxius efferem, conqueffus que de iis fuiſſem Medico cuiquam qui per frigidas regiones multum peregrinatus fuerat, affirmare eum mihi quod fecum attuliſſet annulos ex unguibus veri *Elkii* à loco quodam ubi illa animalia vulgò adhibentur, quorum ope variorum fe curâſſe fpafmos dixit : unum que mihi, ut experirer, obtulit, quem eò libentiùs accepi, quod afferuerit mihi, varios pro veris venditos, fimileſque ſuis, adulteratos tantum eſſe, aut nullius prorfus virtutis : quamvis autem cum fpafmus furam cruris invaderet, annulus non multum me juvaret, quando tamen paroxyfmi moderari tantum erant, aliis que in partibus, maxime manibus folatium ſenſi tam frequens, & tam ſubitum, ut rei inſolentia obſtupefcerem, remedium que quavis nocte prope lectum, ut ad manum eſſet, ubi res exigeret, locarem : merito autem mirabar, cum fpafmus pedes, digitoſve pedis invaderet, ſedari dolorem licèt annulum digito tantum applicarem : quam ob cauſam illius jacturam ægrè tuli.

Cum Medicus quidam inſignis mecum de *paciente* quâdam ſua, incontinentia urinæ & moleſta, & propudioſa laborante diſſereret, empiricum ipſi ſuggeſſi remedium alio in Tractatu commemoratum, cujus ſucceſſum nec promitterem, nec omnino negarem : quod quidem tutum ſi minus efficax foret : ſimplex hæc erat ſubſtantia ad regnum animale pertinens geſtanda in ſacculo induſum inter, & cutem : gratias porro amplas diu pòſt Medicus mihi egit, qui effectum ſe miratum dixit, obſervâſſe que ſe cum paciens eam tamdiu geſtâſſet, ut virtus jam deficeret, hoc eſt juxta me, ut effluvia omnia exhauſta ferè eſſent, iterum remedium adhibere patientem debuiffet ut ſana libera que perfeveraret.

Equidem futurum non exiſtimo ut tria prænomina *appenſa*, alia que remedia commemoranda ſemper ſuccedant : atque non improbabiles quis rationes afferre poterit, cur uniformis non ſemper ſequatur effectus : ſat eſt quod interdum ſuccedant, cum inde manifeſtum fiat fieri poſſe ut exteriora medicamenta in morbos internos agant.

Cum quondam peritiſſimum quemdam celeberrimi Collegii Londinſis Medicum inviſiſſem, horologium modo novo conſtructum in domo obſervavi, cum que ipſi dixiſſem me ſimile quidpiam eo in loco priùs non vidiſſe, monuit, ne eum direm, aded, aut vanum putarem, ut quid tam carum emeret. Sed fuit, aiebat aulici cujuſdam, quem mihi nominavit, de cujus filia hanc mi-

hi historiam retulit. Hæc scrophulosum in collo tumorem patiebatur : quem pater ægræ admodum ferebat, quòd metueret ne propterea dorem supra facultates augere cogeretur : Medicum itaque, de quo mox, consuluit : hic eam difficilem curatu tumorem hunc existimaret, nec continuatis diu remediis eam torquere vellet, *Aulico* dixit, si posset ipse eam ad remedium quoddam admittendum inducere, sperare se eam illæsis etiam viribus, & absque dolore sanandam : cum itaque utrinque de re conventum esset, ducta patientis est in cubiculum ubi in lecto jacebat quidam lento morbo consumptus : hujus mariti Medicus patientis tumori imposuit, donec conquesta est de ejusdem fugiditate ad intimas tumoris partes penetrante : manus aliquoties imposita tumori est, quàm diu corpus fœtoris expers remansit. Atque hunc in modum profligatus tumor est, *paciensque* liberata hæc malo : hoc autem horologium Medico, quem rerum curiosarum cupidum sciebat, in grati animi signum dono pater dederat.

Doctissimus hic Medicus insolitum hoc remedium *Helmontio* ascripsit, qui quidem collaudandus est quòd medicamentum non modò nullius in speciem utilitatis futurum, sed quòd præterea in usu non erat, commendaverit : sed ejus cognitio nostro etiam sæculo antiquior mihi videtur, cum ejusmodi quid *Plinius* commemoret, licet ab eo ad *Helmontium*, aut oblivione sepultum, aut non creditum fuerit : præter unum *Franciscum Vlnum*, qui licet non imperitius observator, celebris tamen non fuit : asserit is aliis frustra adhibitis remediis nobilem se novisse virginem qui hoc modo perfectè curata sit.

Ætate quadam magno meo stupore Hæmorrhagiis è naso obnoxius fui : cui malo ut obviam irem nunc unum remedium, nunc aliud adhibui, successu sæpe sperato, sed non sat celeri : cum autem quodam die in paroxysmum inopinatum incidere ; cujus eventum non nihil formidabam inusitato uti remedio statui, cumque à sorore, in cujus domo paroxysmo correptus eram *muscum* Cranii hominis mortui obtinuissem qui à magnate quodam ad ipsam ex *Hiberniâ* ubi major ejus copia est, plurisque quàm alibi æstimatur, missus fuerat : morte solito adhibiturus eum eram, hoc est in nares illaturus, sed priùs experiri volui, quantumvis copiosa Hæmorrhagia foret, utrùm medicamentum hoc manu suspensum non idem effecturum foret : quare cooperatâ pugno, parte *musci*, ut calor remedium nonnihil actuaret, comperi non sine astantium stupore Hæmorrhagiam compressam, quam, laus sit Deo, multis post annis non sum passus : sed minùs adhuc hoc mirum est, quàm quòd è præcipuis Regiæ Societatis Sociis cuiusdam contigit : hinc constitutionis omnino sanguinæ multum se affici sentiebat usu musci cranii humani [cujus particulas vidi adherentes radici vegetabilis, cum erat Genuinus] interdum enim cum sanguinem mitteret, si curiositatis gratiâ muscum manu teneret, sanguinis effluvium cessaret donec eum seponeret.

Quod non ipsemet tantum mihi asseruit, sed & ejusdem etiam Medicus quos ambos peculiariter nôram : quod alioquin vix credidissem, nisi vis imaginationis,

ginationis, qua is pollebat, remedio fortè cooperata sit.

Hactenus commemoravi specifica externa à vegetabilibus, atque animalibus subministrata, quæ cum levioris texturæ sint, facilius emittere effluvia dicere quis poterit, duo proinde jam triève exempla è minerali regno proponam, quod cum constet corporibus nunquam vitâ præditis, quæque compacta admodum pleraque sunt, existimantur habere partes minùs ad *Effluviationem* dispositas.

Quendam magnæ eruditionis Medicum novi, sat integræ valetudinis præterquam quod aliquo post horas magno cum terrore evigilaret, quem sequerentur violentæ, diurnæque cordis palpitationes, quæ molesto admodum terrore eum percellerent: ut malum hoc curaret, quicquid suggerere ars poterat, expertus fuerat, quâ de re pluribus, ex amicis suis conquestus est: cum autem rem hanc quondam inter Mercatores, quorum quidam per remotas regiones peregrinati fuerant, commemoraret, eorum quipiam ipsi dixit se citò eum curaturum remedio quod & sibi, & aliis profuisset. Dixit itaque seligendos varios planos, lævigatosque *Cornelianos* lapides, cujusmodi ab Indiis orientalibus afferuntur, ut ex iis fiant annuli, eosque octo, aut decem particulæ vestis coccineæ circa collum gestandæ esse assuendos, ita ut lapides immediatè cutem tangerent è regione cordis, orificiique Stomachi: hoc adhibuit Medicus remedium, brevèque magnum ex eo commodum percepit, quare lapides jam seponere se posse putavit: quod & bis terve fecit, tum ut videret, quid inde contingeret, tum ut gestandæ molestiâ liberareretur: at cum morbus semper rediret intra paucas à seposito remedio hebdomadas, illud continuè gestare decrevit, ut feliciter fecerat, cum rem mihi narravit: & ne quis mihi dubitationis locus superesset, quosdam mihi *Cornelianos* dono dedit, quos sibi numerosos, ne deficerent, procurâisset: cum tamen nondum eorum experimentum facere licuerit, non asseram hoc remedium successum semper habiturum, sed tantum, quod ad rem præsentem sat est, fieri saltem posse, ut ejuscemodi externum remedium admodum efficax sit.

Mecum ipse postea cogitavi, quod hæc ut dictis probabilitatem conciliem, addo, eos fortè qui priore remedio primùm usi sunt, illud didicisse ex iis quæ de Jaspide Galenus asserit: quem lapidem colore varium observamus, vidique ipse in virescentibus rubri mixturis, tam intensi coloris quàm sicut Cornelianus: ex hoc lapide Galenus refert quosdam, conflasse annulos, quibus insculptus erat Draco radios emittens: eumque ut Stomacho peramicum commendat ori applicatum: quamvis autem omiserit, & tutò ut putavit, sculpturam, ex propria tamen experienciâ lapides probat, quos eodem ferè quo Mercator noster, modo applicabat: † *sane hujus, inquit, ego quoque lapidis feci periculum, torquem ex hujuscemodi lapillis confectum collo suspendi ita ut lapides os ventriculi contingerent, apparebant autem nihilominus prodesse quamvis sculpturam non haberent, &c.*

E 3 Superius

† Galen. de simpl. med. facult. l. 9. Titu. de lap.

Superius commemoravi virtutem annuli in quafdam generis *neruosi* partes; sed majus fortè cuiusdam miraculum videbatur si annulus lapideus digito gestatus, in massam sanguinis operari possit, ac præsertim in depravatam ejusdem portionem, quam natura ad venas hæmorrhoidales relegat: cùm tamen peritissimus *Monardes* lapidem sanguineum è *nova Hispaniâ* allatum descripsisset, eumque ut jaspidem exhibuisset: non eum tantùm adversus Hæmorrhagiam parti affectæ applicatum commendat, sed sequentiâ, ex propriâ etiam experienciâ addit: † *vidimus nonnullos Hæmorrhoidum fluxu afflictos remedium sensisse annulos ex hoc lapide confectos in digito continuè gestando, nec non & menstruum fluxum sisti.*

Scio hic præmittendum à me lapidem Nephriticum non existimare te, licet eorum quamplurimi nullius adversus hunc morbum à quo appellationem fortuntur, virtutis extiterint, vixque fieri possit, ut bonos quis, nisi expertus fuerit, reperiat: quod tamen eorum nonnulli magnæ sint virtutis ex testimoniis *Boethii*, doctique illius circa Gemmas Scriptoris *Johannis de Laet* patet: cujus laudes *Monardes*, aliique confirmant. Sed in neminem incidi, qui propius ad rem nostram loquatur quàm insignis quidam mercator *Leipsiensis* cujus rarissimas observationes magnæ vir eruditionis *Vnizerus* * commemorat, quem consule: duas interim ex decem quas proponit, ipsius observationes proponam. Afferuit itaque Mercator auctori nostro hujus lapidis per aliquot dies gestatione, calculosam materiam tam validè esse proscriptam, ut plurima arenæ granula ejecta fuerint, per ipsos etiam oculorum angulos: cujusmodi ejusdem remediî effectum variis quoque in aliis observavit: afferuit pariter gestatione ejusdem lapidis uxorem Catarrho laborantem purgatam insigniter fuisse, adè ut primo die purgata inde fuerit quatuordecies, aut quindecies, postero nonies, aut decies: cujus postea corporis meatus liberi, aperiique permanserint, additque sensisse se ipsum lapidem sed non adè validè Catharticum.

Sed hætenus sat superque de virtutibus *periaplorum & appensorum*, præsertim, cùm eorum alio in Tractatu plura occurrant exempla, atque etiam absque iis, aut unâ saltem cum iis hætenus allatis propositæ hinc objectioni sat omnino factum sit.

Conclusio.

HAbes itaque hætenus, quæ ipsa, rerum de quibus ago, natura mihi suggestit circa modos præcipuos quibus morbos à medicamentis specificis curari, aut certè multùm imminui posse puto: dixi modos præcipuos, non enim nego alios fortè multos adhuc superesse minimè hîc ob præscriptos *Epistolæ*

† *Nic. Mesard. Simpl. Med. Hist. c. 36. p. 329.* † *Vnizer. de Neph. l. i. c. 24.*

stolæ limites commemorandos; huic præferim quæ jam præter opinionem producta est, licet deditâ operâ prætermiserim testimonia variorum Medicorum, atque Chymicorum qui *Specifica* defendunt, quia aliis nituntur principiis, puta *formis substantialibus, realibus qualitatibus, ideis, &c.* quæ quia non admitto, usurpare non poteram, sed quanvis dissertationem hanc minùs idoneis, superfluisque ex aliis authoribus transcriptionibus non produxerim, sat prolixa est, ut jam extrema eidem manus imponenda sit, ubi duo triæve sub initium commemorata in memoriam tibi revocavero.

Primò itaque non ita sum intelligendus ut velim *Specificum* medicamentum, aut naturam ope *Specifici* morbum plerumque uno tantum aliquo modorum propositorum curare, cum duo interdum, atque etiam plures ad effectum hunc concurrant: secundò suscepi modos operandi *Specificorum* in genere tantum explicandos: tertio modos à me selectos veros, ac genuinos non dixi, sed eos tantum proposui tanquam modos quibus agere possunt *specifica*: quare dogmata non pronuncio, sed explicationes meas tanquam possibiles, ac vero similes propono: quo quidem hujus Epistolæ scopo factum satis fuerit: in qua eò tantum, ut nosti, collimavi ut ostenderem *Specificorum* operationes corpuscularis Philosophiæ principiis esse congruas.

Quod non invitus ni fallor, concedes, si id mihi felicitatis contigerit ut remorantes assensum tuum difficultates, nonnihil imminuerim: dum de abstruso admodum argumento, atque ad artem, quam non profiteor, spectante, differo: quapropter cum te longè me sagaciorem profitear, cumque ad te propius hoc spectet argumentum, faciliùsque utpote Medicus quàm ego queam, varias naturæ operationes observare possis, tuas ipsemet objectiones faciliùs dilues: meas proinde conjecturas quasi subdubius tibi proposui, quamvis de meo in te affectu dubitare nequeam, utpote qui ad utile quodvis præstandum tibi obsequium sum paratissimus.

ROBERTUS BOYLE.

PARÆNESIS



PARÆNESIS

AD VSVM

SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM,

Ad Amicum summè eruditum D. F.

§ 1.



Um remedia specifica, ut hanc appellationem promereantur, summæ virtutis esse debeant, quæ tamen pleraque aut simplicia sunt, aut parum composita, quæ de his in præcedentibus tractatâ dicta sunt, non immeritò me impulerunt, hortenturque, aliofque tandem artem professos, qui tuo quoque impellente exemplo poterunt, ut quætant frequentiusque solito adhibeant ejusmodi remedia, quæ vel simplicia sunt, vel si composita esse necesse sit, ex necessariis tantùm ingredientibus Medici scopo, morbiq̃ indicationibus respondencibus content.

Simplicia hæc, aut leviter composita remedia, tam vario quasi apparatu, pompæque compositis, quibus homines *ingredientium* multitudine morbos se superaturos sperant, ob rationes mox indicandas antepono: ubique tamen velim ita me intelligi ut simplicia remedia, non absolute, & indefinite sed *cæteris tantum paribus*, compositis anteponenda judicem. Quod semel hîc annotasse sat superque fuerit.

Primo itaque simplicia compositis remediis anteponenda censeo, quod longè facilius sit operationem simplicis, quàm compositi conicere: itto igitur tutius quàm hoc Medici uti poterunt: ac certè ni fallor, nostræ nimium sagacitati fidimus, cum credimus præscire nos quis futurus sit mixtionis è multis *ingredientibus* effectus: cum plurima corpora texturæ mutatione qualitates eciã suas mutant: cujus rei varia suppeditarunt exempla nostra colorum historia: in variis enim experimentis illic commemoratis, compositi diversus om-

nino

nino color est aliusque quam simplicium seorsim spectatorum : ut cum carulea cupri solutio spiritu vini facta, unà cum spiritu violarum etiã caruleo, colorem pulchrè viridem producit : hujusque rei ex quo hanc sectionem conscribere cœpi, factum eum in scopum, experimentum, exemplum subministravit.

Cùm enim ferri tincturam optimo aceti spiritu factam, volatilemque sulphuris tincturam commiscuissem, cujus conficiendæ modum alibi doceo, ex rubris hisce liquoribus commixtis emerfit statim, obscurus admodum, atramenticiaque quædam mixtura.

Insignes ejusmodi mutationes ope mixtionis sæpe effeci, non colorum modo, sed & odorum, saporum, &c. cur autem ejusmodi mutationes medicarum etiã qualitarum contingere nequeant non fat intelligo : Mercurius ipse interiorius sumptus aut superne, aut non omnino manifestè purgat : si tamen dissolvatur spiritu nitri præcipiteturque sale marino, si cautè administretur, rarè salivatione, quantum hactenus didici, sed dejectione semper operatur. Jam vitrum Antimonii factum per se, cujus paucula grana in substantia, violenter superne, infernèque evacuare solent, spiritu aceti, quod non facile fit, dissolutum, nec emeticum plerumque, nec catharticum est, quamvis subtractum ab eo menstruum fuerit, majoreque dosi administretur, quàm simplex ipsum vitrum.

Et quamvis, si crudum antimonium colliquefactum cum nitro, & tartaro fuerit, juxta communem, qua *crocus metallorum* fit, methodum, producat medicamentum aded *Emeticum* ac *Catharticum*, ut uncia ferè vini, in quâ non imminuto sensibiliter pondere maceratum fuerit, fat violenter, superne, infernèque purgare soleat : quosdam tamen novi qui varia crudi antimonii grana in substantia deglutirent, atque unum præsertim, qui diu eo usus nec superne tamen inde, infernève purgatus est.

Atque experimentis consultè factis didici, si sepositis sale perre, & tartaro, antimonium unà cum sale marino optimè desiccato, modicoque tartari præparetur, licèt hæc ambo nitri, & tartari vulgè adhibitorum medium pondus non transcendant, antimonium tamen his bene per horam colliquatum, ita inde alterari, ac corrigi, ut perutile suppeditet medicamentum : quod à duodecim, aut quindecim granis ad semidrachmam & ultra ministrare quis poterit : neque id tamen propterea vomitu, aut dejectione purgat, sed sudore ut plurimum, atque aliquando urina copiosiore : hinc patet antimonium vel salubrius vel insalubrius fieri posse juxta *ingredientium* quibus associatur, indolem, licèt hæc per se innocua sint, sibi que fortè invicem affinia : atque ipsi etiã Chymici æquè ac alii remediorum præscriptores, licèt minus sæpe, ea simplici medicamento aliquando addunt, quæ illud vitient potius quàm perficiant : conqueritur enim summæ inter eos notæ quispiam *Practicus felicissimus*, florem sulphuris, sublimatum ut à multis sublimatur, à vitriolo calcinato, atque uno alterove quopiam, ut subtilior, puriorque evadat, evadere reipsa

non levi utentium damno corrosivum : atque si per otium hâc liceret, sat multis ostendere exemplis possem Chymicos interdum ex errore additione producere in medicamentis alias quàm volebant , aut etiam peiores qualitates.

§ II.

ALio nomine simplicia medicamenta compositis cæteris paribus præferenda sunt, quòd turiora sint, maximè si ægroti valetudinis infirmioris sint : magnificentius nobis extollunt Botanici, aliique materiæ medicæ Scriptores , quàm veriùs describunt simplicia de quibus agunt : enumerant enim omnes quas habent virtutes beneficas, & plures etiam quàm reipsâ habeant, prætermisissis interim noxiis eorum qualitatibus ; quibus sæpe quibusdam nocere possunt : novimus varia odoramenta, puta Moschum , Ambram, quibus licèt viri plerumque recreentur, mulcis tamen mulieribus atque histericis præfertim nocere.

Novi summæ notæ virum, robusti quamvis temperamenti, qui malè admodum afficiebatur odore moschi, varios quoque utriusque sexus cognovi, quibus rosarum odor gravis omnino erat. Qui tamen moderatus admodum est, & plerisque tum viris , tum fœminis gratissimus : novi quempiam magnatem, cui mel , sive exterius , sive interius sumprum non minùs ferè quàm venenum noxium erat ; cùm horrenda interdum induxerit symptomata etiam cùm *pariens* nesciret , an mel necne adhiberum fuisset : tanta igitur hominis disturbatio imaginatrici facultati tribui non poterat : alibi, ni fallor, indicavi, quantum ipse, aliique quibus infirmiores oculi, ex moderato etiam apii usu incommodi passi simus.

Hic loci addam quod mihi contigit diu posteaquam quæ de apio dixi, dictavissim, absinthium licèt plantam varios in usus natam, adèd capiti molestam compertam fuissè, oculisque contrariam, ut ab eo ipse per aliquot annos metu Cephalalgia, abstinnerim, aliòsque quibus oculi infirmiores erant, ut ab eo sibi caverent, admonuerim : at novi doctum quemdam virum, qui variis vario super argumento Scriptis, jam multis innotuit : cujus licèt sani admodum, lynceisque etiam sint oculi, comperit tamen is liberaliori, vini, ac eerevisiæ absinthiacæ usû, ut quid ipsis inesset virtutis, experimentum faceret, oculorum aciem adèd esse imminutam ut Mercurium publicum nisi perspicillorum ope legere nequiret : cùm itaque ab absynthio deinceps abstinuisset restitutam cirò oculorum aciem sensit, absque ullis artis suæ, Medicus enim erat, adhibitis remediis : hæc ipsemet mihi statim ferè , atque res contigerat, narravit, ubi priùs ipsi, quæ de apio dixi, indicavissim.

Atque ut quod res est dicam, non dubito quin homines, nisi elogia, simplicibus, ab authoribus tributa ipsis imponerent, quibus sit, ut quæ invehere sæpe

pe possunt, simplicia, incommoda, observare nequeant, non dubito, inquam, quin noxias variorum medicamentorum qualitates hactenus inobservatas tandem observaturi forent: nec semel nimium certò prædixi quantum detrimenti passuri essent ægri ex celebrium etiam medicamentorum usu, quæ viri alioquin docti præscripserant, cum eorum autoritate contingebat, ut meorum minor ratio consiliorum haberetur: memini me vidisse Arabicum de materia medica manuscriptum: quod pertinebat ad doctum, curiosumque peregrinatorem: indolui tum, quam quondam comparatam, hujus linguæ notitiam mihi magna ex parte deperiisse: præterquam enim quod nitidis admodum characteribus conscriptum foret, characteresque locis idoneis, auro, cæruleoque cœlesti adornati, methodus mihi accurata aded videbatur ut nihil hac super re accuratius vidisse me meminerim: illud autem in primis mihi ardebat quòd author distinctis ordinibus & bonas, & malas, eorum de quibus agebat, medicamentorum, dotes distingueret, annotaretque morbos, & temperamenta quibus medicamenta, noxia, aut periculosa forent: conformiter itaque rationi omnino suspicari licet; quoties multa unum medicamentum constant *ingredientia*, eorum unum alterumve, alias quàm Medicus velit, habere posse virtutes: horum enim quopiam consopitum aliquod fermentum excitari poterit; aut si novus non producat morbus, commovebitur fortè hostilis quædam materia, quæ prius in corpore quæta jacuerat, quàmque fortè natura paulatim domuisset, nisi ab ingrediente quopiam fortè superfluo in-tempestivè irritata fuisset: hujusce rei veritatem toties expertus ipse sum, ut alios, quòd sibi caveant, sollicitè monendos censeam: aliud simplicium medicamentorum usum commodum sequitur, quod absque ventriculi gravamine, & absque nausea, liberaliorem remedii, aut ejus *ingredientis* in quo præcipua virtus residet, mensuram adhibere possis: cum enim mediocrem Medici dosim, ne nauseam ægro provocent, ventriculove gravamen quodpiam contingat, præscribere cogantur, quando multa simul dosi moderatæ medicamenti compositi adjiciuntur, ea *ingredientia* quæ vel superflua sunt, aut certè minùs efficacia, magna haud dubiè determinatæ illius dosis pars futura sunt, appropriata proinde, atque utilia ingredientia pauciora longè erunt.

Vix enim veritati consonum putem asserere omnia compositi medicamenti *ingredientia* eundem habere effectum, aut eundem quasi collimare in scopum: ut sic hac responsione objecto à me incommodo obviam non itur.

Si pistor, quàm optimum potest confecturus panem in gratiam præsertim hominis infirmiore stomacho laborantis, triticeo flori farinam ex secali, hordeo, & avenâ adderet: licèt hæc omnia *ingredientia*, bona sint, apraque etiamque alimenta, utpote quæ singula à quibusdam in panem compingantur, nemo tamen hominem hunc peritum reputaret pistorem, paucique omnino compositum hunc, simplici ex tritico pani anteferrent: atque ita ad pulverem nitratum conficiendum qui valentior foret, probæque notæ, nemo saliteræ, sulphuri, & carbonibus, ceram, resinam, camphoram adderet, quamvis

substantiæ hæc sunt maxime inflammabiles, nec minus, quam sulphur: eodem modo nemo *aquam vitæ* confecturus, cujus exiguum tantum poculum deliquium patientibus dandum esset, spiritum vini, aut aquam vinariam, mulso, forti cerevisiæ lupulatiæ aut illupulatiæ immisceret, licet spirituosi hi omnes liquores sint.

Gummi Arabicum (optimum est Diaphanum) sæpe præscribitur. Tanquam medicamentum ad mitigandum urinæ ardorem, aptum: cujus exigua tantum dosis datur ob aliorum *ingredientium* commixtionem. Cum autem reliquis ingredientibus seclusis, ejusdem drachmam dedissem, drachmam inquam diurnâ contusione ad pollinem redacti hujus pulveris, insignes admodum illius virtutes reperi: memini quæ nobilem magnæ notæ cum mihi valediceret ad aquas minerales profecturus, quas per multas septimanas bibiturus erat ut urinæ ardorem extingueret; cum probè nossem hunc ardorem non esse venereum, neque à calculo in vesicâ ortum, adversus enim has stranguriæ causas non adedò medicamentum valet; eum rogavi, priusquam iter susciperet ut semel, bisve si opus foret, quovis die hoc pulvere uteretur: quod cum fecisset tantum inde levamen sensit, ut omnino se curatum crederet, nequæ eo anno, neque sequente ad aquas minerales se contulit. Tussis etiam importunior, in pueris cujus symptomata, parentes, ac spectantes terrefaciunt, ipsosque etiam Medicorum conatus sæpe, qui minus obstinatas curare tusses solent, & norunt, eludunt, nullâ citius compositione curatur, quam simplici *pulegij* succo, saccharo cretico nonnihil dulcorato, atque per intervalla sæpe diu pueris cochleatim administrato: ex hac planta, quoque sirupus adversus tusses utilis confici poterit, qui vereor, tantæ virtutis non est, quantæ simplex ipse succus: plurima sunt obviæque exempla medicæ virtutis lactis asinini (quod tamen Caprino interdum cedere puto,) si sæpe magnâ copiâ sæpeque diu administratur: varia quoque exempla sunt periculorum morborum, atque Chronicorum quos lac vaccinum copiosius diu sumptum curavit: neque minus observatu dignum quod non multos interdum intra dies diarrhææ, atque licet rariùs dysentericiæ feliciter, facileque curentur solo lactis usu cui leniter ebullienti æqualis limpidæ quantitas paulatim affunditur, donec tandem liquor totus ad primam lactis mensuram reducatur: simplex hoc medicamentum, seu alimentum liberaliùs haustum, durante enim morbo, alii cuicumque potui præferendum est, diversi sæpe generis diarrhæas ipsa in Hiberniâ ubi morbi hæc Epidemici sunt, sæpe curavit.

Quamvis autem alio in Tractatu commendârim paronychiam foliis rutaceis adversus morbum *comitalem*, seu *regium*, qui adedò difficilè curatur, non ægrè ut puto, serès, commemoratione experimenti de eâ exinde sumpti, ostendi à me insigni exemplo, *simplicis* alterantis copiosius, si opus sit, hausti utilitatem. Notus mihi Medicus accersitus est ad ægrum scrophuloso in Guttare tumore laborantem, tantæ molis, locoque tam incommodo, ut compressione *Æsophagi* deglutitionem redderet admodum difficilem, cum pariter du-

rus foret, Medicus quamvis celebris etiam Chirurgus, neque suppurare, neque discutere eum poterat: quocirca *paciens* quamvis divitiis affluens fame peribat: his in angustiis cum meminisset Medicus laudatam à me paronychiam, quantam illius copiam potuit sibi comparavit, eamque primum infusam iis in liquidis quæ *paciens* licet difficulter deglutire poterat, paulatim administravit: cumque hinc deglutitio facilior evaderet, liberaliorem remedii dosim adhibuit, ut totam sanguinis massam succorumque corporis, herbæ virtute imbueret: hinc tumor resolutus est, & restituto valerudini agro, Medici tum famæ, tum lucro prospectum est: quare in grati animi signum rem totam ut gesta est, prolixâ epistola cujus præcipua capita retuli, perurbanè mihi narravit.

Quamvis autem aliorum simplicium copiosius sumptorum narrare hîc tibi virtutes possem, brevitatîs tamen gratiâ in genere potiùs indicabo, non dubitare me quin varia simplicia medicamenta, de alterantibus, non evacuantibus loquor, longè efficaciora futura sint quàm reipsa vulgò putentur, si ampliore ea dosi diuque sat administrarentur: at verosimiliter tot Medici maxime *antiquæ Scholæ*, non tam facillè *specificæ*, aut simplicia rejicerent, quòd eorum quæpiam ipsorum expectationi non responderint, si eodem iis uterentur modo quo utantur remediis à se præscriptis, puta chalybeatis officinarum, aquis Spadanis, Tunbrigitanis, decoctis, *Guajaci*, &c. quæ unâ cum aliis multis intermediis subsidiis spatîo mensis aut sex hebdomadarum administrant, aut duorum quandoque mensium continuè, qui proinde morbum horum ope nequaquam infra paucas hebdomadas, ac multò minus infra paucos dies curandum sperant.

§ 1V.

ALio quoque ex Capite *simplicia*, compositis remediis præferenda sunt; quòd *cæteris paribus* faciliùs comparari possint: Hæc assertio probatione vix eger, atque plura ubi simplicia necessaria sunt, unum ex iis, alterumve difficilè interdum haberi poterit, atque non nisi magno omnia labore in unum colligentur: Quin tæ utilitatîs parabilium remediorum cognitio futura sit, alio in Tractatu ostendere conatus sum: hac igitur de re nihil hîc addam; subjungam tantùm quædam remedia aded esse parabilia ut absque confugio ad Pharmacopolarum officinas, quæ nec ubique sunt, nec iisdem semper instructæ, in aliorum artificum officinis reperiri queant: Ita Cæmentarios inter, calcem vivam plerumque reperimus cujus mera infusio in aqua communi, [addatur libra prioris pro ratione virium ejusdem, sex aut octo libris posterioris] optimum sæpe remedium est, atque ut experientiâ didici variorum optimorum remediorum tum exteriorum, tum interiorum basis esse poterit: his annuncari potest unguentum quod adversus adustiones servare soleo, conficiturque

ex aqua calcis coagitata unà cum eà olei feminis lini quantitate quæ cum ipsa in unguentum omnino album coalescere possit.

De oleo autem feminis lini, cum illius mentio incidit, quod in Politorum, Pictorumque officinis reperire est, admonebo te, ipsum liberali dosi simul exhibitum, ut plurius unciarum, Medicorum optimorum elogiis respondere, qui illius vim ad pleuretica Empyemata distumpenda multum extollunt: simplex etiam terebinthinæ oleum quod in eorundem artificum officinis vulgò haberi potest, nobile reipsa est remedium advertus interiores non paucas affectiones, adversus quas Medici illud laudant, atque exteriores etiam quamplurimas: Magnas siquidem egere mihi gratias & Medici, & Chirurghi, quòd ejusdem ipsius usum commendatim in sanandis vulneribus, atque etiam quòd quis vix expectaret in sistendo sanguine, si sat citò calidum admodum lævis partibus applicetur, ubi etiam digestionem multum promovet.

Conceptæ autem de hoc oleo opinioni eò tenacius adhæreo, quòd inaudierim Chirurgum experientissimum pio charitatis affectu motum edidisse nuper in lucem libellum utiles observationes complexum, curationesque ab ipso, oleo præcipuè terebinthinæ ope confectas: addamque Chirurgum magni Monarchæ, peritissimumque hujus artis quem unquam novi, mihi ingenuè confessum esse curasse se non sine multorum stupore Gangrænam incurabilem hujus olei subsidio: Hoc autem morbo laborabat vir quidam primariæ notæ, lectoquæ semper affixus jacebat, proVectæ insuper ætatis: hunc inquam olei prænominati ope curasse se dixit: quia autem tum ipse, tum alii utuntur sæpe vini spiritu in Gangrænis curandis, qui oleo Terebinthinæ immisceri non posse putatur, affusum enim spiritui oleum statim separabitur ab eodem; non inutile quid *Prædicis* facturum me existimavi, si in eorum gratiam mixturam quamdam ex oleo Terebinthinæ, spirituque vini conficerem, quæ fortè priori longè acutior foret, minusque fugitiva posteriori, qui sat diu super partes, quibus applicatur non remanet: quam facillè mixturam confeci digerendo aliquandiu, valideque identidem coagitando æquales ferè oprimi olei Terebinthinæ, penitusque dephlegmati spiritus vini partes, donec liquor hic imbibendo, dissolvendoque magnam partium oleaginosarum copiam flavum attigerit colorem: quam mixturam idcirco tincturam olei Terebinthinæ voco.

Cum itaque argumentum hoc in eorum qui colores vendunt, officinas me duxerit, priusquam inde exeam, quidpiam dicam de quodam simplici ibi reposito, quod nisi tum palato, tum stomacho offendiculo foret, ob virtutem antinephriticam pomposis officinarum mixturis, ac quibusdam etiam celebratis vulgatiis Chymistarum arcanis præferendum foret: illud non absque difficultate didici ex Spagyrico quodam, *Paracriso*, & *Helmontio* multum addicto, qui licet, vix ulla remedia multum commendaret, hoc tanquam optimum ad calculi non nimium magni expulsionem, ejusdemque impediendum incrementum, laudavit: id in Clysteris magno cum successu contra hujus morbi paroxys-

num adhiberem scio : sed interius in nemine præterquam in meipſo expertus ſum : cùmque ſat illud innocuum reperirem, atque anodynum potiùs, quàm abigens, id identidem ſumpſi oleo amygdalarum dulcium mixtum, eo præfertim conſilio ut gravior ſapor imminueretur, [alioquin dia illud ſolum inſufficiens comperi] tanquam quid ad præoccupandum calculum peridoneum : atque, gratias Deo ago, majorem sæpe hunc adverſus morbum ejus virtutem ſenſi dum vel granorum arenæ molem, vel multitudinem imminueret, quàm cujuſquam ex iis remediis, quibus pluribus antè annis præpediendi hujus morbi cauſa uſus fueram : vix tamen quartam doſis partem à Spagyrico qui remedium mihi indicavit præſcriptam ſumpſi, hoc eſt, ut curioſitati demum ſatisfaciam tuæ, ſeorſum identidem in conveniente quopiam vehiculo duas treſve olei ex nucibus expreſſi uncias, quod, ſi vetus ſit oportet, ut ipſe vult, quod factis experimentis aliquando examinabo, vix niſi in artificum officinis haberi poterit, ab anno enim priuſquam quiſquam eo utatur, factum vult, & quò antiquius, eò præſtantius eſſe aſſerit.

Priuſquam artificum officinis egrediar, unum adhuc indicabo medicamentum, quod primùm ibi ſepositum, indeque ad Pharmacopolarum officinas tranſlatum videtur : quod cùm dico, nihil aliud quàm *Saponem*, Caſtilianum, aut *Venerum* indico : uterque enim indifferenter adhibetur : qui cùm corpus ſit abundans ſalibus alcalizatis oleaginoſiſque partibus bene combinatis, impulſit me ut quædam cum eo experimenta facerem tanquam ſubſtantia non ad mechanicos tantùm, ſed ad medicos etiam uſus idonea : quod autem ad medicas ipſius virtutes ſpectat, alio in Tractatu ipſius efficaciam adverſus icterum indicavi : hoc enim medicamentum quantumvis nauſeam produceret audio à peritis in Hollandia vitis ad hunc domandum morbum adhiberi : atque novum quodpiam ejuſdem, ſed nondum quod ſufficiat, experimentum, illud mihi adverſus calculum commendavit : ob quam autem maximè virtutem ſaponem hunc pluris faciam, ex ſequenti faciliùs hitoriã diſces.

Mercator quidam primæ noræ, Corcagiensis in Hibernia cum quo res mihi fuerat, conqueſtus eſt ſanguinolentam teſe urinam emittere, adèd ut metueret admodum ne mercaturam deferere cogeretur, quòd neque equitare ad negotia perficienda, neque ad paſſum unicum per plateas ambulare poſſet, niſi inclinato corpore urinam ſanguinolentam emitteret : quare ipſi dixi noſſe me medicamentum, cujuſ ope, ſi ſaporem ejuſdem pati poſſet, Deo opitulante, levandus foret. Monui itaque ut ſaponis veneri cultello tantum abraderet, immitteretque in cochleare, quantum ipſum nulla compreſſione facta contineret, hoc eſt prope drachmam, partèque vacua conveniente quovis vehiculo impleta ad faciliorem remedii adèd ingrati deglutitionem, ut liberalem, ad dilutionem, ejuſdem doſim ſumeret, repetita bis terve quovis die, ſi opus foret, doſi. Cùm intra duos treſve, ſi rite memini, dies, hoc ſe medicamento quantumvis in ſpeciem contemnendo alleviarum ſentiret, diutiùs eo hinc animatus uti voluit : ac gratias demum mihi ob rem bene geſtam egit : quod

quodd scilicet ipso jam quadriennio hoc liber morbo fuisset, ac pro re natâ quoquo versum equitare posset: addidit insuper, cum nullo eum secreto obstrinxissem, ea se fuisse in mente ut medicamentum hoc publici juris foret, me non refragaturum, illudque idcirco se aliis quamplurimis impertissem qui eodem feliciter remedio curati fuere: quæ quidem narratio eò mihi gratior extitit, quia in eo, in quo debebam loco, nullum aliud ejusdem virtutis experimentum facere potui: atque hinc te semel admonuero, quod spectat ad remedia à me sive in hoc Tractatu, sive in aliis quibuscunque tradita, non ignorare me quàm difficile sit certum rerum medicarum experimentum facere: quare cum diu ob rationes suo loco datas sollicitè quidem licet non semper, opportunitatem dandi, atque ad eò reiterandi medicamenta evitârim, meritò velim ut nullus lectorum meorum, ac præsertim D. F. iis nimium innitatur donec sæpius probata fuerint, quàm mihi per otium eorum quædam probare licuerit, omnique ætati, sexui, constitutioni, &c. administrata fuerint.

Alia reperire poteris exempla virtutis parabilium quorundam medicamentorum à quibus non multum sperari posse videbatur; *in quopiam Tentaminum meorum utilitatis experimentalis Philosophia*: quòd te eò libentius remitto, quia vereor, ne minus memor eorum quæ illic à multis jam annis scripsi, quædam hinc repetam quæ eo in Tractatu legisti, hujus tamen libri ut mentionem faciam, novaque quædam hoc in Tractatu communicem, idcirco inducor quòd medicamenta à me illic laudata aut commemorata felici Deus successu beârit, multis proinde ægris profuere, & aliquoties etiam quibusdam primæ notæ Medicis utilia fuere, qui hoc nomine gratias mihi expectatione ampliores egerunt: præterquam quod hinc inducor, ut plura publici boni studio, publici juris faciam.

§. V.

Aliud adhuc quidpiam postremum quidem ordine, non utilitate facit ut velim Medicos, Simplicia, quoad usque fieri potest, adhibere remedia, quòd scilicet hoc præcipuè modo, qui fortè etiam necessarius est, practica materiæ medicæ notitia promoveri possit: dum enim multa simul remedia præscribuntur, aut potiùs confunduntur, fieri nequit ut aliqua quis certitudinè sciat cui simplicium bonus malusve remedii effectus attribuendus sit, aut utrùm non oriatur à facultate quadam, ex particularibus omnium qualitatibus, atque ut loquuntur in Scholis per modum unius, agentibus natâ: quocirca non fat intelligo quòd commixtis, confusisque hunc in modum remediis, queant homines multorum etiam sæculorum decursu veras, sive bonas, sive malas particularium corporum, quæ nomine *materia Medica* comprehenduntur, cognoscere qualitates: at quando Medicus simplex adhibet remedium, observatque illius effectum, quam inde utilitatem, detrimentumve *paciens* recipit, probabiliter admodum

admodum sin minùs medicâ certitudine adscribere quis poterit bonis, malisve particularis illius remedii qualitatibus.

Atque ista discernendi difficultas, quo præcipuè compositi *remedii* ingrediente juvetur, lædaturve patiens, multùm augetur iis præsertim qui formulas medicamentorum præscribere amant, in quibus quidpiam præscribitur, re ipsa valde compositum, quod uno nomine comprehenditur : ut patet in pomposis illis formulis, in quibus Theriaca, quæ sola sexaginta, & pluribus contat *simplicibus*, mithridatio, aliisque antiquis compositionibus : quarum quævis magnam *ingredientium* copiam continet : statueram quondam de artis medicæ difficultate quidpiam conscribere : variamque jam hujusmodi ad opus comparâram mihi supellestem, sed rem prosequi nolui, ne quid inde detrimenti præstantes Medici paterentur : unam hîc tantùm difficultatem proponam : difficilius enim est quàm multi sibi persuadent intimè nosse naturam, aut bonam, malamve cujuscunque plantæ, alteriusve simplicis in *materiâ medicâ* contenti qualitatem : præterquam enim quod magnum inter plantas ejusdem nominis discrimen esse possit juxta clima, Solem, semina producentia, culturam, aut ejus defectum, anni tempestatem, salubritatem, aut insalubritatem anni, aeris, tempus, modumque colligendi, modum quo conservata est planta partes ad usum adhibitas, & non adhibitas, variasque alias circumstantias numerosiores quàm ut hîc enumerari omnes possint. Præter hæc, inquam, omnia inobservatæ partium texturæ quæ uniformis naturæ creduntur, ipsaque, de quâ pauci cogitant, vetustas & quamvis etiam vetusta non foret, plantam adeo variare possunt, ut curiosis in ictu oculi ostenderim insigne profus partium recentis folii ejusdem plantæ discrimen : comperi que experimento consultò factò communia quædam in arte medica semina non putrefacta distillata quadam anni tempestate acidum spiritum suppeditatura, sed alio anni tempore distillata eodem modo, absque additione suppeditatura non acidum, sed urinosum spiritum, sal volatile complexum, odore, sapore aliisque operationibus salî volatili urinæ, aut cornucervi affinem admodum.

Atque tam multa utiliter proponi, inquirique possunt circa hanc, illamve plantam à Medicis adhibitam, ut tantum earum plantarum numerum iam unum simul cumulum non congererent, si attenderent, quàm utiliter tempus suum investigandis vel paucarum plantarum qualitatibus impendere possent : nisi tamen quis separatorum *ingredientium* quæ præscribuntur proprietates nôrit, vix fieri poterit ut aliquâ certitudine sciat, quænam sint *aggregati ipsius* futuræ operationes : hocque eo majore fiduciâ assero, quia idem asseruit Galenus. l. ibi ubi de medicamentorum compositione ita pronunciat : *in universum nemo probè uti possit medicamento composito, qui simplicium vires non accuratè prius didicerit.*

Eorum pleraque quæ in gratiam simplicium medicamentorum dicta sunt, quæ naturæ, aut authoris potiùs naturæ bonitati debemus, extendi poterunt ad remedia plurima quæ chymica nobis ars subministrat : quamvis enim hic

non examinemus, utrum, spiritus, olea, salia, qua obtinentur spagyricis per ignem *analyfis*, sint strictè dicta principia, dubitari vix potest quin spiritus, aut oleum, aut sal mixti corporis Chymicè resoluti, tam leviter, & inæqualiter composita sint ut *ingrediens*, à quo appellatio ducitur, multò magis prædominetur, quàm prædominabatur, cum aliis adhuc ingredientibus in corpore nondum resolutò implicètum erat: quod autem ejulcemodi principia, aut simplicioris ordinis medicamenta, magnæ virtutis, efficacixque esse queant, meritò deduci poterit ex magnis, beneficisque operationibus olei vitrioli, spiritus urinæ (*N. B.*) optimi tum ad internos, tum ad externos usus medicamenti, spiritus cornucervi, nitri, vini, olei, Terebinthinæ, de quo postremum nominato liquore addam præter varias alio in Tractatu adscriptas ipsi virtutes, dum simplex adhuc remanet, adhiberi sæpe illum posse tanquam menstruum, immixtumque uni, alterive ingredienti suppeditare posse varia, licèt non multum composita magnæ tamen virtutis remedia.

Comperi enim eo facilè satis dissolvi Camphoram, Mastichem, aliaque gummi, ex quibus balsama fieri possunt; aliaque etiam obrineri poterunt ope ejuldem liquoris, à diversis mineralibus, atque metallicis corporibus: non immorabor hïc notissimo medicamento communi Terebinthinato Balsamo Sulphuris: quamvis hoc remedium adversus morbos pulmonum commendetur, [cautè tamen ob calorem ægris cujusdam temperamenti administrari debet] varias insuper alias virtutes habet, cum ipse, aliaque quibus illud commendavi, experti sumus magnæ illud virtutis esse exteriùs applicatum contra hæmorrhoidales tum dolores, tum tumores, atque (*N. B.*) quibusdam inducor experimentis ut credam ipsius virtutem non esse multò majorem in pulmonicis, quàm in paralyticis morbis: in quibus usui esse poterit non exteriùs modò, sed & interiùs, liberalique dosi in Cephalico, atque interdum etiam vehiculo anti-Scorbutico: sed hïc potiùs monendus es operæ fortè tuæ pretium futurum experiri, saltè in externis affectionibus, varias tincturas, adeòque balsami quæ ope olei Terebinthinæ à diversis solidis corporibus mineralibus obtineri possunt: ex quibus experimento didici liquorem hunc tincturam ducere posse licèt non ejuldem semper coloris: nominabo inter alia *Zincum* crudum, crudum *antimonium*, crudum etiam cuprum in limaturas redactum, nobilissimum quid Ciarrabarim Antimoniale: hinc comperi ducere me posse sed non citò optimam tincturam: experiri non licuit quid tam insigne medicamentum posset.

§. VI.

Quod autem ad alia medicamenta spectat quæ non merà analyfi, sed synthesi, seu compositione fiunt: quamvis putem peritum Chymicum, sæpe minore quàm possit Galenicus incertitudine, qui cruda ingredientia longè magis

magis composita adhibet, prævidere quæ qualitas corporis mixti producti futura sit, vellem ipsos etiam Spagyricos paucioribus, quam re ipsa utatur, uti ingredientibus dum medicamentum componunt: quibus enim argumentis ad usum simplicium medicamentorum homines invito, eadem Chymicis quoque applicari remediis poterunt: quocirca duo hæc te monebo.

Observandum itaque primò præparaciones peritè variatas compositionibus substitui posse non inutiliter: cum corpus variè, dexterèque præparatum, tam varias, insignesque acquirere qualitates possit, quam obtineret ejusmodi aliorum corporum additione, cujusmodi vulgaris ei Chymicus probabiliter associaret: ita, ut de argento vivo nihil dicam, antimonium solum, sive absque additione præparatum, ut cum varii generis flores ex magis volarili, verumque virtum antimonii ex parte magis fixa sunt, sive uni alterive ingredienti associatum perito Spagyrico suppeditare potest varia medicamenta, satque multa ut his officina instrui possit, aut certè quæ Medici scopo respondeant, quoties adhibere vellet Emeticum, Catharticum, Diaphoreticum, deobstruens, Diureticum, Bezoardicum, aut Cardiacum medicamentum ut alias jam qualitates præteream, quarum numero antimoniales quædam præparaciones nobilitari poterunt: quæ quidem aliaque ejusmodi adhiberi à me hoc in Tractatu exempla patieris: licèt enim plerumque, non tamen semper utor voce, *simplex medicamentum*, sensu rigoroso, sed comparativo ut qui compositiones ex pluribus, quam duobus, aut tribus, aut perpaucis ingredientibus excludat.

Secundò observandum, non coacervatis magno numero ingredientibus, unum, alterumve, aut tertium ad summum manus peritæ ope efficaciora producere remedia posse, quam sibi fortè persuaderent magnificorum processuum admiratores & quibus hi comparandi non sint: violenter Emetica, catharticaque virtus vitri antimonii facti *per se*, potentius, ut alibi doceo, corrigi potest aceto mero destillato, quamplurimis celeberrimis cardiacis *Elixirii*, aliisque elaboratis præparationibus: atque additio interdum minùs apta non tantum correxerit, sed novam etiam, atque inexpectatam medicamento virtutem communicarit: ita licèt *sublimatum corrosivum*, mercuriale sit concretum, corrosivum, aded ut paucis illius granis occidi quis possit: huic tamen si addideris, unierisque diligenter æquale vivi argenti pondus, emergit, quando sublimationibus arctius uniuntur, compositum minimè corrosivum quod Chymici *Mercurium dulcem dicunt*. Quo licèt minùs cauti Practici, tum Galenici, tum Chymici abusi sæpe fuerint, experienciâ tamen constat utiliter à peritis adhiberi posse non venereas tantum adversus affectiones, sed alios etiam morbos: hæcque loci addam, si sollicitè, idoneoque tempore detur, non corrosivitate tantam exui posse, sed & ejus ope Cathartorum quorundam remedium, peccantiumque humorum acrimoniam obtundi: ut posteriorem hujus observationis partem illustrem, docebo hæc cui è multis utui esse possit: meminimè me *Mercurii* dulcis virtutem in pertinaci dysenteria observasse, quæ

præstantis Medici remediis non cesserat : quævis autem virtus ipsa acres humores mitigandi, putrefactionique resistendi quam huic inesse medicamento probè nôram, meam de eo opinionem facillè confirmârit, cum tamen rem nondum sat me expertum crederem, mentem aperui celeberrimo summi exercitûs præfecti Chirurgo, qui ingenuè mihi dixit *Mercurio* dulci tanquam magno *arcano* centenos se aliquot militum in exercitu curâsse : hoc tantùm intererat discriminis cum octo, decem, duodecim, aut quindecim ad summum grana *Mercurii dulcis* unâ cum modico rhabarbaro, &c. aliove quoquam, ut bis terve *paciens* inde deiceret Cathartico, in dosim darem : ipsa enim dissenteria secum avehit medicamentum : ipse verò, tum ut Mercurium regeret, faciliùsque *paciens* deglutiret, eum Saccharo, ac mucilagine gummi draconis in trochiscos reductum præberet : unus autem trochiscus scrupulum ferè, aut mediam drachnam Mercurii dulcis continebat : miles porro ægrotus ipsius præscripto unum integrum sumere debebat, etiam dum exercitus incederet, monebat tantùm, ut caveret ne quid ejusdem in gutture, aut inter dentes hæreret.

3. Sed virtus simplicis hujusce præparationis Mercurii longè inferior est, simpliciori illi, licèt multò laboriosiori præparationi auri, eodem modo diversis in regionibus factæ, à duobus peritis admodum Medicis mihi notis. Quamvis enim diu nec immeritò, quodam præjudicio contra *aura potabilia*, aliisque multùm celebratas auri præparationes præoccupatus fuerim, quarum plerasque adhuc non magnifacio, tinctura tamen auri de qua loquor, tam mirandum in modum in viros quosdam primariæ notæ, mihi & ante morbum, & post recuperatam sanitatem peculiariter notos egit, ut non potuerim priorem non deserere opinionem, meliusque de quibusdam auri præparationibus sentire : quod quidem medicamentum quantumvis simplex, magna hujusce metalli copia meritò non emerit, si insignis illius quantitas, aut absque magno labore fieri potuisset : hæc particulariùs indico, quia tum ipsorum artificum benevolentia, tum propriis in id ipsum ex quo menstruum suum conficiunt, operationibus, didici, atque ab ipsis etiam artificibus invitatus, illius præparationem vidi : ut autem dicta hac super re hinc applicem, monendus es unicum tantùm auro associatum esse ingrediens, quod sursum venit, simplicissimumque omnium corporum reputatur, cujus etiam non præparari duas tresve uncias absque ullo incommodo, sumere quis poterit : dosis tamen medicamenti hujus ferè insipidi veteri cuidam Aulico violentâ apoplexiâ correpto, cum alia frustra à peritis Medicis adhibita fuissent remedia, administrata, sex tantùm, octove guttulas continebat.

Cuiuspiam alii corpulento admodum, atque ætate provectiori liberalior administrata dosis est, quia diluta magis erat tinctura, minusque inatura : operatio tamen æquè prompta fuit, licèt *pacienti* aperta vena non fuisset, & quavis neutro eo in casu sensibilis ulla alicujus momenti evacuatio contigisset ; qui, hoc, ambo remedio sanati sunt, adhuc in vivis degunt : eodem medica-

mento

mento servatus est nobilis quidam mihi norus, qui, cum maligna febre per duos supra viginti dies ægrotus jacuisset, à tribusque Medicis condemnatus fuisset, quorum unus summo suo dolore mihi dixerat, cum ad posteram lucem superstitem non futurum, assumptâ tamen liberaliori hujus tincturæ dosi, statim alleviatus est, indeque melius se habere cœpit, valetudineque jam integrâ fruitur. Alias sat mirabiles hujus remedii operationes indicare possem. Sed hæc jam sectio prolixa sat est. Has tamen indicandas tibi censui, tum quia ad rem præsentem multum faciunt, tum quia quodam fortè, ut ipse diu fui, præjudicio præoccupatus es contra remedia facta ex fixo, atque, ut supponitur, immutabili auri metallo.

4. Neque hoc solum remedium est ex nobili hoc corpore confectum, cujus insignes prorsus operationes observârim. Sed quòd hæc ad alium Tractatum spectent hîc ea non commemorabo: addam itaque præparationem argenti alibi † à me jam pridem traditam, licet levior videatur, compertam esse summæ virtutis, ac sæpe adhiberi à quopiam è præstantissimis hujus gentis Medicis, cui eam commendâram: isque mihi asseruit eam se administrâsse primi ordinis patientibus, tectam tamen ne eos offenderet, qui à Chymicis remediis sibi me-
tuant.

Atque ab eo tempore eam primariæ notæ sæminæ hydrope periculosè laboranti dedi insigni cum successu; duravit jam per aliquot annos ipsius valerudo: fatebor tamen tibi ingenuè existimare me Cuprum, ejusque *Magisterium*, Vitriolum cæruleum, quid longè aptius esse argento, aurove etiam ipso, ex quo fiant medicamenta: & si artem medicam profiteri vellem, nulli potius metallo quàm cupro laborem meum impenderem, impulsus magnis, mirisque non omnibus hîc commemorandis remediorum ex cupro effectibus, quos videre mihi licuit: quorum quidem conficiendorum modum licet discere nunquam potuerim, ea tamen hoc ex metallo, aut vitriolo quo abundat, confecta sciebam. Ex hoc, inquam, metallo prius ab eo omni quod violentius esse posset, liberato: atque ad mitigandos dolores à Chronicis etiam morbis productos, *laudana*, aliisque præparationes *opiate*, præscriptæ, laudatæque in Medicorum, Chymicorumque libris, magnoque interdum successu administratæ, mihi ob stuporem quem inducunt, aliisque quædam molesta symptomata videntur multò inferiores sulphureis partibus, ut loqueretur Chymicus, *Veneris* ex arte præparatæ. Cùm hæc anodyna sint longè minùs noxia: memini que Empyricum, quem rogatus ab eodem docui incertam admodum methodum, rarè enim succedit, conficiendi sulphuris vitrioli solius, formâ pulveris laterum colorem imitantis, solemnes mihi gratias egisse ob famam sibi hoc medicamento acquisitam. Quem cùm primum fortè fecisset, dedit, ut admonitus erat, quatuor, aut quinque ipsius grana, mulieri quæ dormire non poterat, sed quæ per multos menses maniâ laborârat: quæ vel una dosis non somnum tantum ipsi conciliavit, sed & mentem expergefactæ restituit, ita ut jam rationi

conformia loqueretur. Novi quoque Chymicum à doctis etiam Medicis magni habitum ob *anodynum quoddam* internum, quo inveteratos tum capitis, tum ex venere ossium dolores curabat, hoc autem anodynum, quo vellet pretio, vendebat: idem quoque ulcera venerea brevi tempore curabat superasperfo iisdem pulvere quopiam indolente: quamvis autem ipsis etiam Medicis, quibus eum commendatam medicamentum suum ostendere noluerit, cum tamen ei quondam de præstito ipsi infcio à me beneficio renunciatum esset, in grati animi signum non tantum medicamentum suum tractandum mihi dedit, sed cum ex ponderositate, effectibusque coniecissim id esse quamdam *Mercurii cum Sulphure & Venere* fixi præparationem, ingenuè confessus est, licet medicamentum non tantum ignitionem, sed & validum, diuturnumque ignem pateretur, priorem conjecturæ meæ partem, quod *corpus mercuriale foret*, fuisse omnino veram, posteriorem metam prope attingisse: sed addidit veras sulphureas Veneris partes eo, quo ab ipso perficiebantur, modo difficile aded perfici, tantumque temporis requirere, ut vix ipse per otium, [aut per voluptates potius, quibus deditus erat] aut raro admodum tam molestum opus absolvere posset: atque reipsa comperi variis experimentis constituentes illius metalli partes, longè arctius quam plerique sibi Chymici fingant, sibi invicem esse unitas: permiros hujus medicamenti effectus discere poteris ex non paucis eandem tecum artem profitentibus, tibi que fortè etiam notis: cumque non nesciam operam te *Helmonio* dare, eò, puto, facilius iis credes, si revocavero tibi in mentem insignem locum illum ubi hæc habet: *nihil æquè victoriosè agit in humidum radicale*, atque priimum *ens cupri, vel ad vitam longam Sulphure virioli est benignius, ideoque Sulphur Philosophorum indigitatur*: sed proposita mihi brevitatis prohibet, ne diutius huic immoret metallo: de uno tantum alio quopiam pauca subjungam: quia autem ex Chalybe tum Medici, tum Chymici varia conficiunt remedia, quorum quædam levibus tantum operationibus, seu præparationibus fiunt, quod & de Mercurio intelligendum puta: ut patet ex remedio aliàs contra vermes commendato ex crudo Mercurio aqua communi decocto; ob hanc, inquam, rationem plumbum seligam, cujus calx in spiritu aceti dissoluta, suppeditat, ut nosti, saccharum Saturni, quod quidem licet tam leviter præparatum magisterium est plures, quam quivis Medicus norit, aut etiam fortè suspicetur complexum virtutes, præcipuè vim mortificandi acutos oculorum humores, quorum quidem acrimoniam momento interdum temporis obtudit: tutum tamen non puto, aquam plantaginis aut rosarum, in qua dissolvitur, eo nimium imprægnare: nihil autem adversus adustiones tam efficax unquam vidi, eoque sæpe ipsemet usus sum, in aqua plantaginis, aut communi dissoluto: non tamen tutum æquè atque efficax existimo adversus internos quosdam viscerum morbos, qui ab acidis humoribus oriuntur, nisi cautè admodum administreretur: sed quod ad usum externum spectat necesse non est ut tam gnaro Medico dicam (*N. B.*) quàm ad sedandos ex ulceribus

ulceribus variis dolores valeat. Quare unum tantum quidpiam quod forte alibi obviam tibi nunquam fuit, hinc indicabo, nosse scilicet me provectum jam ætate, peritumque hominem, qui præter assiduam praxim magni Nosocomii Chirurgus erat, qui cum magnam in me ob præstitum aliquod officium benevolentiam profiteretur, declaravit ad sistendum sanguinem ac præimpedienda amputationum symptomata nullum se efficacius comperisse remedium saccharo Saturni in aquâ plantaginis, aut si opus sit, in aquâ communi dissoluto: ubi enim dissolvisset unciam prioris in librâ ferè posterioris: cum membrum amputatum est, statim applicabat stupas hoc liquore madefactas, tam calido, quam pati patiens posset, cumque eas sollicitè superalligâset, sat diu, ut vim suam exerceret medicamentum, relinquebat: in hujus rei confirmationem, mirum quoddam experimentum meum narrarem de saturnini liquoris efficacia ad resistendum putrefactioni in corporibus animalium, si narratio hæc paucis absolvi posset.

5. Necessè fortè non est ut tibi hinc dicam commemorare me posse varia alia experimenta tam de Saturno, quam de aliis metallis superius nominatis sumpta: sed instituti mei scopo de iis tantum præparationibus agere debeo, quarum subjectum metallicum ex perpauca tantum aliis compositum sit: magis autem remotas à simplicitate præparationes variis in aliis Tractatibus meis à quibus nihil huc transferre debeo, reperies: quod superius de metallis dictum est, ad mineralia quoque extendi poterit: quoties enim componi ea necessè est, sat sæpe fuerit eadem associare uni, alterive, aut certè paucissimis *auxiliaribus ingredientibus*, si ita loqui liceat: patet hoc in variis utilibus antimonii præparationibus vulgò notis: quibus plurimæ ex communi sulphure levi additione factæ addi poterunt hujusce generis, quia plures alibi trado, unam tantum quam licèt jam à multis annis in historia colorum descripserim, hinc rursus commemorabo, illic enim non medicas ipsius virtutes examino, magnas licèt adversus asthmata, & tusses, quibus morbis, laborantibus semper profuisse comperi: nec minore successu adhibita à Medicis est, qui rogatu meo rem explorare voluerunt: quidam præsertim cui licèt optimorum remediorum copia foret, supplementum hujus spirituosæ, penetrantisque tincturæ sæpe à me petiit, cujus ope asthmaticas se affectiones non paucas curasse asserit, atque unam præsertim Chronicam, ut quæ per multos annos duraverat: sed cum nondum sat sæpe mihi remedium hoc experiri licuerit, ulterius à te petito adeò administratore, rei fieri experimentum omnino velim.

Quocirca ne fortè libri mox commemorati tibi copia desit, hinc subjungam, *medicamentum* nostrum ex floribus sulphuris confectum esse æquali optimè pulverati; salis armoniaci ponderi portionique, vivæ calcis seorsim in pollinem redactæ æquale pondus paulò superanti exactè commixtis: hæc enim tria *ingredientia* diligenter, celeritèrque commixta, impositaque *retortæ* in *furno arena* statuendæ, atque capaci *recipiente* eidem bene *lutato* instructæ,

instructæ, hæc, inquam, *ingredientia*, his in vasis debite distillata rubrum, funigantemque spiritum dabunt, tum odore, tum mechanicis etiam operationibus admodum sulphureum: atque hæc in distillatione partes sulphuræ interdum supereffluxere cum eâ salinarum copiâ, ut magna pars ejus quod in recipiens transit, in sal sulphureum volatile pullularit: meminique cum curiositatis gratiâ, fluidæ tincturæ, debitam ardentis spiritûs ut vini, optime dephlegmati portionem addidissim, mixturam obtinere me sive in forma coaguli, sive secus, quæ mira mihi subministravit phænomena hinc non commemoranda: lenem porro ignem adhibui, ut *compositio* fieret, quæ distinctionis gratiâ *sal trium regnorum* dici potest, ut quæ urinosas particulas, vinosas, atque fortè etiam fuliginosas, atque sulphureas complexa sit, quarum primæ ad regnum animale, secundæ ad vegetabile, tertiæ ad minerale, ut Chymici loquuntur, spectant; sed quæ virtus medica huic sali, quo statim argentum coloratur, spirituique qui ipsum comitari poterit, inlit, experiri mihi non licuit: hac tamen de re obiter locutus sum, ut si operæ tuæ pretium futurum putes, rei veritatem explores: sed hinc te hoc ad opus pluribus non hortabor quod animadvertam *particularibus* circa simplices auri, aliorumque metallorum præparaciones superius commemoratis sectionem hanc ad nimiam motem esse adauctam: id ægrè tamen ut puto, non feres, quod tibi sagacissimo homini colligere hinc quædam non inutilia liceat præterquam quod quoddam industriæ incitamentum est ipsa rei, quæ magnarum rerum basis, esse queat, cognitio.

§. VII.

1. **S** At prævideo contra frequentem simplicium medicamentorum usum obijci posse, contingere sæpe ut morbus, aut morbifica materia à duarum pluriumve causarum concursu oriatur: quæ cum variâ producant Symptomata, fieri non poterit, ut simplex hæc omnia medicamentum vincat. Hanc fateor gravem esse objectionem, magnique momenti, nec inficias ibo fieri interdum posse ut necesse sit Medicum adhibere remedia ex pluribus quam duobus medicamentis composita: quod salvo proposito mihi scopo admittere possum, cum supra declaratum non me velle solis te simplicibus astringere remediis, ne sensu quidem hujus vocis superius commemorato, sed ea te tantum cum sufficiunt, adhibere, atque ubi non sufficiunt, quam minime compositis, quantum licet, uti.

2. His præmissis duo, triæve proponam quibus propositæ mox objectionis vis imminui possit: ac primo quidem licet libens fatear morbos quosdam esse, à diversis causis ortos, remedioque superari morbum posse, cum ab unâ illarum causarum oritur, non posse autem cum ab aliâ progignitur: fieri
tamen

tamen poterit ut morbus interdum uno simplici remedio curetur, interdum alio quoque: quin etiam quidni contingat ut idem simplex remedium morbum cures, à quacunque duarum causarum ortum habuerit: hoc alio in Tractatu efficere conatus sum: quod vero non absumile videbitur, si animadvertere voluerimus quid pulvis Jesuiticus adversus diversas febres, *tertianas, quartanas, &c.* possit, & quantum polleant *pacantia medicamenta*, quae suam pleraque opio virtutem debent, quamvis merè, sine opio mineralia quaedam eorum sint, ad mitigandos dolores ab humoribus aliisque causis valde discrepantibus ortos: atque ni fallor saepe contigerit ut, quicquid morbificae materiae portionem primum produxerit, producta illa primum materia continuari morbi causa existat, vi peculiaris cujusdam texturae noxiõe constitutionis, quam si generosum medicamentum tollere possit, paulatim morbus ipse desinet.

3. Varia interdum Symptomata quae aded in speciem diversa videntur, ortum habent à primariâ morbi causa: quare si hanc, medicamentum quantumvis simplex, tollere possit, varia illa Symptomata paulatim evanescent: ita cum Mercurius, licet fortè crudus tantùm, peritè applicatur, excitatque salivationem benignam, venerea Symptomata quamplurima quae diversa valde, topicaque remedia requirere videbantur, uno eodemque remedio tolluntur: adeo ut non terra tantùm ulcera, sed nodi etiam quos validissimis dissipari emplastris non posse quis crederet, feliciter interdum curentur ope Mercurii bene preparati, interiusque assumpti: ut propria docti experientia non pauci praestantes Medici mihi asseruerunt: quamvis autem varia saepe, atque diversa admodum Symptomata puerorum illum morbum, quem in Anglia *Rachitidem, Rickets*, dicimus, comitentur, quo plures Londini singulis septimanis extinguuntur, medicamentum tamen illud quod alibi *ens primum veneris* voco factum ex validè calcinato, benèque dulcorato *Vitrioli Daniscani Colcothare*, elevatumque ope salis armoniaci in subrubeum sublimatum, tam felici hactenus successu Deo propitio administratum est, ut & ipse, sororque mea, cui illud communicaveram, atque alii, qui meo hortatu illud sumptuerunt, aliisque dederunt, ducentos & plures hujus unius remedii ope, absque topica uliâ ferè applicatione sanitati restituerimus.

4. Sed hac praecipuè observatione praeviam hanc objectionem diluere staueram: ipsa enim natura Pharmacopœum agit, ipsiusque compositiones, si propius inspiciatur, superfluas reddit, quia licet hanc vel illam plantam, aut minerale, tanquam integrum, simplexque corpus intueri possimus, multum tamen aberrabimus, si homogeneum credamus: hoc in variis plantis, organis instructis patet, in citreis enim, exempli gratiâ, succulenta pars acida est, & refrigerans, cortex flavescens insignis amaroris, & caliditatis particeps est: ita limoniorum flava corticis pars, seminâque diversis gaudet qualitatibus, medicisque virtutibus: atque vegetabilium etiam substantiarum ad sensum homogenearum partes saepe fuerint non operatione tantùm discrepantes, sed

& contrariæ : ut patet in rhubarbo cui partes insunt, & astringentès, & catharticæ, atque idem etiam in mineralibus videre est : nitida, exempli gratiâ, plumbi minera, licèt corpus ad sensum uniforme, partibus admodum dissimilariibus constat, & sulphurea, atque alia etiam fortè recrementa, præter plumbum malleabile, quod & ipsùm compositum corpus est, subministrat. Ita pariter quamvis fulgentes Marcasitæ homogeneæ videantur, expositæ tamen aliquandiu aut competente tempore humido aeri, efflorescentiam præ se ferunt omnino vitriolatam, adeoque complexam, sal acidum, duo sulphuris genera, substantiam terrestrem, atque unicum saltem metallum, [sæpe enim & Cuprum, & ferrum, licèt alterum prædominetur, continet] quæ postremùm nominatæ substantiæ corpora simplicia non sunt.

5. Si jam Chymicam mixtorum analysim genuinam admittamus, comperimus ea ferè omnia quæ ad vegetabile regnum, aut animale spectant, plurimæque ad minerale spectantia, quantumvis uniformia oculo appareant diversas sæpe, atque contrarias etiam continere substantias.

Ita cornucervi licèt sicca videatur, homogeneaque substantia, distillatum subministrat sal volatile, spiritum urinosum, liquorem aquosum, aut phlegma; oleum superinnatans, & subsidens, candidam, porosamque terram, terramque damnatam, ac fortè quidpiam, sed modicum salis fixi. Ita in vegetabili quoque regno, *Tartarum*, exempli gratiâ, absque additamento suppeditare poterit, ut experientiâ doctus sum, sal volatile non absimile sali urinæ, phlegma, acidum spiritum, aliùmque spiritum, quem alibi Adiaphorum dixi, duo fetida olea, quorum alterum in aquâ subsidet, alterum eidem innabit, terram damnatam, sed fixum lixiviatum, in quod commemoratus mox acidus spiritus tantâ agit hostilitate, ut eùm simul committuntur, magno strepitu, bullulisque tumultuentur, ipsoque demum conflictu, se invicem debilitent, mortificentque : atque in minerali etiam regno, ut præteream quæ de compositione *virrioli* dicebam, opinionemque variorum præstantium Medicorum, qui *Martem*, ut chalybem, & ferrum vocant, existimant subministrare partes, quarum aliæ astringant, aliæ aperiant, purgentque, ut hæc, inquam, sileam, quia nondum mihi constat contrarias eas qualitates non oriri à discrepantibus ignis gradibus, aliisque præparationum metallorum appendicibus; nativa cinnabaris distillatione suppeditat, præter fluidum Mercurium, substantiam siccam, è quâ sulphur obtinui, quo argentum statim deauraretur, terrestremque substantiam, cujus naturam examinare mihi non licuit. Discrepantes hæc nativæ cinnabaris partes libenter detego, quod hoc minerale plurimi faciam : quamvis autem in Angliæ perrarum sit, vixque interioris instar medicamenti adhibeatur, varios tamen exteros novi Medicos, qui illud præcipuis suis arcanis annumerant, eoque utuntur, idque magni instar arcani sibi reservant.

Sed illud facîle non adhibeo donec bene præparatum fuerit, commolitumque super porphyritam, aliùmve idoneum lapidem, ut pictores pigmenta sua conficiunt, atque à quibusdam salibus ipsi imperceptibiliter adhærentibus, atque

que aliquando noxiis liberum fuerit : quod fiet , si super illud ballienti aquâ diligenter lotum benèque exsiccatum , reperitis vicibus , & sibi invicem succedentibus vinosos spiritus bene dephlegmatos accenderis : dosis, si diu continuandum remedium hoc sit, tria , quatuorve grana aut quinque complecti poterit, cum raro tantum, atque urgente necessitate administratur, à sex, septem, decem, ad duodecim etiam grana augeri dosis poterit.

§ VIII.

1. **H**Actenus in priori dissertatione dicta , quibus manifestum fiat corpus *simplex*, sive organicum, sive secus, nihil prohibente ejusdem integritate, aut apparente homogeneitate , continere , aut suppeditare partes valde dissimilares , conducere poterunt ut concipiamus , cum idem reipsâ corpus compositum sit, subministrare quoque posse partes diversas fat, ut iis omnibus respondere queant, quæ Medici intuentur ut quid necessarium, aut saltem quid admodum utile ad curationem hujus, illiusve morbi : ut in Diarrhœis, alviqûe profluviis, cum peccans materia primùm evacuanda sit, astringentiâque tum administranda, ut immoderata impediatur evacuatio, in qua morbus positus est, utriqûe malo Rhabarbaro obviam itur, eartharricâ scilicet, & terrestri magis ejusdem parte : ista enim evacuatur materia peccans , hac tutò jam evacuato priùs vitioso humore astringitur corpus.

2. Sæpe observavi hederam terrestrem, quantumvis *simplex* appareat, ea præstare, quorum varietas fat innuat partes eam diversâ admodum naturæ continere, ut quæ, aperiant, contemperent, & demulceant : quare diversis partibus esse poterit maximè pulmonum, & Thoracis : ac reipsa tum sirupo ejusdem, tum foliorum infusione, nec non remediis consistenti forma ex eadem factis factum est, ut multi mihi non infimæ notæ gratias ob recuperatam sanitatem egerint , qui doctorum etiam Medicorum præscriptis frustra priùs usi fuerant : meminique nosse me virum quemdam ingeniosum insignis cujusdam *manufactura* magistrum, qua multum lucrabatur, quamdiu valetudine integrâ famuli gaudebant : agrè autem is ferebat violentis *colicis* adedò obnoxios eos esse, quod copiosis aceti vaporibus, in ipsius opere adhibiti ipse tribuebat , ut singulis septimanis seriales quosdam dies ad sanitatem vel conservandam, vel recuperandam concedere cogeretur. Huic tandem malo, ut ipse mihi confessus est, obviam ivit, validâ infusione foliorum hederæ terrestris non in puro, aut dephlegmato vini spiritu, sed in aquâ vinaria *Nancensî*, *Nantis Brandy*, irrectificatâ : hæc tincturâ operarii frequenter utebantur.

Addere hæc possem varios usus tum externos, tum internos vilis hujusce in speciem plantæ cum Anglicanam nullam norim herbam, quam ob manifestas ejusdem virtutes, aliorum, propriâque experienciâ notas plus faciam : atque

ita omnino censeo efficaciam hujus, aliorumque simplicium corporum, quæ prolixitatis vitandæ studio prætermitto, comperiendam esse hominum opinione, ac majorem, & magis variam, si Medici aut simplicia medicamenta læpius præscriberent, aut perpaucis admodum ingredientibus ea associarent, atque aded exiguum *ingredientium* numerum majore magis appropriatorum, operantiumque quantitate compensarent: eorumque usum competenti tempore continuarent.

Quamvis non quovis efficaci *simplici*, aut leviter composito remedio, aptè demonstrari possint ea, quæ hîc probare conor, ejusmodi tamen subjungam exempla, quæ præsens negotium nostrum exigit.

Aquæ Mînerales, ut *Acidula*, *Germana Spadenses*, aut *Tunbrigiana Anglicana*, &c. ut *Therma*, quales sunt *Bathenses*, &c. licet naturalia tantum medicamenta sint: earum tamen quædam exterius tantum applicatæ, nativâ suâ simplicitate varios, ut omnes norunt, sæpenumero curant morbos, plurimamque proinde symptomata, unde variæ nascuntur indicationes, tollunt: probabile quoque adhuc non parum fiet idem simplex diversis demandis morbis par esse posse, si animadvertamus, variis venenis productis symptomata, non tantum terrificæ, sed & varia admodum: quæ tamen omnia simplex specificum antidotum, herba puta quædam, aut quoddam compositionis experts medicamentum, sustulerit: semel tantum experiri mihi licuit, quod hîc paucis indicabo: capiti ingentis serpentis Africani lapis exemptus est, quem ejusdem possessori celeberrimæ Societatis Indicæ Anglicanæ Rectori plurimum valere adversus venenatos animalium morsus quidam affirmarant: experimentum itaque ipsum paucis sic habet: Junioem felem à feroci, multumque irritatâ viperâ morderi curavi, morsu autem acta aded est in rabiem felis, ut vindictam spirans serpentis admordere caput conata sit, quod ore complexa est, nec dimisit, donec qui aderant, existimarent serpentem ejus linguam saltem, rursus momordisse: paulò post inflictum venenatum hoc vulnus, felis caput multum intumuit, & quamvis præ debilitate pedibus insistere nequireret, sed humi jaceret prostrata, furere tamen videbatur, spumabat enim ore, commovebaturque, cujuscunque objecti sibi metu: quin etiam magno spectantium stupore, è cruribus suis illud quod prope os erat, rabie percita momordit: quamvis autem remedium omne hoc in statu inutile videretur, nullusque accedere ad eam auderet: Modicum tamen pulverati lapidis in paucis aquæ limpidæ cochlearibus, ope colli vitreæ retortæ fundibulum suppletis paulatim in felis os immisimus, quod cum apertum foret, licet succutere pulverem conaretur, aliquam tamen ejus partem intronissam esse judicavimus: atque reipsa non sine astantium stupore intra unam, alteramve horam in pedes sese rursus arrexit, demelcente multum capite aded ut datum medicamentum minimè respueret. Salvæque haud dubiè felis evassit, nisi, me unâ cum hospicibus nonnullis prandente turbulentiores quidam graviore eam quam vipera, vulnere confecissent.

• Observantur

Observârunt Medici, aliique varia pestis symptomata, quorum quodvis seorsim spectatum peculiaris quidam haberi morbus non immeritò poterit: atque hæc ipsa symptomatum varietas non in peste tantùm observatur, quæ temporibus distitis, aut in regionibus à se invicem remotis contingit, sed in eadem etiam pestilentia eandem per regionem sæviente: fieri tamen potest ut vel simplex remedium adversus multiformem aded, violentumque morbum plurimum polleat: cujus quidem rei, ut quod ab aliis authoribus traditum est, præmittam, unum ex ipso Galeno exemplum proponam, qui fusè de *terra Samia* differens, *Boli armeni* virtutes describit, quem ex modo, quo ejus mentionem facit, parum, aut non omnino Medicis ante ipsius tempora notum fuisse conjicio: terram hanc, corpus in speciem aded simplex, atque uniforme, non tantùm varios adversus morbos, puta, sanguinis sputum, dysenterias, catarrhos, distillationes capitis in pulmones, asthma inde natum, ulceraque etiam pulmonum commendat; sed addit, quod ad rem præsentem plurimum facit, hæc, quæ hîc subjunguntur. † *In magnâ hâc peste, de qua priùs locutus fuerat, cujus eadem facies fuit, atque ejus quæ Thucydidis memoriâ grassabatur, quotquot hoc medicamen bibere, curati sunt; modus administrandi, qui interdum ului fortè esse poterit, hic erat.*

Bibitur, inquit, ex vino albo consistentiâ tenui, modicè diluto, si aut planè febrî careat, aut leviter eâ teneatur: sin admodum febrîat, admodum aqueo.

Tanta autem *simplicis* hujusce adversus terribilem istam plagam virtus fuit, ut hæc, author hic adjiciat: *quibus non profuit, omnes periêre, scilicet cum nec alio quovis medicamine juvarentur: unde colligitur, inquit, quòd iis duntaxat non fuerit auxilio qui planè erant incurabiles.*

3. Pauci omnino morbi tam varios induunt, ut ita loquar, vultus, majoremque symptomatum præ se varietatem præferunt, quam *affectio hysterica* cujus paroxysmi hîc in Anglia vulgò à matrice denominantur: sæpe tamen dispulimus intra quartam horæ partem, hystericos paroxysmos, aut symptomata, atque ejusmodi interdum quibus æger deliquium passus, vitæ quasi expers jaceret, mero odore *spiritus cornucervi bene relicticati*, aut *spiritus falis armoniaci*, quem peculiari methodo hos præsertim in usus fortem admodum feceram. Atque nisi ex peritissimo † *Monarde* Medico pro-Regis Indiarum Hispaniarum commemorâssem alio in Tractatu gemmam antiscorbuticam, aliud hîc eundem adversus morbum adderem remedium, propiùs adhuc, propositum mihi scopum spectans, cum simplex tantùm sit lapis exterius applicatus.

4. Sed quia non cenfeo immorandum hîc authoritari jam commemoratæ, licèt tum ejusdem, tum rei, quam confirmat, credibilitas multùm illustretur ex hæctenus dictis de virtutibus lapidum exterius applicatorum in posteriori de *Specificis*, dissertationis parte.

† Galen. de Simpl. Med. facul. l. 9. titul. de terra Samia. † Vide Nicol. Monard. Simpl. Med. Hist. c. 36. p. m. 329.

Hanc, inquam, ob causam, duo alia observari digna superaddam exempla efficaciarum siccorum etiam, atque solidorum corporum licet exterius tantum applicatorum adversus morbos, quos varia nec consueta comitabantur symptomata, quorum quantumvis innocuas viperas nostras anglicanas homines sentiant, varia tum in hominibus, tum in brutis exempla novi: atque etiam, qui ab India orientali veniunt, magnam concretionum quarundam lapidearum, quæ dicuntur reperiri in capitibus quorundam serpentum circa Goam, aliisque Regionibus orientales, virtutem extollunt: quamvis enim plerique Medici, rejiciant, aut dubitent de potestate iis lapidibus ascripta, potestate, inquam, curandi morsus viperarum; & quamvis eorum hæc in re hæsitacionem minime miretur, quod re ipsa lapidum plurimi ex India allati genuini non sint, itaque qui re verâ serpentibus eximuntur, ob rationem hæc non commemorandam nihil prosunt, cujusmodi fortè ii erant, quibus doctus, curiosusque, *Redy*, sua experimenta fecit: alia tamen sunt, quorum virtutes negari nequeunt: ne enim vulgaribus traditionibus plerumque fallacibus fides habeatur, quidam è præcipuis Collegii Londinensis Doctoribus mihi asseruit, se hujuscemodi cuiuspiam lapidis ope periculosum quemdam morbum præter opinionem curasse: rem mihi ipse ut gesta est, pluribus narravit: atque quispiam è præcipuis Anglicanis nostris Chirurgis alium se dixit eodem remedio curasse: merâ scilicet lapidis parti, quam vipera momorderat, applicatione ab utroque curatus uterque morbus est: atque vir quidam magnæ notæ insigni Societati Mercatorum mercaturam in Indiis ubi diu vixerat orientalibus exercenti præfectus, mihi asseruit curasse se ope hujus lapidis multos à venenatis animalibus læsos: sed hujus rei veritati longè majus adhuc pondus addit peregrinatus quidam per meridionales Indiarum orientalium plagas: quamvis autem hic utpote à celebri Cartesiano quopiam Philosopho instructus vulgaribus Regionum quas peragrabat, & in quibus vivebat traditionibus vix fidem haberet, cum tamen vel idcirco à me rogaretur, quid tutò de lapidibus hæc, sentire deberem, senziò mihi respondit curasse se sexaginta, & plures morsos, aut stimularos à venenosis quibusdam animalibus: & plerisque quidem merâ exteriori lapidis hujus applicatione: quem quod præpollentem, experiretur, servabat secum, ut ubi res exigeret, ad manum esset: quodque sumpsit ipse experimentum cum genuino ejuscemodi lapide, è corporibus brutorum, fecit omnino ut huic rei fidem non negem. Sed quia hunc lapidem animal subministrat, alterius ad regnum *minerale* proprie spectantis addam virtutes adversus morbum cujus symptomata licet non tam varia, interdum periculosa sunt, ac nimium sæpe lethifera.

Ut ostendam igitur duritiæ nihil prohibente *simplex* remedium exterius applicatum, summa posse esse virtutis, monendus es licet, *solidum*, de quo loquar, *hæmorrhoides* haberetur, *Agatem* tamen ex colore, aliisque conspicuis qualitatibus à me potius reputatum. Exiguæ tantum nucis moschate molam æquabat: vinculoque per medium perforatum trajecto parti ægræ alligari

alligari poterat : lapis hic cum eum vidi ; ob raras ejusdem virtutes hereditario quasi jure , multorum in manus pervenerat : diuque proinde eadem in familia fuerat asservatus. Sed ut quæ de eo divulgabantur , præteream , ob causam mox subjungendam ejus hic mentionem facio. Generosus quidam ingenio valens , virque doctus , & cum eum ego vidi , floridæ ætatis , temperamenti que summè si quis alius unquam sanguinei , hæmorrhagiis è naso identidem obnoxius erat , sed aded profulsis cohibituque difficilibus , ut ipsius Medicus suæ alioquin licet artis peritus mihi sæpe asseruerit metuere se ne commissus suæ curæ æger hoc vivis morbo eriperetur. Variis itaque nullo successu probatis remediis , lapidem tandem hunc provectior ætate quædam ejusdem consanguinea , ei commodavit , ut collo appenderet , sed ita , ut cutem tangeret. Quod cum in paroxysmis faceret : hæmorrhagia cohibebatur , & si diu lapidem gèstaret , toto eo tempore sanus perseverabat , ut & ipsius Medicus vir doctus , & ipsemet mihi asseruerunt : quia nonnihil hunc effectum imaginatrici facultati ascribere videbar , *paciens* ipse mihi retulit , paulò ante quampiam è primariis urbis fæminis , quam mihi nominavit , hæmorrhagiam subito violentam aded passam esse , ut durante etiam animi deliquio , in quod incidit , perseveraret , donec lapis collo appensus sanguinem stitisset , & licet appensum collo lapidem ipsa nesciret. Hoc autem non tam mirandum mihi videtur quàm id , quod Generosus ille , de *virtute* illius *gemmæ* , ut merito vocabat , asseruit : cum sanguinei admodum , ut superius indicavi temperamenti foret , unde copiosus brevi sanguis generaretur , aperiendam ipsi quandoque venam Medicus censuit : quæ cum aperienda foret , lapidem aliquando seponere cogebatur , quamdiu enim gèstabat , sanguis non effluebat , solitâ saltem , & desideratâ celeritate.

Sed quantum jam præscriptos tractatulo huic limites prætergressus sum ! quinque tantum præcipua remedium simplicium comoda , quibus compositis nimium præferenda videntur , oculis tuis objicienda susceperam , paucisque tantum exponere statueram , quibus maxime de causis *simplicia* compositis anteponam. Sed quia ne prolixior æquo Tractatus hic foret , ex iis eum tantum constare volebam , quæ aliis è Tractatibus meis transferre melius poteram , & licet idcirco parabilia non pauca , siquæ parum composita , aut elaborata medicamenta prætermiserim , sat jam animadverto , novis semper ac novis memoriæ inter scribendum objicientibus sese rebus , plures me præscriptiones , historiamque Medicas quàm prius statueram , conscripsisse. At cum argumentum hoc perutile existimem , futuramque ut quæ hic tradidi , prodesse queant : veniam , spero , dabis si quid hoc in Tractatu peccarim publicæ potiùs utilitatis , quàm methodi , ordinis que studio : sed quæcumque prolixitatis meæ causa fuerit , ipsa jam operis moles monet , ut vela contraham , finemque tandem huic Tractatui imponam : supersedebo itaque declarare quo maxime sensu tradita hic medicamenta laudârim : si enim revoces in memoriâ * quæ

alibi

† Vide Append. 1. sect. 2. p. utilitat. Experiment. Philosoph. p. 389. 390. edit. 2.

alibi in tractatu à te perlecto scripsi de limitibus quos præscribi velim elogiis quibusdam, remediis à me datis, & quâ administrari eadem cautelâ cupiam, facile intellexeris cum ea tantum ut idonea in perita manu instrumenta intuear, nolle me ut eorum quodvis & medicamento simul, & Medici vices suppleat: quæ enim proposui hoc in Tractatu remedia non ea in medium adduxi tanquam certa, atque indubitata *Specificæ*, sed velut exempla tantum, quibus manifestum fiat existere quædam in sublunari hoc orbe corpora, quæ licet simplicia, summe tamen salubria esse queant: sed de his hætenus.

Tibi interim addictus

ROBERTUS BOYLE.

FINIS.

MEDICINA HYDROSTATICA,

SIVE

HYDROSTATICA MATERIÆ
MEDICÆ applicata:

UBI OSTENDITUR VARIORUM CORPORUM
à MEDICIS in Remedia adhibitorum pondere in aquâ,
quænam eorum genuina sint, quænam verò adulterata.

Accessit

PRÆVIA METHODVS HYDROSTATICA
explorandi MINERAS.

Auctore

ROBERTO BOYLE,


NOBILI ANGLO, REGIÆ SOCIETATIS SOCIO.



GENEVÆ,

Apud SAMUELEM DE TOURNES.

M. DC. XCIII.



P R Æ F A T I O A U T H O R I S.



DEO semper abhortui ab eorum consuetudine qui speciosos lucubrationibus suis titulos præfigunt, ut amici me sæpe reprehenderit, quod tenues nimium præponere soleam. Liceat itaque hâc vice sequentem *Tractatum Medicinam Hydrostaticam* nuncupare, non tantum ut tituli brevitate citatio inde omnis minus operosi laboris sit, sed etiam ut celeberrimi *Sanctorii* sequar exemplum, qui *Medicinam Staticam* dici voluit argutum tractatulum in quo docet bilancis usum, de quo instrumento nonnullis additis non pauciora fortè traditurus sum: nec dubito quin sagaciores sæculi adeo eruditi, & ex detectis ab ipso, & ex traditis à me, omissa ab utroque aliquando suppleturi sint.

Si popularis Auræ applausum mihi proposuissem probabiliori ad eum modo aspirassem, nec ejuscemodi selegissem argumentum, quod ad paucos spectare videtur, licet re ipsa ad multos spectet, majorisque quàm quis statim sibi fingat, momenti sit. De eo autem, ipsâ rei naturâ co-

P R Æ F A T I O.

Etus ita egi ut non minùs ingratum futurum sit Lectori incultum adeo Tractatum evolvere quàm mihi molestum, laboriosumque fuit eundem conscribere ; Cum enim rerum à me collectarum molem, numerumque observassem, miratus sum injucundum adeo argumentum tantis me laboribus profecutum. Sed cùm nihil expetibilius sit scientiâ, ac valetudine, nullum graviorem duxi laborem, spe scientiæ promovendæ, ac valetudinis procurandæ, quam utramque hoc eruditionis genere obtinendam aliquatenus non pauci putabant: excitatis saltem curiosioribus inter Medicos, Chymicos, aliosque ut de pluribus inquirant, quàm vulgò soleant, multaque plerumque neglecta medica ad corpora spectantia observent.

Famæ fortè, quietique meæ meliùs consuluissem, si emisissem in lucem paucas notiones non vulgares, observationesque quibus cætera volumine contenta innitebantur; earum particularibus corporibus applicatione aliorum industriæ relictâ. Quod subsequens tentamen ornamentis careat, nihil apologiæ instar subjungam, cum æqui rerum arbitri de scribendi methodo, ex scribentis scopo, argumentoque ipso judicaturi sint: rectiùs quis objecerit, cur Tractatum fere de Mechanicis in Theoremata, Propositiones, Problemata Mathematicorum more non digesserim: sed digerere hunc in modum idcirco nolui, quòd multos sciam deterri methodo Mathematicâ à librorum lectione, quos hinc Mathematicis tantùm scriptos putant, nec à se posse intelligi.

Sed alio ex capite benevolum mihi Lectorem velim; cum enim scripta hoc in tentamen congesta, & à se invicem

P R Æ F A T I O.

cem soluta forent, & diffitis temporibus à me dictata, varia intervenère infortunia, quibus factum est ut illorum jacturâ, aliorumq; alterius generis, atq; etiam quòd mihi tum otium, tum valetudo deessent, immutarim sæpe scopum, scripserimque interdum hoc super argumento quasi privatam Epistolam, ac rursus dissertationem in lucem edendam. Hinc contigit ut quædam scopo mihi tum scribenti congrua postea incongrua fierent, ubi mentem metamque priorem mutâram: ac idcirco maximè quòd quædam partes exemplaris primi aliorum forent in manibus, cùm eas aliis adaptare debuissèm. Quamvis autem hinc fiet ut hoc tentamen non adeo sibi ubique cohareat, nihil minùs tamen inde solidiori judicio Lector profecerit; neque enim minor contextûs uniformitas impedierit, ne is, ubi materiam facti, notionesque veras compererit, his ad propositum sibi scopum utatur.

Licet varia alia *memorialia*, aliaque quæ mihi in mentem venerunt, dum hæc scripta colligerem, paulatim ad libri molem excreverint, tentamen nihilominus ipsum tanquam amplioris operis fragmentum mihi proposui: cujus mentionem feci in Epistolâ ad Amicum, appositâ scripto, sequenti tentamini annexo, quæ cùm præfigenda fuisset tanquam Præfatio ultimo Schemati totius amplioris operis, hanc si percurere Lector voluerit, ex eâ originem, scopumq; tum hujus Tractatuli, tum aliarum partium designati istius operis addiscet, aliaq; præterea nonnulla, ut duo tantùm hîc monita adjicienda censeam. Monendus itaq; primò es vario me sinistro coactum casu propositum opus deserere operisque designati & provecti duo tantùm triave

P R Æ F A T I O.

specimina præbere. Hunc itaque titulum selegi, *Chymicæ mutatio corporum per colorationem*, quoquidem Chymicæ partis hujusce exemplar Tractatûs indicavi. Argumentum autem hujus nunc Tractatûs proposui, ut mechanicæ partis specimen. Monitum te rursus, Lector, volo variatunculis gravitatis specificæ obviis interdum his in memorialibus, commoveri te non debere; alicubi enim dicam quâ hæc varietas contingat. Observatu interim dignum est has variationes nec esse novas, nec vitari posse *Hydrostaticis* in experimentis, aliisve, ipsi affinibus: quod ut Lector minùs in experimentis versatus intelligat, geminis rem testimoniis confirmabo; industrii scilicet, accuratique Mathematici, Merfenni. ^a Ingenuè enim agnoscit, dum commemoraret experimenta quædam docti Ghetaldi, accuratique Galli, Martis operibus præfecti Domini *Petit*, suaque pariter, varietatem ponderandi quæ sæpius in quibusdam granis contingit, similem esse varietati Astronomicarum observationum, quæ semper ferè quibusdam minutis, sive primis, sive secundis differunt.


Rem eandem testatur experientissimus Verulamius: scribens enim variis super rebus huic argumento affinibus, fatetur, haud dubiè plurima corporum *Historiæ densi & rari* inscriptorum discrepare pondere, licèt ejusdem speciei ac denominationis, quod quædam aliis graviora sint; unde ob hujus rei incertitudinem necesse non est ut ipsamet corpora in experimentum assumpta sint exactæ normæ respectivarum specierum, aut quod meum ad scopum magis facit, aliorum experimentis quoad gravitatem omni ex parte congruant.

^a *Observations de Phénomènes Hydrauliques;*

P R Æ F A T I O.

Sed incertitudo hæc *Hydrostaticorum*, aliorumque experimentorum non impedit ne eorum ope de ponderibus, & mole variorum corporum rectè statuamus, & utiliter, multorumque ex iis, quæ illustrissimus Verulamius noster fatetur reduci posse ad methodum mensurandi à se præscriptam: meliùsque hinc pronuntiabimus de corporum pondere, quam ex Geometricis instrumentis; quodq; præcipui, Lectoribus, momenti est ex *Hydrostaticis* de gravium pondere pronuntiasse sæpe numero utile fuerit. Quod idcirco postremo loco addo, quia *Hydrostatica* mensurandi methodus utiliter sæpe explicari poterit corporibus quæ nullatenus Medica videntur, ut pateret si huic loco infereremus tradita circa *metrica*, atque *exploratoria experimenta*, ac *observationes aut* aliis in scriptis. Sed hæc cum ad scopum hujus tentaminis non spectent prætermittimus.

INDEX



INDEX CAPITVM.

CAPUT PRIMVM.

1. **Q**uod non minor Bolis, minorisque pretii lapidibus virtus saepe Medica insit, quam gemmis 2. Specifica Fossilium gravitas methodo Hydrostatica detecta: 3 Crystallus de rupe norma est, estque ad aquam limpidam ejusdem molis ut $2 \frac{1}{2}$ ad 1: 4 ex hac methodo discernimus, quantum lapideis substantiis insit metalli, alteriusve Mineralis.

CAPUT II.

Methodus ponderandi corpora in aqua subsidentia. Quomodo practice detegi possit proportio in pondere solidum inter ac liquorem.

CAPUT III.

1. Descriptio variorum solidorum hoc modo experientum vid. Lapidis Haematitis, lapidis Lazuli, lapidis Calaminatis. 2. Majus, minusve pondus ejusmodi corporum non necessario supponit minores, majoresve Medicas virtutes, aut noxias ipsorum qualitates.

CAPUT IV.

Virum Minerale propositum lapidea, necne natura sit: experimentum fit in Corallio, calculo humano, & Bezoardo.

CAPUT V.

Detegit similitudinem, aut dissimilitudinem corporum ejusdem denominationis.

CAPUT

INDEX CAPITUM.

CAPVT VI.

Qui distingui possint genuini lapides sive animales, sive Minerales à factitiis.

CAPVT VII.

1. De simplicitate corporum nec lapidum, nec mineralium in re Medicâ adhibitorum, modò in aquâ subsidere possint: 2. qua gemma à Medicis, Gemmariisque plaris fiant: 3. Zaphora cum viro Veneto ac Granato fusio.

CAPVT VIII.

Qui liquida, puta Mercurius, Hydrostaticè expendi possint.

CAPVT IX.

Methodus Hydrostaticè ponderandi pulveres subsidentes, arenulas fragmentaque majorum corporum.

CAPVT X.

Methodus expendendi Hydrostaticè corpus dissolubile in aqua, aut expendendi illud in oleosis liquoribus, oleo Terebinthina exempli gratia, à quo non dissolvetur.

CAPVT XI.

Invenire Hydrostaticè gravitatem fluidorum corporum.

CAPVT XII.

Varii modi inveniendi pondus liquidorum in aquâ, aliisque liquoribus.

INDEX CAPITVM.

CAPUT XIII.

De utilitate ad rem Medicam expendendi liquida in liquidis.

CAPUT XIV.

1. *Quas ob causas Hydrostaticè bilances optime notæ est debeant.*
2. *diluitur objectio.*


CAPUT XV.

Hydrostatica Stereometria Materia Medica applicata. 1. *invenire pondus pollicis cubici aquæ, ejusque ope dimensiones solidi gravioris in specie quàm sit ipsa aqua.* 2. *metiri eadem methodo solida contenta corporibus levioribus specie quàm sit aqua.* 3. *eadem experimenta facienda in oleo Terebinthina.*

CAPUT XVI.

Respondetur geminis quesitis magni momenti.

PRÆVIA



PRÆVIA HYDROSTATICA

Methodus explorandi MINERAS.

SECTIO PRIMA.

Completitur observationem fundamentalem necessariam ad prævium hoc examen.

SECTIO II.

1. Observationis præmemorata usum longè latius patentem ostendit. 2. Tria Fossilia hæc methodo expendit, Magnetem, Smyritem, lapidem Hæmatiten.

SECTIO III. & IV.

Variè illustrent supradictam observationem.

SECTIO V.

Commemorat Marcasitas, sen Pyritas adeo interdum Scintillantes, ac graves ut imperitos interdum fallant.

SECTIO VI.

Monitio ad exploratores Minerarum de pulveribus colliquantibus.

SECTIO VII, & VIII.

Notata quadam de nativo Auro, atque Hydrostatico Auri examine ejusque Minerâ.

INDEX SECTIONUM

SECTIO IX.

Methodus Hydrostatica expendendi Arenam Auream.

SECTIO X.

Duo, tresve modi Chymici examinanda Arena Aurea.

SECTIO XI.

Admonitio ad Fodinarum indagatores.

SECTIO XII.

Utilitas postrema methodi hic proposita.

SECTIO XIII.

Præcipuus usus vitri Hydrostatici.

SECTIO XIV.


Quòd detur Aurum volatile.

SECTIO XV.

Monentur ii qui Hydrostatica applicant Fossilibus ut quarant exempla Minerarum ejusdem speciei diversis ex fodinis.

NOTANDUM, de TABULA annexâ.

MEDICINA



MEDICINA HYDROSTATICA,

VEL

DE VSV HYDROSTATICORVM
In RE MEDICA.

CAPUT PRIMUM.



ONATUS sum alicubi, eoque, quo sperabam, successu, ut ex aliorum Scriptis colligere licet, ostendere varias, aut certè plerasque, (fictitias enim multas multi ipsis tribuerunt) Gemmarum virtutes, à qualitatibus metallicarum, aut mineralium substantiarum ferè oriri, quæ dum materia esset mollis, aut fluida, majore, minoreve copiâ lapideæ substantiæ adhæserunt, ut hæc inde postea in gemmam duresceret. Quæ me in superiorem sententiam duxerunt phænomena, iisdem nunc inducor ut credam esse verosimile, varios bolos, argillas aliasq; terras, multoq; magis varia mineralia, etsi non spectentur ut mineræ metallicæ, variosq; lapides, substantiasq; lapideas, quæ ob molem forte, aut opacitatem, injucundumque colorem gemmis ascriptæ non sunt, plurimis tamen pollere virtutibus medicis, ac majoribus fortè quàm gemmæ ipsæ polleant, quòd his lapidibus, mineralibusque major sæpe insit metallicarum particularum copia, quæ dum in solutis, ut loquuntur Chymici, essent principiis, facile insinuare se se poterant in solutiora illa corpora, quibus non adeo arctè

A in hære-

inhærebant, quàm nobilioribus gemmis, ut adamantibus, sapphiris &c. quorum adeo compacta substantia est, ut à corrosivis liquoribus ipsaque aquâ forti dissolvi nequeant, licet ut infra patebit, præmemoratos medicos lapides, aliaque mineralia ejuscemodi menstrua aperiant.

His itaque rationibus inductus utile me quid facturum existimavi & Medicis, & Mineralistis, atque fodinarum effosoribus si methodum quamdam explorandi fossilia, nec à Medicis, nec à Chymicis quoad sciam, adhuc detectam indicarem. Quamvis autem hæc explorandi ars unam tantùm qualitatem corporis directè ostendat, hæc tamen, gravitas specifica cum sit, aliarum qualitatum inveniendarum sagacioribus fons esse poterit.

Selegi itaque maximè homogœnum, maximèque simplicem lapidem, mixturâ, tincturâque etiam omni vacuum, Crystallum scilicet de rupe: Ex hac itaque de aliorum lapidum, lapidearumve substantiarum, quarum specificam expensurus eram gravitatem, majore, minoreve simplicitate statuere volui.

Particulas idcirco quasdam nativæ Crystalli limpidissimæ ubi ponderassemus accuratè primò in aère, tum in aquâ, Crystallus purissima erat ad limpidam ejusdem molis, ut duo fere, & dimidium ad unum. Sed ut rem exemplo illustremus ponamus concavum metalli cujusdam cubum, ad superficiem superiorem, quamvis hæc æqua vix futura sit, impletum unicâ aquæ uncia: ponamus versus cavitatem vacui vasis exactè impletam cubicâ particulâ rupeæ Crystalli: hic lapis duas circiter uncias ac dimidiam ponderabit. Proportionem quidem horum corporum exiguâ aliquâ cum variatione delicatioribus quædam bilances exhibebant; sed præterquam quòd forte variâ particulæ rupeæ Crystalli, molis licet æqualis, discrepare possint pondere, variatio ab assignatâ mox proportionem adeo exigua erat, ut accederet potiùs ad specificam gravitatem Crystalli, quàm ab eâ recederet: quocirca negligi poterit hæc proportio, utpote nulli futura usui ad rem nostram.

At quia cuipiam de origine Gemmarum dubium subesse posset, traditis illud tantùm superaddam: Habuisse me lapideas quasdam moleculas, quæ fornicibus accreverant; quæ quidem veri lapides sunt, liquidâ licet in formâ: cum autem has concretiones *Hydrostaticè* expendissem, specifica gravitas licet non exactè in omnibus eadem, videbatur non multùm discrepare à specificâ Crystalli gravitate: corpus enim solidum, pondus aquæ fluidæ in quâ ponderabatur, duplo & fere dimidio excedebat.

U S U S I. Ut fundamentalem hanc observationem usibus hîc designatis applicem: cum probabiliter detegere vellem, ulteriùs enim hæc quidem viâ non collineo, utrum in lapide, aut lapideæ naturæ corpore, mera lapidea materia, magis, minùsve commixta forct adventitiæ substantiæ

stantiæ metallicæ naturæ, aut alterius mineralis Cryſtallo ponderoſioris; accuratè lapidem in aëre primùm, tum in aquâ ponderavi juxta methodum ſuo loco expoſitam: ſi autem ob ſpecificam ipſius gravitatem proportio aquæ ad eandem molem excedebat proportionem 5 ad 2, i. e. quinary ad binarium [quæ ut videntur fractiones, commodè ſubſtitui poteſt proportioni jam ſæpius commemoratæ 2 ad 1.] pronunciabam probabiliter concretionem continere in ſe portionem materiæ adventitiæ gravioris in ſpecie, quam ſit Cryſtallus, aut merus lapis; eoque majorem, aut minorem quò corpus hoc ſolidum magis, minùſve pondus aquæ ſibi quoad molem æqualis excedebat. Hoc tum probavi, tum illuſtrari poteſt ſubjunctis exemplis, ſed prius quidquam de totius Tractatus ſcopo præmittendum.

CAPUT II.

Licet Methodus ponderandi Solida in aquâ tradita ſit à Marino Ghetaldo, aliisque ipſum ſecutiſ, & quamvis idcirco eam præmittere poſſem, quia tamen ipſorum libri rari ſunt, hæcque methodus ubique fere quaſi nota ſupponitur, eam hoc in Tractatu proponendam cenſeo, non ob hanc tantùm rationem, ſed ob duas alias: primò quia methodus ponderandi corpora in liquoribus utilior eſſe poterit quàm hætenus credita eſt, Naturaliſtis præſertim ac Chymicis; deinde quòd accuratiorem ipſius praxim experimentorum frequentiam forte norim: varii enim hac in re commiſſi ſunt errores quòd à me proponenda circa praxim hanc obſervata non fuerint:

Methodus ponderandi corpora ſubſidentia in aquâ.

Solidum corpus expendendum circumligandum eſt pilo equino competentis longitudinis: cujus pili alterum extremum alligandum eſt alterutri lanci bilancis ad amuſſim æquilibris; ita ut propoſitum corpus accuratè ponderatum in aëre, tumque immerſum in vitro, aliove idoneo vaſe limpidâ fere pleno, liberè pendeat in liquore aquâ undique ambitum: tum lanci oppoſitæ tot impone pondera quot neceſſaria fuerint ad reducendum corpus in aquâ ſuſpenſum ad exactum æquilibrum, radiumque adeo bilancis ad ſitum horizontalem:

Extrahe jam pondera recenter impoſita quæ dant pondus corporis in aquâ; hoc autem ſubduc ponderi ejuſdem corporis in aëre, atque per utriuſque differentiam divide totum pondus corporis in aëre, quotient-

que, siue constet numeris integris, siue fractis, siue utrisque, dabit proportionem specificæ gravitatis inter solidum expendendum, atque æqualem mole aquam.

Ut res facilius capiatur exemplo: particula selecta candidi marmoris, quod nullus opacorum lapidum purior hoc videatur, minusque tinctus, bilanci imposita, cujus lances erant æquilibratæ, ponderabat in aëre $\frac{311}{100}$, $\frac{3111}{100}$, $\frac{31}{10}$, gr. 9. id est grana 1169. Circa hoc itaque marmor pilus equinus circumligatus est, alterumque ejusdem pili extremum alteri lancium alligatum est, sub quâ competenti intervallo vitrum sat profundum aquâ plenum positum fuit: hoc in liquore liberè pendebat: sub superficie, oppositaque lance tot posita sunt corpora quot ad æquilibrium requirebantur: hæc autem pondera ad priorem denominationem reducta constituebant summam gr. 738, pondus marmoris in aquâ, levius priori, quod lapis partim ab aquâ sustineretur: hoc autem pondere subducto e pondere ejusdem lapidis in aëre, supererant: Grana 431, pondus lapidis molis æquale: hoc autem residuo pondus marmoris in aëre, nempe 1169, divisum, quotientem dabat $2, \& \frac{2}{100}$ aut prope $\frac{2}{100}$ quæ erat gravitatis specificæ candidi marmoris ad aquam proportio. Hujus praxeos demonstratio iis nititur principiis, quæ alibi † tradidi, ac inveniri poterit in quibusdam commentariorum in Archimedem *de insidentibus humido*.

Ut mox paucis dicta facilius intelligantur, ipsâ naturâ rei patet; corpus in aquâ expendendum grave sat esse debere ut in aquâ mergatur, ac subsidat: cum enim aliter omni tunc in aquâ pondere careat, subducitur illud nequit ex ipsius in aquâ pondere: si autem expendendum sit in aquâ corpus specie aquâ levius, ut apum cera, lignum abiegnum, &c. peragi tamen negotium poterit, licet non aliquo absque labore, si ei nempe addideris corpus grave sat ut cera cum eodem submergatur: sed casus hic huc non spectat;

2. *Hydrostaticas* ad operationes pilus equinus seligitur, quod eidem: aquæ molis æquiponderare dicatur: quod licet non omnino verum compererim, nihil tamen hoc ipso ejuscemodi ad experimenta aptius: specifica enim ipsius gravitas parum adeo discrepat à specificâ aquæ gravitate, ut discrimen, si quod sit, tutò negligi possit: si autem solidum expendendum gravius sit, quàm ut pilo equino unico suspendi possit, ex pluribus complicatis confici funiculus poterit.

3. Cum autem circa corpora quædam, putâ Globulos, ob sphericam figuram, aliamve inidoneam circumligari aptè pilus equinus nequeat, ex pilis equinis conficiendum est reticulum non nimium patentibus intervallis ne forte corpus expendendum elabatur: huic vasculo,

MEDICINA HYDROSTATICA.

5

aut reticulò, pilo equino simplici, aut complicato alteri lancium alligato, imposuimus corpus solidum expendendum : Operatioque peracta est eodem modo, ac si corpus funiculo alligatum foret.

4. Sed hoc loco simul, ac semel monitum te velim, quotiescumque experimentum *Hydrostaticum* ope pili equini fit, lanci contrapondium sustinenti eam pili equini quantitatem esse imponendam, quæ æquet pondus ejus funiculi partis, quæ corpus supra aquæ superficiem sustinet: Aqua enim immersæ tantum partis pondus tollit, ita ut immersa funiculi pars pondus solidi pendentis in aqua augeat. Compensari itaque pondus debet æquali pondere. oppositæ lanci imposito.

5. Cum haberem balances *ad Hydrostatica* præcipuè experimenta destinatas, sæpe comperi necessarium esse alteram lancium, funiculumque tollere, substitutâ plumbi particulâ, aliufve metalli conici, aut aliter figurati ad amussim oppositæ lanci æquiponderante, eidemque funiculi extremo alligare alterum extremum pili equini, quod constringebat corpus in aquâ expendendum.

6. Duo adhuc minime omnium omittendâ supersunt, si eos vitare errores homines velint, in quos, qui *Hydrostatica* faciunt experimenta, facillè nimium ac sæpe incidunt. Primum itaque corpus expendendum liberè in aquâ pendeat ita ut nullâ sui parte, aut fundum, aut latera vasis attingat, aut supra superiorem aquæ superficiem extet: si qua enim harum circumstantiarum neglecta fuerit, ut incautis sæpe contingit, mutatur verum solidi pondus: atque si quis angulus, parsve quantumvis exigua (idem dico de pilo equino cui alligatur corpus) supra aquæ superficiem extet, extans hæc portio cum non sustineatur à liquore, auget diminuitve corporis immerfi pondus.

Curandum quoque non tantum ut nihil præter aquam suspensum corpus tangat, sed etiam ne qua pars aquæ lancem e quâ pendet, ullatenus tangat.

Sæpe animadverti gravius existimatum fuisse pondus corporum in aquâ immerforum, quam re ipsa erat: communi enim hæc negligentia factum sæpe est, ut qui experimenta faciunt, non observarint, si funiculus brevior æquo sit, aut vas nimis plenum, vibrationibus bilancis aliquando deprimendam eam lancem, cui suspensum corpus alligatum erat, ita ut aliquâ sui parte superficiem aquæ lanx tangeret, cujus aliquot guttæ, quod inferiori parti adhærerent, non facillè detegebantur: unde non mirum si pondus lancis cresceret, corporisque proinde in lance contenti: qui quidem error magni omnino momenti est, cum quis ea facit experimenta quæ nisi admodum accuratè, rite fieri nequeant.

7. Sed communis errorum *Hydrostaticis* in experimentis causa hæc est, maximè cum corpora parva expenduntur, in quibus exiguus error magni fuerit momenti, quod homines ejuscemodi in experimentis vulgò putent rem semper bene perigi quoties expendendum corpus peni-

tus aquæ immersum est ; cum tamen sepius contingat ut datum solidum , funiculusque circa illud circumligatus debeant secum varias aëris particulas , offendantve fortè , aut extricent alias e poris liquoris ; quæ adhærescentes asperæ immerforum corporum superficiæ bullularum instar evehere sursum corpus ex aquis nituntur , ut pro numero , & mole corporis immerfi pondus imminuant necessariò . Quocirca memineris in delicatioribus experimentis præsertim , concussio funiculo , impactoque corpore , lateribus vitri adherentes bullulas dispellendas , ut emergant in aërem , aut ad aquæ superficiem : hæc autem praxis interdum plus vice simplice iteretur ; sæpe enim animadverti discussis bullulis alias successisse ante expcasi corporis ponderationem ; ex cujus poris sive superficialibus , sive profundioribus non potuit forte latens aër aquæ vi subito expelli . Eò distinctiùs propositam paucis ponderandorum corporum in aquâ methodum exposui , quod intricatioris sit , quàm quis sibi primùm fluxerit , laboris .

Invento corporis propositi pondere primùm in aëre , tum in aquâ juxta methodum mox traditam , non difficile fuerit detegere proportionem solidum inter , ac liquorem , quod regula obvia sat sit , licet demonstratio non tam facilè intelligatur ab iis , qui *Hydrostaticis* non sunt adeo assueti principiis .

Theorema , cui praxis hæc ininitur primus omnium , quod sciam , tradidit Archimedes ; cujus interpretes Mathematicè id demonstrarunt , ut ego Physicè , ibi , ubi de *Paradoxis Hydrostaticis* : Archimedis autem propositio hæc est : *corpus aquâ gravius ponderat minus in aquâ , quàm in aëre , pondere aque ipsi quoad molem æqualis .*

Unde nostrum in scopum regula hæc deduci facilè poterit : si enim pondus corporis propositi adhuc aquâ circumcincti corporis ejusdem in aëre ponderi subduxeris , numerus residuus dabit pondus [in aëre inventum] aquæ æqualis mole solido proposito : cum igitur duo jam adsint corpora , alterum firmum , alterum liquidum , pondusque utriusque seorsim ; ut proportionem invenias , majorem numerum divide per minorem , quotiensque ad 1 , hoc est unitatem , erit Antecedens propositionis desideratæ , solidum inter atque aquam ; quam ideo tantùm commemoro , ut liquorem fere semper his in experimentis exhibitum : mutatis enim mutandis , res aliis etiam in liquoribus eodem modo peragetur .

CAPUT III.

His itaque , ut sequentia faciliùs intelligantur , præmissis , ad exempla , à quibus necessaria hæc digressio hæcenus nos cohibuit , jam progrediamur .

Prostat

MEDICINA HYDROSTATICA.

7

Prostat in officinis minerale quoddam intensè rubrum & opacum, vulgò lapis Hamatites, licet videatur potius referre lapidem dictum ab Authoribus *Schystos*, sed quomodocumque vocetur, fossile durum est, quod licet Medicis Anglicanis parum in usu, alibi magni fit, nec forte abs re, somniferam ob qualitatem ejusdem certo modo præparati: sed cum alibi virtutes ipsius medicas traditurus sim, hic tantum examinabo utrum secundum nostram methodum metallicis particulis, nec ne, sed forte tantum *embryonatis*. abundet, quarum mixtioni quædam ipsius dotes ascribi probabiliter possint. Cum igitur exquisitâ bilance particulam hamatitis Anglicanæ, quæ ponderabat fere ℥iii. ℥ii. in aëre primò ponderassem tum in aquâ, ipsius proportio ad hunc liquorem erat ut 4 $\frac{15}{100}$ ad 1. quod quidem miratus fuissim, nisi aliis rem experientis explorassem: Mirumque haud dubiè quid tibi videbitur, ubi scieris metallicum hunc lapidem duplò fere fuisse graviorem mero ejusdem molis lapide. Ex magno hoc pondere firmiùs conjiciebam non exiguam in hac mole metallinæ substantiæ quantitatem contineri: quo quidem inductus sum, ut hoc obiter addam, ad examinandam propius conjecturam quandam meam, sublimato hoc lapide, bene prius pulverato, mixtoque cum æquali, aut duplicatâ quantitate selecti salis Ammoniaci: cum enim tunc linguæ apice croceum hoc sublimatum gustassem, comperi, illud ut expectabam valde stipticum, ut variæ Martis præparationes esse solent: ulteriorisque probationis gratiâ, cum quidpiam infra granum in cochlearia duo infusionis gallarum immisissim, atramentitius fere exortus est color.

Lapis Lazuli ab Europæis interdum Medicis adhibetur, sed frequentius ab Arabicis, varios in scopos, præcipuè tamen ad ciendum vomitum: quæ quidem emetica virtus metallicis ingredientibus ascribi poterit: cuius proinde particulam mediocriter imprægnatam *Hydrostaticè* expendissem, ipsius proportio ad æqualem aquæ molem erat ut 3 ad 1. Unde conjicio quantumvis fortiter operetur, contineri eâ longè minorem proportionem metallicæ substantiæ, quàm lapis hamatites, variæque alia minùs actiuosa mineralia contineant.

Magnetem medicis usibus applicari alibi ostendo, ex coque oriri esse fluvia non magnetica quæ sensibilibus in corpus humanum operari queant: eum idcirco *Hydrostaticè* expendi: pondus autem illius, qui Anglicanus erat, aut Norvegicus, erat ad aquam ejusdem molis ut 4 $\frac{15}{100}$ ad 1. Sed de specificâ magnetis gravitate alibi dicendum erit pluribus.

Lapis Calaminaris sæpe adhibetur à Medicis, maxime Chymicis, ad siccandas, imbibendæque aciditates, eoque nomine aliis eum medicamentis celebrioribus præfero. Quamvis autem hic lapis externè tantum adhiberi

§ MEDICINA HYDROSTATICA.

adhberi soleat , ex quibusdam tamen Chymicis ipsius præparationibus colligo rem ulteriùs esse examinandam : non indoctus Empiricus cui non illibenter quosdam processus meos communicaveram prout petierat, interrogatus à me de remedio , quo multos curabat ventris profluvio dysenteriâque laborantes , ingenuè dixit ea se lapide Calaminari bene trito , certâque dosi uti , ut suo loco postea pleniùs declarabitur.

Unde facilè conjiciebam Lapidem Calaminarem metallicæ naturæ participem esse , ut colligere liquet ex ipsius in cuprum operatione, quod hinc in æs convertitur. Quare cum unam particulam hujus fossilis ponderassem, primùm in aëre, tum in aquâ , erat hæc ad hunc liquorem ut $4 \frac{60}{100}$ ad 1. quæ differentia eadem est pæne cum aliâ alibi à me notatâ circa Lapidem Calaminarem , cujus proportio erat ut $4 \frac{7}{10}$ ad 1.

Nisi plurima ejusdem generis experimenta in notas redacta perdidissem, varia quatuor commemoratis eundem in Scopum addere possem, sed cum hæc sat sint, subjungam quasdam observationes , quarum priores hominem candidum, ac veritatis amatorem deceant, posteriores alios quosdam indicabit usus methodi *Hydrostaticè* expendendi eas de quibus hætenus ponderosas concretiones.

Monendus idcirco es licet , cum durum fossile gravius est Crytallo ejusdem molis , valdè probabile sit , solidæ concretioni notabilem inesse quantitatem, majorem, aut minorem corporis ponderosi mineralis, unde colligere liceat quibus qualitatibus obsit, quibus profit humano corpori ; nihil tamen id prohibere ne fossile vel medicis , vel maleficis virtutibus imprægnatum sit à materiâ extraneâ , licet specifica gravitas ipsius fossilis vix excedat gravitatem Crytalli : ut enim alia omittam, exigua admodum quantitas adventitiæ metallicæ, aut mineralis substantiæ, si actuosæ naturæ, potest interdum reliquam massam activis qualitatibus imprægnare. Quod tum illustrari tum etiam probari deinceps aliquo sequentium Capitum poterit quibusdam experimentis.

CAPUT IV.

VSUS II. **U**T nunc quædam apponam de ulteriore utilitate methodi *Hydrostaticè* res explorandi , noris primò inde nos probabiliter conjicere posse , utrum corpus minerale propositum sit aut lapis , aut lapideæ naturæ. Ita Corallium aliquibus est planta , aliis lithodendrum , multò pluribus gemma : Hanc opinio-

num

nūm varietatem dissipare poterit specifica gravitas. Particulam itaque selecti Corallii ponderavimus primò in aëre, tum in aqua : cujus proportio ad æquale pondus illius liquoris erat ut 2 $\frac{63}{100}$ ad 1. Specifica itaque illius gravitas illorum maximè favet opinioni qui Corallium lapidibus ascribunt, cum aliquantum specificam Crystalli gravitatem exsuperet.

Quidam *Uniones* ob duritiem, quòdque de iis agant Gemmarii, alii- que qui de gemmis scribunt, lapideæ esse naturæ volunt. Eorum itaque ponderositatem examinandam quoque putavi : sed cum nullum sumpserim experimentum grandioribus, politioribusque *Unionibus*, duo alia substitutum experimenta : alterum factum est ope portentosi unionis, quem quis ex *ostrea* desumptum mihi exhibuit : portentosum, aut monstrosum dixi, quia licet sat bene Coloratus foret, irregularis erat ipsius figura, pondusque insolitum, cum sex supra ducenta ponderaret Grana: hujus in aquâ ponderati gravitas ad æqualem liquoris molem erat ut 2 $\frac{5}{100}$ ad 1: quare specifica ejus gravitas eadem ferè erat, atque gravitas Crystalli.

Multi lapillos, hominum in vesicis generatos, genuinos, nativosque existimant, multaque eorum de duritie, nec abs re, non pauci narrant : quamvis autem latius eos dici veros lapides non negem, animales, eos, lapides; quàm simpliciter lapides dicere mallet : quòd hoc nomine indicare solemus minerales, aut fossiles lapides; qui nostrâ methodo facile distingui possunt ab humanis calculis, aliisque concretionibus duris in corporibus animalium quorum sanguis calidus, repertis : cum enim multos ejusmodi lapides examinasset, non Chymicâ tantum, de quâ alibi, analysi, comperi eos quantumvis duros ad animale regnum, non ad minerale pertinere, sed *Hydrostatico* quoque examine comperi non parum quoad specificam gravitatem, veris à fossilibus lapillis eos discrepare : cujus rei plura suo loco occurrent exempla. Duo proposuisse hîc sat fuerit : calculus enim humanus ponderans 3 viß. erat ad æqualem aquæ molem ut 1 $\frac{26}{100}$ ad 1. aliusque ponderans 3iv. ultraque dimidiam drachmam in aëre, ponderatus in aquâ erat ad aquam ut 1 $\frac{69}{100}$ ad 1.

Commemoro hos lapides ut spectantes ad materiam medicam, licet considerentur potiùs ut morbi, à quibus oriuntur, quia celebris Medicus, qui in Indiis Orientalibus artem medicam exercuerat, & Bezoardorum virtutes Europæis frequentius experiri potuit, præfert ferè humanos calculos etiam Orientalibus Bezoardis.

Ut autem ostendam Homines non esse sola Animalia quorum lapideæ Concretiones gravitate specificâ differunt : eoque discrimine distin-

qui possunt à Crytallo, aliisque veris lapidibus; in experimenta' adhibebimus quosdam selectos Bezoardos mediocres, quia rariùs adulterantur. Horum primus ponderans in aère ʒiij. & grana aliquot, erat ad aquam ejusdem molis ut $1 \frac{47}{100}$ ad 1. Alius minùs tantillum quàm ʒiij. ponderans, erat ad æqualem aquæ molem ut $1 \frac{2}{100}$ ad 1. Aliis exemplis minùs necessariis substituam unum aliud à Bezoardo ex alio ejusdem generis desumpto suppeditatum. Nucleus hic, ut ita loquar, ponderatus in aère, novem granis deficiebat à ʒiij, eratque ad aquam ejusdem molis ut $1 \frac{22}{100}$ ad 1. In omnibus his exemplis observare licet, animales illos lapides non æquantes duplicatum pondus aquæ æqualis ipsis quoad molem, continere minus gravitatis specificæ ferè quintâ parte quam veri fossiles lapides, cujusmodi est Crytallus, contineant, quæ quintâ parte ipsis specificè gravior est.

CAPUT V.

RSVS III. **U**Sus mox propositus methodi nostræ *Hydrostaticæ* explorandi, aliam mihi suggerit corollariii instar inde deductam: hæc methodus complectitur duos discrepantes modos applicandi observationes hæctenus commemoratas.

Primò enim *Hydrostaticis* probabiliter detegemus similitudinem, dissimilitudinemque corporum ejusdem denominationis: ita ut subordinatæ illorum species quædam detegi possint, variaque infimæ speciei individua: cum enim magnam differentiam invenerimus inter specificam variorum magnetum gravitatem, qui variis in regionibus inventi sunt, si plura fierent experimenta hujuscemodi, comperiremus cæteris paribus, magnetis unius regionis, aut fodinæ, aliis esse ponderosiores: ut observavi Norvegicos, & Anglicos magnetes graviores esse specie magnetibus in Italiâ repertis: Insula ibi Elba abundat magneticis lapidibus quorum unum vidi varia centena pondo ponderantem: hac ponderum differentia inter fossilia ejusdem generis, si præsertim insignior, distinguere possumus lapides ejusdem infimæ speciei, qui ad varias regiones pertinent, ac diversi proinde valoris esse queunt: at si, ut sæpe contingit, inæqualitas ponderis oriatur ab adventitiâ materia, quæ se se in genuinam substantiam fossilis adhuc fluidi, aut mollis insinuavit, conferet multum ad inveniendam minorem, aut majorem homogeneitatem propositi fossilis, quæ quidem notitia, Medicis, Gemmariis, ac Naturalistis non rarò utilis admodum esse poterit.

CAPUT VI.

VSVS IV.

AT secunda pars Corollarii sæpe longè utilior esse poterit , ut alibi insinuavi , ad lapides genuinos distinguendos, sive animales , sive minerales à fictitiis, qui minimum sæpe veri habentur non mediocri medicorum , ægrotorum, Gemmariorum, emptorumque damno : ut enim nulla qualitas adeo inhæret corporibus sublunariis , quàm ponderositas , ita nulla difficilius ab impostoribus effingitur. Dixi ab impostoribus ; licet enim haud difficile sit gravitatem specificam corporum interdum alterare , attamen etiam tum eâ operatione , additioneque res fiet, quibus aliarum quoque qualitatum mutatio contingat , unde fraus clucescat. Ideoque difficilior fraus hæc vulgaribus impostoribus seu Gemmarum adulteratoribus futura est, quia varios naturalis earum productionis modos ignorant, unde fiet ut paucis utantur mediis ad fraudes suas texendas , dumque obvias tantùm qualitates imitantur , eluduntque notos explorandi modos, exiguam specificæ gravitatis rationem habent , atque *Hydrostatici* examinis, de quo fortè ne cogitarunt quidem, aut audierunt, securi interim sunt. Hac methodo adulterati uniones detegi poterunt, nullo iisdem illato damno. Ipse aliquando Corallia recreationis gratiâ feci, ut ostenderem quid eo in genere fieri posset, quæ licet insignis essent coloris, splendoris, figuræ, specificam tamen Coralliorum naturalium gravitatem longè excedebant.

Priusquam meliores explorandi modos nossem , animi causa gemmas ipsemet arte quadam feci ope vitri Saturni, Diaphanas, & insigniter coloratas ; quia tamen aliis ingredientibus additum continebant plumbum vitrificatum ad faciliorem fusionem , facilè detegebantur examine ponderis *Hydrostatico*. Vidi quoque lapidem Bezoardicum genuino adeo similem, ut magni pretii aestimaretur , quem, opinionem rogatus, adulteratum judicavi, quod æquè gravis mihi videretur, ac lapis mineralis ejusdem molis, licet, quia possessor *Hydrostatico* examini quantumvis innocuo exponi lapidem volebat , demonstrare non potuerit, quam potissimum ob causam iuaserim ne emeretur.

CAPUT VII.

VSVS V.

Licet plura ejuscemodi proferre potuissem exempla ; affinitate argumenti inducor ut variationem

quamdam, aliumve usum methodi nostræ *Hydrostaticæ* ostendam: hinc enim sæpe judicare possumus de homogeneitate corporum, quorum in re Medicâ usus esse aliquis poterit, quamvis nec sint lapides, nec fossilia, modo gravia satis ut mergantur aliquò usque in aquâ: hujuscemodi enim concreti gravitas specifica inventa, erit Norma secundùm quam de aliis ejusdem denominationis, aut naturæ judicare possumus.

Ad illustrandam facilem hanc observationem, sat fuerint pauciora exempla, si qua sint omnino necessaria, quam reperies in subiectâ parte hujus tractatus, ubi opportunè preferentur: quocirca iis nunc exemplis omiſſis unum te moncho quod mirum tibi videretur, nisi id alibi nihil fere immutatum eòdem faciens inuissim. Illud autem ita se habet: Aliter Gemmarii, ac aurifabri; aliter Medici, ac Chymici de Gemmis judicant, priores enim qui pulchritudinem tantùm gemmarum considerant, cæteris paribus eas meritò judicant pretiosiores quæ specie leviores sunt, utpote plerumque ad sensum leviores, magis Diaphanæ, colorisque insignioris: posteriores qui medicam ferè tantùm in gemmis virtutem querunt, ponderosiores meritò pluris fecerint, utpote pluribus metallicis substantiis imprægnatas, quibus, ut superius probabiliter dicebamus, præcipua earum virtus ascribenda est. Differentia autem lapidum ejusdem denominationis quoad gravitatem specificam: major sæpe est quàm quis sibi facile fingat, nisi experientia rem edocuit, ut patebit quibusdam exemplis huc spectantibus infra proponendis: non tamen hinc pronuntiarim lapides in genere leves carere particulis metallicis, sive assnibus e quibus medicam quamdam traxisse virtutem possint: mineralia enim pigmenta subtilia adeo quædam sunt ut exigua eorum quantitas quâ vix sensibilibus graviora sint gemmis minùs aut fortè nullatenus coloratis, per totam harum materiam diffundatur, & saltem quantumlibet harum sensibilem partem imprægnent.

Rem illustrabo sequente experimento: hunc in scopum excogitato.

Quinque grana optimè pulverata *Zaphoræ* immixta ℥j ʒss. vitri Veneti pulverati & in fornace ignis violenti per integram horam in infusione servati, diaphanam massam subministrarunt, penitus caruleam, satque intensi coloris, ita ut pars una pigmenti par esset fusionis tingendis centum partibus vitri: cum autem curiositatis gratiâ proportionem *Zaphoræ* paulò majorem fecimus, assumptis octo granis pigmenti, & ℥j. Vitri, quæ est proportio 1. ad 60. servatâ æquali tempore mixturâ in validâ fusionis, massa tam intensè colorata est, ut proportio tingentis materiæ ad aquam residuam videretur major quam ut nitidior gemma inde fieret.

Ut autem pleniùs adhuc patefiat exiguâ metallicæ materiæ quantitatem, tingi quidpiam posse, quâ tincturâ virtus tribuatur vitreo corpori, atque

æque: etiã gemmis, mirum, fortè tibi, experimentum hîc subjungam.

Metallica Martialis indolis corpuscula, sæpe diuque conieceram in Granatis intensius coloratis, nec pauca latere; hæcque corpuscula licet ad Granati constitutionem non necessaria, eam tamen ingredi, licet ob exilitatem inconspicua. Bohemicum itaque, aut Germanicum selegi, neque enim latiore unquam vidi, quem quia rarum ob molem & intensum colorem diu servavi: Non erat tamen lapis admodum politus, licet lucida tenuiaque forent ipsius extrema. Hujus lapidis pulverati, sed non in vase ferreo ne quid labis ab hoc metallo contraheret, grana octo accuratè immiscuimus unciaè optimè pulveratæ Cryfalli. Servatâ autem postea mixtura est per duas horas in fornace ardentiore fornacibus communibus vento inflatis: unde, ut expectabam, prodit massa sat lavigata tinctaque sat colore cæruleo, qualem ferè chalybs, aut ferrum præparatum puro vitro tribuit.

CAPUT VIII.

EX hætenus dictis liquet aliquatenus quæ medicamenta *Hydrostaticè* expendi possint; Si solida fuerint, nec valdè minuta, nec nimium lævia ut in aquâ subsidant: monendus tamen es, simplices multas, ponderosafq; dari substantias, reque ipsâ medicas, nec immeritò reputatas, quibus una, aut plures præmemoratarum conditionum desint. Tria itaque insuper, licet non necessaria ad intelligendam utilitatem primæ partis hujus dissertationis, multum tamen, quod celare nolim conferre, poterunt ad faciliorem (non enim perfectam ausim dicere) methodi, seu artis *Hydrostaticæ* praxim, quâ examinentur corpora aquæ speciatim præponderantia.

Quo circa licet obvias hîc difficultates superare, non exigui, fateor, laboris sit, tuam tamen operam trib. his monitis, quibus alias usus sum in his tribus casibus, non parum imminuam: *primò* cum corpus expendendum liquidum erat, nec equino pilo teneri immediatè poterat; aut quovis alio tenui funiculo: *Secundò* quando corpus propositum, erat in forma pulveris, aut constabat fragmentis adeo exiguis ut non possent singula pilo equino, eut certè non commodè grandiorum instar corporum suspendi: *Tertiò* cùm solidum *Hydrostaticè* expendendum licet mole sat magnum ut ligari possit, dissolubile erat in aquâ, ineptumque proinde quod eo in medio ponderaretur, quia in eo decresceret continuè ejusdem gravitas, dum operatio fieret.

Quod ad primam difficultatem attinet non es, puto, monendus liquidam substantiam *Hydrostaticè* expendendam, graviozem esse debere,

Specie, ipsâ aquâ fluidove alio in quo ponderatur, ejusque naturæ ut non citò eidem immisceatur: Cum alioquin propositus liquor, aut e fluido, in quo ponderandus erat, emerfurus esset, aut cum eodem confunderetur, ita ut eadem utriusque foret massa, aut gravitas.

Modò igitur liquor expendendus duas mox commemoratas conditiones habeat, hac methodo, specificam ipsius gravitatem exploravimus. Selegimus lati orificii vitreum vasculum capax uaciæ unius aquæ communis ponderansq; in aëre tres circiter quatuorve drachmas, pauciores, pluresve pro renata. Vitrum hoc, quod compendii studio vocare solemus *Hydrostaticum*, ponderamus sollicitè primo in aëre, tum in aquâ, differentiâque ponderum comperimus juxta notam artem *Hydrostaticam* pondus æquale ponderi substantiæ vitri in aquâ. Hoc itaque pondus oppositæ lanci impositum si fuerit, vasculum sub aquæ superficie pendulum considerari potest ut omni carens pondere, hoc est præponderantiâ. Pondus itaque corporis hoc in vitro contenti haberi potest pondus corporis ipsius in aquâ, nullo accepto incremento à pondere vitri: ita ut in nostro exemplo vitrum reddat massam argenti vivi, licet fluidi, non minùs ponderabilem, quam si coagulo quodam solidum in corpus coalesceret.

Vitro *Hydrostatico* hunc in modum præparato imposuimus Mercurium, simulque in aëre ponderavimus, unde subducto noto jam vitri in aëre pondere, numerus residuus dat pondus solius Mercurii in aquâ. Hoc, ope pili equini, peractò alligamus vitrum alteri lancium, aut jugi ejus extremo alterutri; idque finimus subsidere paulatim in vitro, aliove competente vasculo limpidâ pleno, atque ita pendere ut nullâ sui parte aut fundum, aut latera lateris vasis tangat. Reducimus tum, ponderibus oppositæ lanci impositis additisque aliâs contrapondio vitri in aquâ prius commemorato, bilancem exactam ad æquilibrium, vitro *Hydrostatico* ad aquæ superficiem non penitus elevato.

Hoc recens inventum pondus immerfî Mercurii si subductum fuerit ponderi ipsius in aëre, facilitè erit, notâ arte *Hydrostaticâ*, invenire proportionem gravitatis datum inter Mercurium, atque æqualem aquæ molem.

Ad expeditiorem praxim non inutile fuèrit habere ad manum more meo duo pondera ex plumbo, aut stanno, majus exactè æquale pondere vitri *Hydrostatici* in aëre, alterum æquale ponderi ejusdem vitri in aqua. Si enim hæc duo pondera sint semper ad manum, aderit semper contra pondium vasis in quocumque duorum medicorum adhibeatur: unde fiet ut qui sæpe utuntur Bilancibus non multam adhibeant temporis ad eas in usum adaptandas.

His præmissis proposita superiùs praxis faciliùs intelligetur exemplo. Modicum vitrum capax $\frac{3}{8}$ aquæ imposuimus alteri lancium exquisitè

equistæ bilancis: cujus alteram lancem instruximus contrapondio, aut pondere vitro æquali. Huic tum vasculo imposuimus unciam unam, hoc est octoginta supra quadringenta grana Mercurii Hispanici, ut ferretur, qui optimus habetur, vitrumque hoc onustum Mercurio, operili equini pendebat demissum ab alterâ lance in vas profundum aquâ plenum: dum eo in statu foret, oppositâ erat in lance contrapondium ipsius vitri in aquâ, ita ut drachmæ, granaque quæ addi oportuit, dederint nobis pondus tantum argenti vivi; pondus enim vitri prius datum erat.

Sed prius operam dedimus ut lati orificii vitrum undique aquâ cooperiretur, atque undique à bullis adhærentibus liberaretur, parsque pilii equini adderetur contrapondio, ut suppleretur ea pars pilii equini circa collum vitri alligati, quæ in aëre lancem inter, cui alligabatur, atque aquæ superficiem intercipiebatur.

Hinc itaque pondus argenti vivi eo in liquore constituebat summam gran. 446. quæ ponderi argenti vivi in aëre subducta, differentiam dabant hanc, grana 34. quo numero si majorem divideris, quotiens erit circiter 14, & $\frac{41}{100}$ ita ut Mercurius hinc adhibitus videretur esse in gravitate ad aquam ejusdem molis ut 14 $\frac{11}{100}$ ad 1. Dixi Mercurius hinc adhibitus, quia prioribus in experimentis vix comperi commune argentum vivum venale in officinis pondere æquare quatuordecies, aut interdum 13 & $\frac{1}{2}$ æqualem sibi aquæ molem: incertus autem hæreo an ponderositas adhibiti à nobis Mercurii non ab instabilis auri, aut non fixi particulis procederet: quidam enim Mercurium Hispanicum quod aureæ sit indolis extollunt, quod experimento eum in scopum facto non absimile vero comperi.

Si apud te fuerit, quo ipse careo, docti Ghetaldi *Archimedes Pro-motus*, ibi, ut audio, proponit intensivum pondus argenti vivi *Hydrostaticè* reperti: hunc consulere librum rariorem operæ pretium fuerit, ut ibi obvia, dictis nunc à me de argento vivo compares: Hic quoque in genere monendus es, cum hujuscemodi experimenta ob Chymicas, aliasque rationes, reliquis hominum frequentius fortè experimenta fecerim, me non comperisse omnes liquidos Mercurios, licet in speciem non adulteratos ejusdem omnino esse ponderis.

Quin etiam distillati etiam Mercurii, licet immixti semel metallicis corporibus, præcipuè si animati, & à puro auro deducti, magis discrepabant à venali in officinis Mercurio, quàm à se invicem liquidi Mercurii: atque communes etiam inter Mercurios etiam distillatos insigne invenimus discrimen. Sed plura hoc super argumento non addam. Ut autem unicum, sed clarum admodum proferam exem-

plura quo manifestum fiat quæ ponderari gravia liquida in aquâ debeant, asserere auisim hâc methodo, licet non semper æquali facilitate, explorari posse gravitatem specificam aliorum liquorum æquali in mole aquâ graviorum, qui tamen eidem immisceri nequeunt, cujusmodi sunt Chymica olea cinnamomi, caryophyllorum, Guajaci &c. at idcirco prævium experimentum distinctiùs tradidi, quod illud postea alios etiam in usum futurum sit, maximè ibi, ubi dicemus aquæ sæpe substitui posse, alteriùs generis liquores.

CAPUT IX.

Quod spectat ad methodum examinandi *Hydrostaticè* pulveres subsidentium corporum, putà Minium, Tutia &c. aut tenuia ejusmodi corpora, aut majorum fragmenta quæ ob exilitatem ineptamve figuram singula pile equino bilanci alligari nequeunt, qualia sunt fragmenta lapidum pretiosorum juxta pondus in officinis vernalium, methodus inveniendi pondus illorum in aquâ non multum differt ab inventâ superiùs arte ponderandi argentum vivum eo in liquore: tum enim vitrum *Hydrostaticum* supra descriptum adhibemus, eique interiùs, exteriùsque deficcato, imponimus calcem metallicam, aut pulverem quævis gravem, aut convenientem quantitatem fragmentorum gemmæ, aut competentem numerum exilium licet integrorum corporum, ut particulas nativæ cinnabaris, unionum feminalium &c. hæcque omnia ut argentum vivum priùs, expendimus. Diligenter tantùm curandum, ut cautè & paulatim injiciamus in vitrum adhuc in aère, continensque ponderatum jam pulverem, aut fragmenta, convenientem quantitatem ejusdem aquæ, in quâ ponderatio futura est, ut liquor possit insinuare se inter sicca corpora, atque corpuscula etiam pulverum, ac depellere inde aërem intervallis conclusum: quæ aëriæ particule nisi tempore expulsi, immerso vase varias producerent bullidas quæ aut eveherent, aut alligarent se fragmentis, aut aliis exilibus corporibus, unde experimentum, aut incertum foret, aut fallax. Si autem pulvis ponderandus sit, nisi priùs penitus madefiat, libereturque aëreis particulis, & quasi ad lutum reducatur, periculum est ne corpora quædam sicca pulveris, cum vas sub aquâ est, evehantur, & erumpant, ac fluctuantia super incumbentis aquæ superficiem imminuant verum immerfi pulveris eo in liquore pondus.

Si methodus hæc expendendorum corporum dextrè adhibeatur ab eo cui exquisita adfuerit bilanz, utilis omnino fuerit non Medicis tantùm, ac Pharmacopolis qui sat norunt nobiliora corpora subsidentia ad Materiam

Materiam Medicam spectantia, sed etiam Gemmariis, & Aurifabris quorum valde interest ne fictitiis gemmis decipiantur, aliisque lapidibus pretiosis, sed quibus necessaria aliqua virtus desit: ita fragmenta quinque gemmarum quæ, quam ob causam non inquirò, nobiles quasdam Compositiones partim constituunt, ut *confectionem hyacinti* &c. hæc inquam fragmenta singula seorsim utiliter expendi poterunt suo in aquâ pondere, ab eo scilicet qui novit gravitatem specificam selectiorum fragmentorum, aut ad rem aptiorum. Ut autem hoc obiter addam, cum Granati, quinque medicis gemmis annumerentur, ac quibusdam in Pharmacopœiis primas obtineant, magnum comperi discrimen quoad gravitatem Europæos inter granatos, atque Americanos, quorum quidam mihi dono missi fuerant ex novâ Angliâ, aliosque ipsemet, sat magnâ copia collegi ex vetusto Americano minerali in quo latitare eos suspicabar: unde facillè conjecerim diversas eorum esse virtutes, siu minùs quoad genus, saltem quoad gradus: nec tantùm factitii Uniones, quibus celebres etiam Gemmarii decepti sunt, ut eorum quispiam mihi falsus est, hæc sæpe methòdo detegi poterunt, maximè si Mercurius larvatus his conficiendis adhibitus fuerit.

Hæc etiam methòdo distinguere possumus Uniones cujusvis regionis, ac generis, quos inter magnum sæpe discrimen animadverti: extantque apud me adhuc nativi Uniones, adeo variè colorati, ac figurati ut admirationi multis fuerint. Sed quia Medicorum, præcipuè ac ægrorum magis interest rectè judicare de seminalibus Unionibus, sæpe ad valetudinem conducentibus, quàm intelligere naturam grandiorum in usu Medico rariorum, quòd ornamenti tantùm gratiâ fere adhibeantur, repertum inter *adversaria mea* experimentum hæc reponam. Illud autem feci, cum insignes mihi adessent Uniones Orientales: cum enim hos modo mox præposito expendissem, quod instar exemplarium, quibus conferrentur, alii viderentur; hos comperi ad aquam ejusdem molis esse ut, $\frac{75}{100}$ (id est $\frac{3}{4}$) ad 1.

Sed in hoc, aliisque experimentis, quæ accuratorem requirunt, monendus es non fidendum esse manus stabilitati in tenendâ bilance, sed utendum esse fulcro stabili quopiam ad eam sustinendam: sæpe enim *tremescit* manus, atque instrumentum, proinde manusque sæpe fatigatur priùs quam bilanx post sufficientem titubationem determinato tandem in situ quieverit, laborque redit actus in orbem, nisi æquilibrium inventum fuerit. Hujus praxeos neglectui, ut & minùs exquisitæ bilancæ, imperitiæque eadem utendi, meritò ascripserim tot inter ponderandum errores, quot ego, aliique sæpe animadvertimus. Ut igitur obiter illud addam, non facillè, spero, quæ de *Hydrostaticis* experimentis dixi, damnabis, quòd aliorum experimentis non semper congruant: cum forte

nec tam diligentes fuerint , nec tam aptis quam ego instructi instrumentis.

CAPUT X.

Tertius propositorum superius casuum, nempe: *Quid agendum quando corpus Hydrostaticè expendendum aut dissolvitur in aquâ aut faciliè eidem immiscetur?* aliquid secum offert sat difficile solutu: aut potius factu, cum unicâ vice, ut prioribus casibus, fieri res nequeat. Cùm itaque rem seriò, sedulòque expendissem, nihil melius excogitare potui, quàm quod aliàs Regiâ in Societate proposui: illud autem erat hujusmodi, quod, licet corpus propositum immediatè in aquâ ponderari non posset, substituere tamen possumus alium liquorem in quo id non sit dissolubile, eoque investigare specificam gravitatem ad *illud medium* comparatam; tuæque comparatâ liquorum quoad gravitatem differentiâ, quid obstat ne detegamus, quid corpus propositum ponderaturum fuisset in aquâ, si in eâ per aliquod tempus indissolutum servari potuisset? Quocirca cum præter argentum vivum fluida nostra visibilia sint aut aquea, aut oleosa, ac cùm pleraque corpora, quæ in prioribus dissolvimus: non dissolvantur sensibilibiter saltem in posterioribus dum propositum solidum in ipsis ponderatur: Quin etiam salina corpora cujusmodi sunt alumen, vitriolum, sal gemmæ, quibus addi possunt borax, sublimatum &c. ponderari commodè possunt in oleosis liquoribus: Ex his selegi oleum Terebinthinæ, potius quam Olivæ, aut Chymicum ulium oleum essentialiale, tum quia, cum sit ustatum, sat magnâ copiâ haberi potest, cumque vile admodum sit, rarò adulteratur, ut Chymica olea sæpe adulterantur, tum quia cum corpus distillatum sit, aqueis partibus liberum esse poterit, quibus etiam oleum communi modo expressum abundat. Sed quoniam liquores duo, ambo licet olea, distinctis in officinis vocantur, nominibus, adhibeo non oleum Terebinthinæ, sed spiritum qui primus effluit.

Hunc inquam, utpotè limpidum instar ferè limpida: priori præfero: præterquamquòd oleum sit, & minùs fluidum, & flavum, unde sit ut ipsius Diaphaneitas minor sit, ac componi forte partim possit ex coloratis corporibus, quæ in ipso ponderanda sunt.

Multis difficile fuerit, nec scitu sæpe necessarium, determinatam nosse proportionem gravitatis inter oleum Terebinthinæ solidumque in eo ponderandum: difficile quoque fuerit detegere gravitatis ope quid corpus propositum in aquâ ponderaret, si competenti tempore eo in medio nullâ sui parte dissolutâ servaretur: quocirca, licet, si velis, vo-

lente

lente Deo, subjuncturus *sim* methodum perficiendæ hujus operationis huic Tractatui, quæ quidem non vulgarem ut nosti Arithmeticæ notitiam, requirit, impræsentiarum tamen fat fuerit indicasse, eos qui determinare nequeunt, ope *Hydrostaticorum*, proportionem subsidentia inter solida, liquoremque in quo ponderanda sunt, posse tamen ex traditis circa oleum Terebinthinæ pronunciare de gravitate specificâ variorum corporum comparatâ corporibus ejusdem aut discrepantis speciei; atque inde conjicere probabiliter utrum solidum requisitas condiciones habeat; si vel unam habeat particulam corporis, & genuinam: ex hæc enim judicare poterit de corporibus ejusdem denominationis quæ venditurus, aut suos in usus adhibiturus est. Si igitur artifex empturus sit portionem Sublimati, unciam sumat aut semunciam sublimati optimè præparati, eamque diligenter, & cautè in oleo Terebinthinæ ponderet, pondusque annotet: seligat jam unciam unam putâ, aut dimidiam sublimati probandi; illam ponderet ut primam eodem in liquore: si enim exemplari æquiponderet bonum signum est, si minùs ponderet, pater debitam sublimato proportionem Mercurii non inesse, nimiamque inesse salium proportionem unde ipsius levitas, aut minor gravitas procedit. Eadem examinandi ratione poterit Mercurius dulcis, variaque alia corpora, penitus, aut partim dissolubilia in aquâ, ut Alumen sæpe adulteratum crassiore sale, ac vitriolus Romanus sæpe adulteratus ope aluminis de rupe & tincturæ de cupro. Verbo, quò magis oleum corporis propositi, minùsve recedit à pondere propositæ normæ, eò major, minorve adulteratio fuerit.

C A P U T X I.

Priusquam hoc argumentum deferam, monendus es *Methodo Hydrostaticâ* suppeditari nobis aliam artem inveniendæ intensivæ gravitatis corporum solidorum, aut fluidorum, quæ interdum usui esse poterit. Ars autem hæc ejusmodi est: Solidi corporis fat gravis ut in aquâ subsideret, pondus in aëre accuratè observavimus primum, tum in uno liquorum expendendorum, atque ita deinceps, si plures duobus fuerint. Annotato autem discrimine solidum inter, ac liquorem quemlibet, facillè inveneris juxta praxim alibi traditam specificam cujusque gravitatem, intermediamque proportionem. Quia autem unum, idemque solidum diversis liquoribus comparatum tantummodò est, quotcumque fuerint, haud admodum difficile fuerit specificâ horum liquorum gravitate invicem comparatâ, gravitate primi, alterius cujusvis invenire pondus. Cum verò summatim tantum propositam examinis

tradiderimus, non abs re erit aliquot circa eandem observationes subjungere.

Primò itaque si unicum tantum solidum in examinandis liquoribus adhibueris, necesse fuerit ut ejuscemodi eligas, quod specificè multò gravius sit, quam ut in aquà subsidat: quidam enim sunt liquores multò ponderosiores specificè, liquore mox nominato.

Secundò corpus, sat grave sit oportet, ut in omnibus liquoribus, nisi in Mercurio subsidat; in eo enim nullum corpus nisi aurum subsidit. Si autem experimenta facturus sis in liquores ad regnum vegetabile, aut animale pertinentes, necesse non est ut corpus adhibitum adeo ponderosum sit, licet aquà ponderosius esse debeat; ut enim experimentis consultò eum in scopum factis didici, quidam admodum spirituosii liquores, & volatiles, graviore adhuc specie sunt, quàm ipsa aqua. Haud facillè in solidum quodpiam incidere, cui nulla conditionum ad scopum nostrum spectantium desit, si diutiùs in usum adhibeatur:

Tertiò enim, præterquam quòd nihil ponderis amittere debeat insensibili effluviòrum avolatione, insignis gravitatis specificæ sit oportet.

Quartò solidum non nimium sit magnum, aut nimis intensè grave, ne exquisitam bilancem deprimat, aut nimio ambiri liquore debeat.

Quintò ejus sit indolis ut variis à liquoribus illis non corrodat, in quibus ponderandum est, quorum quidam acuta forte, diversæque naturæ menstrua fuerint.

Sextò ejuscemodi pariter sit, quòd non facillè frangatur, aut corrumpatur, ut duret, donec omnia experimenta proposita finita fuerint.

Septimò, & ultimò uniformis sit, ad sensum, parabilisque substantia, ut experimenta ejus ope facta facillè aliis communicari possint, renoventurque, si ita visum fuerit, quæque digna quis judicaverit, ad posteritatem transmittat.

Alia aliis aptiora ad experimenta corpora judicavi, putà, *Sulphur, seram duram, ebur, candidum marmor*. Licet autem horum quodlibet, maximè si apte figuratum, interdum usui esse possit, quòdvis tamen quâpiam conditionum propositarum caret: tria idcirco alia corpora selegi, non quòd ejuscemodi, qualia optabam forent, sed quòd ad desiderata corpora propiùs nulla accederent. Primum itaque horum corporum fuit frustum Succini tres, quatuorve dráchmas ponderans, summe coloratum, flavum, sed diaphanum, uniformisque contextus ac figuræ. Hoc usi sumus ad expendendos leviores liquores, aquam, putà, communem, pluviam &c. vinum, aquam vinariam, rectificatum spiritum aceti, aliosque liquores ex siccrâ, cerevisiâ tam lupulata, quàm illupulata, urinâ, aquis variis, & spiritibus destillatis à corporibus pertinentibus ad regnum vegetabile, atque animale. Non aptum tamen est succinum ad expendendos ponderosiores liquores, cum non tantum fluctuet

in superficie quorundam liquorum Regni Mineralis, ut aliquando & citò patebit, sed variis in liquoribus ex salinis partibus corporum ad vegetabile regnum pertinentium: ut infra videbitur.

Alterum quod adhibui corpus, erat vitrum globosum, ad lampadem inflatum atque hermeticè sigillatum in collo, quod hac de causa breve admodum fuit factum postquam ea Mercurii quantitas inclusa est, quâ in quocumque liquore nisi in Mercurio subsideret. Vitrum hoc globosum ob magnam molem ponderi comparatam sat aptè detegebat ponderum discrimina, minuta satis inter liquores in quibus ponderabatur, neque ab acutis etiam menstruis corrodi poterat: quare hoc saepe instrumentis prioribus præferendum censeo.

Sed hoc quoque hæc habet incommoda quòd difficilè factu sit, & non sat parabile & cò quòd facilè frangatur: Quapropter tum ob has, tum ob alias rationes vix apta sat norma fuerit ejuscemodi observationum aliis communicandarum seræque posteritati.

Quocirca ad experimenta transmittenda usus sum solido, quod licet specie gravius sit quàm necessarium fuit, ut quis leviores inter se liquores compararet, minutasque in pondere disparitates detegeret; Norma tamen est genuina quæ nec facilè rumpitur, nec dissolvitur, nec corroditur à liquoribus, in quibus mergitur, quantumvis variis, acutis, ac ponderosum satis ut in illis omnibus subsideret excepto Mercurio, nec tamen adeo ponderosum, quàm levissima metalla, aut varia corpora metallica. Solidum hoc de quo nunc, est CrySTALLUS de rupe, quam aliàs ob puritatem, homogeneitatem &c. aptam dixi quæ mensura, foret, cui alia corpora in pondere, atque inter se ipsa conferrentur. Ex hoc itaque puro concreto confecimus globum ponderantem in aere ℥ij. ʒss. grana tria, eumque fere perfectè rotundum, nisi quòd gemina uno in latere erant foramina vicina, facileque durâ cerâ obstruenda, immisso priùs per ea pilo equino, cujus ope globus facilè alligatus est lanci ex quâ pendere debebat in aquâ. Mole globosi hujus corporis fiebat ut faciliùs quis minores gravitatis intensæ discrepantias discerneret. Sed quia saepe expendendi sunt liquores quorum ob pretium, aut raritatem exigua suppetat copia, ut saepe contingit, si pondus oleorum Chymicorum, tincturarum, essentialium &c. explorare voluerimus, procuravimus frustum CrySTALLI quale à natura factum erat, scilicet prisma hexagonum instructum pyramide ad extremum oppositum extremo diffracto à corpore cui accreverat; pellucida enim & apprimè figurata hæc CrySTALLUS, aut Amethystus albus CrySTALLO valdè affinis, propter oblongam figuram facilè ponderari poterat in tam exili vase cylindrico, in quo exigua liquoris copia corpus rotundum, aptèque figuratum ambire poterat, quod in aere ponderabat dimidiam tantum unciam, ac grana sexdecim.

Ut autem observationes factas ope Liquorum duorum Medico-

rum, aliorumque, multa enim ex iis experimentis huc spectant, utiliores redderem experimenta facientibus, hic semel monendus es globum CrySTALLI fuisse ad aquam ejusdem molis ut $2 \frac{22}{100}$ ad 1. aut prope, primasque oblongum CrySTALLI fuisse ad quantitatem quandam ejusdem liquoris, mole sibi æqualem ut $2 \frac{66}{100}$ ad 1.

Èd distinctiùs tradidi methodum explorandi gravitatem variorum liquorum ope unius solidi, quòd saepe utilis esse possit non tantùm Chymicis, Medicis, & Pharmacopolis, sed variis etiã aliis experimenta facientibus.

Hæc tamen quæ hîc dicturus sum, ad aliud, fateor, Tractatum spectant inscriptum *Tentamina circa utilitatem Chymie promotâ* multis ab hinc annis conscriptum: ex eo tamen quòd pars ipsius deperdita fuerit, ac nunquam forte proinde in lucem proditurus sit, mutuabor præsentem in scopum quædam.

Primò itaque ex pellucidâ succini particulâ aut quovis alio corpore aptè figurato, non nimium parvo nec in specie nimium ponderoso colligere probabiliter Chymicus, Pharmacopola, alique poterunt gradum spirituositatis, aut tenuitatis variorum liquorum ad Vegetabile, aut Animale Regnum spectantium.

Negotium autem hoc longè certius peragî poterit hoc modo, quàm ope incertorum quorundam signorum, quibus Vulgi conjectura innititur: modò enim semel liquor partus sit, ex quo de aliis ejusdem de nominationis statuere quis queat, facilè fuerit observatis discrepantibus ponderibus succini variis in liquoribus, pronunciare de eorum tenuitate; cæteris enim paribus, liquor ille magis tenuis est aut Spirituosior, in quo solidum magis ponderat. Exempli gratiâ succinum à nobis adhibitum, quod in aquâ ponderabat $6 \frac{1}{4}$ grana, in vulgari vinò rubro Gallico ponderavit $8 \frac{1}{4}$ grana, in aquâ viniariâ vulgari, qualis est Nannetensis sed bonæ notæ, $17 \frac{1}{8}$ in Spiritu vini summè rectificato $34 \frac{1}{8}$ grana. Eodem modo statui poterit de robore spirituum aceti, aceti radicati &c. magno tamen applicationis discrimine: regula enim probabilis, & generalis hæc fit: *Corpus Hydrostaticum* ut ita loquar, *ponderatum in liquoribus destillatis à vino, sicera seu vino pomario, cerevisiâ illuclatâ, aliisque fermentatis liquoribus, magis, minusve ponderat, prout liquor, in quo ponderatur, est magis, minusve spirituosus: contra verò, quò minus solida ponderant in acidis spiritibus ac liquoribus, èd fortiozem pronunciet quis liquorem: majus enim decrementum ponderis plerumque procedit à majore proportionè salium non volatiliùm.*

Non est prætermittendum hoc loco quidpiam in hâc methodo commodum, quo & expensis obviam itur, & quo meliùs servabis liquores quorum

quorum exigua copia suppetat, si servari mereantur: Chymicis enim, aliis cautiorebus, ut nostri, sollemne est spiritum vini, aliosque spiritus à fermentatis liquoribus extractos probare inflammato cochleari spiritus explorandi, ut pateat quanta illius copia inflammetur, quantumque residuum sit pnegmatis. Sed ut omittam, quæ alibi de hac ardentium spirituum probatione dubius dixi, omnino liquet commemoratâ methodo deperdi quicquid probatur spiritus, cum arte *Hydrostaticâ* expendatur liquor, nec destruat.

Huc quoque accedit quod priorum observationum ope de liquoribus quis statuere possit ejusdem generis non destillatis, sive fermentatis, sive non fermentatis, ut variâ cerevisiâ lupulatâ, atque illupulatâ, sicerâ seu pomorum succo, aut pyrorum recens expresso: atq; idem solidum *Hydrostaticum* utile esse poterit liquoribus quoad intensam gravitatem inter se comparandis; liquoribus inquam generum diversorum cujusmodi sunt vinum, cerevisia lupulata, illupulata, hydromel, sicera, expressa olea, olea essentialia variorum corporum &c.

Si autem liquores adhibendi sint valde ponderosi, Succinum, de iis non erit consulendum: experimento enim doctus, quod vix quispiam sibi finxerit, didici, illud non tantum fluctuare variis in liquoribus factis ex solutione salium sive in humido aere, sive in aquâ; cujusmodi sunt oleum tartari per deliquium, solutio salis tartari in exiguâ aquæ quantitate, solutio salium cinerum clavillatorum &c. Sed non subsidere etiam ad fundum in quibusdam destillatis liquoribus, putâ oleo vitrioli facto Spiritu nitri, spirituque salis quoque.

Præterea alii adhuc inferviet usui *Solidum* nostrum *Hydrostaticum*: juverit enim experimenta facientes ad aptandum proposito sibi scopo robur menstruorum, aliorumque liquorum adhibendorum; quemadmodum eo utebantur destillatores, & Pharmacopola ad detegendum liquorum jam præparatorum robur: varia enim sunt experimenta quæ non succedunt, aut non tam bene succedunt, nisi liquores, aut menstrua quibus fiunt, determinatura roboris gradum attigerint, vulgò certo intensivi ponderis gradu notum: hoc facile quis concesserit, si, ut alibi ostendi, ipsa spirituositas liquorum solventium in causa sit, cur quædam Menstrua dissolvere nequeant, vel quia ipsorum robur proportionem quandam supra est, vel quia propter debilitatem infra eandem sunt.

Hujus rei exemplum in aquâ forti dedi, cujus præcipua virtus, ipsa fortitudo est; si enim ad nimiam fortitudinem rectificaretur, aut æquodabilior si foret, non posset solvere argentum, nisi additâ vulgari aquâ debilitaretur: cumque hoc Menstruum, non multum rectificatum foret, non tam facile dissolvebat limaturam crudi cupri, cum mediocriter forte dissolvebat argentum, quàm tùm quando dilutum erat aquâ maximè pluviâ, aut destillata. Adde quod in extrahendis, à Vegetabilibus sub-

stantiis,

stantiis, medicamentis decipiantur interdum ipsi Chymici, cum adhibent purissimum spiritum vini ut optimum hunc in scopum Menstruum: Medica enim virtus multorum ejusmodi corporum non consistit tantum in Chymicorum sulphure, aut parte resinosa potius, quam melius dissolvit spiritus vini, bene dephlegmatus, sed fortè etiam in magis gummosa, ac mucilaginosa substantia, quam facilius extrahet, ac melius spiritus medicocriter Phlegmaticus, ob aqueam portionem inflammabili immixtam: cum corpora quædam gummosa ut Gummi Arabicum, Gummi Tragacanth &c. dissolvi nequeant ab optimo spiritu vini optimè rectificato, ut dissolvuntur ab aqueis liquoribus, puta, aqua, debili vini spiritu &c. ac quædam licet solubilia sint in ambobus hisce Menstruis, tamen non tam facile solvantur in forti vini spiritu, quam in aqueis Menstruis; ut observari potest præsertim in Myrrha: alia autem exempla ad hæc monita spectantia, aliud ad scriptum pertinent.

Hinc patet non inutile non rarò fore observare propius quam forte Menstruum sit, liquorve circa hoc vel illud exactum experimentum adhibitus, ut, cum experimentum eundem in scopum repetimus, liquorem, quo utimur ad eundem roboris gradum promovere possimus, quo priùs usi ad propositum nobis scopum eramus: sed quoties exquisitiora sunt experimenta, memineris, si liquor valdè ponderosus sit in specie, ut oleum vitrioli, oleum tartari per deliquium, quidpiam lanci ex qua solidum pendet, imponendum in supplementum partis immerse pilli equini: quia enim pilus equinus eandem non habet cum hoc liquore gravitatem specificam licet eandem supponatur habere cum aqua communi, levius aliquantò reputabitur corpus, quo solidum nonnihil supernatare posset: Levitas itaque ipsius comparativa suppleri debet.

C A P U T X I I

Pratèr methodum mox commemoratam alia superest quam sæpe utilem comperimus comparandis variis liquoribus ejusdem molis quoad pondus. Negotium peragitur successive implendo phialam majorem, aut minorem sat longo tenuique cylindrico collo ad certam statam notam propè apicem; implendo inquam phialam variis liquoribus simul quoad gravitatem comparandis: sed hanc artem hic tantum nomine cum quòd alibi commodius de eâ agam, tum quòd non sit *Hydrostatica*. Sed aliâ etiam methodo detegimus utrum duo tresve liquores propositi differant specifica gravitate, & quâ de eorum differentiis statui possit. Praxis hæc debetur concavo cerco cylindro, aliive metallo, ad fundum ponderosiori, ut in aquis rectum fluctuet: cylindrus enim
hic

hic variis in liquoribus magis, minusve *subsidit* prout sunt *graviore*s, aut *leviore*s.

Sed accuratus Mersennus ipse, qui hanc methodum proponit, eam minus tutam agnoscit.

Subjungam itaque hinc loci cylindrum hunc utpote metallicum corrodii posse ab acidis Menstruis, *et si vitreus fuerit*, aut ex cupro corrodii etiam posse ab urinosi Menstruis.

Quod Mersennus de suo instrumento dixit, de alio quoquam dici poterit, licet ab eodem discrepante tum quoad figuram, tum quoad materiam: ex duabus enim vitreis bullulis constat, tenuique admodum collo hermeticè sigillato, posito in infima parte pondere ex argento vivo ut stabile instrumentum teneatur cum partim liquoribus immergitur, in quibus instrumentum hoc instar cylindri metallici altius mergitur, si leviores sint liquores; minus autem altè si graviore>s, juxta ipsorum quoad gravitatem differentiam. Quamvis autem sæpe hæc instrumenta non inuliter adhibuerim, cum variæ molis instrumenta adhibui juxta varietatem liquorum, quæ tamen alibi dicta à me reperies de hoc instrumento jubent me nihil superaddere, nisi quòd ob quosdam scopos in hoc capite propositos methodum expendendi liquore>s ope bilancis non arquet.

Alia quoque methodus *Hydrostatica* proponitur à Mersenno ponderandorum liquorum in aqua: est autem hujusmodi. Phialæ inquit vitreæ primùm in aere ponderatæ, tum in aqua, adapta epistomium ex cera, aut subere: quo peracto phialam liquore expendendo imple, ita ut nullus aer intercipiatur eam inter ac epistomium: Vasculum jam impletum ponderabis in aqua, subducesque ipsius ponderi ibi, observatum priùs vitri pondus in aqua, pondusque ipsius epistomii: Residuum enim dabit propositi liquoris pondus in aqua.

Hanc methodum comperi nuper ab industrio Mersenno in *Hidraulicis* propositam, sed, non dicit, quantum memini, se ea esse usum. Quamvis autem utilis interdum esse possit, vereor tamen ne difficiliùs in praxim redigatur: ut enim incommoda quædam alia hujus instrumenti omittam, vulgares phialæ continentem liquoris quantitatem sunt plerumque graviore>s quàm ut unà cum exquisitis bilancibus adhibeantur: communiaque epistomia, quibus usum fuisse Mersennum facile crediderim, variis incommodis obnoxia fuerint: utpote quæ penetrari possunt à quibusdam liquoribus, corrodii ab aliis: Si autem ex subere, communi cera, aliave substantia aqua specie leviori fuerint, specificam ipsorum invenire gravitatem difficile fuerit, cum hæc ipsa, evaporatione, aliisque incidentibus varietur. Quacumque autem ex materia, Vegetabili, aut animali epistomium confectum fuerit, detegendum est primò pondus vasis in aqua, tum ipsius epistomii, eo tempore,

quod difficile quidpiam factum est. Methodus itaque Merfenniana minus mihi commoda visa est, quam quædam alia à me aliàs excogitata, adhibitaque in praxi. Phialam itaque selegi: non nimium latam, sed rotundam utpote capacioris sub tali superficie, figuræ, apposuique epistomium vitreum collo: sic enim fiebat ut incommoda epistomii aquâ levioribus vitarentur: neque enim mutaretur gravitas specifica epistomii aut imbibitione, aut evaporatione, nec pervium foret subtilioribus spiritibus, nec corroderetur ab acutis, acidisque. Huc accedit magni quidpiam momenti, quod vitreum epistomium ut corrodi nequit à liquore contento, ita eum tingere nequit, quod dici non potest de epistomio cereo, subereove, si liquores sint subtiles, corrosivi, aut valde acuti: lagenam hanc *Hydrostaticam*, ut distinctionis gratiâ voco, simul cum epistomio ponderatam accuratè primùm in aere, tum in aqua, ut totius instrumenti gravitas habeatur, implevimus liquore expendendo, processimusque quasi ponderaturi Mercurium juxta methodum capite octavo expositam. Ubi pondus dati liquoris in aqua ita inveneris, proportio ejusdem quoad pondus ad eandem molem detegi faciliè poterit ex methodo tradita in secundo capite, aut decimo,

Hæc examinandorum liquorum methodus interdum utilis fuerit, eaque potissimum interdum usus sum, quod applicabilis sit cuivis generi liquorum, sive graviorum specie ipsâ aquâ, sive leviorum.

Seposito interdum epistomio, orbis ipse rotundus sæpe substitui poterit *Hydrostatico* vitro aliàs commemorato ad ponderandum Mercurium, ponderososque pulveres maximè crassiores: si autem instrumentum aptè figuratum sit, & non nimis ponderosum, alio ex capite commodius adhuc futurum est: cum enim sat suppetit liquoris ut ambiatur eo lagena, substitui non inutiliter poterit *Hydrostatica bullula*, quam supra commendavi: accuratum enim hîc epistomium supplet sigillum Hermeticum, quod factum difficile est faciliùsque bullulâ frangitur. Quo tamen ego præcipuè usus sum instrumento, (quodque ponderabat ʒi. ʒiiii. grana xix, aut 709 grana) id bene obturatum aereque tantum plenum suo pondere subsidebat in aqua, atque in liquoribus hac levioribus, ut vino, aqua vinaria &c. Si autem adhiberetur liquoribus multò ponderosioribus aquâ, puta aquæ forti, oleo tartari per deliquium, &c. in iis quoque faciliè ponderaretur, addito Mercurio, aut quovis alio pondere duorum, triumve drashmarum ante obturatum instrumentum, quod pondus perfecta operatione, maximè si argentum vivum fuerit, extrahi totum poterit, ac seorsim seponi similes ad usus: vacuaque lagena, ac epistomium ponderari rursus poterunt in aqua, & levioribus liquoribus.

Sed quamvis hæc ita se habeant, quia vitra ob molem, figuram, pondusque, apta bilancibus exquisitis, instructaque vitreis epistomiis
difficile

difficilè obtinentur, & quia methodus ipsa obnoxia est quibusdam incommodis, quæ aliis methodis superius commemoratis imputavimus, generatim loquendo ars hæc inveniendi liquorum pondus in aquis non tam in promptu, nec tam ad manum est, quàm simpliciores methodi prius relata.

CAPUT XIII.

USUS VI. **M**ethodum jam propositam ponderandi alium in alio liquorem, applicare praxi, ac variis exemplis illustrare expedit: ulteriorem enim *Hydrostaticorum* in explorandis Medicis Corporibus usum tibi aliàs pollicitus fueram, sextumque nunc profero. Quamvis in exemplis recens propositis, in quibus Capitum priorum varia huc spectantia relata sint: parùm tamen me juvaret præcipua Capita indicare, ac genera huc spectantia ni per otium prohiberer ne tam fertile argumentum peculiaribus exemplis illustrarem.

Inter plurima quæ in *Hydrostaticis* sagaci Medico utilia esse poterunt, unum quidpiam à nemine adhuc quoad sciam propositum commemorabo: nec inutile, puto, existimabis hinc commemorari, licèt ad *Materiam tantùm Medicam* id non spectet, sed variis etiam rebus, ut ipsemet applicui, applicabile sit, hoc est aliis *Physiologia* partibus.

Cum varia corpora quæ Medica non videbantur aut saltem officinarum Medicamentis non annumerata sæpe ministrarint, possintque etiamnum ministrare Medico ingenioso & generoso Medicamenta.

Multorum itaque liquorum specificam gravitatem utile fuerit nosse, non tantùm ut inde distinguamus genuinos, ab adulteratis, sed alios etiam in scopos.

Hujusmodi exempla præbuerint, succi herbarum, ac fructuum: juxta enim regulam Capituli ultimi primò ponderamus determinatam quantitatem, ut unciam unam, aut tot drachmas in vitro *Hydrostatico*: quantitatem autem ponderatam addito oleo Terebinthinae submergimus paulatim in liquore cujus specifica gravitas comparata argento purgato, limpidæ Crystallo derupe, aut cuiuspiam alii purgato corpori, inventa fuit, ac annotata; hæc enim methodo, ut superius dicebamus, substituto hoc oleo aquæ communi, detegere possumus specificam liquorum gravitatem, qui ponderari nequeunt in aqua, quòd cum eâ misceantur: atque reperire poterimus non tantùm ponderositatis discrimen inter succos plantarum variarum ut Absynthii, Rosarum, & quorundam subordinatarum specierum ejusdem generis, ut Absynthii vulgaris, Pontici,

Romani &c. Rosarum candidarum, rubrarum, Damascenarum, flavarum &c. sed observare etiam interdum poterimus, utrum, & quousque succus servatus, magis, aut minus fermentatus immutaturus sit gravitatem specificam. Alia quoque sunt liquida apud Medicos in usu, nec ponderabilia in aqua, quæ hac arte expendi poterunt ut mel, acetum, &c. eademque arte detegi ac comparari poterunt.

Eadem methodo detegi poterit ac comparari specifica gravitas succorum fructuum variorum generum, ut uvarum, pomorum, pyrorum, cydoniorum, &c. specierumque subordinatarum eidem generi, cujusmodi sunt succi recens expressi quibus fiunt vina Hispanica, Gallica, Rhenana &c. iique liquores qui exprimuntur ex variis pomis Anglicanis. Horum autem variam gravitatem specificam ut & consistentiam curiosus explorator facile observabit in vario liquorum statu: ut enim succum uvarum immaturarum omittam, maturarum succus alius est recens expressus, ubi fermentari incipit; alius cum plenam maturitatem sedato fermento attigerit; alius cum acescere incipit, aut cum in acetum profus, aut vappam degeneravit.

Sed hic monendus es, difficile esse in hoc experimentorum genere uti feliciter vitro *Hydrostatico* ob rationes aliquot post experimenta sat obvias.

Quocirca licet nolim peritiores ab hac praxi avertere, imperitioribus tamen experimentorum faciendorum suaderem potius, ut uterentur succino, aut quovis alio idoneo *Hydrostatico*, aut fortè meliore successu, laguna vitrea, atque epistomio superius descriptis, sed latioribus, quantum scilicet bilanx commodè ferre poterit,

C A P U T XIV.

UT prævium monitum necessarium pro renata putavi, ita natura, scopoque *Hydrostaticorum experimentorum* inspectis, experimentorum inquam hunc ad scopum in genere spectantium; subjungam eorum in gratiam curiosorum quibus exquisitæ balances desunt, licet variis in experimentis maximè circa pretiosa factis, putà aurum, uniones, adamantes aliasque gemmas, nihil tutò fiat absque exquisitis bilanci- bus; sæpe tamen necesse non esse ut bilanx sit admodum exquisita; duasque ob causas: Primò Quia ejusmodi sunt varia *experimenta Hydrostatica* ut parva variatio ab exacta proportione solidi ad liquorem, aut inter corpora ejusdem denominationis in nullum insigniorem nos errorem inducere possit: aut saltem experimenti factorem suo nequeat privare scopo: balance enim non adeo exquisitâ sat quis distinxerit in-
ter

ter calculum humanum, ac communem quemvis lapidem; inter crassam, nativamque ac exquisitam Cinnabarim; inter verum aurum, atque adulteratum, aut æmerum, aut aliud quodpiam ejusmodi mixtum quantavis arte deauratum.

Secundò quia ut in paucis *Physicis* experimentis, Mathematica accuratio necessaria est, & in paucioribus est expectanda, ita probabile est variis in *Hydrostaticis* experimentis, differentiâ corporum ejusdem generis ortâ ex interno eorum contextu, variandam esse ad sensum, licet non multum, specificam eorundem gravitatem.

Ipsâ enim in Crystallo de rupe comperimus quasdam particulas esse ad aquam ut $2 \frac{7}{10}$ aut paulò plus ad 1. aliasque ad eundem liquorem ut $2 \frac{6}{10}$ aut fere $\frac{7}{10}$ ad 1. quocirca quantumvis exquisita sit bilanx, habenda ratio est diversitatis ipsorum corporum expendendorum, quæ fortè proportionem quasitam non minùs variarit, quàm exiguum quoad tenuitatem bilancis discrimen.

Priusquam ad residuam hujus tentaminis partem accedam, diluendum est quidpiam quod à Naturalistis Criticis objici possit contra methodum hæcenus traditam inveniendi proportionem quoad pondus inter corpus subsidens in aquâ, & aquam ejusdem molis. Forte enim objecerint idque probabiliter, hæc nos methodo reperire non posse proportionem solidum corpus inter, atque aquam in genere, sed tantùm inter corpus propositum, & particularem aquam in quâ ponderatur; magnum enim fortè inter liquores aquarum appellatione vulgò notas discrimen fuerit: Referunt enim peregrinatores Gangis, nî fallor, aquam quintâ parte leviorē esse nostrâ aquâ.

Hoc ut diluam deo hæc respondeo: Cum sæpe pondus diversarum aquarum e locis distitis admodum desumptarum explorassē, minorem, quam quis expectasset gravitatis specificæ differentiam comperi; & nî me, memoria fallat, eorum quim experimentorum notæ non adsunt, differentia aquarum quam quis notabilem fore credidisset erat millesima tantum, & aliquando multùm infra, pars ponderis aquarum, nec magnum observari discrimen inter pondera variarum aquarum, aquæ, puta fontanæ, fluvialis, pluvix, & nivæ, licet hæc postrema levior sit reliquis, quin & ipsa Gangis aqua in Angliam vecta vix levior erat communibus nostris aquis.

Monitum insuper te velim accuratorem Mathematicam methodo nostro non quæri, nec à quopiam expectandam: in experimentis enim crassam circa materiam factis, opeque instrumentorum crassiorum, Physica sat fuerit accuratio, Mathematica frustra expectanda, ut fatebuntur ii qui mecum rei difficultatem experientiâ norunt.

CAPUT XV.

Stereometria Hydrostatica MATERIAE MEDICAE
applicata.

SECTIO I.

Licet *Hydrostatica* non directè spectent examen medicamentorum, aut simplicium *Materia Medica*, utilia tamen esse poterunt tum Medicis, tum Naturalistis sua descriptentibus: unde indirectè ad Naturalium, Medicarumque rerum conducere queunt: eorumque ope distinguere interdum licebit inter genuina simplicia, maximè fructus, ac minùs genuina. Omnes norunt, *Materiae Medicæ* Scriptores molem corporum à se descriptorum annotare, sed signis valdè incertis: qui autem accuratiores videri volunt, certas iis tribuunt mensuras, pollicem, putà, unum, duosve, aut dimidium pedem, aut integrum pedem longitudinis, aut dimidium pollicem, & pollicem integrum, aut duos pollices, & dimidium latitudinis. Sed quisquis Mathematicis vel mediocriter tinctus est, sat novit secundùm hanc methodum describendi corpora, ob varietatem figurarum maximè irregularium, maximam posse esse molis differentiam inter corpora, quibus eadem tribuitur latitudo, aut longitudo.

Proposuissem hìc tibi artem determinandi *Hydrostaticè* molem corporum, propiorem vero arte superiùs commemoratà, utpote quæ experimentis & Mathematicis principiis niteretur, nisi infortunio nescio quo jam aliquot ab annis perdidissem, quæ scripseram de mensuratione solidorum ope liquorum.

Sed licet vix memiserim theoreticam scripti illius partem [quam examinarat celeberrimus hujus ætatis Mathematicus, qui meo luasu experimentis aderat testis oculatus] praxim, tamen quantum ad rem præsentem sat fuerit, in memoriam revocare me posse putem.

Fundamentum methodi proponendæ facilè intellexeris ex paucis mox subjungendis. Peritis ab artificibus varios cubos curavi conficiendos variæ molis, variaque ex materiâ, ex marmore, ac metallo, quorum latera, quoad fieri potuit, unum pollicem complectebantur, aut exactè plures, juxta mensuram Anglicanam, quæ parum differre dicitur à vetere Romana: cubi hi sollicitè ponderati sunt in exquisitâ balance, primùm in aëre, tum in communi aquâ. Quamvis autem compererim exiguum
admo-

admodum discrimen inter experimenta jam facta ; cum tamen differentiam hanc necesse fuerit sequi ex imperfectâ semper optimorum etiam artificum operatione , instrumentisque imperfectis, non immeritô conclusimus statui posse medium inter experimenta producta , latitudinemque ut ita loquar , aliquot granorum huic medio assignari posse, cum granorum horum numerus sexagesimam partem ponderis cubiei pollicis aquæ non constituat. Quia igitur secundum quædam facta à nobis experimenta 260 ferè, aut si aliis credimus 252, vel 256, verum pondus cubici pollicis aquæ proximè æquent , visum est , nobis eo uti numero qui ad praxim aptior foret, ob ejusdem divisiones , subdivisionesque in partes aliquotas ; maximè si corpus expendendum non nimis magnum fuerit. Eo enim in casu duo , triave grana pauciora , aut plura non magni momenti forent , maximè in experimento Physico ubi Geometrica exactitudo non requiritur , nec quæritur , atque etiam sine hac accuratone tutius certiùsque operatio peragetur, quàm si quis de re totâ statuatur ex latitudine, longitudine, aut profunditate corporis propositi, de quibus supra.

Ex superioribus granorum numeris tertium selégi, non tantum quòd etiam non magnus solâ bipartitione successiva subministret varias partes aliquotas, septem istas vid. 128, 64, 32, 16, 8, 4, & 2. sed quòd experimento à commemoratis diverso ad hunc numerum seligendum induceret. Cum enim concavum cubum æreum à perito artifice conficiendum curassem, (cujus cavitas capax erat exactè cubici pollicis materiæ, sive solidæ, sive liquidæ) eum imposuimus lanci exquisitæ bilancis, contrapondio alteri ad situm usq; horizontalem imposito: tum in eum immisimus paulatim aquam cõmunem donec ea neq; superflueret, neq; manifestè turgidam haberit superficiem: oppositè interim lanci imponebamus interdù exigua pondera, ne ab æquilibrio subito, nimium recederet. Quamvis autem difficile sit discernere vasculum exactè ita plenum, ut duæ tresve guttæ addi, demive inobservatæ nequeant, hanc tamen ob causam existimavimus experimentum nostrum sat hypothese nostræ conforme, quandoquidem tam exigua alteratione , pondus aquæ, æquatè accuratè bilancis, metiebantur fere grana 256. Hoc itaque deinceps utemur numero, quod eo pondus cubici pollicis aquæ exprimatur.

Sed ut dicta præsentì argumento applicemus, ponamus, exempli gratiâ solidum gravius in specie quàm sit aqua, ponderatum primùm in ære, deperdidisse ponderis sui in aqua $\frac{2}{3}$, grana sedecim, hoc est 256 grana; Jam dico dimensionibus hujus solidi, si cubicæ foret figuræ, æquantum cubico pollicis: Ita ut, (major quòd lux fiat,) si datum corpus metallum facillè colliquabile fuerit, ut stannum, aut plumbum, ac colliquefactum, cautè infundatur in concavum metalli cubum; aereque refrigeratum demum fuerit, impleto exactè cubo, cubus metallicus id esset fu-

turum, cujus omnes dimensiones sunt æquales, & quælibet æqualis pollicis. Ut enim primarium *Hydrostaticorum Theorema* est Mathematicè ab Archimede demonstratum, atque alicubi à me Physicè, *Solidum aquâ gravius ponderare minus in aquâ quàm in aëre, pondere aquæ equalis solido quoad molem*: cuius nuper experimentis ostenderimus cubicum pollicem aquæ ponderare $\text{z}\beta. 16$ grana, hoc est, 256. grana, inde interes cum decrementum ponderis in aquâ fuerit 256. grana, solidum contentum hoc corpore esse pollicem cubicum, cum aqueum corpus ponderans 256. grana æquale sit mole & solido proposito, & cubico aquæ pollicis. Atque hoc loco, ut obviam eatur scrupulo cuiuspiam, notandum, ut corpora mole æqualia fiant, necesse non esse, ut sint ejusdem ponderis, aut ejusdem materiæ, ut patet in globulis ex cupro, stanno, auro, seorsim, dextrèque in eodem modulo, colliquatis: quamvis enim globuli hi æquales mole sint, globus tamen ex cupro longè ponderosior futurus est globo stanneo, globusq; ex puro auro plusquam duplò ponderosior globo ex cupro. Quotiescumque igitur obviam habes solidum ponderosum sat ut in aquâ subsidat, quod eo in liquore ponderatum deperdit grana 256. ponderis sui in aëre, concludere licebit molem illius corporis esse cubico pollicis æqualem; ex quacumque constet materia, aut figura, regulari, aut irregulari. Si autem, ut sæpe contingit, solidum propositum deperdat minùs ponderis sui in aquâ, quàm grana 256. interes molem ipsius eò esse minorem cubico pollicis.

Commodus itaque est numerus à nobis selectus, quòd adeo abundet partibus aliquotis, ut quælibet grana 32. quæ solidum de pondere suo in aqua perdit, respondeant octavæ, hoc est semiquartæ parti in mole pollicis propositi corporis: si enim decrementum fuerit 128. grana solidum erit dimidius pollex cubicus; si autem fuerit grana tantùm 64, erit solidum quarta tantùm pars pollicis cubici: aut si fuerit grana 160, solidum erit $\frac{2}{5}$ hoc est dimidia, & semiquarta pars pollicis cubici. Si verò contrà, decrementum propositi corporis excedat Normam, nempe, 256 grana, bis, terve, &c. hoc tum decrementum in grana reduci si fuerit, (ponderet v. gr. solidum $\text{z}\beta. 16$ grana 32, hoc est grana 512, aut $\text{z}\beta. 16$ grana 48. hoc est grana 768.) corpus æquale futurum est duobus, tribusve cubicis pollicibus. Si jam peracta divisione supersit fractio, de eâ faciliè quis ex dictis statuerit.

SECTIO II.

Solida contenta corporibus *specie gravioribus aquâ*, qui priorem methodum detexerit, faciliè invenerit: sed difficilius longè fuerit ope aquæ

aquæ metiri soliditatem corporis levioris in specie, quam sit aqua. Ad imminuendum laborem, considerandum duo esse corpora quæ naturaliter in aquâ non subsidunt; quædam enim sunt texturæ arctioris; quàm ut penetrari se sinant ab isto liquore, & eo saltem brevi spatio, quo sunt in aquâ servanda; alia imbibunt pororum copiâ aquam in qua immersa teneri debent, donec experimentum factum sit

Ut igitur incipiamus à primo corporum genere, norunt *Hydrostatici*, juxta Theorema Archimedis pondus corporis ad illud genus spectans colligi posse ex pondere aquæ æqualis mole parti corporis eo in liquore immersæ quando solidum liberè super eum fluctuat: ut si *Parallelepipedum*, aut *Cylindrus* ligneus 12 pol. longitudinis stet in aquâ, duodecimâ sui parte sub aquæ superficie immersâ, eo in casu pondus aquæ æqualis mole parti duodecimæ immersæ, æquale foret pondere totius lignei corporis: sed quia rarò contingit ut corpora quorum molem Chymici, Medicique explorarint sint regularia, vix erit operæ pretium pluribus insistere huic methodo levitatis inveniendæ. Praxin itaque hanc adeo difficilem prætermittam, nisi quis eam vehementius desiderarit, ut ostendam quid multò magis nostrum ad scopum futurum sit. Cum enim metiri velimus solida contenta corporibus intensivè gravioribus aquâ, ac plerumque, aut potius ferè semper irregularis figuræ, necesse fuerit ut aliam à propositâ hætenus methodo artem proponamus. Quoad primam partem, licet non quoad secundam utilem nobis opem præstabit industrius Mersennus qui hanc methodum fortè ex Gheraldo desumpsit, è cujus libro qui inscribitur *Promotus Archimedes*, multa se mutuari ingenuè fatetur.

Sed quia Mersennus nimio brevitatis studio obscurior est, ut nisi à Mathematico intelligi nequeat, in aliorum lectorum gratiam non tam breviter, sed clariùs tamen propositam methodum hic tradam.

Primò. Itaque expende in aere corpus aquâ levius, quod exploraturus es: Secundò. Sumès laminam plumbeam qua corpus simul in aquâ submergatur, atque alicujus ponderis, nullis intricati fractionibus, ut exactè ponderet drachmam unam, dimidiam unciam, aut unciam &c. Tertiò. Hanc laminam ponderabis in aquâ, subtractoque ipsius pondere in hoc liquore ab ejusdem pondere in aere, differentia dabit pondus aquæ mole æqualis immersæ laminæ plumbeæ. Hoc pondus distinctionis ergò dici poterit *specificum pondus plumbi in aquâ*: Quartò. Colligabis unâ, pluribusve pilis æquinis laminam plumbeam, corpusque levius, annotabilisque aggregati pondus: hoc est pondera laminæ plumbeæ, & levioris corporis simul sumpta: Quintò. Pondera hoc aggregata in aquâ, subducque ipsius pondus eo in liquore ponderi ejusdem aggregati in aere, differentiaque erit pondus specificum dicti aggregati in aquâ: Sextò. Huic differentię subtrahere inventum su-

perius specificum pondus laminę plumbeę folius in aqua, residuumque dabit pondus levioris corporis in aqua.

Hactenus autor præcitatus: sine cuius ope, operave reliquum negotium peragere poterimus juxta methodum traditam metiendi solida aquã graviora: recens enim obtentum pondus levioris corporis in aquã, divisum per 256. grana, dabit solidum corpore naturaliter fluctuante contentum.

Sed quia methodus sat difficilis in praxi iis, qui *Hydrostaticorum* non valde periti sunt, illustrari eget exemplo, subjungam experimentum quo hæc praxis & facilius fit, & firmitior. Particulã itaque quercus aptè sat figuratã, ponderantique in aere grana 193. $\frac{1}{2}$ alligavimus pilo equino laminam plumbeam mediam unciam ponderantem, id est, grana 240. Sed priusquam portionem quercus, & laminam colligarem, plumbi lamina ponderata fuit in aqua, ubi de pristino pondere perdidit 20 grana, quæ subducta à modò dictis gran. 240, reliquẽre differentiam supra commemoratam 20 granorum, specificum pondus laminę plumbeę in aquã, rarò enim plumbum æque grave comperi. Tum aggregatum ligni, ac plumbi ponderatum est primò in aere, ponderavitque 433 gran. & dimidium, tumque ponderatum est in aquã, ponderavitque tum grana 162; quibus subductis aggregato eorumdem corporum in aere, supererant grana 271 $\frac{1}{2}$: cui differentia, altera differentia 20 gran. subtractã, supererant 251 & $\frac{1}{2}$ pondus aquæ æqualis mole datæ ligni particulæ. Si numerus hic constituisset summam gran. 256, à quã quatuor tantum distabat granis cum dimidio, inferre potuissemus ipsius soliditatem fuisse pollicem cubicum: cum 256. grana aquæ æqualis mole aquæ cubici pollicis, æquarint quoque molem datæ particulæ ligni. Cum igitur, ut aliàs insinuavi, non illustrare tantum exemplo, sed & confirmare propositam praxim vellem, adhibitum à me lignum curavi in exactum cubum configurandum pollicis undique longitudine extensum, operã laboriosi artificis, qui multum operã in eo fabricando posuerat. Differentia itaque ponderis ipsius in aqua à gran. 256, pondere cubici pollicis eodem in liquore, ascribi meritò poterit figuræ ligni, imperfectæ forte, aut alicui cuiuspiam circumstantiæ non magni momenti.

Hoc Experimentum in notis meis ita describitur.

I. Cubus quercinus in aere ponderat (3iij. gr. xiiij $\frac{1}{2}$ } 193 $\frac{1}{2}$

II.

II. Pondus plumbi in aere, (3iv)-----	} 240
III. Pondus plumbi in aquâ (3iijs. grana x.) quæ priùs sub-	} 220
stracta ab ejsdem pondere in aquâ, relinquant specificum pondus	
in aqua-----	} 020
IV. Aggregatum utriusque in aere est-----	} 433 $\frac{1}{2}$
V. Pondus utriusque simul in aquâ est-----	} 162
quæ subtracta ponderi in aere dant differentiam amborum	} 271 $\frac{E}{2}$
aggregatorum-----	
VI. Differentia inter pondus plumbi solius in aere, & in aquâ, aut	} 020
quod eodem recidit specificum pondus lamine solius, vid:-----	
substractum differentia ponderum aggregatorum in aere, & in	} 251 $\frac{1}{2}$
aquâ, dat-----	

pondus cubi propositi.

Methodus mensurandorum corporum hæcenus proposita, iis qui vix, vel nullatenus in aquâ dissolvuntur, præcipuè convenit: sed quia variorum aliorum solidorum, ut Salis, Aluminis, Vitrioli, Sacchari &c. magnitudines multis non inutile fuerit scire, & inter se comparare; dictis hæcenus subjungam eadem methodo mensurari posse solida solubilia in aquâ si huic oleum Terebinthinæ substituamus, cujus proportionem & specificam gravitatem ad aquam, aut invenimus, aut aliunde novimus. Cum huc primùm respexi, non potui tam facile, quàm tum, cum inveni pondus cubici pollicis aquæ, determinare pondus cubici pollicis olei Terebinthinæ: sed hunc quoque in scopum adhibui vas cereum, cujus cavitatis pollicem exactè æquabat, quo usus eram ad inveniendum cubicum aquæ pollicem.

Cum itaque vas areum implevimus oleo Terebinthinæ, quali utebamur circa experimenta *Hydrostatica*, contentus liquor tantùm constituebat summam 221 gr. & octavæ partis grani: quo numero differentiâ ponderis solidi in aere, eoque in oleo divisâ; Quotiens dabit solida corporibus explorandis contenta.

Post accuratam adeo descriptionem methodi examinandi *Hydrostaticè* fluctuantia solida, quæ, instar ligni à nobis adhibiti, texturæ ac commissuræ sat arctæ sunt, progrediendum jam ad secundum, seu alterum genus fluctuantium corporum, quæ superius dixi ponderari posse in aquâ: quæque pororum laxitate nimium aquæ imbibunt, eo etiam temporis spatio quod ad experimentum expediendum necessarium est.

Mersenaus ubi de *Phænomenis Hydraulicis* brevius, quàm clarius, hanc methodum hoc casu proponit. Cooperiatur corpus in aquâ expendendum,

cerâ , pice, aut quovis alio glutine, ut loquitur, cujus specificum pondus in aquâ prius notum sit: sed ceram apum præferendam puto aliis duobus: pix enim quòd faciliè adhæreat manibus, vestibisque, difficulter adhibetur & ægrè eximitur: gluten autem quodvis, maximè vulgare dissolvitur in aquâ, minùsque aptum quàm cera apum, hanc enim puto intelligit, ad hoc negotium: adde quod certè hujus proportio ad aquam vulgò eadem in qualibet sit, ponderaque illorum corporum non multùm discrepent, unde faciliùs experimenti pars maxima peragetur: quod hunc in modum fit.

Solidum aquâ levius *Hydrostaticè* expendendum, ponderatumque in aere, cooperi tenui cuticula ex cerâ apum, ita ut nulla ipsius pars liquori pervia sit: tum sume quoque in aere pondus ceræ adhibitæ, solidoque hunc in modum, ut ita dicam, tunicato alliga laminam plumbi, aut stanni, gravem satis ut solidum subsidat, observaue pondus aggregati in aquâ. Hoc peracto, subduc pondus aquæ mole æqualis ceræ, ac cum residuo procede juxta methodum prius traditam. Hanc praxim declarat Mercennus hoc exemplo: si cera tegens corpus propositum sit ℥xxij , in aere, moles aquæ ipsi æqualis erit ℥xxj . quare ℥xxj , aquæ prius subtrahi debent, ut residua moles æqualis immerso corpori, sua gravitate ostendat gravitatem corporis propositi, ut superius dictum.

Sed quia methodo superius tradita cognoscimus tantùm pondus propositi corporis in aqua, ulterius, quàm nos ducit Mercennus, ut ejus *contentum solidum* inveniamus, procedendum erit: quocirca dividi oportet pondus solidi in aqua jam inventum, per 256. grana, ut ope quantitatis solida corpore proposito contenta obtineamus.

Sæpe, ut hoc obiter addam, aliter conatus sum impedire ne exigua solida sive leviora sive graviora in specie quàm sit aqua ambientem liquorem imbibant.

Primò igitur inveni pondus cubici pollicis argenti vivi, quod faciliè detegitur ipsâ ad aquam ejusdem molis proportionè. Tum corpus mensi sumus in vasculo cujus solida contenta nota erant prius. Tertio quicquid spatii firmo hoc corpore, non occupabatur ubi impletum fuisset argento vivo, facile fuit nosse, differentiâ ponderis argenti vivi, à pondere Mercurii necessarii ad implendum vas, cui argenti vivi mensurâ ambitum corpus æquale erat: ita enim, notitiæque præcedenti ponderis cubici pollicis Mercurii, solida proposito corpore contenta facilia inventu fuere. Sed pluribus hoc experimentum non exponam, quòd & ad aliud tentamen spectet, & mechanicum potiùs sit, quàm *Hydrostaticum*. Ob eandem rationem prætereo artem quamdam mensurandi contenta solidis irregularibus, traditam à quibusdam practicis Geometris.

CAPUT XVI.

Sed tandem ne tibi, mihiq; adeo ipsi ulteriorem molestiam creem, opusculo huic imponendus est finis : Hunc tamen tractatum, finire non ausim, nisi prius duo diluam, quæ qui hoc tentamen legerit, non immerito, quæsierit, aut objecerit.

Ac primum quis fortè petierit, utrum nulla methodus sit *expendendi corpora Hydrostaticè, commodior methodo à me propositâ* ? Respondeo: Varias ob causas, quarum quasdam in præcedentis Experimenti descriptione attigimus, non judicavi proponenda esse nova instrumenta ad *Hydrostaticum* corporum examen : Licet enim non ignorem varias exquisitiores methodos à sagacioribus inveniri posse, ac probabiliter putem, cum hujusce praxis utilitas innotuerit, instrumenta, quibus facilius aut aliàs perfectior fiat, invenienda; existimavi tamen simpliciores operandi modos proponendos, quibus ii invitarentur ad opus, quorum gratiâ hoc tentamen factum est publici juris, adhibendamq; ad præcipua nostra experimenta bilancem, faciliè parabilem & ubiq; obviam alios faciliè in usus, exquisitorum instrumentorum nullâ hic mentione factâ, quamvis eorum quædam jam pridem excogitaverim & eos in usus adhibuerim: ut colligere licet, ex modico illo instrumento ad veros Guineos simileve aureos nummos ab adulteratis distinguendos adinvento, ope aquarum : quod in lucem jam pridem ediderunt *Transactiones Philosophicæ*, atque in praxim alii redegerunt, alii nondum à me ulterius perfectum sibi usurparunt. Sed de his hæcenus satis.

Alteri quæstioni ut satisfiat, monendus es, licet non minùs quàm in priorè studeam brevitati, eam non tam paucis decidi posse, quàm prior decisit: quærer igitur quispiam, *Qua fides doctrina ponderum, & proportionibus corporum Hydrostatico experimento inventis adhibenda sit?* Cùm Mathematici, vel ignorâ, vel neglectâ nostra observatione circa gravitatem specificam Crystalli de rupe, & naturam olei, maximè Terebinthinæ, proportionès tantùm metallorum nobis dederint, obviiorumque quorundam corporum, cujusmodi sunt Magnes, Cera, Mel, Oleum, Vinum, horum tamen experimenta pauca qui seipsos non mutuò transcripserunt, discrepant in tabulis nobis relictis comparativæ corporum gravitatis.

Tam multa hæc quæstio complectitur, ut simul ac semel ei responderi nequeat.

Ac primum quidem fateor non esse uniformes observationes traditas
E 3 metal

metallorum, aliorumque corporum recens nominatorum, rationesque authorum hac super re probabiliter futuras fuisse adhuc magis varias, si quidam illorum aliquatenus usi non fuissent tabulis Ghetaldi.

Quin mirum nil putarim diversa esse ejusdem hominis experimenta diversis temporibus facta, diversoque in rerum situ: saepe enim indicavi non inveniendam eam, quam multi sibi fingunt, qualitatum uniformitatem, maximè gravitatis specificæ, inter corpora ejusdem generis, ac denominationis. Discrimen fortè quoddam fuerit, licet modicum, inter aquas adhibitâs, maximè si aer sit aliquando calidior, ut mense Julio, aliquando frigidior, ut mense Januario. Discrimen quoque adhibitæ à variis bilancis exquisita ad experimenta differentiam inducere aliquam ponderum solet. Sed aliud quoque quidpiam majoris momenti in causâ est, cur *Hydrostatica* experimenta, atque etiam *Staticæ* minùs sint accurata, quod minùs harum rerum periti non animadvertunt; difficultas scilicet inveniendâ exactam uniformitatem in ponderibus ejusdem denominationis que eam ob causam exactè æqualia vulgò supponuntur. Sed ut noverimus quousque huic suppositioni inniti nos oporteat, sat fuerit impræsentiarum proposuisse annotata quædam à Mathematico meritò celebri ob singularem diligentiam, quique rem hanc sedulò, serioque examinavit. Proferam itaque primùm quæ asserit variis de experimentis circa naturalia grana factis, unde omnia ponderum genera deducta sunt. *Cum*, inquit, ^b *omnia grana, vel semina, quæ reperi-ri solent in atris venalibus Lutetie, ad stateram expendissem, vixque granum unum inter ejusdem speciei grana grano alteri exactè respondisset, incertis ludere nolui.* Idem author asserit grana Romana à Gallicis discrepare; ut enim observat, grana 688 prioris generis, non æquiponderant nisi 576 granis generis posterioris. Subjungitque dum ista scriberet, compertum esse exactissimis Monetariæ Officinæ ponderibus, commissum esse à Nummorum Culoribus errorem, in priore supputatione, dimidii grani in granis 36.

Atq; alibi, ^c ex narrationibus duab. ad se Româ missis de numero granorum in unciâ Romanâ contentorum patet eum etiam numerum varium esse, cum una istarum narrationum numerarit gr. 612 in unâ unciâ, altera verò, grana tantùm 576. Quod tamen minimè miror, difficile enim adeo ipsemet comperi, (aer enim vel minimus immutare poterit) procurare, ac servare pondera, qualia cupiebam, ut de re totâ, id est de obtinendis exactissimis ponderibus omnino desperarim. At unum quidpiam plerumque minùs observatum omittendum non censeo: Cum accurati Ghetaldi ^d Tabulæ ponderum metallorum, aliorumque quorundam corporum sibi invicem comparatorum habeantur optimæ hætenus editæ, & præci-

^b in præf. ad lib. de men. pond. & numm. d. De Gall. Numm. d.

^c Merfennus, Parisiensia pond. Coroll. 1. 2.

puè sint in usu; certum est adhibita ab ipso pondera, nostrorum instar non dividi: Licet enim juxta ipsum, æquè ac nos, uncia constet quatuor, supra viginti scrupulis, scrupulus tamen, quem is dividit in viginti tantum grana, dividimus nos in 24. Sed ut ad *Mersennum* redeamus, ubi declarasset inter repetita à se experimenta, experimentaque ab aliis facta ad determinandum corporis cujusdam pondus, hæc habet, ut pateat ipsum suis etiam definitionibus. non nimium fidere. *Cum autem*, inquit, pag. 37. lib. 16. dixi *Chelinum undecim denariorum dici, credunt tamen alii decem duntaxat. nihil assero.*

Cùm priorem responsionis partem ad quæstionem secundam superius propositam absolverim, superest, ut ad posteriorem partem progrediar, super quâ dixisse tantum sat fuerit *Hydrostatica Experimenta* non semper esse aut singula accurata, aut exactè sibi invicem convenientia. Quamvis tamen res ita se habeat, & sat accurata erunt ut utilia admodum sint, in praxi præsertim, & exactiora quàm ulla alia methodus hætenus inventa ad determinandas proportiones corporum quoad pondus, & molem, atque ad mensuranda solida contenta corporum stabilium, sive graviora in specie quàm sit aqua, sive leviora.

Prior pars hujus observationis quasi Corollarium est maximæ partis præmissi tentaminis, eamque ubique confirmat hoc tentamen. Quantumvis autem parum fortè *Hydrostaticorum* peritus sim, hac qualicumque peritiâ ob ingentem pecuniæ summam excidere nollem; cùm utilior multò, quàm sperassem, mihi fuerit sæpenumerò, præsertim in examine metallorum, ac mineralium corporum, variorumque operum Chymicorum. Hinc sæpe eorum detexi errorem qui bonâ fide, *Lunam fixam* ut vocant aliaque pretiosa possidere se credebant. Hinc quoque rectè sæpe pronunciavi de adulteratione, de pretio verò, de viribus in suo genere diversorum ditiorum, aut pauperiorum Mixtorum Metallicorum, aliorumque corporum, tum solidorum tum liquidorum, quorum speciosa facies me aut varios in scrupulos, aut in errorem etiam alioquin induxissent.

At de his alibi pluribus alio in tractatu: ad alteram propositæ hinc monitionis partem me accingo: hæc autem ita se habet. *Hydrostatica* nostra methodus, seu potius *Hydrostatica* nostræ methodi detegendi pondera, magnitudinesque corporum, licet non sint Mathematicè accuratæ, accuratiores tamen sunt quàmvis arte mensurandorum corporum maximè exilium, qualia ad rem Medicam plerumque expendimus, ope instrumentorum Geometricorum hætenus in usu, aut arte etiam excujus præscripto *Tabula Collisionis, & expansionis materia per spatia in tangibilibus, &c.* ab Equite aurato Fr. Bacono celeberrimo composita est: quæ tamen de *Raro Densaque* is annotat, seu de eorum mensuris, sat ostendunt ut philosophicum authoris genium, ita utilitatem harum de-

s Verul. in hist. densi, & rari. p. m. 8. &c.

terminationum quoad pondera, & molem corporum, licet non accuratissimarum.

Commemorare hic possem, ut curiosis quibusdam ostenderem, quàm prope accedere possint *Hydrostatica*, ac conducere ad accuratiorum mensurationis in Physicis experimentis requisitæ, quòd rogaverim ingeniosum quemdam virum ut simul jungeret duas metalli massas, scilicet ex stanno, & plumbo, certâ quadam proportione, quam me celaturus esset, sed scripto commissurus ut obviam iretur errori. Curavi tum ut colliquaret metalla, quorum specificas gravitates prius noram, unam in massam, hancque mihi daret. Tertiò massam eam diligenter in aquâ expendi, atque Algebraicè quoque examinavi. His peractis pronunciaui de plumbi pondere, pondusque quoque stanni declaravi: quæ quidem pondera comparata ponderibus ab ipso scripto commissis cum fuissent, differentia vix granum excedebat: sed hæc necessariò contingebat colliquatione, effusioneque &c. corporum prænominatorum, in quibus tantillus aliquis defectus inevitabilis fuerat: Sed quia Arithmetica speciosa hoc in opere adhibita est, quamvis non necessaria foret huic exemplo, ei non multùm insistam, quòd, ni fallor, ex dictis sat pateat, *Hydrostaticas* mensurandorum corporum artes reliquis omnibus longè esse præponendas: donec aptior quædam ad præxim methodus, certisque adeo fulta principiis eundem in scopum inveniatur.

F I N I S.

PRÆVIA



PRÆVIA METHODUS
HYDROSTATICA
EXPLORANDI MINERAS.

MONITA QUÆDAM.



NON ignoro plura esse Fossilium genera quàm quæ Materia Medica peritis innotuerunt hæcenus : fateor equidem hunc Tractatulum sequentem iis præsertim conscriptum qui Mineralia explorant, non valetudinis, sed lucri gratia. Placuit tamen subjunctam Dissertationem præcedenti tentamini annexere instar appendicis, uterque enim Tractatus, de eodem sæpe argumento agit. Insuper eadem est utrimque fundamentalis observatio circa specificam gravitatem Crystalli, aut Marmoris, Hydrostaticaque methodus eam applicandi est utrinque eadem: sed ideo præcipuè appendicem subjungi hujuscemodi volui quod mineralium lucri causa exploratoribus utilis esse hoc tempore posset.

Tractatus hic, ut inscriptio innuit, committendus erat Erudito Secretario Societatis Regiæ, cum rursus in lucem singulis mensibus editurus foret diu interruptas Transactiones Philosophicas summo omnium desiderio: sed cum optimo huic consilio injectus fuisset nescio quis obex, scriptum hoc non diutiùs pluteo damnandum censui: Cum tamen hic Tractatus, appli-

set tantum experimentum Hydrostaticum , eum non introduco usque ad complexum Artem Docimasticam , cujus præcipuum organum est ignis peritè adhibitus. Quam ob causam hoc in Tractatu, nullum colligantium pulverum proposui , nullamve methodum explorandi , aut reducendi Mineras , aliasve fossilia , ad Metalla , aut Regulos , quos aut alii Experimentorum Magistri adhibere solent , aut ipse inveni , adhibuique ad Miralia exploranda. Sed nihilominus inusitata , nostra Mineras explorandi methodus non inutilis fuerit : ac propterea grata haud dubiè erit Mineralogiæ amatoribus licet ejusdem minis peritis , hoc maxime tempore cum pretiosa plerique Nostratum jam metalla , utiliaque investigent : Quod jam Decretum Senatus Anglicani de non multiplicandis auro , ac argento , factum sub Henrico IV. revocatum sit , post appendicis hujusce conscriptionem. Licet autem ex methodo Hydrostaticâ explorandi Fossilia indicare nequeamus quantum ipsis insit hujus , illiusve Metallum , attamen , ut sub initium sequentis Scripti notatum , obstabit saepe ne imperitiores vanâ opum comparandarum spe , quas possident deperdant , neve sinant se perstringi Fossilium quorundam fulgore , maxime Marcasitarum , quæ , quantumvis splendideant , opere pretium laborantibus non præstant.

PRÆVIA



PRÆVIA METHODUS
HYDROSTATICA,

AD

EXPLORANDAS MINERAS;
SECRETARIO REGIÆ
SOCIETATIS Inscripta.

SECTIO PRIMA.



LARISSIME DOMINE,

Cùm multi jam ingeniosi, industriique, viri videantur solliciti in detegendis fodinis, tum hïc, tum in novâ Angliâ, aliisque Americanis Regis Coloniis, non inutile fuerit nec injucundum indagatoribus thesaurorum subterraneorum, si ex antiquo quodam scripto meo quadam ad Materiam Medicam spectantia complexo mutuatus fuero paragra-

F 2

phos

phos quosdam, qui methodum explorandorum continent: Quæ licet unam tantum illorum qualitatem attingat, quia tamen magni momenti est, efficiet interdum ut fodinarum indagatores nimiarum expensarum opus aut non inchoent, aut avidius æquo, frustra que idem prosequantur. Eò autem libentius fragmentum hoc alii Tractatui subtraham TIBI offero, quòd cum, ut alias tibi indicavi, varia ex scriptis meis perdidderim, nesciam an unquam copiam facere possim amicis illius Tractatus ad quem hi paraphrasi spectant. Ea pars præmemorati Tractatus quæ huc spectat, nititur experimento quod mox applicatum leges.

Duplici itaque observatione nitebatur dissertatio mea, ut mox patebit, cujus origo, ex quâ ipsius natura melius intelligatur, erat ejusmodi.

Ob rationes alibi propositas meri lapidis specificam gravitatẽ inquirendã putavi, gravitatem inquam puri lapidis, putã Crystalli, candidi Marmoris, Stiriæ lapide factæ &c. comperiq; purũ lapidem examine in tentamine, *Medicina Hydrostatica*, inscripto, cujus tibi cum libuerit, copia fiet, esse ad aquam communem limpida mole æqualem ferè ut $2 \frac{1}{2}$ ad 1, aut quod conceptu facilius est, ut 5 ad 2. Dixi ferè, quòd hæc proportio non semper exacta sit, nec summa accuratio requiratur ad nostrum scopum: gravitas tamen superius memorata aliquatenus superior potiùs proportionem propositã, quam inferior erat: sed differentia hæc adeo exigua est, ut à Mineralistã tuto plerumque negligi possit: licet uti cuiquam liceat proportionem $2 \frac{3}{4}$ ad 1, hoc est 11, ad 4.

SECTIO II.

Quæ nostrum ad scopum ex hac fundamentalì observatione deduci possunt, aut latioris aut contractioris, omnia naturæ sunt. Quod ad primum spectat, cum eò tantum collineem ut in genere detegam utrum propositum fossile, aut casu fortè obvium, probabiliter judicari possit continere substantiam, aut metallicam, aut pertinentem ad quoddam fossile metallo cuiquam affine: aut etiam si quaestioni primæ quis consentiat, Utrum corpus propositum indefinitè loquendo contineat multum, aut parum metallicæ, aut alterius adventitiæ substantiæ: Cum inquam tantum in genere inquireo, corpus explorandum expendo primum in aere, tum in aquâ: Deinde specificam gravitatem utriusque observo: Si autem comperio hanc minorem, aut non multò majorem gravitate specificã Crystalli, aut Marmoris ejusdem molis,

his, pronuncio corpus verosimiliter nullam continere metallicæ substantiæ quantitatem notabilem : Si autem manifestè, aut notabiliter magis ponderet, quàm Marmor, aut CrySTALLUS, conjicio secundum excessus proportionem, illud abundare magis, aut minùs metallico ingrediente, aliève quopiam metallicæ naturæ affini.

Ut mentem duobus, tribusve exemplis explicem, sat notum est Magnetem vulgò ascribi lapidibus; magnaque ipsius duritia huic favet opinioni: At cum observassem Magnetes, præcipuè quosdam è quibusdam locis allatos, de quibus alibi, videri ponderosiores communibus lapidibus ejusdem molis, hos ponderavimus in aere, & aquâ, comperimusque specificam gravitatem, maximè quorundam, majorem longè gravitate specifica CrySTALLI, aut Marmoris, ita ut faciliè concludere potuerimus his Fossilibus contineri insignem metallicæ materiæ portionem, quam colleteralibus experimentis alibi^a traditis, ubi trado experimenta, observationesque circa magnetem ut minerale, comperi Martialis, aut ferrugineæ esse naturæ.

Smiris notum est variis artificibus Fossile, maxime armorum fabricatoribus & Tormentorum fusoribus qui illam, lapidibus vulgò ascribunt: quia autem ipsius in aquâ pondus insigniter excedebat pondus CrySTALLI ejusdem molis, quandoquidem erat eum ad liquorem ferè ut 4. ad 1. contineri hoc fossili metallicam substantiam dixi, ut optis postea experimentis patuit. Eandem ob causam, ex lapidis Hamatitæ in officinis venalis pondere in manu, conclusi metallicam eidem satis multam inesse substantiam, comperique rem ita se habere methodo *Hydrostaticâ*, ferroque a t Chalybe hoc mixtum imprægnari.

Ne autem nianium multa superaddam exempla pramonebo in genere, quod forte utile fuerit variis quæstionibus solvendis, ex fundamentis hætenus jactis conjecisse me, varia corpora quæ nemo metallicæ, aut mineralia suspicatus fuisset, metallicam reipsa substantiam continere: cum enim in Granatos variæ molis non Bohemicos, sed in aliis Europæ partibus inventos, incidissem, atque in quosdam in quodam *Talco* ad me ex Americâ allato detectos, quos angulares lapides ex pondere suspicabar metallicos, comperi *Hydrostaticâ* methodo eos graviores esse multò specificè CrySTALLO. Hinc inquam conjeci eos non leviter metallo uno, aut pluribus imprægnatos, aliisque explorandi methodis comperi rem me, ut aiunt, acu tetigisse, cum in his corporibus quantumvis compactis & apparenter vitreis, decompositionem detexerim, & metallicam ex iis substantiam extraxerim.

His alia addere possem Fossilia, ac quædam quæ peritissimi etiam rei metallicæ non crediderint metallicæ, sed cum his jam immorari nequeam, prosequar dissertationem superiùs inceptam.

^a *Intelligit Tractatum de Experimentis & Observationibus circa Magnetem quantum Mineralis est.*

S E C T I O III.

AD illustrandam igitur generalem observationem prius propositam, sequentes observationes subjungam: Primò Probabiliter tantum pronuncio de contentis corporum examinandorum ope observationis superius propositæ: licet autem conjecturæ inde deductæ non sint semper vera, sæpe tamen utiles esse possunt, ut colligere licet ex sequentibus observationibus.

Secundò. Si fossile propositum sit levius, maximè si multò levius æquali mole Crystalli, certissimum ferè est, illud non esse metallicum. Hic autem usus negativus, ut ita dicam, *Hydrostaticorum*, certior est consequentiis affirmativis deduci solitis. Quia igitur Gagates, licet Fossile, extractum ex venis maximè in montibus Pyrenæis, ut vir doctus cujus frater Dominus est illic fondinæ Gagatis est, mihi asseruit, multò minùs specificæ gravitatis habet quàm Crystallus, idcirco Metallicis corporibus illum non ascribo. Idem esto judicium eandem ob causam de Succino fossili, Sulphure vivo, Sulphure communi lucido, seu semidia-phano, *Talco* Anglicano, Veneto, aliisque quibusdam solidis concretio-nibus, sive friabilibus, sive non, ex terra extractis. His annuero plum-bum nigrum, ne quis nomine, seu appellatione deceptus, mineræ id plumbeæ reipsâ ascribat. Cùm enim ipsius pondus ad aquam comperissem esse tantum ut $1 \frac{85}{100}$ ad 1. collegissemque ex exilitate specificæ gravita-tis hoc plumbum futurum multum absimile veris nostratibus plumbeis mineris, didici experimento hunc in scopum facto illud esse minerale sui generis variis qualitatibus affine cupiam, in quod alias incidi, *Talco*.

Tertiò. Distinguendum inter varios Fossilium usus: varios enim in fines quaruntur, ac explorantur à variis. Si igitur fossile aliquantum li-cèt modicum excedat gravitate specificâ Crystallum, aut Marmor, conti-nuerit forte metallicam, aut mineralem portionem; quæ licet quanti-tate admodum exiguâ, consistet ex partibus tantæ virtutis ut meritò propterea æstimetur à Gemmario, Medico, ac Chymico. At si exces-sus gravitatis specificæ non sit magnus, parum curabit *Mineralista* fos-sile illud, qui lucrum potiùs, quàm medicamentum, aut curiosam ani-mi relaxationem quarit. Fossile enim non multum metallo impragna-tum operæ pretium non præstaret: contra verò si gravitas ipsius specificâ multum excedat gravitatem Marmoris, aut Crystalli magnâ spe Ineri il-lud elaborabit Mineralista.

Quartò.

Quartò. Sed hic monendus es, licet plerumque magna ponderositas Fossilis oriatur à portione metallicæ alicujus substantiæ strictè ita dictæ, alteri parti concreti incorporatæ, hoc tamen solum esse certum signum, fossile non esse merum lapidem, sed non solum certum signum, mineralem portionem esse strictè metallicam. Cum igitur dubii causa subest decidenda res est collateralibus signis. Hoc idcirco te hic admonui quod præter Metallicas Mineras propriè dictas, quædam Fossilia sint dicta *Semimetalla*, quædam *Media Mineralia*, aliaque quædam ab aliis aliter dicta: quæ fossilia, licet Metallis affinia, distingui solent à veris Mineris Metallicis, cujusmodi sunt hæc præcipua *Antimonium Bismuthum* ut vulgò vocant, aut in officinis dictum *Stannum vitreum*, *lapis Calaminaris*, *Pyrites*, communiter *Marcasita*, ac apud nos Anglos *lapides Vitriolici*. Sed rarò confugiendum est ad signa collateralia ut discernamus utrum Minerales portiones Fossilis sensu stricto sint Metallicæ naturæ necne; hæc enim semi-metalla, de quibus loquor, reperiuntur plerumque aut in venis, aut in magnis massis diversi generis, moxque detegunt paulò attentius consideranti ad quam Fossilium speciem pertineant. E Comitatu *Devonia* accepi materiæ massam, de qua cum fodinæ dominus me consulisset, in eâ comperi Antimonium immixtum Plumbo prædominanti: sed rara cum hæc mixtura sit, saltè in Angliâ, nihil impediet ne methodus nostra ponderosa hæc Fossilia ponderandi sæpenumero utilis sit.

S E C T I O IV.

Non abs re erit te hic monere.
 Quintò. Hoc loco duplici modo statui posse de specificâ Minerarum gravitate: Primò, Cum Corpus Metallicum propositum ponderatur in naturali statu, hoc est ut desumptum ex terrâ unâ cum terrestri materiâ, aliâve quapiam materiâ heterogeneâ, adhærescente, quâ includitur ablurâ terrâ absolutâ: Secundò, Cum contusum est in exiguas partes, separatumque ab heterogeneis, lapideisque substantiis ope aquæ in quâ peritè agitatum si fuerit, facilè detegitur notabilis disparitas in pondere inter minùs genuinas, & genuinas partes mineræ, quæ sic ab aliis separatæ dicuntur stannum lotum, verbi gratiâ, si extractæ fuerint à venâ istius metalli. Utile interdum fuerit imò necessarium torrefactione Mineram præparare semel bisve, aut certè servetur minera multas horas in igne sat valido, ut præparari solet minera cupri, si constipator: Distinctè commemoravi duos illos status, in quibus de gravitate mineræ pronuciari poterit: sæpe enim observavi ejus
 multum

multum interesse, qui experimenta facit, hosce duo status diligenter distinguere; variæ enim Mineræ in naturali statu nimis parum gravitatis specificæ habent, ut operæ pretium Domino præstent; quæ tamen præparatæ aquâ, & igne, suppeditare poterunt metallicam portionem speciei adeo gravem ut spes sit interdum inveniendi in iisdem aliquam argenti, atque auri portionem: quo casu exigua pars prioris, multoque minor posterioris pretium adderent in igne Mineræ, non quidem comparatè ad quantitatem prædominantis metalli, ut Plumbi, Stanni, Cupri; sensu tamen absoluto operæ pretium, minera præstaret. Subit hæc loci particulam Mineræ plumbeæ ex Hibernia allatam fuisse, de qua rogatus fui sententiam; comperique adeo levem ut non putarim operæ pretium quærere latens in ea plumbum: sed postea patuit licet parum contineret plumbi, adeo tamen imprægnatam fuisse corpusculis argenti, ut mineræ domino animos addiderim, ac hortatus fuerim ne sumptibus & labori in ulteriori exploratione parceret.

S E C T I O V.

Indicabo hæc Mineralia quædam, quibus sæpe homines decipiuntur: ut enim omittam exempla ubique obvia in libris Peregrinantium, ac Navigatorum, in multos incidi qui magnis sæpe expensis Marcasitis elaborandis, spe opum frustra diu, multumque insudarunt.

Varia, memini, ad me allata sunt Fossilia, tum ex propinquieribus Europæ partibus, tum ex frigidioribus, ac calidioribus regionibus Indicorum, quæ omnia sententiam serio rogatus *Marcasitas* pronunciavi: cum multa ejusmodi *Fossilia* splendore, colore aureo, ac interdum fere argenteo, pondereque sæpe æquali minerarum aurearum ponderi, plebi & inexpertis imponant, vix potui iis persuadere qui hæc ad me ab Americâ attulerant, ejusmodi Fossilia non esse mineras aureas, argenteasve. Quocirca cum ponderositas criterium mineralium de quo nunc, unum sit e duobus præcipuis, quæ plerosque deludunt, necesse fuerit subjungere pauca quædam, sed varia exempla gravitatis specificæ Marcasitarum, quibus pateat earum nonnullos servata molis æqualitate longè ponderosiores esse variis Mineris Metallicis à me expensis: atque hæc ponderositate sæpe invitatus sum ante experimenta facta, aut ante extracta ex saccis, quibus continebantur, fossilia, ad pronunciandum non sine astantium qui ea attulerant, stupore, hæc Fossilia non esse mineras veras, sed meras Marcasitas. Quia autem specioso hoc errore quoad pondus inducti aliqui iter in Indias susceperunt spe opum ex lucentibus his lapidibus colligendarum, *Hydrostaticâ* Methodo aliquamdiu

quamdiu sepositâ docebo quâ probari possit quivis lapis, quem pondere, ac splendore homines Marcasitam suspicantur. Ponatur lapis in crucibulo, vel extra crucibulum in valido igne, aerque follibus lapidi affletur: ita enim fiet ut sulphur, quo abundant Marcasitæ (cûm destillatione in vasculo clauso ℥iv. sulphuris instar communis ex ℔iij. lapidum obtinuerim) accendatur, ac flammescat flammâ plerumq; cæreleâ instar flammæ sulphuris vulgaris. Si autem cûm flamma, fumusque desierunt, lapidem ex igne extractum refrigerari sinas, comperies lapidem splendore omni metallico spoliatum, versumque in substantiam nigram & fragilem à Minerâ Metallicâ strictè dictâ diversam. Postrema hæc verba addo quòd sensu lato facilè sit ostendere Marcasitas, quas quidem ego probarim, esse corpora metallica: præterquam enim quod plurimis Marcasitis particulas *Cupri* in esse compererim, omnes à me probatæ ferri aut Chalybis particulis, & multis quædam imprægnata erant: ut paruit, cum post præmemoratum mox calcinationem (in crudis enim Marcasitis operatio non succedebat) pulveratis reliquiis vegetum applicui Magnerem cui Martialia corpora magno numero adhærebant. Meminique in Catalogo Fossilium *Misnia*, edito ab experto Kentmanno sub titulo, *Pyrites*, Pyritas, seu Marcasitas varias collocari quarum quædam continebant Cuprum, quædam argentum, quædam Aurum, aliæque nonnullæ postremum utrumque metallum. Subit hîc loci cûm inter alia Angliæ Mineralia *Virtuoso* cuiquam Fodinæ præcipuæ Imperatoris inspectori obtulisset insignem Pyritem: ille mox methodo mihi non notâ aurum vel argentum, in lapide quæsiit, sed Mercurium tantum reperit, qui mihi oblatus apud me ut opinor adhuc extat.

Quamvis necessarium putarim præmonere imperitos ne splendore Pyritarum decipiantur: non nego tamen à peritioribus colligi posse e quibusdam ipsarum operæ pretium, aut figendo aurum volatile, aut argentum quod reperiri potest in quibusdam, aut *graduando* argentum ipsarum ope, aut aliis quibusdam methodis quorum conjecturâ tantum aliqua mihi subest: sed hoc loco addendum, ob quod pluris longè Marcasitas facio, me non conjecturâ tantum nosse Pyritas dexterè præparatos, ac forte absque additionibus insignia posse ministrare Medicamenta, maximè contra febres continuas, quamvis operatio ipsa vix se nisi effectu prodat.

SECTIO VI.

Non omittendum hoc loco quidpiam non inutile Minerarum explorationibus, maximè tyronibus, minuscq; in eorum reductione expertis:

G

multi

multi qui experimēto Mineras probant, licet magni faciant pulveres suos colliquantes, aliosq; apud alios, celebres, ita tamen operantur, ac si nihil expectarent aliud ab iis pulveribus quos tanti faciunt, nisi ut facilius Colliquent Mineras quo peracto metallica pars suo pondere, ac quasi sponte separatur: sed cum rem propiùs examinassē, comparassēque invicem quantitates metalli obtentas à duabus portionibus æqualis ponderis ejusdem Mineræ inveni proportiones insigniter discrepantes, licet ea Minera quæ minùs præbuit metalli colliquata foret à Colliquatore (ut uno verbo loquuntur Galli, *le fondant*, dum nos cum Germanis *pulverem colliquantem dicimus*) sat charo, magnique usus, ubi ejusmodi Mineræ colliquantur. Nec dubito quin ab aliis metallicis Mineris major quantitas puri metalli obtineri possit à colliquatoribus rarè aut notis, aut adhibitis, ac vilis quoque pretii, quàm ab aliis magis usitatis & celebratis, cujus rei alibi fortè exempla dabo: unumque jam mihi exemplum occurrit: cum enim duæ mihi essent æquales portiones Mineræ plumbeæ vacuæ materiâ cui plumbum inhærebat; harum alteram reduxi debito pondere nitri, & tartari simul fulminatorum: hæcque multò minùs malleabilis plumbi suppeditavit quam dimidia, aut quarta pars *limatura Martis* tum experimenti gratia adhibitæ ad alteram portionem reducendam: unde patet reductivum ejusmodi Mineræ, *pulverem sci-*
licet. Metallicum, præstantius fuisse, acri igneo, fixoque sale.

Ut tamen pretiosior longè Minera, quàm plumbea exemplo sit: cum animi gratia aliquot uncias nativæ Cinnabaris optimè pulveratæ probassē, alteram dimidiam partem ope fixi *Alcali Tartari*, alteram alio colliquante pulvere, à priore massa majorem duplò Mercurii copiam obtinuimus, quàm à posteriore cum alio fixo *Alcali* destillato, mineralis licet naturæ.

Observanda quædam circa Aurum nativum.

SECTIO VII.

CUm Aurum sit metallorum pretiosissimum de eo hîc quidpiam dicendum est: quocirca licet duo, triave tantùm ad hoc argumentum spectantia circa illud observanda mihi occurrant, eâ tamen de Minerâ pauca quædam hîc dicere non inutile fuerit.

Scio multorum eruditorum atque etiam Chymicorum opinionem esse nullas dari Auri fodinas propriè dictas: diuque sat contrariæ opinioni assentiri non ausus sum: cum enim Regi à consiliis quoad Coloniâ pluribus annis fuissē, mihi res sæpe fuit cum navigatoribus, aliis-

que

que Peregrinatoribus & Indiarum incolis ex quibus quæsi aliquoties nequaquam num auri fodinas sensu vocis vulgari vidissent, ejusmodi enim sciebam esse in Hungaria, Macedonia, aliisque regionibus e quibus sat auri eruitur; Sed utrum reipsâ verâ mineræ sint, vanæque in quibus aurum prædominium obtineat?

A quibus mihi responsum est audivisse quidem se de ejusmodi Fodinis, sed vidisse nunquam: At postea Mineram vidi, quam veram reputavi, Carolo Secundo oblatam: ipse quoque ab ignoto quopiam valdè ingenioso in Indiis Orientalibus residente Epistolam, humanitatis officii, quam desideratis narrationibus pleniorē accepi, unâque varias inter particulas Mineræ minoris pretii, unam in cujus commissuris, atque etiam ultra eas moleculæ quædam apparent, in quibus, ut ex colore, aliisque signis patet, aurum prædominium obrinet, ita ut si massam comminuere vellem, non dubitem quin metallicæ protuberantiæ absque ignis ope malleabiles futuræ essent: sed cum nec moleculas, nec massam comminuere animus sit sat impræsentiarum fuerit paucis pauca quadam de hac minerâ observasse.

Maxima pars, magisque metallica unciam, & quartam unciæ partem ponderans tantam quantitatem massæ comparatè ad Metallum continebat ut ipsius pondus ad æqualem aquæ molem esset solummodò ut $\frac{2}{100}$ ad 1.

At si exigua erat Metallica portio, videbatur tóta aurea, cum nullum alterius metalli vestigium in minerâ appareret, nec in minoribus quibusdam particulis, quas ex Indiis simul receperam.

Lapidea materia cui verum aurum immediatè inhæret, quam minerarum fossores in Angliâ *Spar* vocant, non erat similis materiæ in quâ plumbum, aliave metalla Angliæ reperiuntur, sed primo aspectu videbatur candidum Marmor leviter flavescens.

Re autem expensâ, experimentoque facto, comperi hanc materiam magis discrepare à materiâ Mineræ plumbi, quæ apud nos ferè semper alba est, & semidiaphana, quam solo colore. Cum enim materia Mineræ plumbi mollis sit, & tenera adeo ut cultro facile secari possit, comperimus materiam Mineræ Auri solidum esse lapidem, adeoque durum, ut chalybe percussus igneas scintillas emitteret.

Adde quòd materia Mineræ plumbi facilè, & spatio ferè quadrantis horæ in calcem reduceretur; cum materia Mineræ Auri licet horas aliquot in candenti crucibulo servata non omnino calcinaretur.

Cumque alias indicarim facilè posse me dissolvere Mineram Plumbi in aliquibus *Acidis Menstruis*, atque in destillato etiam aceto, materia Mineræ Auri, licèt servata horas varias in *Fortioribus Menstruis*, ut *Spiritu salis*, *Aquâ forti*, *Aqua Regis* nec dissoluta, nec manifestè

nifestè imminuta est aut aliquid passa, quasi non durioris tantùm, sed & vitreæ foret naturæ.

Particula materiæ Mineræ in qua vix ullum discerni Aurum posset, *Hydrostaticè* expensa, erat quoad specificam gravitatem ad aquam ut $2\frac{65}{100}$ ad 1, quod pondus parum superat pondus candidi Marmoris, aut cuiusdam optimæ materiæ Plumbi, quam eidem comparavimus.

Si plus materiæ Auri acceperem, certius discernissem de argumento hoc, pleniusque: sed quæ dixi non inutilia forte fuerint Anglicis, aliisque multis Fodinarum indagatoribus, qui veram Auri Mineram nunquam viderunt, nec quidquam experimento de eâ norunt, licet interim inveniendis aurifodinis intenti sint, maxime in *Jamaica*, ubi, si rectè memini, *Generalis Vinablesius* qui eam imperio Anglicano subjecit, mihi redux dixit Hispanicum Insulæ Governatorem dum ejus esset Captivus sibi affirmasse in ea Minerale esse Aurum, licet ob operariorum inopiam à Hispani profundè non effoderent.

SECTIO VIII.

N Olim tamen iis quæ dixi de verâ Auri Minerâ prohiberi quæpiam à quærendo hoc metallo in venis aliquot aliorum metallorum; in his enim sæpe reperias Aurum prædominanti Metallo immixtum; ut patet in Hungaricis Cupri Fodinis ad urbem *Cremnitz*, ex quibus magna Auri vis quotannis eruitur. Alibi dixi vidisse me Mineram Stanni Anglicanam cujus particulam Regi donavi, quæ quibusdam in foraminibus quasi folia auri continebat, quæ ibi non absque voluptate contemplatus sum. Licet autem operarii in Stanni fodinis non possent ea lucro aliquo separare, cum Aurum simul, & Stannum colliquare viderent, merumque ut Stannum venale exponerent, quidam tamen dominis harum fodinarum mihi asseruit operarium cui multi liberi erant horum usum esse digitulis cum lucro non contemnendo ad extrahendum, dextrè fractâ Minerâ, Aurum.

Quamvis autem Aurum, aut materia cui Aurum inhæret rarò in plumbi fodinis reperiat, est quidam tamen in Scotia locus qui jam memoriâ meâ excidit, ubi supra Plumbi fodinam super, vel prope superficiem terræ sæpe inveniunt grana, aut majores etiam particulas Auri nativi absque Auri matrice, quarum aliquas dono mihi dedit vir ingeniosus fodinæ dominus, hæcque ego curiosissimo Minerarum exploratori Principi *Ruperto* obtuli: extatque adhuc apud me particula nativi Metallum quam ab eodem, ni fallor accepi, quod fossile, quia nativum, liquare

liquare nolui: non erat autem ut dominus fodinæ putabat, purum Aurum, quod *Hydrostaticè* exploravi: in eo tamen prædominabatur hoc metallum, ponderabatque grana quadraginta & plura.

Postquam hæc ultima scripsissem, in notas quasdam meas huc spectantes ita dispositas incidi.

Granum Auri Scotici nativi absque adharente Mincrâ, aut materiâ lapidea cui Aurum inheret, ponderabat Ziij † 21. grana.

Aliud granum ejusdem Auri cui hinc inde partim adharebat, partim inhærebat aliquid materiæ lapideæ, ponderabat Ziij † 3. grana, heterogeneæ itaque substantiæ pondere juxta supputationem meam subducto, ponderabat circiter Ziij.

Tertium Granum Auri Scotici ponderabat in aere grana 43. in aquâ 39 $\frac{1}{2}$ grana. Differentia: $3 \frac{1}{2}$. Proportio: 12 $\frac{1}{2}$ ad 7.

Levitas flavi Metallii ære aut argento levioris animadvertione digna est, cui immorari non possum.

Sæpe contingit ut inter minorâ grana auri quæ magis propriè *Aurum arenaceum* dicentur, plures inveniuntur particule, quarum aliquas vidi quæ satis magnæ sunt ut pilo equino ligari, atque instar crassioris metallicæ massæ in aquâ ponderari possint: quæ majora Auri fragmenta *Hydrostaticè* expendi poterunt; cum enim juxta accuratum Merfennum, aliosque scriptores, purum aurum sit ad aquam ejusdem molis, ut 18 ad 1. cumque exploratione, ponderationeque purissimum Aurum compererim æquare decies novies ferè pondere æqualem aquæ molem (dixi ferè quia inter alia mea experimenta aliis de metallis sumpta, reperire non potui unum omnium exactissimum circa Aurum, aliàs exquisita in bilance à me factum) statim patebit utrum propositum fragmentum purum Aurum, necne sit: si enim pondere decies novies ferè æquet æqualem aquæ molem, non mixtum pronuntiabimus, & quò magis, minùsve de hoc pondere habuerit, eò magis, minùsve purum fuerit.

SECTIO IX.

S At notum est ex Africâ nos præter multa minoris momenti Aurum advehere, à figura, & mole, *Arenam Auream* vulgò dictam, quod ob in æqualem particularum molem fragmenta Auri potiùs dixerim: cum enim ab orâ Africæ maritimâ vulgò dicta Aureâ, ubi nullæ sunt fodinæ, advehantur hæc fragmenta, videntur aquarum vi ab occultis venis elui, unde hominibus in prædam exponuntur prope littora. Jam autem quia rara Auri massa in Europam nisi ad *Virtuosum* aut à *Virtuoso*

quopiam vehitur sub forma Mineræ; cum magna copia ex *Guineâ*, aliisque Africæ partibus, appellatione Oræ Aureæ notis, Auri instar arenæ granulati, invehatur; cujus sunt grana minora, & majora, non inutile fuerit indicasse de puritate horum fragmentorum ex Methodo nostrâ *Hydrostaticâ* aptè statui posse.

Primò enim ubi semel detexerimus proportionem inter Aurum purum, atque aquam eidem quoad molem, æqualem, quam alibi sufficienter ad hoc proportionem tradidi, facile est ex *Hydrostaticâ* nostrâ *methodo* explorare puritatem Auri cujuscumque propositi; ita ut discernoscere primò possimus an sit Merum Aurum, ac si non sit Merum Aurum, quantum deficiat ab Auro Mero.

Sed cum hac de re alibi egerim, aptius hoc loco fuerit indicare, cum quis semel veram specificam gravitatem *Arenæ Auræ* tenuioris aut crassioris invenit, cujus puritatem collateralibus experimentis, aut aliter noverit, ut alibi dixi, ubi de Metallicis Mineris, posse eam specificam gravitatem ut normam assumi ex quâ de alio Auro emendo aut explorando quis pronunciet. Atque hoc modo præcipuam *Nigrorum* fraudem Mercator præverterit, quam metuunt maximè Mercatores ob periculum inde damni: queruntur enim, licèt *Nigræ* sint alioquin fat hebetes, eos tamen sæpe Mercatoribus imposuisse miscendo veræ Arenæ Auræ limaturam Cupri, aut potius Æris, quod similitudine coloris facilè decipit.

Et sanè in Relatione Nuperæ Gallorum navigationis in Africæ oras ad auri præsertim mercimoniam, fatetur author *Officiarios à Nigris* egregiè deceptos fuisse, cum enim mercium eo advectarum pretium ab ipsis veri Auri pulverem accipere deberet, Æris pulverem, aut inauratum Cuprum sibi traditum serò deprehenderunt, quo qui experimentis ejusmodi mercium faciendis assueti non erant, vix, ut queritur Relator, deceptionis periculum declinare poterant. Imo fatentur iidem Galli se unico die ad mille Coronatorum valorem delusos.

Sed quia, ut experimento didici, Æs non æquat dimidium ponderis Meri Auri ejusdem molis, si quæ copia limaturæ Æris admixta fuerit Auro, hæc mixtura in latioris orificii *Hydrostaticum* vas vitreum superius descriptum injecta minùs manifestè ponderabit in aquâ, quam si Merum foret Aurum: comparatâque specificâ gravitate priùs inventâ cum Granulato Auro in Normam assumpto, dignoscet majus minusve Auri suspecti decrementum, indeque de quantitate Æris naturalij Auro admixtâ pronuntiabis.

SECTIO X.

S Ed quamvis ex proposito mihi scopo non teneat expendere *Auream Arenam* aliter, quàm *Hydrostaticè*, multumq; interfit Mercatorum, aliorumque qui Aurum toties adulteratum vendunt, emunt, aut recipiunt exquisitâ uti bilance: quia tamen multi, maximè Nautæ qui ad Oram *Auream* commercii causâ peregrinantur, atque alias etiam ad plagas, ubi *Aurea Arena* invenitur, eam emere audent nec muniti probâ bilance, nec peritiâ eadem utendi, e re publicâ quàm mihi hîc propono fuerit, si digressus aliquantulum à scopo, *Methodo Hydrostaticâ* nuper propositâ, explorandæ *Arenæ Aureæ*, duos tresve modos *Chymicos* eundem in scopum subiunxero.

Primò igitur qui *Arenam Auream* emere vult dubitatque an *limatura Æris*, aut *Cupri* eidem sit immixta, ope *Aquæ Fortis* fraudem facile detexerit: norunt enim *Chymici* *Aquam Fortem* non posse agere in *Aurum*, aut illud dissolvere: si ergo *limatura æris* immixta fuerit *Arenæ Aureæ* operatio *Menstrui* in hanc *limaturam*, colorque inde cæruleo-viridis fraudem detegent. Quia tamen si natura multum argenti *Auro* immiscuerit, difficilius quis nisi peritior *Aquâ Forti* fraudem detexerit, monendus es huic substitui posse *Spiritum Urinæ*: alibi enim ostendò subitam *Spiritus Urinæ* actionem in *limaturam Cupri*, aut *Æris Auro* immixtam, unde pulcher color cæruleus exoritur: hoc autem *Menstruum*, cum non corrodat, innocuumque sit multis corporibus bonumque adversus varios hominum morbos remedium; ut *Icterus*, *Pleuritidem*, *Febres* quasdam, *Tusses*, & *Asthmata*, ac portatile sit, præferri poterit *Aquæ Forti* non adeo parabili.

Ut autem operatio hujus liquoris in *limaturam Æris* celerior sit, quàm foret, si solutio modo consueto fieret, circiter decem grana *limaturæ Æris*, aut si mavis, *Cupri*, digito extensa super candidam *papyrum* madefeci penitus spiritu fermentatæ, aut putrefactæ *urinæ*, quæ *Aurum* non dissolvit, ut ita aer dissolutionem *Menstrui* acceleraret: quam adeo acceleravit ut non sine spectantium stupore infra quadrantem horæ, ac paucis interdum minutis jucundus, profundusque cæruleus color super *papyrum*, aut *limaturam Æris*, ac interdum super utramque videretur. Qui secum gestant *Spiritum Cornu Cervi*, aut alia quædam ejusmodi volatilia *Alcali Medicos* ad usum, ut quidam in navibus *Chirurgi* gestant, hunc interdum *Spiritui Urinæ* substituere poterunt: imò hunc in usum adhiberi poterit *urina ipsa modo vetustior, & putrefacta*; (in regionibus autem calidis citius putrefacta.)

treſcit:) cum enim experimenti gratia ejuſmodi urinâ madefeciſſem limaturam æris rariùs extenſam ſuper papyrum , exortus eſt ſpatio quadrantis horæ color cæruleus. Sed aliam excogitavi methodum gratiorum Mercatoribus , utpote commodiorem : quòd *agens* ficcâ in formâ ſpirituorum inſtar liquorum effundi nequeat , & quamvis parabilius ſit , negotium æquè illius ope peragetur : de Sale Ammoniaco vulgari loquor , cujuſ majorem quantitatem in pulverem reduco , quàm aqua adhibenda ſit ſolutura , ut liquor ſale ſatietur. Hujusmodi muriâ ſeu ſatiato hoc liquore madefacio penitus modo ſupra memorato limaturam Æris aut Cupri tenuiter extenſam digito , aut alio quopiam idoneo , planoque corpore : tum infra horæ quadrantem cæruleo-viridis color ab Ære ope liquoris extractus apparebit qui , ut noſti , non aget in Aurum Æri immixtum.

S E C T I O X I.

T Am varia obſervavi Phænomena inter Metallica corpora , aliæque Mineralia , ut monendos Minerarum , aliorumque Foffilium indagatores putem , ut obiter , aut per iter , maximè terreſtre , conſiderent quodvis obvium Foffile non vulgare , ponderentque manibus ; (hac enim praxi , licet non accuratè , de pondere ſtatuerent poterunt ;) ac ſi Cryſtallo gravius putent , aut Marmore , ut expendant , ubi occaſio ſe primum obtulerit , *Hydroſtaticè*. Sunt enim in Angliâ , ut aliis in Regionibus utilia multa Foffilia ab imperitiis neglecta : inveni enim hoc in regno prope , aut etiam ipsis in viis regiis lapides ab Aquilâ dictos , aliæque quædam Mineralia , quæ gigni in Anglia nemo putarat. Memini liquidem cum rure prætergrederer quondam laboratorum Figuli cujuſdam cujuſ operâ utebar interdum ad ea quorum ipſe capax erat , videre me alia inter rara Foffilia *Magneſiam* , quæ de re Figulum admonui , qui gratias mihi egit , quod ad impertendum Fictilibus ſuis Vaſis fulgorem , ac colorem hoc Minerali uti poſſet.

Nec qualiſcumque mea Mineralium peritia hac tantum in re utilis ipſi fuit , cum enim clanculo ad quempiam me locum invitaffet in quo ignotorum Angliſ *Foffilium* jacebat acervus , ex notitia Italicarum Fodinarum ſtatim conjeçi quæ hæc Metalla forent : licet enim hæc Mineralia non dividerentur in varia fruſta ejus molis , ac figuræ , quibus ſit ut ſplendentia Foffilia lapides ab imperitiis judicentur : cujuſmodi ſunt *Marcaſitæ* ex quibus ſcimus conſcisci Vitriolum , quæquæ prope littus marinum , Inſulamque *Vettem* inveniuntur , licet

non

non tantâ copiâ, alibi in Angliâ ubi tale ipse reperi, excurrerant tamen longo tractu sub terrâ, sed quousque non potui per otium explorare, instar venæ Metallicæ; nihilominus Minerale hoc pyriten, seu ut vocant Angli Marcasitam tantum judicavi, in forma quidem rara apud nos, sed non apud Italos ubi simile quid videre est. Conjecturam facile experimentum eodem die confirmavit: Pyrites enim hic sale vitriolato magis abundabat quam ullâ sub formâ lapidis unquam à me propius inspectâ. Quamvis igitur non liceret tum experiri utrum Metallum quodpiam ferro pretiosius contineret, pronuntiavi tamen *cæteris paribus* plus inde conici Vitrioli posse, breviori tempore, & minoribus expensis, quam ex Marcasitis Deptfordianis Angliæ, aut aliis quibuscumque ejusdem regni.

Allatum quoque ad me, memini, Minerale sat insolitum, sed speciosum, quod Fossiores ipsi penitus ignorabant: hoc autem Fossile nec in impresso Anglicanorum Mineralium Catalogo reperiebatur: erat enim Minera *Bismuthi*, remque ita se habere factis eum in scopum experimentis comperi: indolui proinde tam curiosæ Mineræ inventam fuisse tenuem admodum venam quod celebres quidam Chymici miras ei virtutes attribuant.

Sed idcirco præcipuè peregrinantes moneo ut obvias ponderosiores substantias quas idcirco Minerale esse suspicantur attentius inspiciant, ut applicatio generalium nostrarum animadversionum in gravitatem Fossilium Specificam extendatur ad usum à nemine hæctenus, quoad sciam, Mineralistâ commemoratum, & quem ego operæ pretium judicavi: neque enim video cur ea tantum Fossilia exploremus, quorum majora nobis suppetant frustra in aqua ponderanda. Præter alia enim Mineralia quæ utilia fuerint Medico, Medicamentorum venditori, aut Mineralistæ, Mineræ, Matricesve Metallorum ipsorum reperiri sæpe poterunt in formâ terræ, aut luti facile siccabilis; quæ Fossilia (quod frustatim forte non inveniantur,) in idonea quæ pilo equino suspendantur, commodè sat expendi poterunt ope urcei vitrei, cujus pondera in aere, & in aqua, & eorum differentia, gravitas scilicet specifica vasis mihi *Vasis Hydrostatici*, priùs nota fuerint.

Hoc enim vas si semel impletum fuerit proposito *Fossili*, diligenterque libratum in aere, penitusque madefactum aquâ, dexterèque demissum in aquam suspensumque pilo equino, affixumque exquisitæ bilanci; his inquam præmissis, tunc differentia inter pondus *Mineralis*, & Vasis dum sub aqua existunt, & præcedens eorundem pondus si observetur; specificumque jam inventum ipsius Vasis intra aquam ab illa differentia subtrahatur; Residuum erit pondus Fossilis tantum (quod hic supponimus specie gravius aquâ, Nec in eâ solubile) aut

Mineralis ipsius eo in liquore: Residuaque proinde futura est proportio inter corpus, & aquam ejusdem molis, ut alibi declaravi.

SECTIONO XII.

UT manifestum fiat Methodum hanc sæpe posse esse utilem, novis recentem authorem, qui Sueciam descripsit, declarasse optimum genus ferri Suecici quod magnifera non ignoras, reperiri sæpe in formâ rubri luti, in fundo lacuum, aut minorum etiam stagnantium aquarum. Remque ita se habere non ægrè crediderim, quòd compererim Anglicanas aliquot Ochras quæ vulgò censentur tantum terra aut lapides rubri coloris, ferro imprægnatas magis quàm sint Minere quædam celebres illius Metalli. Aliusque quidam peritus Scriptor, qui Fodinas Auri, Argentique Americæ describit, inter quas multos annos vixit, animadvertit Aurum ipsum ibi interdum in forma terræ subrubræ, aut eîdem inobservatum inhære. *Vannochio* Italus celebris ultimo sæculo Mineralista docet etiam rubrum quoddam terræ genus continere portionem quamdam optimorum Metallorum. Adamantes, quosdam Europæos, ut vocant plerique Crystallorum limpidarum egregieque figuratarum genus quoddam, in terra quadam rubra crescere observavi, ex qua non mediocrem etiam eorum copiam extraxi. Aque Curiosus quidam qui per Indias peregrinatus fuerat, quamdam mihi terram dono obtulit, quam e Fodinis Adamantinis eductam dicebat, in Regno, ni fallor, *Colchonda*, quam rubram quoque comperi, & circa quam quædam feci experimenta hac non spectantia.

SECTIONO XIII.

SED Vitreo nostro Vase *Hydrostatico* imprimis uti possunt Mineralista ponderandis variis coloratis Arenis Glareisque ac quibusdam præcipuè post hac commemorandis.

Atque ut noris quam facillè despiciamus arenas, quod eas pondere non exploremus, non commemorabo vidissè me Arenam ut vulgarem nulliusque pretii neglectam, quæ abluta & introspecta per Microscopium idque non optimum, videbatur, ac fortè ita se res habebat, tanquam quoddam ex granatis aggregatum; non omittam tamen hoc loco
nigram

nigram illam Arenam in usu apud Iondinenses, atque alibi ad siccandum attramentum recentis scripturæ: cum enim hanc manu sublatam comperissem manifestè communi Arenâ ponderosiorē, vitro *Hydrostatico* expendendam putavi: quo experimento, adhibita à nobis Arena videbatur esse ad aquam ejusdem molis, fere ut $4 \frac{6}{10}$ ad 1. cumque ob rationes quas commemorare nunc non vacat, Martialem hanc Arenam judicarem, omnino ita se rem habere censui, ubi colliquefactam unâ cum tribus partibus Antimonii ferreum in conum coniecissem: sed nullus dubio superfuit locus, quando adhibito exquisito Magnete, comperi eam ferream magis, quam sit ulla Anglica ferri Minera, circa quam ego experientiam fecerim, aut etiam, si unam exceperis, quàm Minera ulla ferri aliarum regionum. Cum enim fortè drachmas quasdam ex majore multò quantitate desumptas expendissem, comperi septem partes ex octo à Magnete excitari facilè posse. Sed non ob prædicta tantùm, Arenarum serium examen Mineralistis commendo, Arenarum præsertim ponderosarum, rubricque aut flavi coloris, si præsertim hos retineant colores, candentes factæ, posteaque in aqua refrigeratæ:

Sed ut jam de pretiosioribus Arenis agamus, sat notum est ab orâ *Guinea* variis à mercatoribus Aurum vehi in Europam, & non modicum quod eluitur aut eruitur ex Arenâ: præterea fluvii quidam sunt quorum Arena est ubique ferè Aurea, cujusmodi Tagus Ulyssiponensis, & Pactolus apud veteres celebres fuere. Industrium quemdam novi Chymicum qui asseruit mihi eruisse se Aurum variis e locis ad ripas Rheni: estque rivus quidam Sabaudia e montibus isthic ortus, in cujus ripis inundatione liberis, pauperes vidi Auri grana investigantes. Quibusdam quoque experimentis consultò factis, inductus fui ut putarem, quod observasse utile fuerit, ex variis Arenis dexterè à Chymista exploratis plus erui posse Auri, quam quod hinc eruitur, aut eluitur in formâ granorum: præterquam enim quod varia corpuscula Auri adeo minuta sint, adeoque arctè adhareant granis Arenæ ut nec oculo obvia sint, nec elui eruive possint, variæ Auri particulae incorporatee forte fuerint Arenæ (quæ uterus quidam sit Auri nascituri,) quas peritus artifex propriis additamentis lucro aliquo separavit, si præsertim Lithargyro, aut Minio Arenam prius ad vitrum reduxerit, detinueritq; tum Aurum volatile, puro illud corpore Argento putâ, figendo: unde, memini, *quæratione*, licet absque lucro ob expensas, exiguamque adhibitam ad opus quantitatem unciam videlicet, ex ea copiâ vitrefactæ Arenæ, duorum, triumve colliquantium additamentorum exigui pretii, quam crucibulum contineret, (quod etiam ante operationem peractam fractum est) sexdecim gr. puri Auri, nos separavisse: quod videre, cum volueris, licebit.

S E C T I O X I V.

NE mireris hoc in experimento mentionem me fecisse *Auri Volatilis*, quamvis enim, multi, scio, cruditi, Chymicique ipsi fictitium quid & ex ipsis vocibus contradictorium, id putent, quòd fixitatem essentialem Auro proprietatem censeant, iis tamen hac in re minimè assentior propria inductus experientiâ: plus enim vice simplice Methodum quamdam adhibui ope exilis quoad molem additamenti, minorisque quoad pondus, quo nudo quis igne, in vitro retorto sublimare possit Aurum idque prævia calcinatione non præparatum, quandoque in forma flavi, aut Aurei salis, interdum cum res meliùs succedebat, in forma lucentium Crystallorum, pulchræ sat figuræ, ac rubentium instar rubinorum: sed hæc obiter: non inutiliter fortassis pretiosorum fossilium indagatores, fossilium inquam pretiosorum non frustratim inventorum, aut mole magnorum, meminerint obvias Arenas, Terras, Mineralia Fragmenta &c. Crystallum specifica ponderositate notabiliter superantia; quæque aut propter locum ubi reperiuntur aut juxta alia indicia, Aureæ naturæ, corpuscula continere putantur, non esse statim abjicienda, sed propiùs quid valeant inspiciendum esse.

Cùm enim quondam opportunitas mihi esset detegendi corpuscula Martis, ut Chymici vocant ferrum, & chalybem, in longè magis variis fossilibus, variæque magis faciei quàm celebres etiam *Chymici* sibi persuasissent, aut eorum quidam adhibitis etiam attentius experimentis detexissent, priori omnino suspicioni adhæsi, corpuscula naturæ Aureæ late-re posse variis in corporibus, quæ omni carere Metallo reputantur; censuique pluribus illorum Mineralium, quæ creduntur esse Mineræ alterius cuiusdam Metalli ob ipsius prædominium, immisceri fortè magnam copiam corpusculorum Auri, Argentive, quæ ob majorem alterius Metalli copiam eadem quasi cooperientis aut larvantis, impercepta jacent, ut ne suspicetur quidem plerumq; harum rerum imperitus subesse Metallo Aurea corpuscula, quæ à perito admodum *Chymico*, cum lucro etiam aliquo separari ab eo poterunt.

S E C T I O X V.

Cùm verò fundamenta præmemoratæ suspensionis, conjecturæ tantùm adhuc iuvantur, ea hic non commemorabo; sed quod ad Mineras in genere spectat, monebo potiùs eos, qui his *Hydrostatica* applicare vellent,

vellent , ut diversarum Minerarum si præsertim in eâdem Regione reperiantur , exempla sibi conquirant , diligenterque aut inquirent , aut experimento explorent , quam portionem Metallî à quo denominationem sumunt , contineant ; portiones enim Minerarum , Mineraliumque diligenter ponderatæ in aere , & aquâ , ut specifica eorum gravitas hinc innotescat , erunt instar Normæ , ex quâ non inutiliter statuere sæpe poterimus de Metallicis portionibus contentis in aliis frustis Mineræ ejus speciei , *Hydrostaticè* expensis , sive prodierint ea ex eâdem Minerâ , aut venâ , aut aliâ quâpiam ejusdem Metallî.

Exempli gratia Anglicæ nostræ Mineræ Plumbeæ alicujus momenti , distinctionis gratiâ dividi possunt in tres species , seu ordines , quorum quilibet nobilioris , aut ignobilioris fuerit notæ . Primæ speciei Mineræ sunt eæ , quarum centum pondo juxta vulgarem colliquandi Methodum continent Plumbi libras triginta : aut quadraginta ; aliæque quædam libras quinque supra quadraginta ejusdem Metallî , hæque à multis ut minoris pretii negliguntur , atque vix operæ pretium præstare reputantur ; eæ maximè quæ pauciores libras Plumbi quam trigintaquinque , aut quadraginta continent . Secundæ speciei Mineræ quarum centum pondo continent 45 , aut usque ad sexaginta libras , ut variis experimentis didici , in purgato , malleabilique Plumbo , continent dimidium fere Mineræ pondus . Hæ Mineræ operæ pretium utcumque præstare censentur : Sed aliæ Mineræ secundi generis continentes quinquaginta quinque , aut prope sexaginta libras Plumbi , non modò bonæ , sed etiam sat opulentæ reputantur . Quod ad tertium genus Minerarum attinet , constat ex iis quorum centum pondo dant sexaginta , aut octoginta libras Plumbi , eæque meritò opulentissimæ habentur , maxime octoginta prope si contineant : fateor enim in nullam me Mineram adeo divitem incidisse hæctenus : Et licet asseruerit mihi Nobilis quidam ingeniosus , Regiæque monetæ excudendæ præfectus , experimento facto , comperisse se quampiam ejusmodi Mineram ; nullam tamen ipse reperi nisi forte , bis terve , quæ plusquam septuaginta quinque libras Plumbi subministraret . Hæ Mineræ divites admodum videbantur ac penitus Metallicæ , animadvertique sive casu id contigerit , sive aliter , frustra quædam alearum instar variis ex cubis sibi invicem arctè cohærentibus composita .

Quâ impulsus sum ratione ut Sectionis hujus sub initium quædam monerem , eâdem adductus sum ut gravitatem specificam explorarem : non tantùm Minerarum variarum , ut Plumbi , Stanni &c. (quarum collecta apud me copia absorpta est igne , eo in loco qui has Mineras continebat ,) sed Minerarum etiam dono mihi variis à Regionibus missarum tum Europæ , tum Americæ , cujusmodi putà sunt Mineræ Cupri & Ferri Suecici , Argenti Germanici , Stanni Vitrei , Antimonii Hungarici , Plumbi , Ferri , Cuprique *Nova Angliæ* : &c. Scrutiniolorum aliquot ho-

rum partus obvius , casu mihi factos dum aliâ quâdam *Hydrostaticè* expendere , inferendos judicavi Tabulę *Medicina Hydrostatica* , annexę quia usui forte alicui fuerint ad præviam de Fodinis conjecturam , quâ quis intelligat quę , *cæteris paribus* , Fodina operę pretium præstitura vel non præstitura sit. Dixi *cæteris paribus*, & consultò quidem ; alia enim multa præter proportionem Metallicarum partium in Fossili consideranda veniunt , cujusmodi sunt copia , & inopia Mineralis ; facilitas , aut difficultas ejusdem effodiendi ob profunditatem , aquasve affluentes &c. vicinitas sylvis ad alimentum ignis , aque impellendis molendinis aptę ; propinquitas , aut distantia à mari fluviõe ad vehendas naves , cymbasque idoneo ; ut alia multa omittam diligenter consideranda priusquam quis sumptuosum Fodinę laborem aggrediatur : ex quibus facilè quis statuatur num prudenter necne agat , si in Fodinam sumptus necessarios expendat.

Sed jam mentem mihi subit, Clarissime Domine , licet paulò seriùs , non scribendum à me librum de explorandis Mineris , aliisque Mineralibus , sed medię molis Epistolę tantum conscribendam *Hydrostaticę* Methodo specificam ipsorum gravitatem explorandi : ne igitur additã hęc Apologiã prolixior adhuc fiam , absque verborum ambagibus tantę te prolixitatis veniam rogo , utque *Scriptorem* censeas ,

Tibi Addictissimum & Obsequentissimum,

ROBERTUM BOYLE.

MONITIO



MONITIO.

UT curiosi uno aspectu intueantur , comparentque facilè invicem specificas variarum corporum gravitates, utque imminuatur ipsorum labor in evolvendis superioris Tractatus foliis ad inveniendum particulare illud corpus, cujus quis ponderositatem noscere cupit. Tabulam annectendam curavi complexam ordine Alphabetico nomina Medicamentorum, aliorumque corporum quorum specificæ gravitates superius traditæ sunt, additis insuper aliis quibusdam, in quæ fortuito incidi, dum inspicerem quosdam veterum mearum Notarum quæ pænc exciderant.

Sed subjunctæ *Tabula* præmittendum Monitum quoddam (cui variè loci prioris tractatus, hic collecti patrocinantur) scilicet fieri vix posse ut omnes gravitatis specificæ corporum exploratores eandem profus inveniant, quam *Tabula* exhibet : cum (ut omittam quemvis, experimentum hoc facientem, non eâ illud curâ, arteve fortè facturum quo *Hydrostatica* hæc experimenta facta sunt) differentia aliquando alterius inter experimenta, ac mea, oriatur probabiliter à vario contextu, compactioneque corporum ejusdem denominationis : neque enim Ars, nec Natura suis ejusdem nominis partibus eandem profus Mathematicè gravitatem, aliasve qualitates tribuunt.

TABULA



TABULA.

	Pondus in Aere in Granis.	Pondus in Aqua, in Granis.	Proportio.
A			
<i>Agates vide Gagates</i>			
<i>Aluminis particula</i> —————	280 $\frac{3}{4}$	152 $\frac{1}{4}$	2 $\frac{18}{100}$ ad 1
<i>Ambra</i> —————	306	12	1 $\frac{4}{100}$ ad 1
<i>Antimonium electum quod credebatur</i>			
<i>Hungaricum</i> —————	391	295	4 $\frac{7}{100}$ ad 1
<i>Argenti Minera selecta, ex Saxonia</i>	458	366	4 $\frac{97}{100}$ ad 1
<i>Alia ejusdem particula</i> —————	1120	960	7 ad 1
<i>Auri Minera minus fecunda ex Indiis</i>			
<i>Orientalibus allata</i> —————	1100	682	2 $\frac{63}{100}$ ad 1
<i>Aliud ejusdem frustum</i> —————	1151	717	2 $\frac{65}{100}$ ad 1
B			
<i>Bezoardicus lapis</i> —————	187	61	1 $\frac{48}{100}$ ad 1
<i>Frustum ejusdem</i> —————	56 $\frac{1}{2}$	22	1 $\frac{64}{100}$ ad 1
<i>Bezoar Orientalis</i> —————	172	60	1 $\frac{51}{100}$ ad 1
<i>Alius</i> —————	237	61	1 $\frac{34}{100}$ ad 1
C			
<i>Calamina, vide Lapis Calaminaris</i>			
<i>Calculus humanus</i> —————	2570	1080	1 $\frac{72}{100}$ ad 1
<i>Alius</i> —————	302	97	1 $\frac{47}{100}$ ad 1
<i>Calx Plumbi</i> —————	138 $\frac{1}{2}$	123	8 $\frac{94}{100}$ ad 1
<i>Cancrorum oculi nativi</i> —————	77 $\frac{15}{2}$	26 $\frac{1}{2}$	1 $\frac{39}{100}$ ad 1
<i>Cancr. oc. artificiales</i> —————	90 $\frac{1}{2}$	54	2 $\frac{48}{100}$ ad 1
<i>Carneolus seu Sardius Lapis</i> —————	148	103	3 $\frac{29}{100}$ ad 1

Pondus

T A B U L A.

Pondus in Aere, in Granis.	Pondus in Aqua, in Granis.	Proportio.
<i>Cinnabaris communis</i> ————— 802	702	8 $\frac{1}{50}$ ad 1
<i>Cinnabaris nativa</i> ————— 197	169	7 $\frac{3}{100}$ ad 1
<i>Cinnab. nativa valde scintillans</i> — 226	194	7 $\frac{6}{100}$ ad 1
<i>Cinnabaris ex Antimonio</i> ————— 197	169	7 $\frac{3}{100}$ ad 1
<i>Coco-puramen</i> ————— 331	85	1 $\frac{34}{100}$ ad 1
<i>Corallium rubrum</i> ————— 129 $\frac{1}{4}$	80 $\frac{1}{4}$	2 $\frac{63}{100}$ ad 1
<i>Corallium album</i> ————— 336	204	2 $\frac{50}{1000}$ ad 1
<i>Alia ejusdem exquisiti particula</i> — 139	85	2 $\frac{57}{100}$ ad 1
<i>Crystallus</i> ————— 256	140	2 $\frac{21}{100}$ ad 1
<i>Crystalli rupea particula</i> ————— 256	140	2 $\frac{20}{100}$ ad 1
<i>Cupri Minera</i> ————— 1436	1090	4 $\frac{15}{100}$ ad 1
<i>Cupri Minera opulenta</i> ————— 413	314	4 $\frac{17}{100}$ ad 1
<i>Lapis ex Cupro</i> ————— 65 $\frac{1}{2}$	49 $\frac{1}{2}$	4 $\frac{9}{100}$ ad 1
<i>Lapis Pyrites vide Marcasites.</i>		
E		
<i>Ebur</i> ————— 173 $\frac{1}{2}$	83	1 $\frac{91}{100}$ ad 1
C		
<i>Gagates</i> ————— 251	156	2 $\frac{64}{100}$ ad 1
<i>Granati Minera</i> ————— 217	147	3 $\frac{1}{30}$ ad 1
<i>Granatus Bohemicus</i> —————		4 $\frac{36}{100}$ ad 1
H		
<i>Hammarites Anglicanus</i> ————— 1574	1156	4 $\frac{36}{100}$ ad 1
L		
<i>Lapis Calaminaris</i> ————— 477	380	4 $\frac{42}{100}$ ad 1
<i>Lapis Indaicus</i> ————— 261 $\frac{1}{2}$	164	92 $\frac{92}{100}$ ad 1
<i>Lapidis Lazuli frustum</i> ————— 385	256	2 $\frac{92}{100}$ ad 1
<i>Lapis Manari</i> ————— 450	293	2 $\frac{86}{100}$ ad 1
<i>Ejusdem fragmentum</i> ————— 218 $\frac{1}{2}$	123	2 $\frac{29}{100}$ ad 1
<i>Aliud</i> ————— 345	197	2 $\frac{33}{100}$ ad 1

I Pondus

T A B U L A.

Pondus in Aere, in Granis.	Pondus in Aqua, in Granis.	Proportio.
<i>Aliud ex Iamgaica</i> ————— 2011	————— 1127	————— $2\frac{27}{100}$ ad 1
M		
<i>Manganese frustum</i> ————— 321	————— 230	————— $3\frac{33}{100}$ ad 1
<i>Marcasites</i> ————— 814	————— 631	————— $4\frac{45}{100}$ ad 1
<i>Alius ab Stalbridgio</i> ————— 243	————— 189	————— $4\frac{1}{2}$ ad 1
<i>Alius præter morem scintillans</i> ————— 287	————— 227	————— $4\frac{78}{100}$ ad 1
<i>Margaritarum semen</i> —————	—————	—————
<i>Mercurius redivivus ex Minera</i> —————	—————	—————
<i>Minerale ex Cornubia</i> <i>instar Marcasite rutilans</i> ————— 145	————— 129	————— $9\frac{6}{100}$ ad 1
O		
<i>Osteocolla</i> ————— 195	————— 108	————— $2\frac{24}{100}$ ad 1
P		
<i>Plumbi Minera</i> ————— 686	————— 590	————— $7\frac{14}{100}$ ad 1
<i>Plumbi Minera opulenta ex Cumber-</i> <i>landia</i> ————— 1872	————— 1186 $\frac{1}{2}$	————— $1\frac{54}{100}$ ad 1
<i>Alia Plumbi Minera</i> —————	—————	—————
<i>Pyrites, vide Marcasites.</i>		
R		
<i>Rhinocerotis cornu</i> ————— 8563	————— 4260	————— $1\frac{99}{100}$ ad 1
S		
<i>Sapphirus</i> —————	—————	—————
<i>Sardius lapis vide Carneolus</i>		
<i>Slate Hibernicus</i> ————— 779	————— 467	————— $2\frac{49}{100}$ ad 1
<i>Stanni Minera nigra, sed opulenta</i> ————— 1293	————— 984	————— $1\frac{78}{100}$ ad 1
<i>Alia particula selecta</i> ————— 2893	————— 2314	————— 5 ad 1
<i>Stanni Novæ Angliæ Minera Domi-</i> <i>ni Huberti</i> ————— 812	————— 613	————— $4\frac{8}{100}$ ad 1
<i>Stanneum Virrum</i> ————— 468	————— 419	————— $9\frac{55}{100}$ ad 1
<i>Succinum vide Ambra</i>		
<i>Sulphur vivum</i> ————— 371	————— 185	————— 2 ad 1
<i>Sulphur Germanicum exquisitum</i> 306	————— 152	————— $1\frac{98}{100}$ ad 1

Pondus

T A B U L A.

Pondus in Aere, in Granis.	Pondus in Aqua, in Granis.	Proportio.
T		
<i>Talcum Venetum</i> ————— 802	————— 508	————— $2 \frac{78}{100}$ ad 1
<i>Talcum Iamaicum</i> ————— 1857	————— 1238	————— 3 — ad 1
<i>Talci particula instar Lapidis Amian-</i> <i>ti</i> ————— 596	————— 334	————— $2 \frac{28}{100}$ ad 1
<i>Tutia particula.</i> ————— 104	————— 83	————— 5 — ad 1
V		
<i>Vitrioli Anglici exquisiti frustum</i> — 1093	————— 512	————— $1 \frac{38}{100}$ ad 1
<i>Vitrum Antimonii per se</i> ————— $357 \frac{1}{2}$	————— $282 \frac{1}{2}$	————— $4 \frac{76}{100}$ ad 1
<i>Unicornis cornu particula.</i> ————— 407	————— 195	————— $1 \frac{91}{100}$ ad 1



POST-SCRIPTUM.

Cum in prelo tentamen inscriptum, Medicinam Hydrostaticam, commissurus essem, prefationemque superiorem scripsissem, statueram addere quaedam eodem in volumine ad promovendam, explorandamque Materiam Medicam. Cum autem tentamen ipsum, adjunctaque Epistola de praxiâ exploratione Minerarum e prelo prodissent, animadverti utrumque Tractatum eam ad molem crevisse ultra propositam mihi metam, ut si his Tractatibus, quæ prius addere volueram, subjunxissem, & inepta volumen figura, & difficilius apertura futura fuisset.

Quocirca duos in Tomos opus designatum dividi placuit, quorum prior constaret ex iis quæ jam prelo exempta erant, seorsimque ut citius usui foret, in lucem prodiret; posterior verò constaret tum scriptis supra memoratis ad Materiam Medicam spectantibus, tum supplemento prioris Tomi complexo varia historica paralipomena, quæ errore quopiam omissa fuerant, resumendaque erant pleniori ex exemplari, quàm fuit illud quo primum Typographus usus est.

FINIS.

NOCTILVCA AERIA

SIVE

NOVA QVÆDAM PHÆNOMENA

in Substantiæ Factitiæ sive Artificialis, Sponte Lucide,
productione observatâ.

Amico cuidam rure agenti Epistolice communicata.

Vnâ adnectuntur *Ejusdem Substantiæ* Processus. *Atque*
Experimenta Nova & Observata facta in

GLACIALEM NOCTILUCAM.

Quibus adjicitur

PARADOXON CHYMICVM.

Authore

ROBERTO BOYLE


NOBILI ANGLO, REGIÆ SOCIETATIS SOCIO.



GENEVÆ,

Apud SAMUELEM DE TOURNES.

M. DC. XCIII.



AMICO SVO SVMME ERVDITO

DOCTORI J. B.



T curiositati tuæ (Vir egregie) circa *Phosphorum* disquisitionem, quantum scilicet salvâ prudentiâ impræsentiarum fieri potuit, gratificarer, primo loco animadvertendum propono, *Phosphoros* omnes in duas species ritè dispertiri posse; *Hos*, aliquosque *Naturales*, cujus census sunt *Cicindella*, Aliqua *Lignorum* putrium atque *Piscium* genera, cum paucis aliis; *Illos* verò propriè *Artificiales*. Ulteriori *Priorum* mentione jam supersedebo, quorum Characteristicon est, quòd absque manifesto calore in tenebris micent, [quâ sensibiliis caloris absentia *Phosphori* cuncti ab igne flammaque communi discriminantur;] præsens enim hæc Diatribè *postremam* classem solummodò attinget, factâ primùm monitione, Corpora *luminosa*, universim omnia, arte producta, quæ sub *Phosphorum* nomine vel veniunt, vel venire queant, ad duo potissimum genera reduci valere; quorum unum, cum duplicis aut triplicis subdivisionis deinceps capax sit universum eorundem numerum in *Ternarium* vel *Quaternarium* assurgere faciet.

Horum *primum* ex talibus corporibus constat, quæ, externæ solum irradiationis ope, lucere solent; aut (si magis placeat) ex corporibus, quæ, vel *Solis*, vel *Flammæ* vehementioris radiis, prius exposita, *Luciditatem* quasi inde adeptam, per aliquod tempus in locis tenebrosis retinere deprehenduntur. In hoc subsellio *Lapidem*

Boloniensem, peritè præparatum, pono, cujus etiam contribulis est *Phosphorus Hermeticus Balduini*; cujus *Phænomena* Author ipse erudito orbi propinavit, *ejusdem* tamen conficiendi methodum in sinu suo supprimens. *Phosphorus hic*, apud Curiosos quosdam lætiorè animo idèò excipiebatur, quòd *Lapis ille Boloniensis* ante annos aliquot, vel in *Italiâ*, solo ejus nativo, haud ita facilè esset parabilis, difficultate inde exorsâ [sicut à viatore sagaci nuper ab iis regionibus redeunti acceperim] proptereà quòd *Artifex* ille, *Lapidem Boloniæ* præparare solitus, fato suo functus, posthumam methodum non reliquisset, satis sufficienter, quà in luciditatem perduceretur. Quod verò ad *Balduini Phosphorum* [qui, vel ipse idem, vel saltem ejusdem *persimilis*, tam è *Cretâ* quàm substantiâ aliâ, materiari valet, sicut ipse expertus sum] cùm optimè successisset præparatio, majore cum aviditate externum lumen occupare, & quasi arripere (si ita loqui liceat) videbatur, quàm *Lapis ipse Boloniensis*. Memini enim me, nuper unum ex iis, recens confectum, habuisse, qui intra minuti horarii semissem, aut præter propter, manifestè excitaretur, & quasi candefieret; adèò ut in locum tenebrosum è vestigio subductus, lumine sensili unde quaque circumvestiretur, idque *diutius* retineret quàm externi luminis radiis fuisset expositus, tametsi Lumen illud externum (ni male memini) non aliud erat, quàm *Candelæ ardentis flamma*.

E contrà verò, cùm, haud sine sollicitudine, non semel observaverim, *Phosphoros* hosce, vix aut ne vix quidem, diuturniorè temporis spatio, conservari posse, (quod aeris, sese insinuantis, operationi imputandum rebar) adèoque ex iis *quosdam*, intra menses haud ita multos, *alios* intra *Hebdomadas*, (ne dicam, dies) paucas, rimas agere videri, ac proinde à luminis radiis non ampliùs, excitabiles fieri potuisse: *Lapis tamen Boloniensis*, secundum artem ritè præparatus, virtutem illam *incitabilem* multò diutius retineret: Quicquid enim viri quidam docti in contrarium asseruerunt, habui me penes exiguum ejusdem *Lapidis* fragmentum, quod, licèt negligenter satis in pyxide lignèà ordinariâ, custoditum, vim tamen suam per aliquot annos, *postquam in manus meas venerat*, fartam te-

ctam

Etiam retinuit, ut nil dicam de temporis spatio, non contemnendo, quod inter ejusdem præparationem, atque possessionem meam intercesserat. Ulteriores meas de *Phosphoro Hermetico* observationes non jam datur otium exhibendi.

Præter primum hoc *Phosphorum* genus, quod in *luciditate* suam, lumen excitatorium è radiis, vel *Solis*, vel *corporum* aliorum, actu lucentium, ab extrâ superadveniens desiderat; datur & aliud quod præviâ tali illustratione nequaquam indiget, fulgorem tamen suum longè diutiùs retinens, quàm vel *Lapis Boloniensis*, vel *Baldolini Phosphorus*. Quod quidem, ut a priori distingueretur, *Noctiluca* appellatione à viris quibusdam eruditis insignitur, tametsi strictè loquendo, meâ sententiâ, optandum esset, nomen magis proprium ipsi impositam iri, cum & prius *Phosphorum* genus *noctis* perinde ac *interdum* luceat, modò ignis culinaris, aut *Candelæ* grandioris flammâ excitaretur. Cùm tamen nomen illud à plerisque usu fuerit receptum, nec Lingua nostra unicum aliquod verbum, ad rem magis propriè exprimendam, facile suppeditaret, Ipse quoque, consuetudini morem gerens, *idem*, tam brevitatis quàm distinctionis gratiâ, usurpabo, quandoque tamen ejusdem vice, *Corporis à se ipso*, sive *sponte lucentis*, nomenclaturam, indolem ejus plenius explicantem, non verebor substituere; Hujus Substantiæ, Dominus *Daniel Krafft*, Chymista *Germanus*, Regiæ, *Britanniarum* Majestati duo genera, seu potiùs binos ejusdem gradus exhibuit: *Priori* generi, indulsi mihi veniam *Noctiluca consistens* [sive *Gummosa*] nomen imponere, non eo sensu, quo *Consistens* opponitur *Molli*, erat enim hæc substantia saltem tam cedere & lenta, ac cera apiaria tempore æstivo, sed, prout *Firmo* æquivalens, *Liquido* vel *Fluido* contradistinguitur. Accedit etiam textura ejusdem subviscosa, gummi, ex *Cerâ* aliisque arboribus recens detracti, non absimilis, unde additamentum dedi *Gummosa*. Quinimò & propter *Lucendi* actum minimè interruptum, *Noctiluca consistens*, à *Germanis* quibusdam, prout accepi, vocitatur, titulo facis apposito, cum *Phosphorus* hic, omnium, quos adhuc conspeximus, jure merito audiat *Nobilissimus*: Tametsi enim quantitas ejus, modò tantilla, suppetiit, eaque in *Phiala* parvâ probè

obturatâ, scorsim recondita, absque externo tamen incitamento lumen suum diebus pariter ac noctibus [sicut ille perhibuit] indefinenter emitteret, utut lumen emissum *languidius* visum est, nec *luciditatem* illam supergredi, quam in *Cicindelarum* Liquoribus, & *Phosphoris* aliis quibusdam, naturâ formatrice, productis, aliquoties observavi; nec ejusdem *Possessor*, propter tantillam quantitatem, volens erat Experimento subicere, vix enim habuit *Londini*, quâ Amygdali nucleum mole excederet.

Præter Gummosam hanc *Noctilucam*, idem Dominus *Krafft* etiam *Liquidam* quandam possidebat, fortean ex *prioris*, vel in aqua vel conveniente alio Liquore, solutione, oriundam. *Hujus* tamen *lucidas*, non erat, sicut *prioris*, aded permanens, quod aibi notavi; verum intra temporis pauillum (potissimum si *Noctiluca* in portiunculas minutiores divisa, aeris etiam operationi exponeretur,) expirare aut evanescere inciperet.

Noctilucis prædictis, quâ *Gummosa* quâ *Liquida*, tertium forte genus superaddi potest, à meipso nuper præparatum, ab *utriusque*, jamjam descriptæ, ingenio ac natura aliquousque discrepans, saltem in quantum ex ipsarum *Phenomenis* colligere potui. Nostra enim hæc *Noctiluca* nec *æuropæans* erat, sicut *Constantis* esse, perhibebatur, nec eo more lucebat ac *Liquida*: Veruntamen merus aeris contactus, citra extraneum quempiam calorem aut illustrationem, immediatè in eâ lumen produceret, quod facili methodo ita tractari possit, ut in vase, arctè clauso, diu perseveraret. Quodque non est contemnendum, *substantia luccens* non fuit Liquoris ipsius, vase inclusi, corpus, verum *Exhalatio* [vel effluviium] admisso acri commista; quâ duplici de Causâ, *Aeria Noctilucae* nomen à me *Phosphoro huic* inditum est.

Hæc sunt varia *Phosphorum* genera quorum videndorum copia adhuc mihi data fuit, nescio tamen, utrùm eorum varietas non amplius extenderetur, nuper enim inaudivi de chartulâ quadam *Germania* quidem excusâ, à viro erudito, cui nomen, ni fallor, *Els-holez*, concinnatâ, quâ narratio Historica *Germana Noctilucae* particulatim exhibetur. Hanc chartulam Ipse adhuc *comparare* non possum, ideoque lectioni tuæ, si quovis modo parabilis sit, remit-

eo. Adhæc, spero futurum, hominum industriam, vel nova genera; vel saltem variationes plures corporum *αυτοφαιν*, expiscari posse, quæ *nova*, atque ex his forte quædam, *solidarum Noctilucarum*, nomina commercantur.

Hiscæ de variis *Phosphorum Artificialium* speciebus strictim prælibatis, eadem brevitate eorum etiam *Inventores* perstringam, præcipuè cum imperfectam mutilamque illorum noticiam, ex informationibus meis, adhuc *Phosphorum Hermeticum*, *Authore* solertissimo doctissimoque *Balduino*, Jurisperito *Germano*, orbi innotuisse: Quod tamen ad *Gummosam & Liquidam*, *Noctilucas*, prima earum origo prædicto Domino *Krafft*, ab aliquibus accepta refertur, [quamvis non memini ipsum, quando *hic* diversantem, præcisè *illam* sibi asseruisse;] quidam tamen vetulo *Spagyrico Hamburgensi*, cui nomen, ni fallor, Domino *Branco*, attribuunt; aliis verò, magnâ cum fiducia, *Chymico Germano*; multùm famigerato, nomine *Kunckelio*, in Aulâ Ducis *Saxonie* versanti, adseribentibus. Cuius eorum cunque tam Nobilis Inventionis, ac *utraque Noctiluca Germanica* meritò audit, palma deberetur, equidem nec *par sum*, nec *volens* qui sententiam meam interponerem; salvo igitur singulorum jure, absque *veri Inventoris* præjudicio, ad illud, quod maximè à te expectandum censeo, progrediar, nempe, *ut conatus mei occasionem circa Nova Noctiluca productionem, unà cum gradibus processus mei in ista operatione, tibi renunciarem.* Quod sequenti Narratione præstabo, quâ si in justas *methodi* leges peccem, avocamentis meis imputari debet; non tamen omittam circumstantias quasdam attexere, [quæ reticeri forsitan mereantur] eò quòd non tam merè *Historica* deprehendantur, quin viro minore, quàm quâ tu polles, sagacitate, usui, saltem aliquali, esse queant, idque in argumento vestigando, quo aliquid etiam de industriâ apud me celo, quodque *Novi & Abstrusi*; perinde ac *Prænobilis* Titulo jure merito honestatur.

Postquam Dominus *Daniel Krafft*, *Spagyricus* ille peritissimus, me studiò intervifens, *Phosphoros* suos tam *Liquidum* quàm *Consistentem*, mihi, ac amicis quibusdam præsentibus, commonstrasset: Ex *Phænomenis*, à me tunc temporis observatis, [quorum nota-

titia-

titia curioso orbi dudum e prelo promanavit *] certissimus evasi, *Factitium* tale corpus reapse confici posse, quod in tenebris micaret, absque quod vel externo aliquo lucido prius illustraretur, vel sensibili calore sensum feriret. Exinde *methodos* excogitare coepi, quibus res talis, arte quavisunque verisimili, daretur effecta. Quo in negotio, haud parum hortamenti cogitationibus meis illuxit, quod inter meam *Notularum*, adhuc ineditarum, *De mechanicâ quarundam quantitatum origine* congeriem, variarum de *Lumine* observationum, cogitationumque *Sylloges* delitescere meminissim. Ulteriores etiam stimulos in hoc opus sensi, eo quod, cum eidem Domino *Krafftis*, rogatu ejus, quaedam ex observatis meis de *Mercuriis* non vulgaribus [*tunc* temporis unico duntaxat homini in toto terrarum orbe, a me communicata] impertivissim, ipse ad discessionem suam, pro redhostimento quodam, mihi fassus est, *Phosphororum* suorum materiam, saltem præcipuam, ad Corpus humanum aliquo modo pertinere. Quæ intimatio, tametsi generalibus verbis concepta atque involuta, eò tamen gratior accessit, quia, licet sæpius probabile duxissim, *Substantiam Luminosam* ex non uno solum corpore, arte *Spagyrica*, educibilem fore, atque illius etiam productionem vel per varia corpora circumpalando, donec instituto meo commodissim repererim, attentare destinassim; suggestio ista studiorum meorum rationem, alioquin tantisper magis vagam atque errabundam extitutam, intra fines cancellosque breviores conclusit. Cum autem variæ fuerint humani corporis partes *Tentaminibus Chymicorum* exagitatae, [nec defuit forsan, hac ex parte propria mea praxis] scrupulus adhuc hæere poterat, utrum *Sanguis*, *Excrementa* solida, *Ossa*, *urina*, vel *Capilli* prærogativam illam sibi vendicarent, nisi priora mea Experimenta, variæque super eadem subjecta speculationes dubium solventes, ad aptissimam partem direxissent, de quâ sicut diversa *Experimenta* atque *Observationes* pridem *scriptis* mandassim, ita de sufficienti ejusdem quantitate mihi prospexeram, eo etiam præparationis provecctâ, ut parum ab-

* *Clausula hac relationem habet ad quandam ex Collectionibus Philosophicis, ab ingeniosissimo Domino Hook publicatâ, cui, charta a Domino Boyleo accepta, verbatim inseritur,*

abfuerit, quin ufui meo adaptaretur. Antequam verò progressus aliquot, faltem notabiles, in opere meo feciffem, ex variis hofpitii mutationibus, ex corporis inualetudine, & ex litigijs forenſibus, ira præpeditus fui [ne quid dariùs dicam] ut *Phosphori* profecutionem, neceſſitate adaëtus, diutiſſimè intermitterem: ſuperatis tandem difficultatibus, cùm ad idem ſtudium denuò reverterer, tamen in rectam materiam incidi, a recta tamen operandi methodo *Proceſſus* quidam [è partibus tranſmarinis miſſus, & pro *Arcano* magno venditatus, qui *Noëtilucam* deſideratam certo certius producere deprædicabatur] me diutiùs abduxit; partim ergò eâ de cauſâ, *potiſſimum* verò quòd, præcipuum in iſto *Proceſſu Ingrediens*, idem cum *eo* fore, quod ipſe *ſumman* ejuſdem materiam, cum ratione pridem ſuſpicatus eſſem, deprehenderem, præſcriptam methodum per aliquot meſes proſequi inducebar, ſed ſucceſſu parùm fœlici; Fruſtrationis cauſam in veram materiam, *additiis* Ingredientibus, quæ tamen ad ipſam promovendam designabantur nimis gravatam alteratamve conieci. Accedente, quòd gradus ignis, circumſtantia egregii in hac re momenti, aut prætermiſſus, aut male præſcriptus fuit. Utcunq; hiſce præjudiciis obluëtatus, primæque debitæ materiæ electioni adharens, à *Praxi* mea non deſtiti, vias omnes probabiles inire ſtatuens, quibus voti compos fierem. Interea temporis *A.G.M.D.* [Domini *Krafft*, nuper memorati, ni fallor, conterraneus] vir perquam doctus atque ingenioſus, in *Angliam* noſtram, videndæ regionis ergò, aſcenſum faciens, meque pro humanitate ſuâ viſens, ſermones inter cætera, de *Noëtilucâ Germana* intermiſcuit. Quo ex colloquio, cùm facile percepiffet me *veram Ejuſdem* materiam noſſe, atque operationibus circa *illam* haud parùm inſuſtaſſe; Aliquid etiam ſuggeſſit de gradu ignis, quod, poſtea à me recollectum, ſuſpicionem iniecit, *unicum* ignis regimien in fœlicem operis mei ſucceſſum deſuiſſe; quod eò magis ſuſpicabar, quoniam, propter ignem malè adminiſtratum, circa *Phosphori Balduini* præparationem, haud ſemel illuſi fuimus, non modò cum ſuper materiâ rectâ operationes noſtras inſtituentes, verùm etiam cum actu *ipſum* quandoque produxiſſemus. Quocirca, ad ejus à *Londino* diſceſſum,

cum aliqua materiæ portio *adhuc* mihi suppeteret, eouſque præparata, ut, nihil niſi *Ignis* adminiſtratio defuerit, quo minùs iudicium meum, de *viatoris* illius ingenioli ſtructurâ, ferrem; Curavi Experimentum iterari, ſed ſucceſſu novercante & prioris haud abſimili: Quæ infœlicitas, licet penu meum, præparatæ in operationem materiæ, plurimùm exhaustiſſet, non tamen ita animi ardorem reſtinxit, quin cum reſiduâ materiâ, *Experimentum* denuò redintegrare (pauſillâ admodû variatione factâ) obſirmatè ſtatuèrim: Quandoquidem verò etiam pro hac vice, ſumma, quæ adhibebatur, diligentia non potuit caſum infœlicem prævenire, qui id egit, ut experimentum non plenè votis meis reſponderet, aliquid tamen mihi ex naturâ rei pollicitus, perito *Laboranti*, ut vocant, cum dolore mihi renunciante effectum requiſitum nequaquam fuiſſe productum, fidem adhibere nolui: Ideoque ad *Laboratorium* ipſemet accedens, citò comperi, vel *aeris* ope, vel agitatione *materiæ* in Recipiens prolectæ, me, in loco tenebroſo, (etiamſi *tunc* tempus erat diurnum) aliquas *luminis* ſcintillationes percipere potuiſſe, quas haud parum me oblectaſſe, facile te conſeſſurum novi.

Habes jam *Historiam* proſecutionis meæ & conaminis circa *Phosphori Liquidi*, qui jam multo ſermone apud *Curioſos* increbuit, productionem: Ingenuè tamè fateor, ſucceſſum, utut in ſe gratû, ſcopum tamen, ad quem collimavi, non omnimodò attigiſſe; neque enim inde *Phosphorum* adedò *Conſiſtentem* prolicere potui, qui cum firmitudine *illius*, exiguam cuius portiunculam *Dominus Krafft*, ut nuper dixi, mihi oſtenderat, concertaret: Sicut autem volens eram, defectum hunc *Retortæ*, ante operationem peractam, *fatifcenti* imputare, ita *ſecundam* ditillationem, vaſe ſœliciori faciendam, diſpendium, recens dictum, compenſaturam, etiamnum ſpero; unde capax fierem *plura* & fortaiſſe nobiliora *Phænomena* de ſubſtantiâ noſtrâ *Lucidâ* detegere, quàm haſtenus in obſervationes meas venerint; præcipuè cum animadverterem, idem in fortunium, quod me (ut opinor) Nobiliſſimo operis fructu, *Conſtanti* ſcilicet *Noctilucâ* privavit, adedò *Liquidam* materiam, operationi adaptatam, profuſiſſe, ut pauſillula, tantùm ſuperſit, quam non auſus ſum, ne profuſus deſtituerer, Tentaminibus quibuſcunq; ſubjicere, tametſi Tentamina illa ad *hujus Luminis*

nis, ac forsan *Luminis* in genere indolem & naturam vestigandam, multum facerent. Veruntamen, quoniam observata quaedam me herere faciunt, ac subdubitare, *utrum*, licet vasculo minimè fatiscente materia tamen distillata portionè aliquam notabilem *Lucida* illius *substantia* progignere & quasi eniti potis esset, cohibeo me ipsum à Laboris tam operosi repetitione, donec, inter alia requisita, sufficienti materiae quantitate instructum, quæ vereor, ut tantillum desideratæ substantiæ in utero suo gerat. Ut cunq; se res habeat, *Experimentum* meum, quale quale, in illum usum dirigere fategi, ut, tamen *Noctiluca* inde producta, fortean quoad luciditatem, inferior sit Domini *Krafftis Phosphoro*, spero tamen *ipsam* (sensu *Baconiano*) æque *Luciferam* fore, cum, (ut postea videbis) substantiam adinvenerim, quæ aere, coque solo, in illius accensionem, momento etiam faciendam, indigebit.

Narrationem hanc punctiùs ac particulatiùs descripsi, ut exinde disceretur, (quod prolixitatis injuriam quadantenus refarciat) industrium naturæ exploratorem, non semper *difficultatibus* iis, ne dicam *frustrationibus*, absterri debere, quæ *Nobilis* cujusdam Experimenti prosecutioni ancillari solent, præsertim si persuasus fuerit, se, firmis rationum momentis innixum operationes suas instituisse.

Noctilucarum, præcipuè *Consistentium*, utilitates, saltem universæ, fortassis haud ita facile prævideri & explicari valent, potissimum à *me*, cui *adhuc* nec otium suppetiit nec facultas, beneficia & privilegia illa indagandi, quibus Corpora *ἀστροφῶν* (Luminum Patre cœlitus opitulante) cum tempore, communem vitam copiosius locupletent. Si *Lucida Noctiluca Constantis* virtus in statum multò magis vigorosum promoveri poterat (nec reclamatur ratio, cur non ita fiat) incommoda atque pericula multa præveniri queant, quibus *Naves* tam Bellicæ, quam Mercatoris haud rarè exponuntur, inde provenientia, quòd nautæ nonnunquam necesse habeant in Conclave Bombardicum, *Pulveris Pyrii* reconditorium, cum flamma vel lignæ communi, ad *Nitratum* cum *pulverem* illinc educendum, iruere; cujus, ex improvise flammam concipientis, effulminatu, *navigia* quamplurima, eaque celeberrima, evolarunt in auras. Accedit, quod *Lumen* nostrum forsan *urinatoribus*, in aquis, vel admodum profundis, usui esse potest, utpote quod tutè atque commodè, vel in *Ocea-*

num ipsum, ad quamcunque libet altitudinem, possit demitti, ibique diutissime detineri, ad allicienda Piscium examina, qui ad *Candela* vel *Ignis* Lumen, gregatim connatare solent, sicut notum est piscatoribus in variis *Scotia* atque *Hibernia* partibus, qui ex hac Piscium confluentia, uberes facientes capturas, lucrum inde liberalius reportant. Adhuc, substantia eadem *ἠνοτοφάνης* in *Aeria nostra Noctiluca* lumen exhibuit quod (utut languidulum, sufficiens tamen erat ad ostendendam condylorum meorum magnitudinem & figuram, cum noctu experrectus essem, nec non & in specie Literæ (in Alphabeto) majusculæ, e chartæ denigratæ, phialæ adæmentatæ, fragmine excusæ, sese prodendum) hoc, inquam, *Lumen*, verisimiliter etiam (saltem cum paulò vividius factum) noctis horæ indicandæ, cum quis expergiscatur, oculis haud ita lumini adsuætis, sufficere possit, si, vice Lampadis aut Candelæ pone *Indicem*, quo, figuræ ad connotandas Horas destinatæ, excinduntur, collocaretur: Hujus etiam ope, ductor itinerarius, vel navis exploratoria vel ad longam distantiam internosci queant, tametsi ventis ac procellis maximè sævientibus, idque noctibus summè tenebrosis. Eiusdem etiam *Noctiluca* ministerio, Experimenta varia, ex *Ludicrorum* Classe, admodum tamen lepida ac festiva, confici possunt, si cui fatis *eiusdem* suppetat, ad istiusmodi ridibunda descendere; istis verò nugamentis tametsi suo genere non contemnendis, datâ operâ prætermisissis, alterum etiam *eiusdem* usum, magnum quidem illum, sed vereor, ut in malas partes distorquibilem, perniciosum, celabo; nec amplius habeo, quod in præsens de *Corporum* horum utilitate dicere libeat, donec commodior dabitur eorum vestigandorum ansâ. Interea temporis, hoc solum innuere liceat, verisimile esse, substantiam tam *subtilem* ac *notabilem* ita tractari posse, ut commoda ejus, in rem *Medicinalem* accretura quosvis cæteros *eiusdem* usus particulares longè supergredierentur; addito etiam, quòd licet *Noctiluca nostra* nullo tali privilegio lætaretur, *ex se* tamen esse Pretiosam, modò, inter cæteras ejus dotes, ad *Luminis* naturam manifestandam (quod admodum probabile est) quomodocunque conduceret. *Luminis*, inquam, quod Argumentum cluit tam *nobile*, ut encomiis ejus plus temporis impenderetur, quàm in præsens erogare possum, cujus etiam elogia sup-
perva-

pervacanea forsan viderentur , cùm in animadversionem venerit, *Lucem* , ex rebus omnibus corporeis à supremo *Universi Demiurgo* fuisse primò conditam, cujus etiam productioni (*Illustrissimo Bacono* nostro, in aliud licet institutum, observante) Dies primus in solidum consecratur , absque quòd, quidvis aliud corporeum , creationis consortio *tunc* participaret.

Hiscè prælibatis , ad præcipuum *Chartula* hujus scopum progredior , nempe ut *Observationes* ipsas memorarem, factâ primò, in meliorem eorum intelligentiam , monitione , quam sic habe ; Tamen vereor, rem semper perdifficilem futuram, substantiam *αυτοφαῖν*, distillatione prolectam , absque jactura educere , in nostro tamen experimento , eò quòd vasa, usque ad operationem peractam, integra atque infracta non persisterent, difficultatem, supra quam *vel ipsi* rebamur , in materia *Lucifera* extractione, duplicatam experti sumus; ideoque ejusdem portiones , seriatim ac parcè admodum procedentes, Phialis distinctis excipere & custodire cogebamur , quarum *primâ*, etiamsi, partem *Lucida materia*, maximè vividam excepisse adjudicabatur , ob rationem tamen alibi memoratam , (addito etiam, quòd non esset in promptu, cùm in usum primò exposceretur) sepositâ , visum est *Experimentum* facere cùm *Noctiluca* , *secunda* Phialâ conservatâ, seposito etiam languidiore ac magis aqueo liquore, *tertia* Phialâ posterius excepto ; materia verò crassior super chartam (cui quædam liquoris portio , *Filtrationis* ergò , indita fuisset) residua, Phialâ *quartâ* includebatur , quæ licèt orificii latioris , (ut chartam unâ cum substantiâ *Lucidâ* adhærente intûs admitteret) cautè tamen obturata servabatur. De *Phanomenis* , Phialâ è quaternis, *secundâ*, observatis, nunc temporis *ὄν Θεῶν* Te faciam certiore, breviter tamen & succinctè, statuens insuper, nisi nimia festinatio interpellat, particularia quædam , quæ in *Noctiluca* portionibus , *Tribus* reliquis Phialis reconditis, observationi nostræ occurrebant, additare.



OBSERVATIONES

FACTÆ CIRCA

NOCTILUCAM AERIAM

Secunda ejus Phialâ contentam.

[*Notandum* : Phialam hanc , juxta conjecturam nostram , duas circiter aquæ uncias continendi capacem fuisse , attamen cochleare tantum unum , idque exiguum , nostri liquoris illi inerat.]

OBSERVATIO PRIMA.



Liquor ille , *Noctilucam Aeriam* progignens (qua de causâ , perinde ac brevitatis ergo , *Liquorem Lucidum* frequenter voco) tempore diu no , longè abfuit à *diaphano* . apparebat enim *limofus* & coloris cœlii , prope ad infiar Aquæ communis , quando , cinerum ligneorum admiffione , opacatur .

OBSERVATIO II

Tum *Lumen* nullum in *Phiala* apparebat , cavitatem ejus , à *Liquore* incluso ad collum , prorensam , *diaphanam* effè conſpeximus , quaſi nihil *Phialæ* inefſet , præter cochleare unum *Aquæ limofæ* in illius fundo .

OBSERVATIO III.

Liquore autem in *Luciditatem* vividam perducto , univerſa *Phialæ* cavitatis,

OBSERV. facta circa NOCTIL. AERIAM 15

cavitas, ab eo non occupata, externo lumine fumorum plena apparebat. Et hic quidem (ut videbatur) *sumus*, unâ cum *phialâ* Ipsum continente, in locum tenebrosum dimotus, *Luminosus* apparuit, & quandoque Flammæ re verberatæ, & per Phialæ parietes & ejusdem collum (arctè obstructum) in circulationem adactæ, persimilis; Quid quòd fumorum nubecula, Phialæ, externo lumine conspectæ, comes adeo frequens adhaesit, ut apertudo ejus in tenebris lucendi, inde dignosceretur: *Phialam* enim interdum contuens, ex albæ nebulae memoratæ præsentia vel absentia, prompte ominari potuerim, utrum materia in loco tenebroso, splendesceret, vel fecus?

OBSERVATIO IV.

Cum *Liquor* hic per tempus modicum (horam putâ unam vel alteram, & quandoque multò minus) loco quodam quieto atque tenebrososo, vel etiam in loculis meis fuisset detentus, si oculi mei in conclavi opacatâ, versus locum ubi *phiala* erat, obverterentur, nullum omninò lumen, inde promanans, deprehendere potui: Atque etiam si *Liquorem* satis valide commovens, ut in agitationem (ad minus) moderatam adigeretur, non tamen discernere valui, solam hanc commotionem, vel *liquorem* inclusum, vel *vapores* inde verisimiliter exhalatos, in manifestam Luciditatem perducere potuisse.

OBSERVATIO V.

Phialâ verò in tenebris deobturatâ, illicò *Lux* vel *Flamma*; juxta expectationem meam, in cavitate ejus conspici cœpit. *Lucem* voco vel *Flammam*, nil adhuc de illâ dogmaticè pronunciare, ausus; Tametsi enim cum *Flamma*, in nonnullis consentiet, nec omninò extra dubium ponitur, cunctas universim *Flammâs* necessariò *communibus nostris* omnimodè convenire (aliter me docente experienciâ, nempe quâsdam *Flammâs*, vel in vasibus probe obturatis, & ardere & propagari posse.) Ideò, perinde, ac brevitatis studio, hanc fumorum lucentium aggregationem, *Flamma* nomine (quæ & ipsa *Fumus accensus* ab *Aristotele* alicubi nuncupatur) salutabo; non tamen disertè asserens, nomen illud jure merito *ipsi* attribuendum, donec ulteriora *Phænomena* nomenclationem illam confirmabunt. Qualiscunque verò fuerit hujus *Lucis* indoles ac subjectum, Ipsa tamen à recenti aere maximum pendere videbatur, quod ex *Phænomenis* sequentibus verisimile adjudicavi.

OBSERVATIO VI.

Primò, Nunquam observavi, *Lumen*, vel in *Liquore* ipso vel in Illius super-

superficie, se primùm prodidisse, *Lucidationem* verò in superiori *Phialæ* parte, ab externo aere primò contacta, semper exoriam, unde progressionem faceret, motu quidem perceleri, non tamen ad eò instantaneo, quin oculi illam assequi possint, à summitate *Phialæ* ad ipsius fundum.

OBSERVATIO VII.

Secundò, Aeris contactus ad hujus sive *Flammæ* sive *Lucis* propagationem, aequè ac ejusdem productionem, necessarius videbatur. Si enim *Phialam* hac illac agitaram, (ut liquor inclusus obturaculum suberum vel madefaceret, vel aliquid saltem illi impertiret) cautè obstruens illud suber quaquaversum inclinarem (ita ut paucillæ admodum Aeris particulæ inter illud *Phialæ*que còllum, se poterant insinuare; ex utroque latere, ac (forsan) infra suber, quædam quasi *Flammule* apparerent, quæ, etsi admodum vividæ, non potuerunt tamen sese deorsum propagare; cum tamen obturaculo penitus sublato, atque inde majore externi aeris vi intromissa, *Flamma* vel *Lumen* (ut supra animadverti) dicto citiùs per universam *Phialæ* cavitatem se diffundens, ad Liquoris usque superficiem pertingeret.

OBSERVATIO VIII.

Tertiò, Quanquam *Lux* sæpè vividior prope Liquoris superficiem, quàm alibi, apparebat, (an quia *Lucida materia* majoris illic densitatis erat, non disputabo) nihilominus, cum ad *Phialæ* aperturam, è vestigio ipsam, *Flammam* vel *Lucem* extinguere satagens, reobturasem; generatim observavi, *Lumen*, quando pœnè evanidum (nec admodum diu fuit, quin in eò casu languesceret) in *Phialæ* fundo primùm disparere, atque inde paulatim sursum contrahi imminuique, donec in ejusdem *Phialæ* collo, (ubi aerem proximius attigit) profus expiraret.

OBSERVATIO IX.

Quartò, E contra verò, *Phialà* quantillum, uti per minutum unum vel alterum, deobstrui permisâ, etsi postea arctissimè eam concluseram, aer, ortum nactus se copiosius insinuandi, ità *Flammam* fovaret, ut per horas unam, alteram, atque aliquoties ternam durasse senserim.

OBSERVATIO X.

Quiatò, Denique *Elastica* quædam (ut videbatur) inclusi aeris particulæ, aut *substantia* quæpiam alia, consocium *flammæ* fomentum, propter

propter arctiorem in Phialâ, cum Liquoris emanationibus, incarcerationem absumivel corrumpi & debilitari videbantur: si enim, Phialâ, per aliquod conveniens tempus obstructâ, cavitata etiam ejus externo lumine *diaphana* apparente, cautè obturaculum extraxerim, *externus* aer avidè irrueret quasi *interni* Elaterium, ex flammæ, in materia n, quacum incarcerationabatur, operatione, insigniter fuisset debilitatum.

Quædam ex *Phænomenis* prædictis in memoriam mihi revocarunt. *Phænomena* etiam alia, in *Experimento* inusitato faciendo, *Custodisse* olim à me communicato, evenientia. Illic enim observavi (inter cætera) *Spiritus vitæ*, *Cupro* imprægnatum (justa modum ibi præscriptum) *limpidum & æscolorem*, duraturum, quamdiu *Phiala*, ipsum continens, arctè clausa distineretur: *Externus* autem aer in superficiem ejus intromissus, ita *ens*, (quandoque intra minus quam horæ minutum) afficeret, ut brevi admodum (sæpe non ultra minuta quadam) in colorem *Liquido-carnieum* transformaretur: postea verò, *Phialâ* strictè conclusâ, & in loco tenebroso detentâ, Liquor inclusus per gradus in statum *diaphanum* abiret, necnon & aer, unâ conclusus, quoad vim ejus *Elasticam* debilitari solebat. Quinetiam, sicut coloris mutatio, ad Liquoris superficiem, ubi *aer & liquor* mutuo se attigerint, producebatur, inde postea *deorsum* propagata, ita cum *æsculeus* hic color disparere inciperet, Liquor *primò* manifestè *limpidus* evasit, ad vel *prope* Phialæ fundum, (i.) partem ejus ab Aere superiore longius distantem.

Sed ut ad *Noctilucam nostram* revertar, *Quinque Phænomena* jam recitata, cum quibusdam aliis, conjecturæ meæ, nuper propositæ, de *Interesse Aeris in Flammâ nostrâ non comburente*, patrocinari videntur. Ad quam quidem *conjecturam* examinandam, minus commodum judicavi, in experimentis præcedentibus, *Noctilucam* magis *vigorosâ* uti, satius existimans, substantiam eligere (qualis est, quam *adhuc* in usum adhibuimus) cujus in accensionem proclivitas atque aptitudo *hebetior* foret languidiorque, aded ut, cum adhuc in luciditatem minimè excitata, & *opaca & tenebrosa* permanferit, manifestè exinde sequi videretur, aerem in actualem, ejusdem materiæ ritè dispositæ, lucidationem penè ex necessitate concurrere debere; quæ quidem lucidatio accensione ex aeris conatu semper eveniebat.



DIGRESSIO OCCASIONALIS.



UI autem causæ hæc Aeris efficacia (sive concursus) in acceptis referenda sit , *Problema* est (me iudice) ita involutum , ut *cogitationibus* meis pœne crucem fixerit ; pro cuius etiam *solutione* , saltem tolerabili , conjecturas *varias* commentus sum , quarum *hanc* vel *illam* , quæ minus mihi displicebant , non gravabor tibi communicare :

Haud improbable existimavi , intromissum aerem , vel sale aliquo subtiliore , in se nidulante , vel tali quapiam de causâ , in fumis , quibuscum commiscebatur , *fermentationem* quandam , aut (si mavis) commotionem excitasse , quâ ratione materia tam vividam agitationem acquisiverit , ut motus , usque ad oculum propagatus , sensum illum feriat , ibique impressionem faceret , cuius *sensatio* aut *perceptio* Lumen appellamus : quamvis etiam haud improbable videbatur , nonnullas *subpervenientis* aeris particulas , ita se cum congruis , istis , & sibi affinis , in Phialâ rusticantibus adsociari posse , ut ex isto coalitu , corpuscula quædam producerentur , apta nata à subtili ætheris materiâ (quâ pori aërii abundant) ita pervadi & perniciousiter agitari , ut inde *lumen* progigneretur . Nec *novum* nihil videbatur , aerem , exhalationibus subtilissimis , quæ visum nostrum fugiunt , sese adsociare posse , atque unâ cum iis ad Concretiones novas producendas concurrere : Cùm & *se* haud semel *volatilem ac sulphuream* Liquorem , colore cum *Rubino* concertantem , preparaverim , qui , Phialâ diutule obstrui permittâ , id agit , ut vacui vasculi cavitas *transparens* videretur ; deobturato autem vase , accessuque externo aëri permisso , confestim fumorum alborum , opacitate nebulam supergredientium , congerie plenus videbatur . Quiddam etiam simile , gradu licet inferiore , observare est , cum vasa *Spiritu Salis* ac *Aqua Fortis* ex parte repleta , deobturemus , modò Liquores isti *salis* , non tamen ultra debitum modum , rectificarentur ; Tunc enim aeris contactus statim committet , ut *prior* fumos albidos , *posterior* , verò nunc rubeos , nunc aliter coloratos eiecitaret . Quod si ulterius etiam chartis committere ausim , quod Humani generis amor , vel amicos amicissimos , me cogit celare ; Instantiam , dare possem , de mira aeris , ad vehementem motum in materiâ apte dispositâ excitandum , efficacia , etiamsi materia ista consistentiam habeat longè minus probabilem in talem agitationem cieri , quàm *Fluida Phosphorum* nostrorum *substantiæ* . Corpus enim novi , (expertus loquor) acidum , atque

ea soliditate præditum , ut sit pulverizationis capax , quod , etiam cum actu frigeret, partes suas, ad merum aeris communis contactum, intra pauca minuta eò agitationis perducì finet , ut calor ejus summè intensius, paulò infra corporum quorundam actu ignitorum calorem subsidat ; ex quo etiam, si allubescat , ulteriori aeris actione , aliquid Luminis elicere possum.

Veruntamen adversus conjecturam hanc, *De causâ aeris in Noctiluca, nostrâ luciditatem concursus*, gravis hæc, inter alias, me subiit *objectio* , quæ è *Noctiluca* solida, pridem à Domino *Krafft* demonstrari memoratâ, defumi potest, quâ luciditas, utut *Phiala*, Phosphorum continens, constanter obstruebatur , attamen (diu saltem) perdurabat. Argumentationi istî hæc occurrebat responsio, nempe , numerosas lucidæ substantiæ particulas, confertim in spatium paucillum detrusas & quasi coarctatas, in talem *Diathezin* perducì, ut redintegrato externi aeris adminiculo ad luciditatem suam continuandam , minime indigerent ; vel quia intestinæ earum motiones satis *ovida* extiterunt , ad partes materiæ , cui associabantur, minutas discutendas, adeoque ad tot minutas aeris particulas identidem successive generandas extricandasve, quot massam, ad quam pertinebant, ut in statu *luminoso* periret , satis instruant. Quæ quidem conjectura inde illustrari potest, si advertatur, quòd, etiamsi flammæ communes sive *culinariæ* , abique aeris recentis fotu illicò extinguerentur , alibi tamen *Experimentum* quoddam recito, de *Composito*, ita, ad generandum, quanto opus habet , aerem , adaptato, ut sæpius, illud accendi atque in flammam abire, vel in *vacuo Boyleano* , (ita vocant inanitatem Antliæ nostræ *Pneumaticæ* factam) compererim.

Alia etiam reciprocari possunt argumenta ex utraque parte *pro & con.* de proposito rationum anguratu , quomodo aer ad *liquida* nostrâ *Noctiluca* accensionem concurreret, spero tamen non abs re fore, hoc additare, scilicet, aeris forsitan concursus in *utrumque Phosphorum* tum *Fluidum* tum *Consistentem aliquosque* conducibilem esse , *externum* verò aera non nisi in *prioris* productionem esse *necessarium* , eò quod *Phosphori posterioris* particulae, texturam forsitan instar Ligni putris, aut potius *Asellorum*, vel Liquoris, ex Cicindelâ post mortem, eduçti, acquisivisse potuerint: In eo enim statu , (quicquid alii contrâ scripserint) succum illum per horas quamplurimas (ne dicam aliquot dies) *Luminosum* conservavi ; satis etiam concipi potest, in *Noctiluca Consistenti* , propter ingentem numerum summamque partium exilitatem, unâ cum unctuosa earum tenacique viscositate, massam, quam *coagulant* , multò minùs dissipabilem fore, quàm illam , quâ *lucida* ligni putris , vel succi è mortuis cicindelâ desumpti, virtus resideret: Hæc conjectura ulterius confirmari potest, si rem *Phænomeno* nostro valde Analogam observemus, me scilicet comperisse, *Lumina* quaedam in putridis corporibus adeò debilia fuisse languidaque,

ut quatuor primum aere in solidum privata, instar *Noctiluca nostra fluida* lucis (longè tamen citius) disparerent, sicut in quibusdam ligni putris fragminibus aliquoties expertus sum; e contra verò, alia tam vigorosam & ne naxem *flammam lucens* eiecitirasse, ut ad instar *Constantis Noctiluca* splendoris, tametsi forsan vigore paululum imminuto, utut aere a Machina nostra Pneumaticâ diligenter exhausto, usque persisteret. Atque hac data ansa, *Experimentum* aliud in memoriam revoco, præsentis nostri, de *Lucis* vel *Flamma* productione, Phanomeno, supra prædicta omnia, magis affine: Cum enim pisces quosdam in Phialâ, aere exinanito, eoque datâ operâ tenuissem, donec eo putredinis perductos concluderim, quæ ordinariæ piscium istiusmodi illa anni tempestate, *Luciditati* producendæ sufficeret, ne minimam quidem *Lucis* stricturam in cavitate Phialæ percipere potui; post autem ingressum externo aeri permixtum, illico (juxta expectationem meam) in materiâ proximè dispositâ, quædam quasi *flammula* accendi, aut saltem manifestum lumen produci videbatur. Quid quòd & plurimum faciat ad ostendendum, Discrimen hoc corporum luminosorum nuper memoratum, *Graduale* solummodo esse posse, si hic loci commemorem, me experientiâ didicisse in ejusdem speciei corporibus, *Cicindelis* putâ, aut *lignis*, consimilis speciei *purridis*, lumen, si non nisi debile esset, evacuato aere, prorsus disparere, aerem verò readmissum statim illud restituere, sicut in *Phosphoro nostro Aërio* evenire solet. In istis verò *Individuis*, quibus *Lucifera materia* majore copia, vigore, & fortassis etiam tenacitate polleret, externi aeris absentia aliquotisque *lumen inanimaveret*, nequaquam tamen prorsus aboleret. Quod etiam in *Consistenti Domini Krafftis Noctiluca* accidere potuit: etiam si etenim, absque renovatâ externi aeris accessione *lucere* solebat, *lumen* tamen ejus agilius ac vigorosius extitisse, modò ejusdem aeris suppeditis adjutum, idè inducebar ut crederem, quòd (ni fallat memoria) cum possessor ejus ad Curiositatem meam gratificandam, semel ipsum e Phialâ, usitato ejus reposito, emisisset, ex aeris operatione, manifeste fumare ac imminui, & notabiles alios caloris actualis effectus producere ordiebatur; Cum enim Hoc, tempore diurno fieret, idque in conctavi unde *lumen* non poterat excludi, non potuimus expectare, quodvis *lucis* augmentum visui nostro expositum iri, tale autem incrementum *revera* extitisse, e rebus jamjam memoratis, quæ augmentationem talem usitatò comitantur; probabiliter concluderetur.

Observata talia, atque reflexiones, me inclinant ut credam, *Noctilucarum nostrarum* lumen, ut generatim loquar, a peculiari quadam, eâque admodum vividâ, exilium quarundam *lucentis materiae* particularum, agitatione dependere: quæ quidem particulae, nanulae plane ac minutæ, ita quoad molem, Figuram, & Texturam fiant, modo peculiari, idoneæ, ad æthera contiguum in oculorum nostrorum, fundum impellere, ut non

inverisimile mihi videbatur, externi aeris, recens intromissi, contactum, ad peculiare hoc agitationis genus producendum, plurimum conferre, in *Gummosâ* quidem *Noctiluca* tanquam, quid auxiliatorium; in *Aeria* autem, opem ejus esse *ferè necessariam*. Utrum verò *Aer*, in hunc effectum concurrat, *prout* agilem, in humidâ, quam invadit, materiâ, commotionem excitat? *sen*, utrum peculiarem ifaciat ejusdem dissipationem; *sive*, an aer, vel subtilis quædam substantia in eo delitescens, hac occasione, pro *vitali spiritu* se gerat, qualis scilicet non modò *flamma communi*, sed & *ei*, quæ in Animalium vitam conservandam requiri supponitur, necessarius reperitur? *Vel* demum, utrum admissi aeris corpuscula, cum *is* à Liquore crassiore exhalatis, ita coaduniantur atque coalescant, ut inde, ad vehementem agitationem, ab ætheriâ aliqua substantia pervadente, suscipiendam, apta fiant? *Verum*, inquam, Aeris in *Phanomenis* nostris efficacia, prædictis omnibus, aut cui vis eorum cunque, vel causæ alteri peculiaris ac pervividæ agitationis, (quæ, ut generaliter loquar in luminis productione primatenere videtur) accepta referenda sit? Ulteriori scrutinio discutiendum relinquitur.

Sed oblitus eram Confisium meum eò collimasse, ut observationes non Hypotheses describerem: Et reverâ, *Historica* Narrationis nostræ de *Phosphoris* pars, majori pollet certitudine pariter atque utilitate, quàm conjecturæ adhuc nostræ assequi valent: Quod ideò loquor, quia etiam si eas non omninò suppressendas judicavi, eo quod stricturas quasdam ulteriorum speculationum tibi suggerere possint, vera tamen *Problematis* illius, *excursioni* huic occasionem ministrantis, *solutio*, futuris forsan *experimentis* atque observationibus in tantum dependere possit, ut, licet non sit *adverum*, *Phanomena*, olim ex istis operationibus proventura, *conjecturis* jam *propositis* favere, perquam tamen *verisimile*, est causas mihi dehinc occurrere posse, cur *Conjecturas* illas pro *Hypothesibus certis*, longè ab *is* discrepantibus, commutarem.

Quocirca ad *Historicas* nostras Observationes regredior.

OBSERVATIO XI.

Quanquam in *Phialâ*, moderatè agitâtâ, luce profus evanescente, *Liquorem* ne in minimam quidem *Luciditatem* perducere potui: *eadem*, tamen paululum deobturatâ, flammâque inde in cavitate ejus accensâ, tunc exreagitatione quadam, licet languidiùs, quam prius, factâ, lumen manifestè augeri visum est.

OBSERVATIO XII.

Si quandam Liquoris nostri adhuc in statu suo *illucido existentis*, portiuunculam vel manus meæ, vel Ipsius *Phialæ* obturaculo imponerem, sæpe

illic *torpide* jaceret, nec tantillam *Luminis* scintillationem dispendens; verum si vel digito, vel aliquo quovis apto corpore aff. icuissim, in *Luminationem* prorumperet, eamque *viridior*, quam quæ in Phialâ, arcè conclusâ collo, unquam ab illo liquore exerebatur; Quamvis & *Lumen* hoc *viridum*, donec materiâ, in qua residebat, continuo *effor.* aff. icta, identidem in *flammam* & quasi *subgestrationem* abire videbatur, atque non modò nares, fortè quidem & ingrato, odore ferientem, sed etiam fumi nebulas, ad instar flammæ ordinariæ atque culinaris manifestè emittentem. Et cum liquorem *extravasatum* afficere desisterem, cessavi etiam diutius ejusdem *Lucidatis*, donec ad refrigerium rediens, *Lumen* denudò elicerem. Hæc tamen *Lucendi* virtus paulatim languescere ac debilitari cœpit, ita ut ulterior affricus, incassum attentatus, *Lumen* nullum proritare potuerit.

OBSERVATIO XIII.

Liquoris nostri, quando excitati, *lumen*, quoad gradum, cum luciditate in quibusdam ligni putris, non ex *viridissimorum* classe, generibus, a me observatâ, concertare videbatur; cumque corporibus, nigro colore inbutis, circumdaretur, *Luminis* ejus reflexio, ab iisdem percussis, paucillula admodum & vix ulla visa est; Corpora verò summè albicantia, propius admota, manifestè ab eo illustrarentur, præcipuè si oculus diu in locis obscuris detentus (unde *pupilla* ejus, ex dilatata apertura, capax fieret radios numerosiores intromittendi) vel languidorum lucis impressionum magis erat susceptibilis; adeò ut, cum noctu decumbens, *Phialâ* juxta lectum positâ, & tempore antelucano experrectus, tam *Phialam* quam caput meum inter lodices recondidissim, *lumen* admodum notabile mihi videbatur, & aream, cujus Diameter pedem excessit, illustrabat, fortè etiam latius se diffusurum, nisi intra lodicum carceres fuisset conclusum, quarum etiam albor percussus inde *lumen* delectabundâ Phasi exhibereprehenderim. Cujus etiam *Luminis* ope, facile potui digitos meos, unâ cum annulo, eorum alteri circumgestato, discernere, etiam si *adamantis* subrubicundi, nec non & *Paris Smaragdini*, in palâ ejus infixorum, colores, non potui ritè distinguere.

OBSERVATIO XIV.

Quod ad lumen internum, *Flamma*, Phialâ nostrâ inclusa, erat *opaca*; eò enim temporis, cum observationem nuper recitatam fecissem, perinde ac vicibus aliis, digitum meum, cum substantia *lucida*, inter illum oculumque meum, interponeretur, nullo modo discernere potui. Quoad verò *Lumen externum*, *Flamma* sive *Lucida* materia, *Transparens* visa est, namque in luce admodum languidâ, quæ libri, mediocri formâ excusi, lectioni vix suffice.

fufficeret, *Luminosa* Phialâ inter oculum meum & fenestram detentâ, digitum ulteriori Phialæ parieti adpositum, plane percipere potui, licet oculo meo inter *illam* & *lumen* collocato, diaphaneitas illa aliquantulum imminueretur, eò quod cavitas ejus (ut priùs notavi) albicanti quasi nebulâ compleri videbatur. Quid quòd eandem *Transparentiam* fumosque albidos in iisdem effluviis *Luminosis* vel *flamma* deprehenderim, sive Phiala inter lumen & oculum interposita conspiceretur, sive oculus inter lumen & Phialam intercederet; hoc etiam eveniebat, si loco luminis diurni, Candelæ lucem substituerem.

OBSERVATIO XV.

Locum commodum, atque diem serenum, sidumque nactus; circa meridiem, Phialam in fenestra versus *Austrum* aperiente, collocatam, ibi per satis longum tempus radiis solaribus expositam reliqui, experturus, *utrum* radii isti, sive agitatione, sive secretiore quapiam naturæ affinitate Liquorem *Luciferum* vel ejusdem *effluvia* in accensione profiterent. Talem tamen effectum nequaquam sensi, quod inde præcipue collegi, quia *albicantes* nullos aut *nebulosos fumos* in cavitate Phialæ percipere potui; nolui enim oculorum meorum *videlicet* nimium fidere, qui licet nullum in obscurissimo conclavis angule *lumen* sentire possent, suspicabar tamen illud evenire potuisse, propter oculos diei tunc ferentioris claritati adfuetos, unde impressionum, à Lumine languido provenientium, minus susceptibiles fiebant.

OBSERVATIO XVI.

Cum Spiritus *Acidi* & *Alcalizati* a *Chymistis* inter substantias maximè subtiles atque operativas connumerentur, quæ è corporibus mistis, distillationis ope, elici queant; operæ pretium duxi, sapore judice, experiri, *utrum* liquor noster *lucidus*, particulis quibuscumque *utriusque* generis insigniter abundaret? Idque propter, Liquorem, linguæ meæ ad rovens, nullam *Aciditatis* speciem præbere sensi, nec magis *Alcalizantem* percepi, ita enim *Spagyrici* moderniores, salia illa volatilia, spiritusque à Cornu cervino, sanguine, rebusque cæteris, ad Animale regnum pertinentibus, prolecta, nuncupant; sapor autem ejus aliquousque *Empyreumaticus* videbatur, nec is quidem usitatus, sed penè *Sp. Crudi Tartari*, gustatum referens; Odor verò, olei cujusdam *Empyreumatici*, admisto quasi urinae veteris foetorem, odore representabat. In ulteriorem etiam examinationem, nonnullas *Syrup. violarum* guttulas, coloris cærulei, chartæ albæ fragmentulo demitti, addito Liqueoris *nostris* paucillulo, atque ambo cum extremitate digiti unâ agitans & commiscens,

cens, ex istâ autem commotione, *Crama* non omnino in viriditatem abiit, quem tamen effectum vel quadrantaria *Spiritus C. C.* vel sanguinis, vel alterius spiritus, sale minolo, aut (ut quorundam *Philosophia* indulgeam) *Alkali volutiti*, abundantis, portiuncula certo certius produxisset. Aliam etiam Experimenta feci, sed exiguis liquoris portiunculis in operationem adhibitis, (tantillus enim suppetiit) quæ huc, cùm prioribus, reciderunt, ut Liquor, vel ad *Acidorum*, vel *Alcalinum* regnum manifestè pertinere, non inde evinceretur: Tametsi forsân idem dici nequit de *unicuique* Liquoris portionibus, sive densioribus sive magis aqueis ac dilutis, quæ, variis ignis administrati gradibus, & circumstantiis aliis discrepantibus, è materia, *Noëtilucæ* exhibente, prolici possunt.

OBSERVATIO XVII.

Quandoque, cùm, curiositatis ergò, *Phialam* ita validè agitaveram, ut totum *liquoris* corpus ab ipso fundo internis ejusdem parietibus circumcirca adhereret, cum jucunditate observare potui, quamplurimis in locis exigua quædam granula vel corpuscula ad materiam opacam, quæ in *liquoris* compositionem concurrebat, pertinentia, hæc illac internis *Phialæ* lateribus adherere; quæ quidem corpuscula, cùm *Consistentis* non *Fluidæ* naturæ essent, ideoque forsân verisimiliter majori densitate prædita, quam partes *Phosphori* tenuiores, scitè admodum & distinctè elucebant, stellulas valde minutas, aut potius radiantes ignis scintillulas representantia, quorum etiam lumen satis vividum agileque fuit, ut distinctè observaretur, tametsi, Flamma, ipsis contigua, cavitatem *Phialæ* complens, in obscurationem suam contendere videretur. Quinetiam, *lucida* illa corpuscula consueque peculiarem suum vigorem retinuerunt, quamdiu placuit contueri. Quorum egregius vigor, unâ cum duratione longiuscula, ipam mihi non mediocrem injecerunt, *Experimenta*, hucusque proventus, si ulterius prosequerem non penitus contemnendas *Consistentis Noëtilucæ*, quantitates inde posse lucrificari, quæ propter densam, tenacem, aliameve peculiarem partium indolem, cum *Constanti Domini Kræfftis Noëtilucæ* pius dicta, splendore suo conferri possint.

OBSERVATIO XVIII.

Cum volens essem experiri, non tam quid *æer* aut *agitatio* facere possit versus *Liquoris* ipsius *Noëtilucæ* nostræ *accensionem*, (de exhalationibus enim ejusdem, in *Phiala* incarceratis, excicandis, ex parte jam dictum fuit) verùm quid *Aqua* in ejusdem *extinctionem* contribuere? Idèdè

Ex-

Experimentum feci, post vigorem illius temporis ac plurimorum Tentaminum injuriâ, multò diminutum; ac proinde, Phialâ, in loco tenebricô, deobstruâtâ, digitiq; extremitate incluso liquore madefactâ, percipere non potui (sicut quando liquor recens distillatus fuit) sensibile aliquid *Lumen* inde ejaculetum iri; Quo circa digitum madefactum manui alteri per momenta pauca paulò agilius adfricans, tam partem manus affictam, quàm digitum, *Flammulâ* adornari offenderim, quæ tamen si, digito Aquâ (quæ fluidò in promptu erat) immerso, *luce* illico evanescere, extingui videbatur: extractum tamen digitum absque ulla arefactione, denudè manui, ut prius, affricans, *Lumen*, (non secus quàm expectaram) iterum reapparere incipiebat.

Præter *Phænomena Lucifera* nostræ materiæ præcedentæ, quæ quasi *regulariter* oriebantur, dabatur etiam *Anomalon* quoddam ac minis expectatum, quod *seruassè* (non enim enim absque ulteriore observatione *fidenter dicere*) ad chartulam, alibi publicatam, *De lucenibus quibusdam Aeris qualitatibus*, referri mereretur.

OBSERVATIO XIX.

Phænomenon ipsum ita se habuit, Cùm, nocte quadam, Phialam (sæpe præmemorata) ad ostendendam viro cuidam *Ingenioso* luminis productionem, aperuissem, subito *Ipsam* reobturans, loculis meis usque ad decumbendi tempus inclusi, quâ juxta lectum meum (ut sæpe prius feceram) positâ, ac lucernis e cubiculo exportatis, *lumen*, ejus durationem non ultra horulam expectaveram, satis *vividum* adhuc persistere sensi; tum verò Phialam, paulò agitatam, priusquam me in *somnum* composuissem, usque ad expergefactionem matutinam, seposui, tunc denudè contuens, oculis meis (per aliquot horas *Lumini* defunctis) *vigoroſe* magis, quàm unquam prius, lucere videbatur, adcò ut inter tempus pridianum, quo illam aperuissem, usque ad conspectionem matutinam, ultimâ vice factam, duodecim horarum spatium intercesserat, quâ totâ intercapedine *Lucidatio* ejus perdurasset; Ad quam eadem durationem, utrum inustatus particularis ejus noctis tepor aliquid contulisset, nil statuam: addam, potius *Phænomenon* hoc, etsi rariùs obveniens, ultra unicam tamen vicem, observatum fuisse. Alio enim tempore, cùm *Phænomenon* idem occurrisset, *lumen* ultra quindecim horas, sub observationem meam venientes, permansit, quousque verò idem splendor diutius persistere potuisset, obstaculum quoddam interveniens non permisit advertere. Hæc verò circumstantia momentosa videbatur, scilicet, longam hanc Flammæ nostræ *durationem*, post reliqua *Tentamina* atq; operationes peractas, accidisse, cum tamen exinde *Lucifera* materiæ vigorem, plurimum labefactari ac imminui, cum ratione expectari possit.

O B S E R V A T I O N E S
O B S E R V A T I O X X .

Phænomeno, jam dicto, chartis commisso, sperassem me observationibus iis peculiariter ad *Noctilucam Aeriam, secundâ* nostrâ Phialâ contentam, pertinentibus, (de quâ hætenus tractavimus) coronidem imposuisse, cum ecce, pro candore *Philosophico*, Phænomenon aliud addiditæ constringor, *insolens* quidem illud, & ingratum: Quod sic accipe, Postquam prædictas observationes, & quasi Scholia, mediante *secundâ* nostrâ Phialâ, factas absolvissim, nocte quadam ad eam accedens, ut ex aperturâ ejus amica cuidam amicissimo *Luminis* productionem commonstrarem, nullum omnino *lumen* (quod malè me multavit) productum conspexit, etiamsi liquorem conclusum agitaveram, Phialâ etiam per aliquod tempus deobturatâ: adeò ut familiaris meus, sinistrè de me concipere potuerit, nisi me intimiùs novisset; postea verò guttula quædam *liquoris* extravasatæ ac manui meæ affrictæ lumen sive flammam tâ vividam exhibuerunt, ut amico meo, de possibili *Noctilucæ* veræ productione, tunc temporis hærenti, satisfactum sit: Ab istocce verò tempore, Phialam, ad meram ejus apertionem, lumen nullum emittere, non comperi; *an* quia imperita ac damnosa *Ardelionis* cujuspiam curiositas, me inscio, & illusa cura mea, Liquorem corruerit? *vel*, quod magis verisimile, *tantilla* ejus (quam initio habui) portiuncula, tot variis Tentaminibus exhausta, adeò effœta reddebatur & quasi evigorata, ut futuris operationibus non sufficeret. Quod gratulor mihi non evenisse, priusquam observationes ante recitaret de illo sumptæ fuissent. Cum autem in Observationum earum *unâ*, sub conjecturam venit, *nam* ex præcipuis rationibus, quâ *Aer* ipse in *Noctilucæ* nostræ luciditatem concurrat, in hoc consistere, prout scilicet vehemens, quoddam commotionis genus in partibus ejus excitaret, consultum duxi experiri, *urum*, etiamsi, merâ agitatione incassum tentatâ, utpote ad excitandum, inefficaci; actualis tamen calor, quo partes vehementiùs & magis diversimode in agitationem cierentur, aerem non adjuvaret in effectus productionem, quem aliter ex se præstare non potuit. Quocirca Phialam nostram, igni admotam, eoque illic detinui, donec moderatum calorem nacta esset, tunc paululum agitans atque in loco obscuro deobstruens, exhalationes, cavitatem, ejus occupantes *Lucere*, ut prius, sensi, *Lumine* tamen adeò instantaneo, ut eodem panè momento expiraret; etiamsi verò quandoque post deinde appareret, nec *vividum* fuit, nec ultra horæ minutum, ne dicam semiminutum, superstes, tamen, recens aer, tunc ingredi permixtus, durationem ejus nonnihil producere atque elongare visus est. Quamdiu autem materia nostra, indolem in accensionem, etiam hisce mediis, excitabilem, retinebit, Experientia sola determinare potest.



OBSERVATIONES ADDITITIÆ,

CIRCA

NOCTILUCAM AERIAM.



EMINISSE potes, me, viginti *Observatis* precedentibus viam sternentem, prius commonefecisse, materiam *Luciferans* distillatione nostrâ prolectam, *droceris* Phialis minoris, fuisse exceptam; eò consilio, ut ipsam meliùs conservare possemus. Cùm verò portiuncula, *secundâ* Phialâ *excepta*, *Phænomena*, adhuc recitata, nobis exhibuerit, opportunum jam erit, etiam *et* Illa adnectere quæ, ex consideratis *materia luminosa*, *cæteris* Phialis contentæ, portionibus, recentius occurrerant, additis etiam, quibusdam *consimilis* substantiæ *Lucida*, *aliâ* *ratione* præparatæ, *Phænomenis*. Tametsi verò observata hæc numero prioribus inferiora sint, necnon & eorum pauca, quibusdam ex iis affinia, non tamen hic verebor illa subjungere, tum quòd eorum *pleraque* nova cluant, tum etiam quòd, quæ isto privilegio non gaudent, ad nonnulla tamen ex observatis antecedentibus confirmanda elucidandaque conferre possunt; ut sciam, haud ita facile fore iudicatu, *Qualia* *Phænomena* vel *usui* esse queant, (vel secùs) ad *Hypothesin* circa Argumentum *novam* pariter atque *singulare* vel eudendam vel propugnandam, de quo nulla *adhuc* *Hypothesis bona* (quod sciam) formata aut constituta fuit.

Exigua Liquoris portio (cochleare unum parùm excedens) quæ ut primò excepta, ita *optima* etiam, quam servare potui, adjudicata, in Phialam Cylindricam, oblongam, atque aliquatenus tenuem, e vitro diaphano vel, ut vocant, Crystallino elaboratam, immissa, *Phænomena* sequentia nobis præbuit.

D 3 OB.

OBSERVATIO I.

Haec ita diu post Liquorem Limosum (talis enim oculo apparuit) Phialæ infusum, adeò vivide luminosus evasit, (fortean, maximum ab æris tanti, in transfusione suâ, obviam sibi facti, contactu ac insinuatione) ut non modò vigorose *eluceret*, sed & *luciditatem* suam per *decem* horas, me consueque observante, continuò retinuerit: quousque autem in statu illo *lucido* perdurare potuit, avocamenta alia observare prohibuerunt.

Experimentum hoc objectionem mihi suggerit, quæ nisi memoriâ excidisset, ad Charta præcedentis exordium & proponi & dilui debuerat; Cum enim materiam nostram *Luciferam* minùs propriè à me *substantiæ sponte Lucide* nomenclatione salutari, quibusdam videri possit, eò quòd citra aeris openi atque interventum in *Luciditatem* non perduceretur. Respondeo, non obstante isto præjudicio, nomen tamen illud jure merito *materiæ* nostræ convenire, ut significarem, *Lumen* inde promanans, minimè ab *externo* aliquo lucido mutuatum, (quod in *Lapide Boloniensi* & in *Baldvini Phosphoro* obvenit) sed quasi ab *interno* quodam *Luminis* principio proficisci. Quo nomine, *Candela* vel *pruna* ardentis flamma inter Corpora *ex se lucentia* sine scrupulo connumerari solent, tametsi earum neutra vel *accendi* vel *durare* in accensione suâ, nec per pauca quidem minuta, valeat, absque renovati aeris adminiculo. Cum tamen *Noctiluca* nostræ *Phænomenon*, jamjam memoratum, satis evincat, preparatam nostram materiam, vel breviusculè (putà per paucilla solùm minuta) ab aere impregnatam, per multas horas in *lucendo* duraturam; vitro, quo hospitatur, arctè concluso ut aeris recentis suppetias ipsi communicandas penitus prohibeat excludatque.

OBSERVATIO II.

Cum ex observationibus antecedentibus *quintam*, cum nonnullis aliis chartis commisissimam, non vacavit rationes, quæ *Aeria Noctiluca* productionem me attentare propellebant; punctim eventilare; nec etiamnum, præ temporis angustis, in speculationes super eodem argumento prolixiores *excurrere*: Historice tantummodo renunciare contentus, quod, præsumens, materiam, in *Phialis* nostris *Cylindricis* inclusam, ac mox in *luciditatem* perducibilem, non tam Liquorem *ipsam* futuram, quam *aggregatum* quid, ex talibus ejusdem effluviis, quæ ab aere affecta atque excitata, in lucendi actum prorumperent, hoc, inquam, præsupponens, æquum duxi, Quomodo aer in Liquoris hujus magis vigorosi *exhalationes* operaretur attentè ac diligenter advertere; Ac proinde
Phialæ

Phialâ caute deobturatâ , licet haud ita post iterum obstructâ , commotionem magnam in *Ipsius* cavitate , à Liquore inoccupatâ , cieri deprehenderim : Exhalationes enim jam Lucidæ , agili ac pene circulari motu per vitri parietes rotari , & quasi turbinem , impetuose illum circumagentem annulari videbantur ; quæ quidem renovata rotatio , non modo palam percipiebatur , verum etiam diutius , quam quispiam suspicaretur , duravit : tam insignem tumultum aer , in *Liquoris* effluviis & forsan in contiguis *Ipsius* partibus concitasse visus est : Cessante autem motu hoc inusitato , *lumen* ipsum inextinctum : usque perseveravit , quamdiu verè perdurare potuit , non habui occasionem observandi .

OBSERVATIO III.

Utrum motus ille vertiginosus , observatione nuperrimè factâ , memoratus , originem suam ex eo quod sequenti *Phenomeno* evenit , saltem ex parte , debeat , nil statnam : Hujusmodi autem erat ; Phialæ nostræ obturaculo , in loco tenebroso , caute extracto , post cessantem ipsius ad longum tempus *lucidæ* , aeris externum in cavitatem ejus cum strepitu irruere , deprehendi , idem motu adeò celeri ut (fateor) mirationem mihi injecerit , planè , ac si flamma præcedens , tametsi non ad sensum calida , ad modum tamen flammarum culinarium , inclusi aeris *Eluctera* , tam insigniter debilitasset , ut universa externi aeris , cui , amoto jam operculo , exponebatur , pressuræ resistendæ , plane impar redderetur . Nil tamen , sicut dixi , statnam , utrum hæc aeris irruptio , in circulares effluviorum lucidorum motum , præcedenti observatione memoratum contribuerit , vel secus : nam licet , verisimilitudo pro parte affirmativa militare videtur , tamen nec necessariam nec unicam fuisse motus hujus turbinosi causam , inde conclusi , quod quandoque , nullâ tali Aeris irruptione à longo tempore præcedente , *Lucidæ* materiæ , in Phialæ cavo , circumgyrationes observaverim , quæ proinde circulatio ac motus ab alia quapiam causâ proficisci videbatur ; licet , (ut hoc obiter dicam) qualiscunque ista causâ fuerit , rotationem tamen , minus generalem , minus agilem , nec tamdiu durantem produxerit .

OBSERVATIO IV.

Oblitus eram suo loco (quod ante observationes præcedentes fieri debuit) renunciassè , Me , digito , *liquori* nostro , adhuc vivido atque vigoroso , intincto , varias manuum *incurva* , necnon *Et Heroinarum* quarundam , quæ spectaculo interesse cupierunt , partes madefecissè . Quo facto , loca tacta , præcipue si artificii paululâ excitata , admodum *vivide* lucere observavimus , plane quasi flammæ actuales , non tamen co-

loris cærulei, instar sulphuris communis, aut spiritus vini flammulæ, super eis exardescerent. Quæ quidem flammulæ in suo *usulandi* modo, uniformi quadam ratione non procedebant, sed multoties contremiscescere, quandoque verò in subita quasi fulgetra, nec diu tamen durantiâ coruscare videbantur (unde nonnullæ ex *Faculis solaribus* in mentem mihi reducebantur). Tametsi verò mirum forsân videretur, tantillum materiæ, huic vel illi manus parti, adhærens, flammam tam durabilem exhibere potuisse, nihilominus, si eadem ipsa pars in alteram ejusdem hominis manum vel in cutem aut lintea alicujus ex adstantibus affricaretur, pars recens *attacta*, lucere statim inciperet, cum pars *attingens* in statu suo lucido adhuc persisteret: quinimò & flammæ hæc, licet propter vigorem, notabiles, diu tamen jucundam planè scitumque spectaculum intuentibus exhibuerunt, ac (quod animadversione dignum) non obstante conclavi valde tenebroso, palam fuit, ipsas ingentem fumæ subalbidi copiam emittere, qui quidem fumus aut alia quædam effluvia ab eadem materiâ emanantia, aera vicinum gravi atque ingrato odore imbuebant. Harum Flammularum [ita enim conspectui nostro apparuerunt] color non fuit, instar *Balduni Phosphori*, quando optimè præparati & lumini vigoroso expositi, *ruber*, penè cum carbonis lignarii, undequaque aceensi, colore concertans, sed *flavescens*, & isti parti Flammæ, in Candelæ medio lucentis, similis.

Quid quod non obstante fumo & coruscationibus, hæc flammam comitantibus, nullum in illis calorem sensibilem percipere potuimus (i. non dabatur confusa aliqua partium agitatio, quæ agitationem in organorum Tactus nostri partibus factam, superaret) neque Heroinarum sindones vel, ullo modo ambustas inde vel torrefactas sensimus, tametsi illarum nonnullæ super eas exardescere videbatur. Adeoque, si *Flammam* in Corde *vitalem*, cum Neotericis quibusdam pereruditis, admisimus, innoxia hæc atque ἀσφαλής flamma, multò aptius ejusdem speciem nobis sumministrat, quàm *Spiritus vini flammula* (quæ in illius, usque hodie, illustrationem adhibetur) me tamen reclamante, qui per multos annos erroris hujus veterum excutere fategi, experimentis certissimis probans, posteriorem hæc, *Spiritus* scilicet, *Vini*, Flammulam, virtute perquam calidâ, adeoque voraci, pollere, ita ut, ejusdem intervenat, vel *Vinum* & *Aurum* etiam ipsum in fusionem adegerim.

OBSERVATIO V.

Quum, digito meo Liquori prædicto immerso, lineas brevès super lintea duxissem, pars illa linteamenti à Lambente digito recens compressa,

pressa, lucido tramite illustrari videbatur; unde negandum non est, Characteres Luminosos super Chartam albam exarari posse. Cùm tamen eundem liquorem vel præ crassitudine ejus, vel luciditate nimis languidâ, imparè offendi, qui, atramenti vicem, pennâ ordinariâ, supplere poterat; placuit experiri, utrùm, ad literas Lucidas exarandas, penicillum pictorium, formæ mediocris, vice calami, adhiberi potuit; comparato igitur tali Instrumento, & Liquori nostro in illud propositum intincto, Characteres, inde ductos, nequaquam in tenebris lucere, non sine miratione, deprehendi: suspicatus verò, penicillum, inter pilos, ex quibus cuspidabatur, partes materiæ ab ipso imbibitæ tenaciores & magis vigorosas adhuc retinuisse, aqueis modò ac effectis in chartam profusis, unâ manu illud arripiens, pilosam ejus extremitatem alterâ compressi intorsique paululùm, ad excitandam materiam, quam illic innidulari, conjiciebam, Quâ ratione, ista penicilli pars in statum tam luminosum abiit, ut ignis ardentis, aut cerei minutioris flammam æmularetur, & in hoc etiam superaret, quòd flammam magis coruscantem ac delectabilem emiserit, quæ quandoque deorsum, ferebatur, & pilos, penicilli cuspidem materiâtes, circumvolitans, Virgilianum illud in animum reduxit *Æneid.*

*Ecce levis summo de vertice visus Juli
Fruere lumen apex, tactuque innoxia mollis
Lambere flamma comas, &c.*

Jucunda tamen hæc flammula, non diu, in vigore suo primo, permanfit, sed, sensim languidior facta & *attenuata*, tandem prorsus evanescere videbatur; mox tamen, quasi ex invidiis, sponte se, ac si ex internis penicilli partibus proveniens, dispanderet, atque aliquandiu lucens, denuò se quasi expirabundâ, subduceret; inde tamen lumen nostrum, recidivo impetu, sese iterum prodens, post tremulum per aliquod tempus motum, *in speciem*, re-extingueretur. Hoc verò advertendum est, *Lambentem* hunc ignem (si ita vocare liceat) arte productum, licet pilos tenerrimos, inter quos flammare videbatur, minime (quod senserim) amburentem, quotiescunque tamen emicuit, tantam forte fumorum vim (ne dicam majorem) manifesto emisisse, ac alter cereus ardens ejusdem magnitudinis eiecitare vellet. Quæ quidem alternata, quâ extinctionis, quâ recidivi luminis, vicissitudo duravit, donec observandi pertæsus fuerim; Tum autem, digitorum ope, denuò penicilli pilos comprimens, paulò arctius ipsos contorserim, ab iis, sicut prius, notabile lumen elicui, quod, in ipso pilos intorquendi actu, calore validè sensibili, licet momentaneo, consociari mihi videbatur.

OBSERVATIO VI.

Cæterum, calor hic, nuperrimè recitatus, nil valuit in pulveris Pyrii accensionem, si quam ejus ope incassum producere attentavi, tametsi in ejusdem compendium penicillum, prius compressum, eidem pulveri, benè arido & aliquantulum ad opus illud perficiendum calefacto, addidissim; neque alia vice, rem eandem effectam dare potui, tametsi, circumstantiis facilioribus usus, Tentamen inibitissim; Quod minùs mirandum existimavi, cum recolerim, *Dominum Krafes*, in Nitra: similis pulveris, apud hospitium meum, incensionem, in *Consistentis* suæ *Nobilitate* usuram necessario fuisse redactum; accedente etiam, quòd pulvis ipse ita præparatus, & in illum caloris gradum provectus fuerit, ut pœnè *ex se* in flammam esset abiturus. Et sane quoad istam circumstantiam, tametsi operam meam miserat, præclare mecum actum duxerim, nec omnino frustrationum *mearum* (additis etiam quibusdam *ex suis*) me poenituit, quoniam cogitandi ansam mihi dedit, Ignem hunc, aliàs innoxium, in *humani generis* præjudicium haud faciliè distorqueri posse, in cujus damnum nequid conferrem, Inventam etiam aliam, magis periculosa, datâ operâ, *silencio prætermisi*.

Hac occasione, non celabo, quòd *Operatori* sive *Laboranti* meo post *Luciferæ* materiæ distillationem recens peractam, acciderit; cum cujus ex crassiore substantiâ portiunculam super cultro, ut in Phialam inderetur, sustulisset, illius reliquias, laminæ cultri adhærentes, abstergere festinanter volens præcinctorii, quo vestiebatur, interposito, *levâ ipsam* arripiens, arctissimè ex utraque parte compressit, dextrâ verò, Laminam, inter pollicem caterosque digitos duriter pressam agilli motu extraxit, quo in transitu calorem perquam vividum, non sine stupore quodam, sensit, atque illicò oculos, in præcinctorii partem, unde profectus est calor, conjiciens, duo indidem foramina moderatæ magnitudinis inusta deprehendit, quo vestimento, ad me adferri jussu, & diligenter inspecto, foramen utrumque (unâ secum) ignis operationi imputandum conclusi, tum propter intensum, quem dudum senserat, calorem, tum quòd præcinctorium erat novum: Unde perquam verisimile adjudicavi, crassiorem ac pœnè unguentariam (detur verbo venia) *Luciferæ nostræ materie* partem, valdeabilem ac propensam fore, quæ in concitationem agillinam ciceretur, cum ex momentaneo fere, nec admodum vehementi, motu in agitationem tam strenuam abiret, quæ Linteo novo Calcetano (talis enim erat præcinctorii materies) ustulando sufficeret.

OBSERVATIO VII.

Quandoquidem, nocturnas de Phosphoro nostro observationes.
prout

prout identidem factas & recens memoriam ferientes, in Adversaria refero, quibusdam ex *pracedaneis* amico cuidam transmissis, ante subsequentes vel factas nedum chartis commissas; nil mirum tibi videri debet, *vel* quòd, tota observationum ac materialium supellex, ita disjuncta & quasi deartuata, in methodum minùs concinnam redigeretur; *vel* quod scrutiniis meis de argumento, quod eventilo, *graduatum* solùm procedentibus, sermones mei de illo habiti quandoque coincidere contingerent; nec oratio tam uniformi serie ac stylo quandoque sit contexta, quin partes ejus posteriores plùs minùs prioribus consentiant, prout *nova* aut *variantia* Phænomena exigere viderentur.

Hæc factâ monitione, non gravabor subjungere, quod, circa Phænomenon, priùs Observatione sedecimâ dictum, *desistinc* mihi occurrebat; Ibi enim renunciavi, *me, tunc temporis*, salem quempiam vel *Acidum* vel *Alcalizatam*, in materiâ lucifera, *tunc* in usus nostros adhibitâ, prædominium obtinere, non liquido comperisse: Ab istoce autem tempore Aquæ portiunculam quandam, è recipiente post aliquantilliam *ibi* cum materiâ istâ *nostrâ* impregnationem, extractâ, accepi, experturus, utrum Aqua hæc, quâ verisimiliter salinæ *materiæ* sive subjeçti nostri particulæ, vel copiosius dissolventur, vel ficerent vigorosiores, aliquid *Alcalis volatilis* in se continere, non deprehenderetur; Quâ in re ut mihi satisfacerem, Liqueoris pauxillum, Syrapo Violarum, Chartæ albæ fragminulo, imposito, guttatim superaffudi; nec me fefellit expectatio, nam Syrupi, ut rebar, colorem è caruleo in virilem *transmutavit*, licet languidior fuit coloratio, quam quæ ab *Alcalibus* (ut vocant) *Volatilibus* etiam adhuc *phlegmaticis*, solet fieri. Liqueor etiam *hic*, ni malè memini, pugnam quandam conflictumque cum *Spiritu Salis*, quamprimùm Ipsos commiserim, inivit, quod, ex Gramatis tumultu; & bullis illinc emergentibus, collegi. Methodi hæc, tametsi plurimum in eam rem facientes, non tamen *solitariae* fuerunt, me inducentes, ut crederem, Alkali volatile, non Salem, vel Spiritum Acidum, *præcipuam è salibus cunctis*, (ne dicam, *unicam*) in liqore, languide impregnato, prærogativam obtinuisse.

OBSERVATIO VIII.

Antequam, pleraque ex Observationibus, chartâ primâ contentis, *scriptis* mandassem, volens eram experiri, Quid, materiæ nostræ Luciferæ, in Tali *vacuo*, aut si magis placeat, in Aere adeò summè rarefacto, qualis in *Antliâ* nostra *Pneumaticâ* produci solet, evenire vellet? Veruntamen, quoniam Phiala exhausto Recipienti erat reobturanda (quod factu admodum difficile est) rebus etiam ad Tentamen faciendum accommodis destitutus, propositum intermittere coactus fui: contentus, experimentis (aliis maximùm, jam recitatis) invigilare; Tandem verò apparatu ali-

E
quali,

quali, licet minus accurato, instructus, ad operationem me denuò accinxi, satius existimans, Experimentum *imperfectum* facere, quam omninò *nul- lum*. Phialam ergò accepi, Luciferæ materiæ portiunculam, sed illius, solùm generis, quæ unicâ vice non diu in lucendo perseveraret, continen- tem; quam probe obturata, eousque detinui, donec flamma vel lumen inhospitans, expiraret: Tum, Phialâ in Recipienti, super Machinam no- stram Pneumaticam, collocatâ, aereque deinde exantlato, non sine aliqua difficultate suber obstruens in loco tenebroso extraximus. Quo fa- cto, statim in cavitate Phialæ aliquid Luminis apparuit, quod ideo mi- nus mirabar, quia certis indiciiis compererim, nos, propter circumstan- tias quasdam minus faventes, aerem internum tam plene exinanire, aut externi ingressum prohibere, non potuisse, quin satis superesset, licet tan- tillum, ad flammam talem excitandam, quam per-exiguam aeris quanti- tatem in sui accessionem requirere, ex aliis quibusdam experimentis pri- dem didiceram. Observavimus autem, ex commotione acris Antliando factâ, flammam, quasi ventilatam, in vividiorum luciditatem sufflatam fuisse.

OBSERVATIO IX.

Priori tamen Experimento non contentus, variationem ejus molitus sum, modo sequenti. Accepimus sublargum papyri frustum, quod, lucife- râ nostrâ materiâ probè madefactum, atque, ex parte, eadem illitum, in Phialam, orificiâ aliquantò latioris, intrudebatur; quæ quidem Phiala, absquè obturaculo in Recipienti, Antliæ nostræ Pneumaticæ affixum, im- missâ, atque unâ in loco obscuro detentâ, illic, non secus quàm expecta- bâm, elucebat, propter Aeris adhuc in Recipiente inclusi contactum. Antliâ immediatè post exercitâ, observavimus, ut priùs, aeris motum, circa Phialam factum, manifestè lumen aliquandiu augmentasse, quod quidem imminui videbatur per interstitia, pausas, sive cessationes inter commotiones interceptas, tam propter quietem, quàm absentiam Aeris. Animadverti etiam insuper, flammam, hâc illâc in papyro corrugatâ iti- nerari & circumcludere visam, quandoque quasi palpitare, & lumen admo- dum inæquale exhibere; quinimò, licet, externo aere per Antliam in Re- cipienti evacuatum, admisso, flamma extingui videbatur, *illud* tamen tem- porarium fuisse vaporum aqueorum, quos aer in suo per Antliam itinere secum associavetat, effectum adjudicans, Recipienti ab Antliâ dimoveri jussim, quo subducto, spectatores statim in sententiam meam concesserunt, advertentes, ad liberum, novi aeris ab extra advenientis, nec (in- star priùs recensiti) vaporibus humidis depravati, contactum, materiam chartæ adhærentem, confestim denuò relucescere videri, idque lumine magis vivido, quàm in Recipiente factum fuit. Quoniam verò suspicabar,

vascu-

vasculum hoc, eò temporis, propter requisitorum defectum, non tam exacte evacuari potuisse, ac alias frequenter fieri solebat: tamen ex Phænomenis, hætenus recitatis, spectatoribus visum est, flammam manifestè ab Aere adjuvari, atque lumen inde augeri; Quod ad me tamen spectat, in eâ sum opinione, Experimentum iterari debere, quando majore *ἀνελευθρία* repetere vacaverit.

OBSERVATIO X.

Præter Liquores, prædicta Experimenta nobis suppeditantes, aliquid etiam (ut tantillum) substantiæ, non admodum Liquidæ, penè tamen limi molliorem adæquantis, asservavimus, quam, ex, Liquoris nostri, è vasculis peractâ distillatione extracti, portiunculâ, atque in infundibulum vitreum, chartâ enaporeticâ intus obductum (utrùm filtrationem subiret, experturi) infusâ, affecti sumus. Comperto autem, Illud quod pertransierat, nimis tenue ac dilutum fuisse, filtrum festinanter, atque (eâ de causâ) minùs concinne involutum, subducentes, in Phialam, non admodum capacem, moderati tamen quoad diametrum orificiî, tum ut filtrum cum facilitate inderetur, tum etiam ut Phiala subere fortiori exactè satis obstruatur, detrusimus.

Post facta altera, priùs recitata, Experimenta, Hanc Phialam in locum tenebrosum dimovi, ubi licèt ne minimam quidem lucis stricturam in illâ percipiens, ex suspitione tamen, aliquid veræ materiæ, Phosphorum nostrum Aerium sive Noctilucam componentis, ac proinde, Exhalationes quasdam, obturaculo impediente, ab avolatione prohibitas, & ab externi aeris appulsu excitabiles, intus hospitari: Phialam deobturavi, ubi (juxta expectationem meam) Luminis Phasis immediatè conspiciebatur; quod quidem lumen *nunc* in minorem, *nunc* in majorem inclusæ papyri superficiem, camque admodum inæqualem, sese dispandebat, imò & diutissimè (quumdiu scilicet placuit observationi immorari) ab una filtri parte, Phialæque pariete in alterum discursitare videbatur; *videbatur*, inquam, quoniam fortassis, Phænomenon ex multiplici eruptionum flammearum, variis locis recens excitatarum, serie, potius quam merâ earundem propagatione producebatur. Quidquid fuerit, motus inde factus (isque spectatu satis jucundus) tam inusitatus ac tam anomalus fuit, ut motum ignis, scintillarum, è filice excusarum, atque in magnam fomicis ignariî copiam decidentium, ope accensi, non malè repræsenteret. Hæc verò Lucendi virtus, ad Aeris ingressum, per multos dies, in Papyro præmemorata, perduravit.

OBSERVATIO XI.

Aliud autem filtrum habuimus , quod *delectabilem* Phenomeni hujus variationem nobis exhibuit ; materia enim charta hac intus convoluta vel quantitate major, vel indole præstantior fuit, quam quæ priori prædicta implicabatur. Accepimus ergo hanc chartam, eaque explicata & in dispersione sua loco obscuro detenta, cum jucunditate notabilem & numerosam flammaram emicationem, quoad diametros & figuras valde discrepantium, uno eodemque tempore sese prodentium conspeximus, quorum pleraque, tametsi vividæ, pauca tamen diu in eadem statione permanentes, frequenter situs inter se alternabant, mutatis etiam figuris atque extensionibus ; nisi potius dicamus, flammæ novas inde sine intermissione in locis etiam novis erumpere, prout exhalationes, copiosè atque irregulariter sese contiguo Acri commiscentes, variis in locis ab eo quasi incendi, *ex parte* contigerint, *Ex parte* dico, quoniam ab Ipsis flammis, perinde ac illucidis filtri partibus, ingens fumi vis, luminis è materia lucida provenientis ope aspectabilis, manifestè egerebatur atque ascendebat. Hæ verò flammæ uniformem coruscandi rationem non retinuerunt, sed quandoque tremula vibratione emicantes, confociatis figurarum mutationibus, & lumine variis locis unâ prorumpente, lepidum plane spectaculum adstantibus præbuerunt, qui universam explicati filtri arcem sive superficiem, æthera, præcipuè in regionibus calidis cum fulgetra varia è diversis cœli plagis *simul* emicarent, *emulari* cum voluptate suspiciebant ; Nostræ verò coruscationes, ut *magis* numerosæ, æquè ac *minus* noxiæ, filtrum ita variegatum conspectui nostro exhibuerunt, ut chartam variegatam ac multicolorem (vulgò *Marmoream* dictam) repræsenteret ; sed hac addita mantissa, præter phasim continuæ mutationi obnoxiam, quòd partes flavæ, non modò *colorata* essent sed *lucida*, quæ unâ mecum contuentibus peramœnam quasi pompam & spectaculum dederint, tamdiu etiam durantem, ac contemplari placuerit.

OBSERVATIO XII.

Cum vehementer suspicatus essem, materiæ ritè dispositæ agitationem, debitè modificatam, ex præcipuis in Luminis productione *Causis* seu agentibus, saltem *unam* fuisse; non inde deterritus fui, quòd, Phialæ agitatione priùs facta, aut Liquore intus contento ultra diathesin *Tepidam* perducto, nullam omnino Luminis Phasim conspexerim, non inde, inquam, deterritus fui ab exploratione ulteriori, utrum intensior caloris gradus, qui motum vividum, agilem, & variantem corpusculorum, materiæ *Luciferæ* per liquorem dispersæ, multitudinì communicaret, rem illam
 non

non daret effectam, quam agitatio debilior præstare non poterat?

Censui etiam experimentatione dignum, utrum notabilis phenomenon variatio, ex Phialâ, vel figurâ vel capacitâe mutata, non sequeretur, præcipuè, si immediatum quodvis intra vasculi cavum, atque aerem externum, commercium cautè prohiberetur?

Ut utrumque Tentamen facerem, Accepi aliquot Aquei Liquoris portione quadam materiæ Luciferæ magis solubili impregnati, cochlearia: qui quidem Liquor postquam subsedisset, *Transparens* fuit, utpote qui exiguam admodum quantitatem Limosæ illius substantiæ, haud semel prius inemoratæ [nec facili negotio ab illo separabilis] continebat. Clarus hic Liquor, qui [forsitan propter crassioris illius substantiam] ut instituto meo commodiùs inferviret, aded languidè impregnabatur, ut, vel *agitatus* vel moderatè calefactus, lumen nullum emitteret. Hic, inquam, Liquor, vitro rotundo atque orbiculari intrudebatur, cujus pars globosa ternam aut quaternam ejusdem quantitatem supra continendi capax fuit, scapo etiam ejusdem [sive fissulâ] ad proportionatam *Latitudinem* efformato, & ad *Longitudinem* ultra pedalem protenso: vasculum hoc, accuratè priùs subere & cera sigillatoriâ conclusum, tempore nocturno tali positurâ situabatur, ut, arenæ interventu, absque quòd frangeretur, [quod aliàs vix potuit præveniri] calefieri potuit: Globo hoc eò calefactionis perducto, ut nuda manus non potuit sustinere, vas totum in locum tenebricosum celeriter dimovi, ubi post Liquoris agitationem, lumen in Globo emicans, immediate se per universum ejus cavum diffundens, atque eadem etiam celeritate disparens, percepi. Paulò autem post, præsertim ex Phialæ concussione, deinde ejusdem Luminis Phasis, pari cum velocitate evanescens, apparuit; quæ quidem Luminis quasi fulgurationes, identidem subinde alternabantur, attamen, quoad extensionem, vigorem, & durationem suam inæquales, & Liquore frigescente, prorsus cessaverunt.

OBSERVATIO XIII.

Dum tamen Liquor, in statu, aliquousque calidiore, adhuc permanserit, visum fuit experiri, utrum ex eo, validâ concussione, fracto, non inde committeretur, ut lucida quadam substantia è parte globosâ in Cylindricam transfret; atque inde etiam subsequeretur Phenomenon variatio. In hunc finem, liquorem aliquoties, interceptis pausis, violentis concussionibus agitans, notabiles quasdam Lucidæ materiæ portiones, in Fissulam ascendere percepi: Atque particulatim unicâ vice, *materiæ Lucis*, portiunculam nucis avellanæ, aut amygdali minutioris magnitudinem adæquantem, rectâ sursum, instar flammæ, tendere (motu tamen

in audita celeritate) e vitri Globo, per internos fistulæ parietes, usque ad superiorem ejusdem extremitatem, cum jucunditate conspexi. Aliis etiam vicibus, tales flammæ in Fistulam, non tamen eò altitudinis, conscendebant; unde plerique, positivam Levitatem Flammæ ineffe concluderent, quod tamen *Ipse* inde inferre non ausim, quoniam *semel* (minimam) *unam* ex his Lucidæ materiæ portionibus, ab altiore in inferiori in fistulæ partem, retentâ ejus per totum iter luciditate, descendere observavi.

Non jam vacat excutere, utrum Phænomena, Phiala hac *conspicua*, earum rem explicacionem vel illustrent vel faciliunt, quæ, in quorundam ex *meteoris* istis, quæ *Ignæa* vocitamus, productione ac motibus accidere solent, qualia sunt Ignis Lambens, stella cadentes, frequentia fulgura sine tonitru noctibus æstivis & calescentibus, ac vaga illa Flamma, *Ignis Fatuus* dicta: Atque utrum dici potest, ad talium corporum generationem, particularum congeriem associari, ut vel sese maturo agitent, vel ita saltem aptæ fierent, quæ in agitationem, ab æthereâ quadam substantia eas pervadente cicerentur, & in motum *talem* concitabiles fieri, qui, instar *Illi*, in recens dictis *materia nostra Lucida* portionibus, *Lumen* producere potis fuit.

OBSERVATIO XIV.


Sed scrutiniis istis prætermisissis, referam Tibi Phænomenon quoddam, mihi perinde ac iis, quibus commonstrassem, valde delectabundum: Cum enim, ex Concussione, in eam rem idoneâ, Liquorem undequaque uno eodemque tempore per inferiorem *Globi* superficiem, necnon, & scapi etiam partem, dispergi & quasi illini fecissemus, jucundum fuit spectatu, *ut* materia, Lucida, in descensione suâ, se variè ac diversimodè dispersiens, univèrsam vitri cavum nanulâ Lucentium corpusculorum progenie, ad instar numerosa stellularum seriei Globum cœlestem condecorantis, adornaret; cujus etiam spectaculi jucunditas hac mantissâ augebatur, quod corpuscula illa manifestis *motibus*, perinde ac vero *Lumine*, essent potita: quorum etiam, deorsum tendentium, tarditas, per lincas, aliquaspiam valde obliquas, facta, voluptatem spectandi in longiùs protrahebat. Experimentum etiam hoc, unâ aut altera vice reiteratum (tametsi non semper eodem successu) variata quadam Phænomena mihi exhibuit quæ *jam* reticebo, propter inconcessum scribendi hinc otium, illinc tedium, consultâ etiam tuâ in Legendo (quidni dicam) lassitudine. Quocircâ ultiores Tibi (addam & mihi met ipsi) molestias non facessam, postquam bina hæc *particularia*, quæ immediate subsequenter, additavero.

OBSERVATIO XV.

Horum primum erat hujusmodi. Cum in tali Globo vitreo, cujus figura nuperrimè fuit descripta, Liquorem incusum, cum, ad debitum caloris gradum, (nec intensum quidem illum) perductum, cautè & studio valido quodam concussione genere agitassemus, inde observavi, ex uno Globosæ vitri partis latere, & supra Liquoris corpus, Magnam Lucidæ materiæ quasi scintillam, acutæ caput sive nodum circiter æquantem, generatum iri; inde tamen, (prout expectabam) flamma sive lumen illicò per Globi capacitatem, ubi paulò post evanuit, diffundebatur. Ex quo quidem Phænomeno, cum quibusdam affinis, utrùm liceat argumentari, Hanc fuisse veram flammam, quæ, à parvis initiis, propagatione adaucta, exhalationes, rite dispositas, & in toto vitri cavo disperfam sibi occurrentes, in accensionem proritaret? vel, An non hinc Philosophemur, cuncti in universum Luminis motum non ex necessario instantaneum fore, cum progressus ejus, vel in exiguo vitri nostri spatioso, esset oculo aspectabilis? non jam vacat inquirere; Ad secundum ergo, quod promisi, Phænomenon pergo; quod ita se habet.

OBSERVATIO XVI.

Ad experiendum, ne hic memorem, ut Luciferam quandam materiam distillatione prolectam, & cum & sine additamentis, in Formâ Consistenti, conservavi) quamdiu Liquorem nostrum in diatresi tali distinere possem, ut Phænomena tam jucunda absque novo aere identidem immisso, sed spirituosissimæ solum ejus partibus ab avolatione cohibitis, exhiberet; scapum sive collum Hermeticè sigillari feci, ratus, hoc non obstante, ex causâ quadam vasculi manu-tentatione, me, liquorem intus clausum, in calorem perducere, potuisse satis intensum, qui Luminis Phænomena nobis daret. Nec me fefellit conjectura, cum Phænomenon nuper recitatum, (cum aliorum etiam accessione) in vasculo hoc Hermeticè sigillato fiebat, quo inhospitans Liquor indolem adhuc retinet, instituto illi accommodam, prout hac ipsâ nocte expertus sum.



DE RATIONE PRÆPARANDI.

NOCTILUCAM AERIAM.



ARIA, quæ hæcenus exhibui, Phænomena circa Aerii nostri Phosphori sive Noctilucæ productionem oriunda, nil dubito, quin salivam tibi moverint, ut tandem internoscas, Ex quâ materiâ substantia hæc, *sponste Lucens*, sit constructa? & qua ratione materia illa ita tractabatur, ut lucis progignendæ capax fieret?

Tametsi secundus aut ternus elapsus est annus, ex quo in Fornacibus stheis Phosphorum quendam, *Baldunico non absimilem* sapiusculè confici curaveram: (*non absimilem*, dico, cautè loquens, quia non omninò exploratum habeo, quanam fuerit particularis illa *materia*, quam vir ille doctissimus in usum cum adsciverit? addito etiam, quòd Ipsemet non unicam modò corporum mineralium speciem in statum Lucidum perduxerim) adhuc tamen cohibui meipsum ab iis, quæ noverim, divulgandi, quoniam volens eram (ut viris quibusdam curiosis, eorum excusationem obnixè efflagitantibus, respondi) facultatem Illi concedere proprium suum Inventum mundo communicandi. Quo, cum orbi literato gratificari non adhuc duxit consultum, minor inde expectandi causa subiit, Noctilucæ, rei multò magis momentosæ, Arcanum brevi pro palatum iri. Ideoque, nullius otium ampliùs præstolatus, viris Curiosis, (ac particulatim (Domine) Tibimet ipsi) *materia*, circa quam operationes meas institui, intelligentiam, unâ cum paucis, de modo ejusdem Tractandæ, monitis, communicare statui. Quo in consilio exequendo, eodem ipso Processu (quoad rei summam: viris *solertibus* gratificabor, quem ipse, memoriæ ergò, chariis mandaveram, idque post Noctilucam Aeriam primâ vice à me actu factam, quemque postea, sigillo munitum; apud Regiæ Societatis Secretarium peringeniosum, nonnullis ex Illustrissimo illo Confessu presentibus, deponi curaverim. Etiam si autem ab istoce tempore, alia quædam Tentamina, circumstantiis quibusdam Processui illi accommodis, observatorum meorum penu locupletaverint, fatius tamen duxi, processum ipsum *In statu quo* (quod aiunt) derelinquere, idque hoc consilio, ut, viris aliis in industriæ suæ usuram aliquousque adactis, Experimenta *etiam sua*, perinde ac *mea* fecerint, variâ & fructuosâ effectuum accessione, orbi *Curioso* gratificentur, præcipuè in conamine, quo, experienciâ duce, cogitare licet, varios

ignis

ignis gradus , cum circumstantiis aliis , (ne dicam etiam *Casibus* fortuitis) ita posse Phœnomena diversificare , ut inde materia suppeditetur , ad Luminis Historiam , etiamnum desideratam & multorum votis expetitam , elucubrandam , necnon & viri speculativi inde opem mutuentur , ad Hypotheses bonas , Phœnomenis istis adaptandas. Quapropter scholia mea posteriora , in *Observata & Processum* , hinc schedulis tradita , in aliud tempus amandans , nunc temporis Animadversiones tantùm paucas , circa *Illum* factas , breviter proponam.

1. Non difertè affirmabo , materiam , à me adhibitam , eandem ipsam fuisse , quam ingeniosi admodum *Germania* Chymici in sua Noctilucæ productione usurpabant; nuper enim à viris solertibus accepi, Germanos, duo vel plura materialia, simul commissa, distillationi subiecisse. Cùm Ipse unicam tantum materiam , distillationis capacem , in usum meum exposcerim:

2. Tametsi observata *viginti* præcedentiâ , ad unum omnia , cum plerisque ex *decem* additis adnexisque , ex *Illius* substantiæ usu proflurgebant , quam Ipse , præcipuam saltem à Germanis adhibitam , autumavi (quod ob rationem particularem , nec hic memoratu necessariam , factum est) primò tamen in eâ sententiâ fui , quam & reapse veram esse , etiam ad primum Tentamen expertus sum , possibile fore , *Noctilucam* ex aridâ & pulverabili substantia conficere , quæ , in quantum conjicere possum , nec vel à Domino *Kræfft* , vel ab iis , qui Arcanum Ipsi communicaverant , unquam in usum fuit adhibita. Adhæc , Præter secundum hoc Phosphorum genus , & *Tertium* etiam construximus , è corpore prolectum , quod Humani Corporis nec pars unquam , nec excrementum fuisset , imò nec miscellam componens cum aliquo istiusmodi , quod unquam ita fuisset. Quamvis autem substantias *has sponte Lucidas* , ab iis , è Liquore postcâ memorando , productis , aliquatenus discrepantes offenderim , non tamen in præsens ampliùs de Illis dicere immorabor , contentus subinuisse , *Phosphoros* , *sponte Lucidos* , ex subjectorum singularium non unicâ solùm specie , fuisse prolectos obtentosque.

3. Si *materiam* Ipsam , vel maximè explicitè & verbis disertissimis nominarem , non esset , meâ sententiâ , sufficiens informatio ad illos erudiendos , qui operationes suas studiaque circa eam exercere vellent. Vereor enim , ut ipsi Chymici , verisimiliter (ut aliis occasionibus hætenus fecerint) in *volatiles* & *salinas* , quas solùm *spirituosas* & *nobiles* concreti partes adjudicant , abjectis cæteris , tanquam recementis inutilibus vel etiam abominandis , operarentur. Atque hac datâ ansâ , additare liceat , me ad *Processum* hunc describendum eò magis fuisse adductum , ut Summi Naturæ Architecti at-

que Authoris sapientiam atque benignitatem , quâ accuratè observemus , quâ gratanter suspiciamus , qui , ceu *hortamentum* in operum suorum , vel vilissimorum , studium , rem tam præstantem atque gloriosam , ac substantia *αυτοφως* meritò audit , in corpore illo invidulari permiserit , quod , in totâ rerum universitate , ferè contemptissimum existimatur.

4. quinimò & nullus dubito , quin substantia hæc , tametsi *nunc* cum miratione suspecta , deinceps mox seculo multo majore pretio habeatur , cum in sublimiorem perfectionis gradum evecta fuerit ; cùmque , ex hominum scrutinio , plures ejusdem usus orbi innotescant , qui verisimiliter , ut in re medicinali egregii , ita *quibusdam* circa Chymiam institutis , quæ vel Spagyrici ipsi nec adhuc somniati sunt , forte fiant accommodabiles.

5. Superest *nunc* , quod hominum ingeniosorum gratiâ , ut sumptui pariter ac labori parcat , visum est maturè præmonere , *viz.* Tametsi Liquorem , propediem dicendum , sine prævia fermentatione aut putrefactione , Experimenti causâ , in usum adhibuissim , Processu etiam eodem modo factò , ac cum Noctiluca reverâ producebatur , necnon & substantiâ , quoad colorem atque consistentiam , Luciferæ nostræ materiæ non absimili , inde prolectâ , non tamen offendere potui , substantiam illam omninò lumen aliquod emisisse . Et reverâ , tot interveniunt circumstantiæ , quarum error in Experimenti frustrationem cedat , (sicut cum molestiâ comperi , vel à Phosphoro , cujus Phænomena primùm descripsi , à me productò) ut , quamvis , per otium liceret , cuperem tamen Ipse , Experimentiâ magistrâ , cum tempore certiùs discere , priusquam alios informandi provinciam , saltem quoad minutiora , in me reciperem : Et sane , qui , ad primum conamen , in Liquoris nostri præparatione benè successerit , nã illum vel admodum *peritum* , vel perquam *salicem* Operatorem salutare auisim .

6. Et ultimo , Ut manifestum fieret , tam ex præparationum methodis admodum diversis , quàm ex variantibus Phænomenis , ingens discrimen inter Phosphorum Hermeticum atque Noctilucam Aeriam , utut , utrumque corpus Lucidum , intercedere ; brevi hæc rationem subjungam , quâ vel *Balduini* Phosphorum vel saltem ei consimilem ; (non enim præcisè novi viri illius pereruditi methodum) in Fornacibus meis confecerim , quam paucis accipe .

Cretæ albæ purioris solutio , spiritu Nitrî notæ melioris , aut Aqua forti depuratâ , facta , per Chartam emporeticam filtranda est , & clara solutio eousque evaporanda , donec arida substantia supersit : Calce hac albâ internam vasis cujusdam fictilis , è terra commodâ & ignis patiente , claborati , & quoad figuram , orbicularis (rotunda enim forma magis conveniens

niens est, quàm quâ Crucibula vulgaria efformari solent) superficiem obducere debes. Materiæ, huic vasculo, inclusæ, per horæ semissem aut horam integram (juxta ejusdem magnitudinem aliasque circumstantias) debitus ignis gradus administrandus est, qui quidem haud ita facile dignoscibilis est, & vas etiam commodè figuratum ordinariè requirit, quo flamma vel calor tam diu reverberetur, donec materiam, inibi contentam, habitudinem, Luminis retentivam, acquisivisse perceperis. Tunc Figlino huic, quod ferè breviusculum esse debet, nec pollices multos, quoad diametrum, excedere, operculum è vitro puro vel Crystallo elaboratum accuratè adcementandum est, ut substantia inhospitans ab aere, hoste ejus internecino, tuta præstaretur.

Observationes nostræ, in hac præparatione prosequendâ, factæ, non sunt tam propriè hujus loci, quando quidem festinatio mea, unâ cum rerum aliarum superpondio, id jam faciant, ut commodius existinem, ad Noctilucam nostram Aeriam illico reverti. Cujus Processus, post rerum antedictarum prælibationem, opportunè jam agmen claudat.

PROCESSUS.

Accipimus humanæ Urinæ, non recens excretæ, sed (maximùm saltem) aliquousque digestæ aut putrefactæ, Copiam non exiguam, (cò enim major hujus Liquoris portio requiritur, quòd parum admodum materiæ Luciferæ præbeat) liquor hic, moderato calore distillabatur, usque ad partium spirituosarum, *prolektionem*; qua factâ, Humiditas etiam superflua, abstrahi (aut evaporari) permittebatur, donec substantia residua, in consistentiam *Syrupi* subcrassi, aut *Extracti tenuis* esset perducta: Quâ quidem substantiâ, arenæ albæ purioris pondere ter (circiter) suum excedente, commistâ, ac probè incorporatâ totum Crama in Retortam validam, cui Recipiens largum, magna ex parte aqua repletum, fuit adjunctum, immittebatur. Tunc, binis iis vasibus accuratè luto adcopulatis, ignis nudus gradatim per horas quinque vel sex administrabatur, ut quicquid vel phlegmaticum fuit, vel aliàs volatile, primò proliceret. Hoc factò, ignis augebatur; & tandem, per quinque vel sex horarum spatium, tam intensus *sebat* (quod *N.B.* in operatione hac fieri debet) ac Fornax (quæ mala non erat) capax fuit administrandi. Hac ratione, notabilis fumorum albicantium vis transibat, penè *istos* æmulantium, qui in Olei Vitrioli distillatione conspiciuntur: Cùm fumi hi præterissent, ac Recipiens rursus diaphanum evasit, alia mox fumorum species successit, qui Lumen in Illo languidè exaruleum penè ad instar Luminis, e sulphu-

ratis ardentibus formæ minutioris, oriundi, exhibere videbantur. Postremo, igne jam vehementissimo, substantia alia proliciebat, priore, ut iudicavimus, ponderosior, eò quòd plurima ejus portio (NB.) per Aquam in Recipientis fundum decedit; unde extracta (& partim etiam dum illic permanens) ex variis effectibus, aliisque Phænomenis, Indolem Luciferam acquisivisse, [juxta expectationem nostram] deprehendebatur.

Methodos illas, quibus usus sum ad substantiam, *vulgarè* ex rebus aliis, quàm quæ in hoc Processu exprimitur, educendam, propter rationes jam reticendas, nunc temporis exponere supersedebø.

Ex præcedenti Processu, sumministratur discutiendi ansa, utrùm materia, quæ Facultas lucida præcipuè resideat, ex volatilibus & Spirituosis Animalis nostri Liquoris partibus (quod facilius quispiam expectaret) consistat, necne? sive non potius ex sale ejus, *magis* [non absolute tamen] fixo, atque oleo fætido ponderoso, peculiari quodam modo atque proportionem, invicem associatis? Unde etiam occasionem desumere potui, *tum*, conjecturas meas, de Causâ Luciditatis, in materiâ nostrâ Luciferâ hospitantis, proponendi; tum etiam, mantissas quasdam disquisitionibus iis addendi, quas ante duos aut tres annos (circiter) de despicabili Urinæ *sapa*, quoad menstrua quædam non vulgaria, scriptis consignassem; adnexis etiam scrutiniis aliis, de Luminis & Flammæ, potissimum ut in Noctilucâ nostrâ inveniuntur, indole ac naturâ: De hisce, inquam, rebus ansam hinc commodissimè arripere potui, cogitationes meas proponendi. Verùm & Temporis angustia & futurarum vestigationum spes, id nunc suadent, ut opus istud in aliud tempus rejicerem, cum per otium licuerit, & conjecturas cudere, & fortassis plura Phænomena, quibus innitantur, subterstruere. Interea ne quid amplius Epistolæ, jam nimium proluxæ, adjicerem vel Apologias pro *meipso* negetando, vel *Tibi* verbosius adblandiendo, hoc unum in præsens oro, ut animadversiones tuas in schedulas hæcè candidè digneris impertire, unâ cum selectis istis observationibus, de *Piscium putridorum luce*, quas Te fecisse audio; quorum utrumque, ut summè *gratum*, ita maximè *fructuosum* spero

Tui studiosissimo, Servoque Humillimo,

ROBERTO BOYLE.

FINIS.

EXPERIMENTA NOVA
ATQVE
OBSERVATA
IN
GLACIALEM NOCTILUCAM
FACTA.

Epistolicè Amico rure degenti communicata.

Quibus adnectitur

PARADOXON CHYMICUM.



PRÆLOQUIUM.



PER GRATUM istud hospitium, (*Vir Clarissime*) quo chartulas illas Noctilucae Aeriæ indolem excutientes, ad principium hyemis proximè elapsæ ad Te missas, excipere dignatus es, non me invitatur solùm, sed & quodammodo obligat atque devincit, Tentamina quædam (post altera illa Tibi communicata) à me facta, de ejusdem generis Proosphoro Tibi etiam impertire, quæque prioris Noctilucae Tractatulo Appendicis seu Continuationis loco adnecti queant.

Cùm autem verum sit, quod animadvertit Lucretius, scitè inquiens, — Res accendunt lumina rebus; Nil mirum Tibi videbitur, si observatio hæc in rebus aliis locum habeat, quòd eadem etiam in rebus ipsis Luminosis obvineat; ideoque, absque ulterioris Præfationis tædio, Te certiozem faciam, quòd quamdiu negotia mea Londini me commorari permiserint, volens eram experiri, utrum cœptum illud, quòd non infeliciter fueram exorsus, ulterius promovere valerem? Quòd quidem institutum ut absolvere fatagerem, quatuor aut quinque diversa Materialia comparari ac distillari curaverim, quæ Curiosè potissimùm Chymicæ addicti, Experimentis subjici optare, eosque, ni id fecerim, fortassis vitio mihi versuros, existimaverim. Veruntamen Materialibus istis rei designatæ minimè respondentibus, unum aut alterum alius generis elegimus, quorum nomina reicere placet, cùm ob alias rationes, tum
parti-

PRÆLOQUIUM.

particulatim, quòd perpauca admodum in locis sint reperibilia, nec forsàn instituto nostro inservire voluissent, nisi fausto omine, tempestate, usque ad miraculum, siccâ, in illa incidissem. Ab his quandoque Materialibus, quandoque etiam à siccâtâ Urinæ residentiâ, subinde quasdam Noctilucæ Aeriæ (consimilis naturæ, cum Illâ, cujus ingenium ac rationem jam Tibi exhibui) portiunculas extraximus, Frequentius verò Nobilius Phosphori genus inde obtinimus, de quo Observationes quasdam jam Tibi communicare progredior, prout eas identidem, absque methodo curiosâ aui verbis phaleratis, charis commiserim, vel prout memoriæ meæ occurrere contigerunt. Atque ut facilius à Te veniam impetrarem, (quam idè peto, quòd Experimenta quædam, quæ votis forsàn tuis, à me facta, concuperes, inexplorata reliquerim) opportunè monendus es, quòd ex negotiorum necessitate Londino abesse, diutius quàm postremis hisce annis solitus eram, coactus plurima ex sequentibus Experimentis in viculo quodâ (ubi & adhuc diversor) facere compellebar, ubi nec Fornacibus, nec Instrumentis, aliâve vel Chymicâ vel Mechanicâ suppellebile, ad faciendâ vel variandâ Experimenta, instructus, universorum Tentaminum, quæ mihi in animo essent, explorasse, rationes non reddo (quædam enim ex præcipuis in Catalogo meo, experimentationi subijci destinata, intacta prætermisi) ceterùm eorum tantùm, quæ presentibus circumstantiis usus, aggredi ac perficere potis fui. Vicumque res se habeat, qualia qualia sint, nō ampliores moras agam, quin Ipsa Tibi communicem, ideoque in parvulam quandam Memorialium Syllogen colligi curaverim; Cui quidem Chartulæ Glacialis Noctilucæ nomen imposui, non modò ut ab Aeriâ, jamjam Tibi impertiriâ, discriminaretur, verùm & ob aliam rationem, quæ in ipso Tractatu, unde haurire licet, citò Tibi innotescet, ab Ejusdem ergò Læctione non diutius Te detinebo.



APPENDIX

A D

NOCTILUCAM AERIAM.

SECTIO PRIMA.



LUCIDA materiâ, optimis nostris Phialis contentâ, partim experimentis exhaustâ, partim amicis donatâ, visum est experiri, utrùm Caloris & aliis motus ope, defectus noster quadantenus suppleri & refarci potuit, donec plus *Noctiluca materia* præparare valuerim.

EXPERIMENTUM I.

In cujus rei prosecutionem, accepi Phialam veterem, diu pro inutili rejectam, eò quòd materia olim in illâ inhospitans, in Phialam magis Diaphanam, necnon & formæ minoris, fuisset effusa; Cùmque istud hujus Phialæ latus, cui fœculentæ aliquid materiæ adhærere senserim, igni, donec notabilem caloris gradum adeptum esset, admovissem, in locum tenebrosum seposui, & prout expectabam, Lucere deprehendebatur, idque satis vividè, dum *moderatum* caloris gradum retineret; vasculo autem nimis frigefacto, cessavit Lumen unâ cum agitatione, quæ illud, sive Causa sive conditio, comitabatur. Verùm si postea, Phiala denuò igni, sicut priùs, redmoveretur, Lucendi facultas rursus excitari vellet, splendore ejus diutulè perseverante. Attamen post dies vel septimanas aliquot (utri fuerint, non *succurrit*) hæc in Luminationem, externi caloris intervenu, dispositio ac proclivitas prorsus fuit deperdita.

G

EXPERI-

EXPERIMENTUM II.

Porro, cum fæculentæ materiæ pauxillulum, internis Phialæ (quæ portiunculam quandam Noctiluçæ nostræ materiæ continuisset) parietibus adhæsitare animadvertissem, statim suspicatus sum, materiam illam, tametsi in tenebris, aeris (cui ad tempus nimis longum assuefecerat) contactu, minimè in laminationem perducibilem, nihilominus cum enervata ista & quasi effœta superficies, (si ita loqui liceat) diu aeri exposita, detraheretur, interiorem materiæ partem virtute Luminosâ forte non prorsus destitutum iri; superficiei ergò exteriori cautè abrasâ, atque exiguâ reliquæ materiæ portiunculâ digito meo manui affrictâ, eam satis vivide lucere deprehendi. Tametsi verò materia illa, semel iterum aeri exposita, in partibus suis superficialibus virtutem in tenebris Lucendi amisisset, detractis tamen partibus istis, residua materia, affrictu excitata, non apparuit Luminosâ qualitate denudata. Adeoque, tametsi aer subinde partes superficiarias, immediato ejus contactui expositas, depauperare ac corrumpere videbatur, hæc tamen vitiata superficies pro operculo quodam & munimenro materiæ subtus jacenti inferviebat, quo defensa illa ac ab evaporando cohibita, spirituosas subtilesque partes, quarum ratione *Luminosa* fieri capax fuit, profundere & quasi abligare non potuit.

EXPERIMENTUM III.

Præterea, sicut aliis occasionibus in Observationes meas venerit, Liquores, partium tenacium copiâ abundantes, (tametsi Ipsi opaci aut fæculenti non apparerent) internis tamen Phialarum, ipsos continentium, lateribus aliquid adhærens relinquere, quod licet generatim imperceptum, eò quòd vix aut ne vix quidem manifestum fuerit, aliis tamen methodis quibusdam, quas ipse experrus essem, discerni potuisse; Hoc, inquam, cum aliis casibus observassem, in suspicionem mihi venit, vel in Phialâ, olim quidpiam substantiæ nostræ Lucidæ continente, tametsi specie tenus probe inanità, nec crassam aliquam fæculentiam ipsi adhæsitantem habente, aliquid tamen quasi ex insidiis, latens ipsique affixum contineri, quod licet nudo oculo, nullisque subsidiis adjuto, inobservatum, eidem tamen oculo, vel caloribus vel motus adminiculo, visibile fieri posse. Quam quidem conjecturam ut prosequerer, Accepi Phialam hanc, quâ in varia fragmentula diffractâ, ut Phialæ alterius, commodæ Figuræ ac Diametri, collo convenienter intrudi ac demitti posset. Vasculum hoc probe obturatum, ac in locum tenebrosum dimotum, *illuc* agitavimus, ac cum voluptate perspeximus, non solum lumen, à motu,

à motu, ex partium inter se collisu, excitato, promptè productum iri, verùm etiam propter variam vitreorum fragminum posituram, (his sursum, illis deorsum spectantibus, quibusdam dextrorsum, aliis sinistrorsum sitis) Lumen quaquaversus, perquam delectabundâ vividitate, vibrari ac diffundi. Hæc verò coruscantis quasi luminis, ex diffractis istis vitri frustulis productio sæpe repetebatur; quòd si Phiala calefieret, effectus celerior & magis notabilis visus est. Et (ni malè memini) solâ Phialæ tepescatione, absque quòd ullatenus agitaretur, Lumen produci vellet.

EXPERIMENTUM IV.

Postea verò cum aliquid vitri in tam minuta fragminula contrivissem, ut per ovi vitrei collum capacia fierent commodè transeundi, (quod quidem ovum fundo plano efformabatur, ut ex se erectum staret) Hermeticè ejusdem collum obfirmavimus, experturi, utrùm, inclusâ materiâ hac ratione ab exhalando vel transpirando impeditâ, contactum vitrum eâ diatresi detineremus, ut exhibendo Phænomeno semper aptum foret & accommodum. Eventum verò minimè votis nostris respondentem comperimus, etenim, post tempus haud ita longum, Lumen nullum in vase nostro sigillato, amplius producere valuimus; Tametsi infœlix casus in posteriorum Tentaminum uno eveniens, id egit, ut non plenè mihi satisfactum sit, utrùm res designata in Praxin deducibilis sit, vel secùs?

EXPERIMENTUM V.

In Tractatu de *Aeriâ Noctilucâ*, jam e prelo divulgato, Liquoris alicujus mentio fit, quem vitro Globoso, coque non magno, Hermeticè obfirmavimus, exploraturi, utrùm hac methodo Lucidam Liquoris illius facultatem per tempus quoddam longiusculum conservare potuerimus, quæ ad eò languida & imbecillis jam in illo extitit, ut non nisi notabili caloris gradu, & vehementi vasis ipsius agitatione foret excitabilis. Instrumentum hoc vitreum, sigillo munitum, & in fenestræ angulo pro sufficiente (sicut adjudicabatur) temporis spatio relictum, hesternâ nocte gradatim igni admovimus, subinde illud agentes, donec inclusus Liquor non contemnendum caloris gradum acquisivisset; Tunc vero vase in Locum tenebrosum semoto, & aliquousque valide agitato, Liquoris ad lucendum proclivitatem ac dispositionem plurimum quidem imminutam, non tamen prorsus extinctam percepimus. Subinde etenim à rudi, quâ ciebantur, agitatione, exiguæ materiæ portiunculæ visui nostro dispanderentur, eæque specie tenus valdè lepidæ & vividè admodum lucentes, instar scintillarum ab igne emicantium, ex quibus hæc in sphericâ

vitri parte, illæ in ejusdem collo apparuerunt : Quædam in statione suâ primâ quasi fixæ & immotæ persistere, aliæ sursum & deorsum moveri videbantur, earum plerisque Luminationem suam, ad modicum tempus, priusquam disparerent, continuantibus : Cùmque tandem evanuerint, paucæ ex iis, sensim extinguebantur, verùm unaquæque Luminosa scintillula, cùm ad tempus suum in lucendo perdurasset, universum ejus Lumen simul & semel deperdidit.

SECTIO II.

NOVUM Liquidumque Phosphorum, quem, post Aeris Noctilucæ evulgationem, factum fuisse recens memoravimus, in largam Phialam detrusimus, eamque decies aut duodecies plus (ex conjecturâ nostrâ) quàm in illam demittebatur, continendi capacem; ita ut lucida materia tantæ Aeris, unâ conclusi, quantitatis consortio potita, inde assisteretur, *quædam* saltem e *Phænomenis*, à prioribus *Noctilucis* exhibitis, diversificare.

OBSERVATIO I.

Et congruenter, primo loco observavi, quòd tametsi effluvia luminosa, universam largæ Phialæ cavitatem, a Liquore & Residentia inoccupatam, adimpleverint, hæc vividior flamma semel simulque diutius duravit, quàm alia quævis, hætenus a nobis recensita, per varios enim dies noctesque continuatim vivida permansit, quamvis Phiala non deobtureretur ad ingressum novo aeri præbendum. Et, ni malè memini, per septimanam aut præter propter, Lucere deprehendi, priusquam negotia quædam ab ulteriore me observatione avocaverint.

OBSERVATIO II.

Quandòque etiam cum voluptate animadverti, exhalationes quasdam sive vapores (quæ apparenter non contemnendâ Luminositate pollebant) huc illuc instar nubecularum exiguarum, aut fumi aggregati glomeraminum, in vasculi cavo volitari ac circumagi: quamvis res fuit hæc ita facilis, vel motus istiusmodi, vel ejusdem Continuationis causam & rationem assignare.

OBSERVATIO III.

Cum non exigua fuerit vasis hyalini magnitudo, quandoque accedere solebat, ut cum me in locum tenebricosum, ubi custodiebatur, contulerim, tantam Luminosæ materiæ copiam Phasin mirabilem ac delectabilem exhibere viderim, cujus *Extensio* quamvis longè superior, *intensio* tamen ejus, Luminis istius, ex primi generis *Noctilucis* (sicut distinctionis ergò, *Phosphori* illi, in excusis jam schedulis memorati, appellari possunt) promanantis, *Intensionem* haud ita multum supergrediebatur. Hoc solum sæpiusculè animadverti, quòd materiâ moderatè agitâtâ, lumen *in* vel *circa* Liquoris superficiem, ubi Aeri fuerit contiguus, vigorosius apparere & quasi coruscare, quàm alibi præterea; Talis verò fuit splendor hic, ut si durabilis fuisset, committi potuit, ut *Phosphorus* noster, meâ sententiâ non contemnendis usibus inserviret.

OBSERVATIO IV.

Cum per tot dies vas hoc obruratum mansisset, ut tandem non amplius *ex se* luceret, rati sumus Ipsum in primi generis *Noctilucæ* Indolem fuisse reductum, juxtâque comperimus, Cavum ejus, evulso obturaculo, novoque Aere ingredi permissio, dicto citius fumis, in loco illuminato Albis, in obscuro verò Luminosis apparentibus, impleri; Et (verisimiliter propter Aeris quantitatem in Instrumento tam capaci contentam) Lumen multò diutius ferè perseveravit, quàm in primi generis *Noctilucis* fieri solebat.

OBSERVATIO V.

Experiri cupiens, utrùm vigorosior hæc materiâ, si modò tam exactè obturata conservaretur, ut ex luminosis vaporibus *nullis* exhalarentur, diu non perduraret? duo propè ejusdem Liquoris cochlearia, cum aliquâ sedimenti portiunculâ, vitro Globoso, (fundi plani, ut erectum staret absque reclinacione) duplam ejusdem quantitatem continere capaci, indiderim; vitro hoc Hermeticè sigillato, inhospitans Liquor, citra externas quaspiam vel aeris vel calorís suppetias, per sex circiter dies totidemque noctes Lucere perstitit, tunc verò, a lucendo cessans, moderatâ agitatione non potuit denuò in illuminationem proxitari.

OBSERVATIO VI.

Postea verò, cum aliquantò plus Liquoris cum sedimento, magnâ Phialâ prædictâ conservati, in minoris diametri Phialam effudissem, eo consilio, ut *virinoso* cuidam dono darem, residua materia majorem jam Aeris portionem, secum incarceratam, nacta; admodum proclivis fuit in luminosam agitationem (si ita vocare liceat) eicri, necnon & exhalationes emittere, quæ non modo vitri cavum replere, sed manifestè quaquaversum in illo circummoveri, modo quodam inusitato conspiciebantur. Quadam autem nocte, cum Heroïnam quandam, aliosque adstantes, novi Phænomeni spectaculo oblectare vellem, post Phialæ aperturam, atque ejusdem reobstructionem, Ipsam agitavi, & tali modo converti, ut, multò maximâ Liquoris parte priùs effusâ, residentia per internam vitri superficiem universim dispergebatur, cujus parietibus particulæ ejus adhæsitæ, eò quòd non satis Liquoris suppetiit, qui illas ablueret, & faceret subsidere. Quâ ratione, exiguæ istæ sedimenti portiunculæ, jam aquâ, quâ solebant, minimè coopertæ, veruntamen immediato Aeris contactui expositæ, multò vividius lucere, quàm luminosæ exhalationes facere solebant, deprehendebantur; Cum verò lux ab iis emissa, tremula fuit ac scintillans perinde ac vigorosa, totidem stellulas in tenebrôsâ, sed serenâ & in-nubilâ nocte æmulari videbantur. Scintillationem etiam hanc, diutiùs, quàm expectaret quispiam, continuabant, non sine summâ spectatorum delectatione, quorum gratiâ Experimentum multoties iterabatur, idque eodem cum successu.

PHÆNO-



PHÆNOMENA NOVA,

A

GLACIALI NOCTILUCA,

S I V E

SOLIDA SVBSTANTIA SPONTE
Lucidâ, Exhibita.

SECTIO TERTIA.



IN Præfatione præcedentis ad Noctilucam Aëriam Appendicis, rationem subinnui, quare non visum est, materialia illa, quibus in instituto meo prosequendo, ad melioris indolis Noctilucas producendas, usus erant, particulariùs exponere. Ideòque impræsentiarum, non creabo Tibi molestiam processus istos memorandi, quos ob rerum quarundam vix aut ne vix parabilium, eò quo tu nunc agis loci, inopiam imitari non poteris: Quo circa, Te, perinde ac meipsum, ulterioris Præloquii tædio absolvam.

Cum ergo ex Processibus, (ei, quem ad calcem Noctilucæ Aëriæ at-
textui, non absimilibus) substantiam *антофай*, Formæ Consistentis, adeptus essem, Progredior jam, ad rationem Tibi reddendam, de meis circa *Illam* observationibus, necnon & de Experimentis, quæ, *Illius* usu, fecerim; quod majore cum compendio fiet, quoniam, rebus quamplurimis ad *Illam* cum Liquore Lucido, cujus naturam pridem Tibi impertii, *junèlins* spectantibus, pauciores erunt, quæ ad *Materiam sponte Lucidam*, Formæque Consistenti præditam peculiariter pertinebunt.

Hic verò opportunum erit, Proprietates ejusdem aliquas adnotare,
quæ

quæ magis immediatè ad substantiam *ipsam*, quàm rerum, quæ propediem secururæ sunt, cæterarum quamplurimæ, attinere videntur.

*Quædam Noctiluæ Ipsius Affectiones sive
Qualitates.*

1. **P**rimo, Tametsi Materia illa in distillatione prolecta, variorum granulorum aut fragminum, ut plurimum ab invicem discrepantium, Formâ utebatur; discrepantium, inquam, idque tam magnitudine (quædam enim Frumenti grana, quædam Pifa, vel largiora Ceraforum officula mole suâ adæquabant) quam figuris, quæ ferè erant inæquales ac Anomalæ, sicut in Concretionibus, casu productis, evenire solet; Cùm tamen prosperè successisset distillatio, materiam requisitam, majoribus massulis (quarum *hæ* nonnunquam Fabas exiguas diametro suâ referebant, *illæ* verò ter quaterve Ipsas superabant) non tamen proportionatâ crassitudine præditis obtinuimus.

2. Massulæ hæ, sive parvæ sive magnæ, decolores erant, & cum adversus lumen distentæ, usitatò diaphanæ; ita ut varia corpora, pone *Itis*, ad distantiam convenientem locata, manifestè poterant, etiam per eas, discerni. Quædam etiam ex massularum earum majoribus, talia glaciei fragmenta figurâ suâ exprimere videbantur, quæ cùm tenuia sint, sapissimè tamen Translucida, ac manifestis bullulis prorsus ferè destituta comperiuntur, ut propter istam similitudinem, æque ac distinctionis ergò, non incommodum duxi, Consistentem nostram ac sponte Lucidam substantiam, *Glacialis Noctiluæ* Nomenclaturâ (& variandi causâ, *Phosphori*). salutare, quod nomen idèò potiùs elegi, quàm *CrySTALLINI*; quoniam postèrius hoc Epitheton haud infrequenter Liquoribus valde diaphanis, perinde ac solidis Translucentibus attribuitur: Cùm verò dixerim, *Noctilucam* nostram, Transparentem ac decolorem fore, intelligi vellem de usitata ejus specie atque apparentia. Sive etenim vera aliqua in corporis Ipsius Textura & Crasi differentia intercedat, sive casualis erat circumstantiarum concursus, in dubio sum; hoc autem nobis occurrebat, quandoque, præcipuè ad Candellæ lumen, minora quædam ejusdem fragminula, nec diaphana, nec semper decolora; quinimo & nec ejusdem usque coloris, apparuisse; Quandoque enim materia subrubicunda visa est, quandoque etiam languidè atramen jucundè, carulea; accedit etiam, quod nonnunquam tali colore imbuta fuerit, cui difficile est nomen aptum & satis cognitum assignare.

3. Glacialis nostra Noctiluca sive Phosphorus Aqua communi *in specie* manifestè ponderosior est, Aquæ enim inditus promptè ad illius fundum subsidens, quietè illic jacet.

4. Glaciale

4. Glaciale hoc corpus, tametsi *Consistens*, non tamen cum Glacie communi, quoad duritiem, concertare potest; nec tamen adeò molle est, quin fragilitatem habeat comitem, & digitorum pressurâ citiùs in partes dissiliet, quàm figuras impressas ab ipsis recipiet; qui tamen cautè opus aggreditur, solido id Corpori obducere potest ac passim dilatare, penè ad instar sebi Candelacci nondum adhuc liquefacti.

5. *Consistens* hic *Phosphorus* satis fusilis invenitur; licèt enim in Aere citra difficultatem atque detrimentum, in liquefactionem perducì non potest, Liqueorum tamen calidorum, immò vel Ipsiùs Aquæ, ope cum curâ atque agilitate liquefieri valet. Quæ quidem observatio in usus insignes cedat, quoniam per Fusionem fieri potest, ut fragmenta ejus varia, modò materia sit satis pura, in massam unam concreiscant, atque in eo statu, cum meliùs conserventur, tum aptiora fiant usibus quibusdam egregiis inservire; Quod non *omnino*, vel saltem non tam *commodè* præstabit, si in minoribus, tametsi numerosis, frustulis permanferint.

6. *Glacialis* hæc *Noctiluca*, quoad sensum, frigida est; tali tamen Texturâ gaudet, quæ ipsam in agitationem cieri facile disponit, ex qua agitatione fit incalescens, sicut postea constabit. Cum solida hæc *Noctiluca* in libero Aere distineatur, utut forsàn superficies ejus commaderet, lumen tamen perquam vigorosum emittit, lumen id ab Aeriâ *Noctilucâ* promanans, ferè supergrediens, quod quidem Lumen ab ipso corpore gigni ac effluere, quinimo & in Illo residere videtur.

7. Cum *Glacialis* noster *Phosphorus*, e Receptaculo suo exemptus, immediato Aeris liberi contactui exponeretur, plerumque ingentem fumi vim, corporis Ipsiùs, unde ascendit, lumine perceptibilem emittit; quæ quidem copiosa fumorum emissio, ferè tam diu durat, ac *Phosphorus* ipse in Aere detinetur.

8. Jucundum est etiam *observare*, nec non & considerationem nostram commeretur, quòd, quamprimùm *Phosphorus* hic Aquæ ita fuerit immerfus, ut Liquore illo in solidum cooperiatur, non tantùm a Fumando, sicut priùs, verùm etiam & à Luminatione cessaverit, plane ac si pruna, prorsus candens, illicò in Aquâ extingueretur. Quod ni fieret, *Noctiluca* nostrà sese effluviis ita profunderet, ut citò prorsus labefactaretur; Ad quod dispendium præveniendum, Aqua, Ipsiùs ab Acris contactu municiens ac defendens, id agit, ne se, ut priùs, nimium absumeret, reipsâ tamen, apparentem solùm ac temporariam Anomali hujus ignis extinctionem faciens. Quamprimùm enim *Phosphorus* denudò ab Aquâ extrahatur (licèt forsàn ad longum tempus illic commoratus) in Luminationem redivivam iterum labitur, etiam cum adhuc madore diffunderet.

9. Quandoque etiam cum delectatione observavi, quòd, tam lar-

58 OBSERV. facta circa NOCTIL. GLACIALEM
gum Noctilucæ frustum nactus , ut *unam* ejus medietatem subter
Aquæ superficiem commodè tenere potuerim , dimidio *altera* super
illam extante , pars *immersa* nullum Lumen ejacularet , cum *eminens* illa
vividè lucefceret.

Expeditis jam qualitibus plerisque, ad *Noctilucam* ipsam pertinen-
tibus, superest, ut Phænomena ab Experimentis, vel *super* Illam vel
Cum Illâ, factis oriunda, Chartis committerem; absque tamen, quòd
exacto ordini in eorum enumeratione memet obstringerem, cum præ-
sentes, quibus utor, circumstantiæ, in Experimentis ipsis faciendis ac-
curatam methodum adhibere non permiserint. Antequam verò ad alia
descendam, non abs re erit, meâ sententiâ, pauca quædam particula-
ria advertere, quæ, *Phosphori* nostri Affectioni novissimè memoratæ præ
aliis magis affinia sunt, eaque de causâ Doctrinæ, de Illâ nuperrimè à me
Traditæ, propriissimè annecti queant.

OBSERVA.



OBSERVATIONES

CIRCA

AQUAM ILLAM,

QVA

NOCTILUCA

Conservabatur, factæ.

SECTIO QUARTA.



UONIAM in suspicionem mihi venerat, Aquam, quâ *Noctiluca* diu contenta & cooperta fuerit ut adversus Aerem muniretur, tametsi massam ipsam non manifestè solvere potentem, ejusdem tamen partibus magis salinis atque eâ ratione solubilibus, saltem impregnari potuisse; visum est liquorem hunc Tentaminibus quibusdam subjicere.

EXPERIMENTVM I.

Primò igitur, deprehendi, Aquam hanc fortè ac penetranti sapore præditam fuisse, salis marini gustum propè referenti, nisi quòd magis penetrans fuerit, planè ac si muria cum spiritu salis commisceretur; quid quòd & sapor ejus vitrioli saporis aliquousque assimilis reperiebatur.

EXPERIMENTVM II.

Cum Liquor hic in vas minutum (Formæ concavæ) ex Argento re-
 H 2 purgato

purgato factum inderetur, & ardentibus prunis cum cineribus superimpositus, tardè admodum evaporaretur, quinimo nec perducì potuit, ut vel in Cryсталlos concreveret, vel ut saltem aridum præberet, sed in substantiam, quandoque Gelatino, quandoque, quoad consistentiam, ovorum albuminibus similem coagularetur, quæ quidem substantia, caloris interventu, facilè in fusionem adigi potuit.

EXPERIMENTUM III.

Substantia hæc, ad modicum tempus super ignem vehementiorem collocata, primùm solummodo bulliebat, haud multò tamen post, juxta conjecturam nostram, fragorem crepitantem edere incepit. Qua in re hoc notabile & perquam scitum videbatur, Explosiones has ignis atque luminis fulgetrarum satellitio fuisse stipatas, quæ quidem coruscationes, modò exiguæ fuerint, generatim colore cæruleo, instar sulphuris flammæ, sed magis vivido, & quandoque etiam magis cæruleo tingeantur: Veruntamen Explosiones majores, quarum frageor erat notabilis, colore flavo, imbui, & perquam luminosæ apparere solebant. Accedit, quòd Phænomena hæc obtutui nostro objiciebantur, non solum materiâ adhuc super ignem bullienti, verùm & diutulè, postquam vas ab igne remotum, in aere teneretur.

EXPERIMENTUM IV.

Si priusquam materia coagulata à calore nimium exhausta & labefactata fuisset, paululum frigeferi permetteretur, Consistentiam Resinæ liquefactæ aut potius visco rigido similem acquisivisse videbatur, in filula enim, pedalem vel superpedalem longitudinem æquantia, protrahi potuit: quorum quidem filulorum unum flammæ Candelacæ admotum, ignem non concepit, verùm in exiguos Globulos, ex liquefactione procurrebat, sicut capillaria vitri fila, talibus circumstantiis usa, facere solent; Cùmque eorum quædam Candelæ ellychnio versus flammæ fundum adherere fecerim, inferiorem flammæ partem, colore cæruleo, coque perquam eleganti inficiebant, qui quidem color, multò diutius, quam pro expectatione, permanfit.

EXPERIMENTUM V.

Glutinosa hæc substantia, odorem expirabat, ab Actione ignis conquestum, innitanti quidem rancoris, penè Allii odorem referentis; Et per totam noctem Aeri exposita, ejusdem humiditatem sibi attraxit (ut vulgari utar Phrasi) idque admodum velociter, cùm magnâ

Facta circa NOCTILUCAM GLACIALEM. 61
ex parte in Liquorem, prope cum spiritu falis virtute sua concertantem
dissolveretur.

EXPERIMENTUM VI.

Substantia hæc denuò igni (sicut priùs) superimposita , magis fixa, quam expectaret quispiam , apparebat : Tametsi enim quantitas ejus cochleare unum adeò non excessit , ut nec vix æquaret quidem , diutamen in bullièndo duravit , numerosam Lucentium Explosionum copiam ejaculans , ex quibus quædam fragorem non contemnendum , unâ cum insignibus Luminis fulgetris , ediderunt ; quæ quidem emicationes , fumis condensatis & agitatione commotis , verùm materiæ superficie ali-quatenus induratâ suppressis , & ex suâ in aerem eruptione accensis , originem suam debere videbantur ; quædam etiam illorum vaporum partes , quæ minimè in accensionem ciebantur aut prorumpébant , in eundem aerem , sub fumorum formâ , quibus odor perquam rancidus fuit atque hircosus , sed speciei cujusdam peculiaris , quasi aufugientes evola-bant. Accedit etiam , quod mirum forsan videatur , ut , quantumvis sæ-penunero nunc duæ nunc plures coruscationes simul apparuerint , tantilla tamen materiæ portiuncula , iis per integram ferè horam pro-ducendis continuandisque suffecerit , & verisimiliter diutius illud factu-ra fuit , nisi fera nox , ad lectum vocans , Experimento nondum ad finem perduçto , Observaciones meas tunc temporis terminasset.

*Quinam Liquores, Noctilucam Glacialem solvere potuerint,
& Qui non poterant ?*

SECTIO QUINTA.

INter alias, quibus usus eram , ad *Naturam Glacialis* nostri *Phosphori* investigandam , Methodos , commodum duxi Experimentiâ comprobare , Num , in aliquibus diversorum generum Liqueuribus in solutionem perducipoterat ? Speravi etenim futurum , quèd si in eorum quibusvis esset solubilis , nonnihil inde assisteremur , meliorem de Texturâ ejus con-jecturam facere.

EXPERIMENTUM I.

Ab Experimentis ergò didicimus , Aquam communem in Frigido
H 3 *Illum*

Illum nequaquam solvere potuisse, tametsi liquor ab Eo impregnaretur, perinde ac, cum, Croco Metallorum aut Vitro antimonii, Vino aut Aquâ infasis, Menstruum ab Emeticis Ejus particulis saturabitur, Croci tamen Ipsius, vel etiam vitri nec moles, nec figura, nec color, quoad aspectum exteriorem, ullam exinde vel diminutionem vel alterationem patientur.

EXPERIMENTVM II.

Deinde verò unum aut alterum *Lucida* nostræ materiæ granum in paucillam urinosi Spiritus Salis Armoniaci quantitatem demisimus, nullam tamen cum Illo pugnam aut conflictum inire, inuadè nec evidenter super eum operari videbatur, tametsi, ut sat temporis Liquori ad solutionem faciendum concederetur, ambo unâ ad dies aliquot reliquissimus, Veruntamen, ad primam quamque Spiritus transfusionem, illicò constituit, *Ipsum*, nullius contrarietatis interventu, *Noctiluca* virtutem destruxissè, quæ promptè in illuminationem, sicut priùs, redire ordiebatur, & tamen extemplo rursus supprimi potuit, Liquore denuò *Illam* operire (ut antea) permisso. Cùm autem Phialâ hac per aliquod tempus moderato calori admotâ ibique detentâ, istocce modo Liqueorem cum *Phosphoro* impregnassimus, Liqueor ille, tunc Aquæ gattatim instillatus, similem effectum cum *Istro* in Experimento Spiritus Vini impregnati memorato, sortitus est.

EXPERIMENTVM III.

Cum Sal volatile atque Urinosum, nullam, quoad sensum, operationem in Phosphorum nostrum ederet, explorare designavimus, Quid Liqueores corrosivi hac ex parte efficere valerent? Idque propter, unum vel alterum *Splendentis nostræ materiæ* granum in Phialam perminutam indidi, quâ quidem Phialâ Olei Vitrioli paucillulum (menstruum enim hoc, in casibus quamplurimis, magis corrosivum fore, quàm cætera Acida vulgaria, deprehenditur) unâ concludebatur: Neque tamen menstruum hoc committere potuit, ut *Glacialis nostræ Noctiluca* in Frigido dissolveretur, ideoque calorem moderatum Ipsi communicari curantes, exinde comperimus, quòd quanquam materia *Lucida* non manifestè ab Illo solveretur, Oleum tamen tepefactum in liquefactionem adigeret, id agens, ut, ad tempus saltem, *Corpus Fluidum* apparet: Qua in re hoc mihi notabile videbatur, substantiam hanc, utut adèò fugitivam, eâ tamen gravitate pollere, ut in Olei Vitrioli fundum subideret, tametsi Oleum istud unum ex Fluidis maximè ponderosis, hætenus nobis notis, audiat; si a Mercurio discesserimus, cui ta-

men

men plerique *Liquoris* appellationem non concedent. Qualia verò tentamina, Liquefactæ hujus *Noctiluca* ministerio, confecimus, ut non injucunda erant spectatu, ita $\sigma\upsilon\upsilon$ $\Theta\epsilon\omega$ deinceps memorabuntur.

EXPERIMENTVM IV.

Postea verò exiguam *Noctiluca Nostra Glacialis* portiunculam Aquæ Forti indidimus, quâ, licet in illo menstruo per Triduum aut Quatriduum detentâ, addito etiam, quòd Phiala utraq; continens, per horas plurimas in loco tepido (Camini scilicet Angulo) seponeretur, materiam tamen adeò tantillum, quoad speciem exteriorem, alteratam invenimus, ut planè in dubio esset, An Liquor sensibilem aliquam ejusdem qualitatem in solutionem abire coegisset?

Expertus Salinorum menstruorum in *Glaciale Nostrum Phosphorum* vim, non abs re fore existimavi, ad Olea, atque etiam ad Spiritum Vini, qui propinquo affinitatis vinculo illis conjungi *Spagiricis* reputatur, in explorationibus meis hac ex parte progredi.

EXPERIMENTVM V.

Quocirca parvam *Noctiluca* nostræ quantitatem in Oleum *Terebinthinum*, quoad molem, modicum, detrusimus, quo in Frigido Ipsam non solvente, minutulam, quâ inhospitabatur, Phialam per totam noctem in Camino, suppositis cineribus tepidis, collocari fecerim. Postridiè verò quamvis nulla *Phosphori* pars diutiùs in Phialâ appareret, ex duobus tamen vel tribus diversis Experimentis, non potuimus discernere, Oleum ab Illo multùm fuisse alteratum; Particulatim verò observavi, Phialâ quantumvis deobstructâ atque in eo statu ad tempus modicum detentâ, ingressum tamen Aeris sensibile aliquod lumen nequaquam produxisse, nec superiorem Phialæ partem fumis albidis repletam sensitimus, sicut in diversis aliis Liquoribus, *Noctiluca* nostrâ impregnatis, quando vasa ipsos continentia deobturentur, evenire solet.

SECTIO VI.

Experimenta, *Aeria Noctiluca* interventu, facta, a delicatiore Spectatorum Coronâ, potissimum ab Heroinis, vultu minùs grato excipiebantur, quàm secùs, eò quòd lumen, inde productum, odorem admodum injucundum, ex Phialâ, quandocunque, ad ingressam aeri præbendum, deobstructâ emissum, comitem habuerit. *Noctiluca* autem *Nostræ*

sive Glacialis ope, rationem inveni, ad præveniendum istud incommodum ac gravamen, Artificiale nostrum Lumen comitari solitum. Successu enim Experimenti prius dicti, minus quidem felici, parùm deterioris spe quadam inducebar, ut crederem, Oleum quoddam Aromaticum illud præstare potuisse, quod cum Oleis subtilibus incassum tentavissem.

EXPERIMENTUM. I.

Quapropter grano uno aut circiter *Noctiluca materia* in Phialam perexiguam demisso, eoque tantâ Essentialis Cinamomi Olei, admodum puri, quantitatem cooperto, quæ ad digitalem penè latitudinem illi supernataret, Phialam nostram minutam firmiter obstruximus, cujus fundo cautè ad ignem admoto, ibique, donec *Phosphorus* liquefieri incipiebat, detento, eam frigefacere permisi, tum verò in loco tenebroso deobstruens; lumen productum, evanidum quidem illud, sed vigorosum, cum delectatione percepi. Adeò ut hâc viâ productionem *Luminis* viris Nobilibus proximè astantibus ostendere potui, non modò absque ullâ narium, dum oculis eorum gratificarer, offensione, verùm etiam cum hac voluptatis mantisâ, ut delectabundo spectaculo fragrans etiam odor superadderetur. Quoniam verò Caryophyllorum Oleum, idque notæ bonæ, Oleo Cinamomi parabilius sit, nec non & pretio viliori vaneat, Experimentum, Illius usu, plenius confeci, cujus, quidem Phænomena (in Oleorum Aromaticorum specimen atque exemplar) jam Tibi communicare progrediar.

EXPERIMENTUM II.

Luminosa Nostræ *Glaciei* portiunculam, in exiguam Olei Caryophyllorum, sed a facibus repurgati, (quale Chymici *Essentiale* vocant) quantitatem demissimus; attamen, post non contemnendum temporis spatium (non minus scilicet, quàm dies aliquot) materiæ partem, saltem haud parvam, adhuc non solvi comperimus, Liquore tamen ab Ipsâ faturè impregnato, prout e scito quodam Phænomeno, inde exhibito, nobis innotuit: Parvâ enim, quâ conservabatur, Phialâ in loco obscuro deobstructâ, Luminis quasi coruscatis quadam actutum emicuit longe quidem vividior, (ratione exiguæ ejus quantitatis habitâ) quàm Liqueor quivis nobis antea obtulisset. Hujus verò Phalmaris splendor nimis fulgidus (ut videbatur) fuit, quàm qui diu perseveraret; namque substantia hæc, flammam representans, intra minuti horarii spatium, & quandoque fortassis intra dimidiatum istud tempus, ferè extingueretur atque evanesceret. Duæ etiam circumstantiæ alteræ, facis particulares & propriæ,

& propria, in Phænomeno Hoc nobis occurrebant; *Hac*, quod nonnumquam, præsertim Candelâ in Conclavi accensâ, splendens Fluidum jucundam & aliquouſque mirabilem coloris cærulei speciem exhibere videretur; *Illa*, quod cessaret Lumen, dum in superiori Phialæ regione, non exigua fumorum albidorum copia adhuc remanſerit; quales scilicet, (sicut haud semel prius observavimus) in *Noctilucâ Aeriâ* ordinariæ Luminis vel Causæ vel Comites esse solébant, planè ac si in præſenti nostro Casu, substantia splendescens defæcariore modo ac magis delicatas subalbarum exhalationum partes prædatim depalſceret, aut in Iphis solùm resideret.

EXPERIMENTUM III.

Vicc Caryophyllorum Olei, aliquantulum *Olei Macis*, Chymica arte præparati, substituimus, sufficienti *Glacialis Phosphori* quantitate Ipsi immiſſa; Tametsi verò fundum Phialæ tepescerimus, saltem in quantum necessarium adjudicabatur, ad Phialæ tamen deobturationem, ne *Gry* quidem Luminis apparere sensimus, quamvis Experimentum per vices ternas ac pluries repeteretur, idque nonnunquam circumſtantiarum adblandientium famulatu. Qui utique eventus minùs expectatò contigit, cum quòd Oleum, in usum adhibitum, pro Xenio mihi, tanquam purgatissimum, offerebatur, idque ab eodem viatore, qui prius Olei Caryophyllorum recens dicti donatione peramanter demeruisse; tum etiam quòd tepescati Phosphori indoles tam benè morata extitisset, ut, quamprimùm Oleum dimoveretur, confestim vigore plusquam ordinario in Laminationem prorumperet.

EXPERIMENTUM IV.

Unum etiam ac alterum Tentamen fecimus cum distillato & fragranti *Anisi* Oleo, exploraturi, Num illud, cum Oleum Essentiale sit [ut loquuntur Spagirici] & à plerisque quadantenus Aromaticum habeatur, *Noctilucam* Nostram meliùs solveret, aut à Luciferis ejusdem partibus imprægnaretur? Comperimus autem, nec materiam ab Illo solutam, nec, Phialâ, ipsam continente, deocclusâ, Luminis aliquod vestigium apparuisse, immo nec fumos albicantes inde emitti; quod insolens & mirum videbatur, quoniam Oleum subtilissimum fuit, atque, ex spontaneâ ad coagulandum aptitudine, *Genninum* fore arguebatur, nec ullo modo sophisticatum; quo vitio Olea Chymica, in officinis venalia, nimis crebro [ne dicam usitatissime] inficiuntur ac laborant.

Si bina hæc Experimenta, novissimè recitata, constantem usque tenorem retinuerint, pro argumento erit, nec unumquodque Oleum odoris

fragrantis, immo nec *Aromaticum* quodvis, proprie sic dictum, similem, in Materiam Nostram *Noctilucam*, operationem fortiri, ac Caryophyllorum & Cinamomi Olea exercere solent.

Si modò Olea Essentialia, Classium cæterarum, vel me penes fuissent, vel aliunde quovis modo parabilia, de quorum genuinâ indole certò mihi persuadere potui, eorum etiam effectus in Phosphorum nostrum experientiâ comprobare.

EXPERIMENTUM V.

Veruntamen cum plura Oleorum genera, instituto meo accommoda, non essent ad manus; proximo loco in examen deduxi, An Spiritus Ardentes *Lucidam Nostram Materiam* solvere potuerint? Qui quidem Spiritus, proximam cum Oleis distillatis affinitatem habere à Chymicis reputantur; (utrùm è partibus subtilioribus Oleorum summè rarefactorum Corporum, quæ cum magna Phlegmatis sui proportionem uniantur, non consistant, hic loci disquirere nolo?) Idque propter, cum nonnihil *Glacialis Nostri Phosphori* in Spiritum Vini demississem, quantumvis menstruum per centenas aliquot vices corpus illud (in quod operari designabatur) mole superaret, attamen post dies plerosque, quibus, in fenestrâ locatus, radiis solaribus in calidissima etiam aëstatis parte exponeretur, ad Liquoris tamen imam minime dissolvi, immò, nec, ad sensum, vix diminui videbatur.

De operatione verò Spiritus Vini in *Materiam Nostram Noctilucam*, ulteriora Tentamina ansam ministrabunt, ut plura de futuro dicerentur.



DE METHODO.

QVA

LUMEN

IN

COMMUNI AQUA,

Quantocyùs produci potest,

Idque alterius Liquoris, minime Luminosi, ope.

SECTIO SEPTIMA.



CCEDO jam ad Phænomenon recitandum quod Tibi non ingratum fore confido, cujusque stricturam, casualis observatio ab industrio meo Laboranti facta, mihi suppeditavit. Cùm enim, in Ipsius hortamentum, fragmenta quædam *Glacialis* nostræ *Noctiluca* in usum suum proprium illi concessissem, substantiæ hujus Lucidæ proportionem, cum Spirituoso quodam Liquore Medicinali, ab eo, variorum Pharmacorum extractione preparato, commiscuit & postea, pro re nata, miscellam hanc cum Aquâ diluens, illam Phænomenon quoddam exhibere reperiebat, quod cum admiratione suspiciens, ad me statim accurrit, ut certiozem de Illo faceret, allata etiam secum quadam Liquoris Ipsius portiuncula. Ego autem in ea opinione fui, Phænomenon istud non e peculiari Liquoris indole aut naturâ dependere, (qui, ex multis Ingredientibus compositus, atque insuper colore saturo tinctus, minùs aptus ad *Lucifera* Experimenta facienda mihi videbatur)

sed à Vinosis, quibus Liquor ille abundabat, spiritibus proficisci. Experimentum igitur facere decrevi, Liquore tam simplici & decolorè, ac excogitare vel conquirere usquam potuissem, in explorationem adhibito; eò quòd talium Liquorum effectus facilius percipi possent, necnon & melius de iis judicare, & argumentatione disserere valeremus.

Quocirca, granum unicùm *Glacialis* Nostri *Phosphori*, usque ad ariditatem priùs absterfi, atque ad solutionem facilitandam, in 4 aut 5 frustula diffracti accuratâ lance appendimus; Huic grano, in Phialam Crystallinam immisso, convenientem Vinosi Spiritus, summè rectificati, quantitatem addidi, quo factò, Phialâ firmiter occlusâ, res in Ipsâ hospitantes per horas quamplurimas quandoque (& revera, maxinâ ex parte) in *Frigido* manere permisi, nonnunquam etiam ad tepidum solem admovens. Tantùm autem abfuisse percepi, ut plenaria fieret *Noctiluca materia*, à Liquore, quo innidulabatur, dissolutio, ut vel ex minoribus Fragmentulis unum (æquè ac cætera) in ejusdem fundo minimè solum deprehendebatur: Utcunque, cùm corpus, e partibus adeò subtilibus constans, earum pleraque Liquori contiguo communicare valeat, absque ullâ molis suæ, ad oculum perceptibili diminutione, visum est explorare, quales effectus corpus hoc in vinosum illum Spiritum habuisset?

OBSERVATIO I.

Primò autem observavi, *Ipsum*, Liquorem nequaquam manifestè decolorasse, sed diaphanum adhuc ac limpidum (ut priùs) dereliquisse, nisi quòd Terrea quadam corpuscula, eaque admodum exigua, instar pulveris, in Liquoris, quando ad illa excitanda paululum agirati, fundo, cùm diligenter inspexerim, apparuerint.

OBSERVATIO II.

Non animadverti, ad Phialæ reclusionem, restitutumque inde inter Aerem externum internumque commercium, Flammam quamvis, aut luminosas ullas exhalationes emicuisse, quod ad aperturam Phialarum, *Aerian Noctilucam Liquidam* continentium, usitatò evenire solet.

OBSERVATIO III.

Phænomenon verò, quod potissimùm recitare designaveram, Tale fuit; Cùm in nocte tenebrosâ paululum imprægnati hujus Spiritus in poculum minutum, e terrâ Chinesi elaboratum, quo etiam Aqua communis continebatur, guttatim instillassem; tametsi Spiritus, neque

in Phialâ, nec in suo per aërem itinere transituque, ullum laminationis gradum prodidisset, guttæ tamen, quamprimùm Liquorem attingerent, ab Aquâ Frigidâ quasi accenderentur, & minutas luminis coruscationes emitterent; quod quidem lumen magis vigorosum extitit, quàm *Noctiluca* ipsa; splendorem enim præbuit, non modò poculi labra, sed & res alias, in vicino positas, manifestè visibiles, ne dicam, conspicuas, reddentem. Coruscationes autem hæ hanc habuerunt affectionem, cum Fulguribus aliis communem, ut, quamprimùm apparuerint, illicò rursus evanescerent, neque Aqua, ipsas producens, per agitationem, in Luminandi statum perducere quiret; Aliæ autem coruscationes immediate produci poterant, si guttas novas eidem aquæ instillarem, in cujus superficie sese diffundere videbantur; ubi etiam nonnunquam, pelliculam quandam seu membranam, languidè quidem lucidam, saltem aliquandiu, relinquerent.

OBSERVATIO IV.

Ac ne quispiam existimaret, Accensionis hujus (si ita appellare liceat) vel originem vel saltem occasionem *Antiperistasi* cuidam in acceptis referri debere, quam quidem circa Antiperistasin Doctrinam Scholastici, ac universa ferè, Philosophorum Schola, habent in deliciis (quorum opinionem particulari discursu alias in examen deduxi) æquum duxi explorare, utrùm Phænomenon nostrum, tam Calidæ quàm Frigidæ usu, non poterat produci? & consimiliter offendi, imprægnatum Vini Spiritum *maius* potius quàm *minus* lumen in *Calidâ* produxisse, quàm antea fecerit in *Frigidâ*.

Unus, ex iis ad quem collimaui scopus in hoc Experimento faciendo, in hoc versabatur, ut conjecturam, à me factam, circa ingentem Noctilucae materiæ diffusionem, solertiùs examinarem, cujus particularum subtilitas eò me adduxit, ut crederem, Illas non semper *abesse* existimare debere, ubicunque nec numerosæ fuerint, nec satis agitata, ut *ex se* essent visibiles; Cum hoc, inquam in cogitationibus meis fuerit, rem idoneam autumavi *Materiam Nostram Splendentem ac glaciale* in Vini Spiritum inconsultò aut temerè demittere. Quapropter uni *Noctiluca* grano, in trutinâ admodum exactâ ac fideli, priùs librato, & donec affieret, absterfo, diversis vicibus ut melius solveretur, supra bis mille Spiritus Vini grana addidi, qui quidem in totum deflagraret, attamen hæc tam exigua *Materia Noctiluca* quantitas (quod mirum videri posset) universam Liquorem, ipsi superimpositum, ad eò plenè imprægnavit, ut etsi nil Luminosi vel in menstruo, vel in exhalationibus ullis, ab eo promanantibus, deocclusâ licet Phialâ, ac Liquore abinde in aërem effuso, apparuerit; quamprimùm tamen Aqua communi gut-

tatim inderetur, vivida Luminis Phasis, qualem paulo suprâ descrip-
psimus, vellet produci.

Non admodum inverisimile videbatur, subitaneas has atque evanidas conuscationes, magnâ saltem ex parte, à celeri *Noctilucarum* particularum fugâ, atque extrusione, ab Aqua factâ, provenire potuisse; hæc enim, Vinosos Spiritus diluens, ita eos labefactavit, ut corpuscula Lucifera secum retinere non poterant. Veluti si in unam Spiritus Vini summè rectificati unciam, semidrachmam vel drachmam Camphoræ demiseris, Liquor ipsam solvet, absque quòd exinde manifestam aliquam alterationem vel quoad *colorem*, vel quoad *Translucen- centiam* pateretur. Verùm si solutionem hanc per guttas in Aquam communem instillaveris, Vinosi Spiritus, illicò sese in Liquorem diffundentes, Camphoræ corpuscula dimittent, quæ, instar albi pulveris, Aquæ superficiei supernatabunt. Conjecturæ huic affine est, quod, ab exploratione cum imprægnato nostro Vini Spiritu factâ, edoctus observavi, *viz.* quòd in alium Vini Spiritum probè dephlegmatum, guttatim inditus, nullum inde lumen productum conspeximus: Attamen cùm in Urinosum Salis Ammoniaci Spiritum (qui ex Sale volatili, in phlegmate vel Aqueo Liquore soluto, consistere videtur) stillatim immitteretur, corpuscula *Noctiluca*, ab Aquosâ hac parte à Vinosis Spiritibus in tantùm extricabantur, ac Aqua communis liberare *ea* potuisset, & congruenter multâ cum vividitate elucebant.

EXPERI-



EXPERIMENTA,
MIRAM
PARTIUM SVBTILITATEM
IN
GLACIALI NOCTILUCA,
Manifestantia.

SECTIO OCTAVA.



UOD suprâ recitavi universa Experimenta non absolvit, quæ, Materiæ splendentis in Spiritu Vini à nobis dissolutæ (ut nuper dixi) interventu, facere destinaram: Postquam enim (quòd recens locutus sum) id egissem, ut granum illius unicum, inter quaternas vel quinas *Alcohol* (ita Vini Spiritum summè rectificatum appellant *Chymici*) uncias impregnaret, quæ bis milles, ad minimum, *Noctiluca* materiæ pondus exsuperabant; præsumentiâ quadam ducebar, hanc ipsam Spiritus Vini portionem, per quam Lucidâ materiâ jamjam diffusâ, ac in tot millena Corpuscula dissipatâ, quæ universo Liquori impregnando sufficerent, non modicæ tamen Aquæ quantitati sat particularum communicare potuisse, quæ, illam quando agitatam, in Luminationem perducerent. Quocirca uni impregnati nostri Spiritus Vini drachmæ, fideli bilance librata, tantum aquæ limpidæ commiscuimus (in eâque agitavimus) *sensim* tamen non *unicâ* vice, quantum idoneum adjudicavimus, (i.) donec nostræ Vini Spiritus drachmæ tantum Aquæ addidissemus, quæ quinquages pondus ejus excederet, *Alcohol* etiam Ipso, *Noctilucam* materiam *illud* impregnantem saltem bis milles mole supergrediente, unde sequitur (ut cum veritate consentire, mirum videretur) singulare unicum *Noctiluca* *Glacialis*

Glacialis granum, eâ virtute præditum fuisse, ut per centies millies Li-
quoris grana se diffundere, eaque tam plenè imprægnare valeret, ut,
modò Liquor debitè tractaretur, laminationem ab Illo quasi mutuati-
tiam actu adipiscatur. Cùm enim post Aquam ultimam Phialæ immis-
sam, e vestigio vasculum bono subere firmiter obturassè, & paucillâ
ejus agitatione in loco tenebroso factâ, tota Phiala Luminis plena ap-
paruit, quod etiam non supra modum intensum, attamen propter Li-
quoris molem, specie gloriosâ ac delectabundâ nobis adblandiuit, ple-
rasque etiam ex rebus in viciniâ positis visui nostro dispandens. Post
finitam verò Phialæ agitationem, non modò regio ejus superior, exha-
lationibus & vaporibus repleta, instar cæterorum ex *Phosphoris* Liqui-
dis, (quorum priùs memini) splendescibat, verùm etiam, quod in *Istis*
non observabatur, Aqua ipsa, per totam ejus massam, Luminositatem,
tametsi gradu inferiore, nacta esset; quod tamen non me distinebit,
quin Expediens quoddam excogitavero, in illorum satisfactionem, qui,
unâ mecum, suspicari possent, hujus Luminis quidpiam ab exhalationi-
bus, per diaphanam aquam translucentibus, profuxisse, quanquam hæc
nec *solitaria*, nec *præcipua* forsân causa luminosæ hujus apparentiæ vi-
debatur, cùm, ad Phialæ agitationem, universa Liquoris massa in tan-
tùm splendere conspiciebatur, ut, per vasculi parietes, Conicam fundi
ejus figuram evidentè discernere potuerimus.

Posthæc, Experimentum longè ulteriùs profecutus sum, proportio-
nem Aquæ ad *novum* Spiritum imprægnatum adaugens. Comperi verò,
(quod fortassis mirum videretur) unam *Nobilissimam* partem, in Vini *Al-
cohol* priùs solutam, ac deinde agili motu in sufficientem aquæ quanti-
tatem inditam incussamque, tantùm Liquoris reddidisse Luminosum,
ac, calculatione factâ, quater centies millies pondus ejus excedebat.
Nec tamen hoc à Luminosorum corpusculorum irradiatione, aut ab ex-
halationibus in vacuo ad Phialæ summitatem spatio lucentibus proficisci
videbatur: Phiala enim tam propè erat Liquoris plena, ut paululum
spatii vaporibus relinqueretur; addito etiam, quòd vapores in eo spatio
luscitantes, languidè tantùm elucebant, Phialâ verò longè minùs minuto
horario quiescere permisâ, Lumen, tantillum modò, deorsum in aquam
pertingeret, ubi etiam adèò obscurè apparuit, ut vix oculis esset per-
ceptibile; Cùm in Experimento nostro, non modò agitated Liquor per
universam ejus massam Luminosus extitit, verùm etiam Lumen illud
fat vigorosum fuit, ad Conicam fundi Phialæ figuram clare ac manifestò
detegendam.

Nequis autem suspicetur, si Experimentum plus longè profecuti esse-
mus, Laminationem in majores majoresque Aquæ quantitates sese us-
que extensuram; addere liceat, quòd, hujus Liquoris ad *Nobilissimam*
materiam, per illum dispergendam, Proportione à me auctâ, Tribus
propè

propè aut quatuor Aquæ unciis , ultrâ quàm requiri adjudicaverim, pro mantissa superadditis , Luminosa *materia* in tantâ Liquoris copiâ quasi submergi aut absorberi videbatur ; tametsi enim agitationibus longè pluribus ipsam civissemus , quàm quæ in prioribus Experimentis Lumini producendo ex necessario sufficissent, nullum tamen Luminatio- nis vestigium in Cramate conspiciebatur : Quocirca nonnihil *novi* Spi- ritus accipiens, atque in talem aquæ quantitatem demittens, quam, ab illo imprægnari posse sufficientem dijudicavi , ut supputatione offendi, Luminosam Liquoris Massam, inde productam , ad pondus assurrexisset, quod (non dicam , minüs , sed paulò ultrâ) quinque centies millies *Noctiluca* materiæ, per illam disseminatæ, pondus transcenderet ; quæ quidem visibilis expansio multis parasangis expansionibus cunctis ante- cellit, quas hæcenus in corporeâ aliqua substantiâ , in visibili Liquore dissolutâ, unquam observatas fuisse existimaverim ; Cùm istam *Cochi- nella* Expansionem quaternis vicibus vincat, quam, ante multos annos, Curiosis impertivi, quorum etiam nonnullis placuit, in scriptis suis rem illam, ceu prodigiosam, suspicere ac memorare ; una enim *Cochi- nella* pars, modo à me ibi præscripto , tractata, in Experimento illo Colorem perceptibilem in centies vigesies quinque millibus Aquæ par- tibus produxisse deprehendebatur.

His quæ suprà dicta sunt, tres has circumstantias, in miram Experi- menti novitatem facientes, adjungam.

Prima est, quòd hic loci manifestam Aquæ ipsius imprægnationem solummodo tradiderim, quæ crassum quidem Corpus est atque tactile, à disperfis *Noctiluca* materiæ particulis factam ; nullâ ratione *Expansionis*, longo intervallo majoris, Luminis istius ad calculos redactâ , quod, à materiâ in Phialâ inclusâ, ambientem Aerem ad notabilem à se distan- tiam illuminaverit, utut, propter Conclavis obscuri exiguitatem, præpe- ditus eram æstimationem facere *quousque* illuminata Aeris Sphæra ex- tendisse potuit.

2. Quòd Experimentum hoc non erat circumstantibus admodum faultis sed potius invidiosis factum, cùm aliquid minus Lucidæ materiæ de industriâ in usum appenderimus, subinde plus aquæ libantes, quàm præcisas quantitates , quas Calculatio ea supponit ; quod eo consi- lio factum est, ut, Experimentum severè satis atque *ad amissum* fieri, certò dignoscerem.

3. Denique, factò scrutinio, comperi, illud *Phosphori Glacialis* gra- num prius in Spiritum Vini per totam Experimenti seriem in usum ad- hibitum, demissum, post tempus adeo longum, non fuisse unversim ac in solidum dissolutum ; Cùm exiguum ejusdem fragmentulum, octavam cir- citer & plus forte ejus partem adæquans , ad inum Phialæ indissolutum remanserit, cui novum Vini *Alcohol* superinfundens, atque per tempus

modicum in calore remisso, ad solutionem promovendam, detinens, Li-
quorem illum (sicut antea præopinabar) quando in aquam communem
guttatim instillatum, eò Luminationis ascendere reperi, ut probabile
videretur, si universum *Phosphori Glacialis* granum, primâ vice, in Spiri-
tu Vini fuisset solutum, ipsum tantam Aquæ quantitatem imprægnare
potuisse, quæ sexcenties millies pondus ejus transcenderet, idque tam
faturè, ut in Luminationem inde proritaretur ac erumperet.

SECTIO IX.

Pergam jam porrò ad methodum alteram recensendam, quâ miram
in Materiâ nostra *Noctilucâ* partium subtilitatem, quodam etiam
cum compendio, detectum iri censui, Cujus cum successum legeris, for-
te an in eâ sis opinione, me sine illo, quem ab Experimento designato
expectaveram, non prorsus fuisse frustratum.

EXPERIMENTUM I.

Exiguam *Lucida Nostra Materie* massulam, ad tria grana assurgenti-
tem, accuratè appendimus; quâ, datâ operâ, in quædam minora frag-
mentula, putâ 6 aut 7 ad minimum diffractâ, Frustula illa super Phia-
lam, fundo plano formatam, imposuimus, quæque ad summitatem pa-
tentior fuit quàm ad imum, necnon & brevis etiam, (cum digitum
unum profunditate non attingeret) ut materia inhospitans libero aeri
melius exponeretur, Phialam hanc in fenestrâ, ad Austrum spectante,
collocavimus, positurâ perquam devexâ, ut Liquor, ex solutione ejus in
madido aere producendus, celeri lapsu decurreret, liberamque resi-
duæ materiæ evaporationem nequaquam impediret, quamvis Phialam,
tali situ ponentes, ad alium etiam scopum, dehinc memorandum, col-
lineavimus: vasculo hoc ita collocato, circa horam decimam noctur-
nam, universa *Noctilucæ* fragmina vividè splendescbant, ita facere per-
severantia, donec ex iis pleraque in substantias alias resolverentur, eo-
rum etiam maximis lucere continuantibus, donec in istiusmodi exigui-
tatem diminuerentur, ut vix visu essent perceptibilia, nisi suâ ipsorum luce
se prodidissent.

Res autem præcipua, in hoc Experimento à me advertenda, (quæ-
que fortassis admiratione te afficiat) erat hujusmodi, scilicet, Tantillam
Noctilucæ Materie quantitatem fumos visibiles longè super Centum &
quingenta horas continuatim emittere potuisse, idque cum circum-
stantiis

stantiis talibus, quæ rem magis mirabilem reddiderunt.

1. Primò etenim, fumus hic non modo visibilis fuit, sed cum claritate quadam conspicuus, idque tam noctu (ut variis subinde vicibus frequenter observavi) quàm interdiu.

2. Singulæ *materia* portiones, fumum *quæque* suum, planè ac si e tot caminulis ascenderet, uno eodemque tempore emittebant.

3. Fumus hic tanta copia emissus, ea etiam tenacitate præditus fuit, ut Fumi formam ad notabilem ex corporibus, ipsum eiectionibus, distantiam facilè retineret; addò ut hac illac in Conclavi deambulanti incurius erga Phialam aspectus *illum* mihi dispanderet, quandoque etiam manifestè appareret ad distantiam, æstimatione meâ propè pedalem à materiâ ipsum emittente.

Circumstantiarum etiam sequentium famulatum, in aliud licèt institutum, adjungam : nempe

1. Fumi motum satis celerem fuisse, consideratione hac in partes vocatâ, quòd Canalem nullum aut caminum habuerit, unde assisteretur, Accedit, quòd non semper (immò nec ut plurimum) perpendiculariter fursùm ascendebat, sed quandoque Horizontalis fuit, nunc deorsum, nunc ad dextram, mox ad sinistram vergens, planè ac si fumorum motus, ab illarum *Noctilucorum Fragminum* partium situ, unde eiectioni & quasi *explosi* fuerint, dependeret ac determinaretur. Pòsteriori hac Phrasi utor, eò quòd circumstantiis delectabilis nostri Experimenti observandis cum voluptate quadam attenuiùs invigilans, existimavi, me quandam quasi palpitationem aut æstuationem, in exiguis lucidis fragminibus, sæpè animadvertisse, quod ex inæqualitate, manifestè magnâ, inter fumorum diversis temporibus eiectionum copias, collegi, quorum tamen singuli intra unum aut alterum minutum forsàn emittebantur. Verùm de hac re non amplius disseram, donec ulteriora observata fecero, ideoque progrediar ad unius solummodo alterius circumstantiæ in nostro Experimento evenientis animadversionem quam sic habe.

2. Quod in posteriori Experimenti parte, postquam materia *Lucida* tam diu fuisset aeri exposita, odorem satis validum exhalavit, qui ab effluviis odoratis, à fumis visibilibus, distinctis *proficisci* videbatur.

SECTIO X.

TEmpus verò nunc monet, ut rationem tibi apertiùs reddam (quam priùs tantùm subinnui) Quare Phialam istiusmodi figuræ elegerim, & quare etiam situ inclinato de vexoque collocaverim? Hoc animo factum fuit, ut Liqueor quem ex salinâ materiæ lucidæ parte mox delapsu-

rum præciverim, non amitteretur; visum est enim Liquorem illum in examen deducere, ut exinde res alias detegerim; particulatim verò, utrùm Limpida, talis enim ad oculum apparuit, materia, quæ quasi *Cadaver* & (ut Chymicis vocabulis utar) *Deliquatam Caput mortuum* Lucidæ substantiæ fuit, aliquid tamen in se, tam *Luminosum* quam *Salinum*, non contineret?

EXPERIMENTUM I.

Quà in re ut mihi satisfacerem, Liquorem hunc in vasculum, diametri exiguæ (ex argento optime repurgato elaboratum, ne à salibus cæteris præterquam Nitro & Alumine corroderetur) indi curaverim, quod quidem instrumentulum ob celerioreminutiorum materiæ quantitatum evaporationem crystallizationemque fluidè comparaveram. Liquor noster in vasculum hoc demissus, ac carbonibus quibusdam cineribusque superimpositus, non tam facilè tamen, ac quispiam suspicaretur, evaporabat, sed in substantiam unctuosam coloris obscurè rubicundi abiit & convertebatur.

Quocirca vasculum prunis ardentibus superposuimus, ut calor eorum intensior Liquorem ebullire faceret, ab humiditate superfluâ inde liberare posset. Hac ratione, haud longo tempore interjecto, Liquor in substantiam, scito Phænomeno nobis gratificantem recucebatur, (Phænomeno illi non absimili, cujus mentionem fecimus, cum de solidi *Phosphori* in Communi aquâ infusione solutioneque differuerim) Bulliens enim Liquor ita crepitabat, ac si Salis marini manipulus in ignem fuisset projectus; dumque hæ crepitationes durarent, (quod diutius quàm pro expectatione factum fuit) agglomeratas sclopetorum plurimorum dislocationes (singulis unâfactis) æmulabantur, idque non solum propter numerosos, quos ediderunt, fragores, sed etiam ob minutas emicationes quæ quidem emicationes, adaucto paulum igne, in tantum numerum excreverint, seipsas etiam tam spissè invicem prementes, ut Flammæ continuatæ speciem, non injucundam spectatu, referre videbantur.

EXPERIMENTUM II.

Post præcedens Experimentum, volens cram in hoc etiam incumbere, nempe ut affirmationem quandam facere valerem, *quousque Lucida* materiæ in Fragmenta distractio, necnon & vasculi conditiones celeri ejusdem absorptioni contribuissent? In hunc finem massulam, tria ex accuratâ Libratione grana æquantem, cepimus, quam in Infundibulum parvum, e vitro materiatum, indidimus; Cujus quidem Infundibuli extremitas superior patens erat, & satis capax, relatione ad partem ejus
inferio-

inferiorem, quæ admodum exilis fuit, habitâ, ut *Noctiluca* Aeris sodaliti-
tio frueretur tam supra quàm, (sæpe etiam) inferiùs, absque quòd materia
inhospitans delaberetur, donec ita diminuta, ut parvæ aciculæ nodum non
adæquaret; vasculum hujus formæ in hunc usum idèò elegerim, ut, Liquo-
rem à *Glacialis* nostri *Phosphori* deliquatione stillaturum exciperem; Cui
instituto ut inservirem, tenuis Infundibuli hujus Fistula in Phialæ parvæ,
formæ Cylindricæ, orificium indita, illic in Loco quieto, fenestrâ scilli-
cet Australi, detinebatur; unde unâquaque nocte, postquam in Lectum
me contulissèm, in cubiculum meum afferri jusserim, perspècturus, Num
in Lucefèndo perseveraret? Ex quibus Experimentis didici, materiam
usque *Luminosam* perstitisse, nec ita adhuc diminutam, ut per Infundibu-
lum in Phialam, ad finem diei quindeni & paulò ultrà omninò decideret,
ita ut per trecentas & sexaginta horas in lucendo perstiterit.

Liquor ille valde limpìdus, hoc Experimento, in Phialam deliquatus,
infèlici quodam casu fuit deperditus, antequam in explorationem po-
terat deduci, non tamen priùs quàm præcipuum, ad quem, in Illo ser-
vando, scopum collimâram attigissèm; qui in hoc constitit, ut pondus
ejus (*propediem* recensendum) dignoscerem.

Quæ hætenus dicta sunt, Lectori mirationem quandam meritò inji-
cerent, inauditam partium quæ exiguitatem, quæ multitudinem, quæ in
Materiâ nostrâ *Noctilucâ* stipatim agglomerantur suspicienti; præsertim
si consideretur, quantam *Luminosorum* visibilis fumî radiorum copiam,
nec non & quantam odororum, tametsi invisibilium, effluviolorum vim,
tantilla ejusdem quantitas, tria scilicet grana (quæ ad vicesimam drachmæ
partem solummodò assurgunt) per ducentas trecentasve horas indefi-
nenter emittitaret. Ac nihilominus post omnem hanc profusionem, Li-
quorem pone se reliquit, ter suprâque pondus ejus (ita enim ex libra-
tione deprehendimus) exuperantem, qui & ipse Liquor non erat *Cada-
verosus*, nec (cujus speciem referebat) *Aqua Communis*, sed (prout ex
nuper recitatis de ejusdem generis Liquore argui potest) quamplurimis
partibus salinis imprægnari valuit, ex quibus non paucæ ita *forfan* erant
moratæ, ut capaces fierent, quæ in Luminationem, eamque vividam,
perducì poterant.

OBSERVATA
CIRCA
NOCTILUCÆ
IPSIVS
INFLAMMABILITATEM.

SECTIO UNDECIMA.

OBSERVATIO I.



CCEPI paululum *Consistentis Noctiluca*, quâ in partes diffractâ, ac, quoad per fragilitatem ejus licuit, chartæ complicatæ frustulo hæc illic superillitâ, Chartulam illam ad Candelæ flammam accendi, subinde observans, quòd, cum Flamma ad hoc vel illud *Lucida materia* fragmentum parvulum pertingeret, Illud statim ignem conciperet, atque modo quodam crepitante & stridulo deslagraret, cum tali etiam strepitu, qualem Salis-Petræ grana, quando prunæ ardenti superposita edere solent.

OBSERVATIO II.

Animadverti etiam insuper, quòd si Papyri frustula, super quibus aliquot ex istis *Noctiluca* materiæ granis collocassem, favillis cineribus coopertis imposueram, priusquam Papyrus ipsa ignem conciperet, *Lucida materia* Flammam suam Chartulæ contiguæ communicaret.

EXPERI-

EXPERIMENTUM I.

Lucida nostra materia Fragmentulum, ad granum unum haud affurgens, accepimus, quod in femicochleare aut paulò minùs Spiritùs Vini summè rectificati indidimus, Liquore illo deinde ad Candelæ flammam accenso, Spiritus (ut in more est) flammâ partim flavâ (potissimùm ad superficiem exteriorem) præcipuè verò cæruleâ deflagrabit. Quamquam verò cochlearis argentei calor, quo Experimentum factum fuit (juxta expectationem) *Noctilucam* materiam Liquefecerit, eam etiam in Globularem Formam effingens, ad imum tamen permansit citra manifestam cum Vinosis Spiritibus commisionem, citraque notabilem aliquam Flammæ suæ coloris alterationem. Cùm verò Spiritus Vini in solidum consumeretur ne *Gry* quidem Phlegmatis pone se relicto, guttæ ultimæ, quando actu accensæ, cùm Lucidam materiam pertingerent, in incendium illam extemplò dabant, flamma tamen ejus à Vinosorum Spirituum Flammâ haud parum discriminabatur; præterquam enim, quòd inusitatum quid in figurâ ejus perciperetur, etiam & color non omninò cæruleus fuit, aut ad cæruleum vergens, sed intensè Lateus; tam vehementer etiam exardebat, & lumine tam vivido, ut spectatores in admirationem raperet, præsertim cùm, exiguâ combustibilis materiæ quantitate consideratâ, diutulè tamen ardere perseveraret. Dumque ardebat, non parvam fumorum vim emisit, qui ad insignem altitudinem ejaculari videbantur; porrò materia hæc primâ quaque vice non univèrsim deflagravit, reliquit etenim quasi *Caput mortuum*, parvæ placentulæ figurâ, subsidens jacensque, colorem habens partim profundè cæruleum, & partim eleganter rubrum. Cùm verò materia hæc, mole suâ major erat, quàm, proportionè ad illam quæ consumebatur, habitâ, verisimile unquam adjudicaram, tam minutam *Phosphori* quantitatem tantùm materiæ incombustibilis continere potuissè; ad illam conflagrandam progressus sum, sed *diversa ratione*, (ut alias refertur) donec nil, nisi perpaucæ admodum fæces, cæque leves supererant, quæ ejusdem indolis cum iis proximo Experimento recensendis esse videbantur.


EXPERIMENTUM II.

Cepimus exiguum *Noctilucæ* materiæ granum non adæquans fragmentum, in quod cochleari argenteo positum, radios Solares, uno ex minimis meis speculorum ustiorum (dioptrico quidem illo) in usum eum adhibito, concentratos projeci, horum interventu confestim in ignitionem abiit, atque, unâ cum ingenti fumorum copiâ, flammam etiam edidit intensè flavam, tamque vehementem & lucidam, ut visu esset conspi-

cua, licet transfennâ de industriâ apertâ, radii Solares tunc temporis in meridiano situ existentes directè *illam* calore pleno verberare permitterentur, ventusque etiam, aliùs spirans, *illi* plenè insufflaret, absque tamen quod exstingueretur. Ad imum cochlearis, flamma, jam expiratura, rotundum latumque *Caput mortuum*, ex diversis circulis, Sardoniceis haud dissimilibus, constans reliquit, quorum amplissimus albo colore, alter Luteo, tertius rubro præditi erant, coloribus universim tribus vividitatem satis jucundam sortientibus. Quædam hujus *Capitis mortui* pars, libero aeris contactui denuò allata, combustibilis apparuit; residuum, in cochleari relictum, ut aer in illud operaretur, ut plurimum sese in Liquorem *per deliquium* resolvebat, qui cum Spiritu Salis, quoad aciditatem, penè contenderet; quod supererat, levis atraque sæculentia fuit, de quâ, cum tantillum modo restaret, examen nullum instituire potuimus.

EXPERIMENTUM III.

Cum experiri cuperem, utrùm *Noctiluca materia*, merâ pressione aut motu in conflagrationem perducì vellet, visum est Experimentis aliis, hîc recensitis, non acquiescere, ex quibus constat, Ipsam eâ virtute polle- re, ut varia corpora ad regnum vegetabile pertinentia, aut alias facilè inflammabilia, in actualem inflammationem perducere posset. Quocirca duo *Noctiluca* nostræ materiæ, priùs arefactæ, grana, in Mortarium vitreum (Pistillo etiam vitreo instructum) demissimus, cujus frigus & crassitudo id committere potuerunt, ut *Noctiluca Materia* in sensilem calorem, ex operatione in eo præstandâ, non conjiceretur, ac proinde nec caloris quippiam ex proprio eidem materiæ communicaret. Hæc verò in Mortario, vitrei Pistilli ope, aliquanto agilùs affricta, utut inde in Luminationem magis vividam, quàm priùs, perducta sit, non tamen ignem concepit, quod intenso vitri frigori, Phosphori, incalcesceatiam præpedienti, imputandum rebar; parvo autem interjecto tempore, ignem concipiens, actuali flammâ, multo etiam cum fumo, deflagrare incepit. Hæc tamen ita diu duravit, ac expectari poterat, cujus durationis brevitatis e vase, quod sensibiliter frigidum permansit, forte etiam ab ejusdem angustâ ac profundâ figurâ, liberum aeris accessum aliquousque inhibenti, proficisci potuit; aliquid enim materiæ, super pistillum extractæ, meliùs ardere videbatur quàm quod in Mortario restitit; quod quidem jam extinctum, semel iterum, Trituræ interveatu, accendebatur, subito autem rursus expirans, non potuit eodem modo in reaccensionem, sed in vividam solùm Luciditatem perducì.



EXPERIMENTA

CIRCA

ALIORUM CORPORUM

Accensionem ustionemque,

NOCTILUCÆ OPE.

SECTIO DUODECIMA.



PRIUS innui, *Consistentem Nostram Noctilucam*, specie illius Glaciem referente, necnon & actuali ejusdem *ad salum* frigore non obstantibus, admodum tamen proclivem fuisse, ut partes ejus in motum atque eâ ratione in calorem sensilem facillè perducì poterant. Tempestivum verò nunc reor, particularibus instantiis, *Thefin* istam corroborare.

1. Primò igitur, si *Phosphorus noster* parumper inter cujuscumque digitos duriùs prematur, aut si adversus Tabulam Ligneam, aut tale durum aliquod, nec tamen admodum frigidum corpus validiùs allidatur, sæpenumerò actuali & sensibili calore præditus reperietur, calore in gradum tam intensum nonnunquam assurgente, ut carnem etiam adurat; quòd *Laborans* meus audaculus, in haud levem sui dolorem, expertus est, qui ex materiâ nostrâ Lucidâ, nimis audenti curiositate, contacta, digitos habuit penè universim pustulis extuberantes. Porrò apud me conquestus est, quòd, licèt, secundum commune *Chymicorum* factum, occasionibus aliis frequentes ustiones passus esset, pustulas, tamen à *Phosphoro* excitatas acriùs, quàm cæteras, dolentes offenderit; nec ille modò, verùm etiam quamplurimi *alii* querimonias suas mihi detulerunt,

se, ufturas, ab hac materiâ factas, uti plus cruciantes, ita sanatu difficili-
liores, quàm papulas ordinarias, reperisse. Sicut verò *Noctiluca nostra*.
non semper ex eadem materiâ, nec adhibita curâ æquè felici, conficie-
batur, ita suam ad incallescendum aptitudinem, nec non & diversos ca-
loris gradus, ad quos per motum perducî poterat, multum inter se dif-
ferre observaverim, qui de causâ quâsdam ejusdem portiones, altiores
istos caloris effectus, ac nonnullæ aliæ fecerint, produxisse non comperi.
Cui addi potest, quòd majores illi caloris effectus, graduatim etiam
inter se discriminabantur.

2. Consimile est quod sequitur, postquam etenim aliquid *Phospho-
ri*, cultri laminâ, super Papyrus comprimens adfricanque, incalsum
Ipsam incendere tentavissem; Chartæ puræ frustulum accepi, quâ ad
ignem siccâtâ atque tepefactâ, paululum *Noctiluca* nostræ in ejusdem
plicâ obvolvi, chartaque inter manus meas affricui, quanquam verò
ex ista attritione, sensibilis atque etiam notabilis calor productus fuerit,
non tamen ad gradum, à me expectatum, assurrexit, sed cum pergerem
Chartam hæc illâc aliquandiu fricare, derepentè ignem concipiens in
flamas etiam abiit, adeo ut manus mea exinde combusta fuisset, nisi
tenuis, quâ superinduebatur, Chirotheca noxam illam magnâ saltè ex
parte prævenisset; *magnâ inquam ex parte*, (*solum* etenim dispendium
non prorsus effugi) Chirotheca verò, indè torrefacta, in rugas vietas
partim complicabatur. Ut Experimentum hoc certius fieret, aliud
Chartæ frustum eodem modo incendi, tunc verò ab incepto desisti,
ne substantiam, cujus copia haud ita magna mihi suppetiit, superflue pro-
funderem.

3. Sic Pulveris Pyrii ignitio, *Phosphori* nostri ope, præstari poterat,
absque circumstantiarum talium famulatio atque opitulamine, quarum
difficilis concursus id efficiet, ut plus quàm *Instructiva* curiositas redde-
retur: Nihilominus Timor, ne usibus humano generi perniciosus ap-
plicaretur, me virtutem illam Pulveris Pyrii incendi, ad quam Phos-
phorus noster perducî poterat, præcipuè cum circumstantiis faventiori-
bus fretus, silentio prætermittere faciet.

Quapropter, ut in explorationem deducerem, utràm *Phosphorus* no-
ster, qui Domini *Krafts* Phosphoro non inferior videbatur, Pulverem
Pyrium incenderet? (quod ab Ejus *Noctiluca*, licet difficulter, factum
fuit) Cepimus paulum *Lucida* nostræ materia, quam, ut arefiat, parùm
abstersam, Pulveri Pyrio arefacto superimposuimus, ubi grana nigra
cultero prementes ac aliquo modo affricantes, comperimus quidem ca-
lorem productum, eumque, nonnunquam talem, qui aliquot Pulveris Pyrii
granula in flammam subcæulam abire fecerit, miscella tamen non dis-
ploderetur: Ita ut *Laborans* ille, cui, in absentia meâ, Experimenti rei-
terandi curam commiseram, rem minimè successuram præsumens, caput
suum

suum super crama, ut mutationes in illo factas melius perspicere posset tenere non verebatur, *en* autem repentino impetu Pulvere nitrato ignem concipiente, flamma ejaculata crines ejus occupavit, unde Coruscatio oriebatur, quæ, cum fatis *innoxia* fuerit, majore oblectatione nos exceperit, quàm fumi, illi succedentis, malè gratus odor.

4. Idem verò *Laborans*, qui in varianda Phosphori præparatione haud parùm me adjuvit, aliquandiu post in discrimen majus conjiciebatur; nonnulla etenim ex recens distillatis *Noctiluca* nostræ granis, aliquà *Lucida Aqua* unà cum illâ prolectæ, portiunculâ coopertis, mihi allaturus, casu quodam infelici Phialam in loculo ejus fregit, unde factum est, ut corporis ejus calor longæ deambulationis motu adauctus, materiam fractâ Phialâ effluentem ita excitaret, ut duo vel tria magna foramina subligaculis ejus inureret, priusquam ad me, ad infortunium suum renunciandum, venire potuit, cujus novissimo effectus non potui, sicut miratione quadam ita etiam subripi non suspicere.

5. Cùm *Noctiluca* nostræ, in Pulverem Nitratum operationem jam Tibi retulerim, visum est experiri, utrùm Corpus non accenderet, quod ad ignem concipiendum minùs aliquantò prònum existimatur?

Exper. Ac proinde semigrano circiter aridæ nostræ *Noctiluca*, communibus Sulphuris floribus, sexies pondus ejus superantibus unà commisto, ambo Chartæ candidæ super tabulam ligneam locatæ frustuli plicis convolverim, Crama verò hoc, cultri manubrio paululùm contritum affrictumque, per interceptam Chartulam pervidè quidem elucescebat, nec perrexit quid amplius facere; suspicatus igitur, aeris defectum in causâ fuisse, cur in Lucendo solùm desistens, ad ustionem non progrediretur, chartam aperui, unde comperi, accessu aeri factò, miscellam immediatè ignem concipere, chartamque avidè ac furiosè cremare; Quid quòd & egomet ipse damnum aliquod per istud incendium passus essem, nisi periculum cautè evitasset.

Alterà vice, Experimentum idem reïteratum notabile hoc Phænomenon nobis exhibuit, quòd, Ingredientibus probè unà affrictis, tametsi antequam Charta dispanfa aeri exponeretur, mistura non incendebatur, ad aeris tamen contactum ignem concepit, nec flammâ tardâ, sicut bitumen facere solet, deflagavit, sed simul ac semel cum ingenti coruscatione effulgurabat, ad instar Pulveris Pyrii accensi, nisi quòd Flamma magis *lucida* videbatur.

Effectus supremus, à *Glacialis Nostræ Noctiluca* calore profectus, casu quodam à *Laboranti* meo producebatur, qui experiri cupiens, num quardam *ejusdem* portio, recens preparata, bonæ notæ esset aptaque quæ mihi adducatur, literas cum illâ exarare incepit, idque super asseris fragmen, quod diu in Laboratorio meo, in Hypocausti partem, usurpatum fuerat, Cui quidem asseri, à constanti loci calore in inustatum

caloris gradum perducto, recentem materiam durius imprimens, submirabundus offendit, se literas non modò *lucidas* sed & *ardescentes* conscripsisse; *Lucida* enim *materia*, eas ligni partes actu incendisset, in quas valide ipsam alliferat.

SECTIO XIII.

EXPERIMENTUM I.

UT paulò particulariùs examinem, cui salium familiæ aut speciei, salina *Noëtiluca nostra* pars vel propriissimè referri mereatur, aut saltem quacum maximam cognationem habeat (possibile enim existimavi, *Ipsam* non omnimodò cum ullâ salium, adhuc notorum, specie convenire, sed peculiare aliquid sortiri *ex proprio*) ut hoc, inquam, in examen deducerem, paululum ex exiguo isto, quod tunc mihi suppetit, penu, in Liquorem clarum *per deliquium* se resolvere permisi, quo Liquore nonnulla ex Tentaminibus, alibi traditis, (quibus explorare soleo, ad quam Salium speciem, *hoc* vel *illud* sal pertineat) confeci; augurabar etenim ex saporis *illius* indicio, necnon & modo, quo conficiebatur, Ipsum *aliquousque* licèt non *usquequaque* de naturâ Spiritus Salis marini participare. Parum igitur ejusdem commodæ Syrupi Violarum quantitati superinfudi, nec inde comperi, Syrupum in colorem *viridem*, quod Sal volatile Urinosum præstare voluisset; sed in *Helvum* potiùs ac eleganter *Hyacinthinum* conversum, talem scilicet, quo Syrupus iste imbutus solet, quando *Acido* Spiritu commisceatur. Deprehendi etiam, paululum Anomali nostri Liquoris colorem cæruleum illicò destruxisse, non tamen *alterum* illum ex Ligni Nephritici Tincturâ.

EXPERIMENTUM II.

Porrò aliquid Liquoris hujus, *per deliquium* à *Noëtiluca* provenientis, quibusdam Cupri limaturis superimposui, quas ab eo permadefactas, nonnullis etiam eodem coopertas, Phialâ cavâ per biduum triduumve aeri exposui; atque hac ratione, non secùs quàm expectaveram, absque caloris ope, solutionem quarundam ex Cupri Limaturis obtinui, cujus color non erat profundè *Cyanæus*, quasi a volatili Sale Urinoso fuisset intinctus, sed, ex viridi & cæruleo participans intermedium vel compositum quendam colorem repræsentare videbatur.

EXPERI-

EXPERIMENTVM III.

Ut Salinam Liqueoris hujus indolem clariùs elucidarem, quandam ejusdem portionem Corallii rubri Pulveri imposui, quem protinùs invadens, cum strepitu & spumâ corrofit: deinde alterâ ejusdem portione, Sali Tartari arefacto, affusâ, pugna accerrima inter illa extemplo ciebatur, unde strepitus quidam cum spumâ multâ productus fuit: Adeò ut supervacaneum duxi, plus *Noctiluca* nostræ materiæ, (cujus copiam non nisi tenuem habui ac mediocre) profundere, in disquirendo demonstrandoque, Liquorem nostrum Naturam Urinosam, (quod *Chymicorum* plurimi expectasse vellent) non fortiri, sed ad Salium *Acidorum* Familiam pertinere, atque inter illa, eorum potissimùm Classi maximè asfinem videri, ad quam Spirituosa Salis communis aut marini pars attingeret.

EXPERIMENTVM IV.

Ingeniòsi quidam proclives forsan sint ad suspicandum, quòd, cum *Glacialis* nostra *Noctiluca* solidioris substantiæ sit, quàm *Aeria* illa, necnon & multò diutius in Lucendo perseveraret; Cum hoc, inquam, ita fit, si Consistens *Phosphorus*, in Phialâ (unde nullus daretur expirationibus ejus exitus) includeretur, materiâ à profusione detentâ, Luminationem etiam à Cessando cohiberi; Cum conjectura hæc nonnullis arrideat, tametsi notio illa, quam de *Noctiluca* nostræ indole inhaussem, *Ilius* confirmationem non pollicebatur; attamen ne omisso, tam facilè evitabilis, postea mihi vitio verteretur, nonnihil aridi nostri *Phosphori* in Phialam claratâ, aquæ circiter unciam, ut rebamur, continendi pacem indidi; Phialam hanc accuratè occlusam seposui, & in Lucendo per paucos aliquot dies continuare deprehendi; deinde verò lumen manifeste diminui incepit, nec multò post omninò disparuit; Tametsi possibile existimavi, Ipsum non prorsus tam citò expirasse, ac visum meum fugeret, quoniam fumi albidî, à materia, dum in Lucendo adhuc perseveraret, emissi, internam Phialæ superficiem, quodam fuliginis albidæ quasi velamento obduxissent, quod ipsam tandem opacans, facilè committere potuit, ut lumen Languidum Phialam non pervaderet, nec ad oculos nostros pertingeret. Probabile autem est, Aerem cum *Phosphoro* conclusum vel vitalem aliquam substantiam (si ita vocare liceat) inde depastam exesamque habuisse, aut aliter e fumis ex *Phosphoro* oriundis (ne viis aliis possibilibus insistam) ita domitum fuisse, ut tandem minùs aptus fieret ad continuandam (sui generis) *Noctiluca* nostræ flammam.

EXPERIMENTUM V.

Ad institutum tamen profequendum, lumen plus solito duraturum, materiã ab externi Aeris commercio cohibitã, producendi; Acepi quandam *Noctiluca* nostrã materiã port-unculam, cum parte aquosã unã prolectã, à quã etiã non tam facillè separabilis fuit, quin satius duxeram unã mistas relinquere, eo quòd tam vividè elucescebat, ut pro præstantissimã Aeris *Noctilucæ* portione æstimari potuit; Hanc Ovo vitreo inclusam (cujus fundum de industriã Figurã planã efformabatur, ut absque reclinacione consisteret) obsequavimus, atque in loco, ubi frequenter oculis meis observaretur, ponens, identidem, præsertim nocturno tempore, illam observavi, offendique, in Lucendo persistere (nisi me plurimum fallat memoria) per unam diutius septimanam; idque cum tantillã Luminis diminutione, ut mirarer planè, cum ad inspectandum superveniens, non amplius lucere deprehenderim, potissimum, cum manifestum aliquod Lumen, nec ex sigillatã Phiala, ipsam continentis, agitatione, aut moderatã ejusdem calefactione, illi restituerè nequiverim.

EXPERIMENTUM VI.

Post multas Observaciones, de Luminis, à *Noctilucã* nostra *Glaciali*, quasi sponte suã, citra externum calorem exhibiti, Gradibus factas, visum est tandem explorare, utrùm, moderato ignis calore admoto, Lumen non fieret multò vigorosius, & fortean *Phosphorus* ipse in actualem accensionem, vel in vase clauso, perduceretur? Institutum hoc ideo profequi inducebar, spe quadam fretus, quòd *Phosphori Nostris* lumen hac ratione augmentando, tametsi acquisitum Luminacionis gradum non diu retineret, hoc tamen luminis augmentum satis elongari posse, ut *Phosphorus* in eo statu in usus non contemnendos adhiberi posset, præcipuè verò (modò plurimum *Noctilucæ* materiã unicã vice calefiebat) ad lumen sufficiens præbendum, quo intermediente, Pulvis Bombardicus e reconditorio suo in navibus, aut ex armamentariis tuto extrahi potest, absque quòd periculum ullum sit ejusdem incendendi; quã ratione infelices illi casus, qui navigiis, præsertim bellicis, contingere solent (cujus rei instantiam valde notabilem in Tamisis fluvio nuper habuimus) præveniri poterant. Ut propositum hoc exequerem, Grana quadam *Consistentis* nostrã *Noctiluca* accipiens, Ovo vitreo, formã rotundã, ordinario Ovo gallinaceo paulò largiori, scapo vel fistulã proportionatã magnitudinis instructo, & circiter 3/4 partem pedis longò indidi,

indidi ; vasculo hoc Hermeticè sigillato , (saltem in quantum discernere potuimus) globosâque ejus parte cautè & gradatim igni admotâ , & tunc in locum tenebrosum immediatè dimoto , inclusa materia non modò longo intervallo , quàm ante calefactionem ejus , vividior eluxit , verùm & quædam ejusdem portiones in actualem flammam perducebantur , quod ex radianti materiæ ardentis splendore , & fumi inde emissi indole apparuit ; Quod manifestius etiam fiebat ab intenso calore , quem flammans materiæ , pars , (non autem cæteræ partes) illi vasis Hyalini parti , cui adhæsit , communicaverit ; *illic* enim vasculum absque incommodo ne tangi quidem potuit ; Flammâ verò hâc , quæ non ita diu duravit , expirante , materiæ nuper accensæ portio , nec in lucendo nec in ardendo , ut prius , ampliùs perstitit , sed in residuæ Noctilucæ materiæ Diathesin reducta , notabilem cum illâ luminis gradum diutulè retinuit , ratione caloris , cui fuisset exposita , supra Laminationem illam , quæ ordinariè ad eam pertinebat .

Experimentum hoc tam inasitatum visum est , iisque nunquam antea videntibus adeò delectabundum , ut partim ad Curiosos gratificandos , partim ad proprium meum Institutum profequendum , inter spatium mensurum vel bimestre (ni malè memini) vigesies aut tricies iterabatur , eadem materiâ in eodem vase usque detentâ , tametsi ex Liquefactione ejus , atque magnâ ex parte , per frequentes ad ignem admotiones , sublimatione , in varias portiunculas dividebatur . Hoc tamen Experimentum id magis jucundum reddidit , quòd *nonnunquam* (non enim *semper* evenit) plusquàm una aut fortassis duæ materiæ portiones uno eodemque tempore ardere videbantur . Hæc tanquam res nova , & vix credibilis suspiciebatur , Corpus aliquod in actualem flammam perduci potuisse , idque per tempus non modicum , in vase Hermeticè sigillato , eoque non amplo . Veruntamen ut omnia tecum fide Philosophicâ transigam , non oportet celare , post multa Experimenta , Phialâ supradictâ , confecta , Phænomenon quoddam accidisse , quod suspicionem quandam mihi iniecit , eo tempore *illam* non fuisse exactè sigillatam ; non tamen apparuit , quin primò exactè fuerit sigillo munita , atque ita occlusa per variorum Experimentorum seriem persistere potuit ; nam post abortivam hanc suspicionem , vas idem decies aut duodecies & fortè sapiùs , ad Experimentum , priùs recensitum , faciendum , adhibuimus , & post hæc omnia fissuram nullam rimulamve in Phialæ Globo aut ejusdem scapo percipere potuimus , difficile enim invenimus , acutam parvæ aciculæ extremitatem in foraminulum exiguum , (quòd vel illic invenimus , vel vestigando fecimus) ad apicem ejus intrudere . Utcunque se res habeat , ex rebus prius recitatis , satis constat *Noctilucam* nostram materiam , spiraculo multis gradibus minore utentem , ardere posse , quàm alius quispiam fomes ignarius , nobis adhuc notus ; quodque parva ejusdem quantitas in Ardendo Lucendoque diutius ,

quàm

quàm quispiam hariolaretur, perseverare adducatur. Quid quòd nonnihil hortamenti atque spei, ex rebus perspectis, nobis accrevit, ut, si major materiæ portio in Phialam convenienter figuratam immitteretur, fausto aliarum circumstantiarum famulatu operam nostram comitante, præcipuè si luminatio paulò altiùs promoveri poterat, futurum, ut usibus quibusdam, in navibus & Pulveris Bombardici Repositoriis inservire aptaretur.

Si requisitis omnibus instructus essem, quando primùm præcedens Experimentum fecerim, paulò ulterius illud promovere satagissem, scilicet efficiendo, ut moderata *Noctilucæ* nostræ materiæ quantitas variis vicibus arderet, idque in tenui vase vitreo, Hermetis sigillo exquisitè occluso, ut Phialam exactâ bilance tam *ante* quàm *post* inclusi Phosphori accensionem librans, inde comperirem, utrùm partes aliquæ ponderabiles satis subtiles essent, ad Phialæ poros pervadendos; quod si præstare non potuerunt, tunc sperabam me detecturum, qualis Texturæ mutatio in materiâ corporis in actualem flammam reducti fieri potuit, idque in vase, ubi nullus fuit libero aeri ingressus, neque ulla emittendis fumis aut exhalationibus via; Quod quidem *pergratum* apud me Experimentum audivisset, & forsitan etiam *Instructivum*; Cum, sicut alibi conquestus sum, in Analyfibus cunctis, hæcenus à *Chymicis* institutis, vel corpus igni expositum non actu fuit inflammatum, quo censu corpora in vasibus firmiter occlusis connumerari possunt, aut aliter commercium aliquod inter illa & externum aerem intercessit; unde dubium meritò oriri potest, Num Corpora ex hæc Analyfi producta, quoad numerum, naturam, &c. eadem essent, cum *iis* quæ in vasibus accuratè clausis produci vellent? Cùm exploratum sit, Lignum E. C. in Camino ustulatum, fumorum & cinerum magnam copiam præbere; Quæ quidem corpora longè ab *iis* differunt, quæ à *Chymicis* ab eodem ligno, vasibus strictè clausis, distillato prolificiuntur.

Sed ne ampliores Tibi molestias crearem, dum quæ *facere voluerim* recitarem, circumstantiam unam, in eo, quòd *reapse à me factum* fuit, observatam annotabo; quæ sic se habuit, nempe parva Liquoris quantitas in Phialâ quandòque apparuit, (utrùm ex aqueis quibusdam particulis constiterit, quas in *Noctilucâ* materiâ delituisse nonnemo suspicetur, aut ab actuali partis materiæ deflagratione fuerit productus, non disquiram) residua verò materiâ ex repetitis ignis operationibus, in colorem rubrum, quem etiamnum retinet, convertebatur.

SECTIO DECIMA QUARTA.

EXPERIMENTUM I.

Prius recensui, quòd *Noctiluca* Nostra, aquæ immerfa, immediatè & Lucendo cessaret, sine Lumine permanens quamdiu sub eo-Liquore detineretur. Hoc ansam mihi sumministravit, suspicandi, quòd Aquâ, inter Noctilucam materiam atque aerem, interpositâ, *Phosphorus* absque actione segnesceret, donec ab extraordinariâ partium ejus agitatione, inusitato vigore ad Agendum aptaretur, quamprimùm Aer derepentè Ipsum attingeret. Hæc, inquam, suppositio me induxit, ut duo *Noctiluca* nostræ Glacialis grana parvo Ovo vitreo indiderim, moderatâ aquæ quantitate superfusa. Ad Experimentum subsequens prosequendum, Liquorem probè calefecimus, absque tamen quòd omninò ebulliret, atque hac ratione parva solidæ materiæ fragmenta liquefacta, in liquidam unam massam, in fundo ab aquâ se distinctè servantem coaluerunt. Hoc factò, confestim Phialam in locum tenebrosum seposuimus, atque, effusa Aquâ, observatum est, quòd quamprimò aer *Noctilucam* materiam attingeret, in æqualem flammam lumen pervividum præbentem, accendi videretur; Qui quidem successus eò magis mihi arrisit, quòd palam fecerit & manifestum quoddam quasi ignis genus subter aquas, quamdiu allubuerit, detineri posse absque sensibili ustulatione, momento tamen temporis, ad meram aquæ remotionem, actualis ignis forma, sese exhibiturum. Substantiam nostram Lucidam ejusdem indolis fuisse, hinc liquidò constitit, quòd aqua nimis festinanter effusa, secum, quòd præter intentionem meam fiebat, totam *Noctiluca* materiæ massam una convexit; hæc autem, ex delapsu suo in poculum argenteum, ad Liquorem excipiendum adhibitum, in partes binas ternasve dividebatur, quæ ad magis liberum plenioremque Aeris contactum pervenientes, plus multò, quàm cum in Phiala inclusæ, coruscabant, spectaculum delectabile nobis exhibentes, cum flamma super Aquam multo cum Lumine & vehementia, necnon & mira fumorum copia exardesceret, subinde crepitationes cum strepitu edens, ad instar Halonitri prunæ ardenti superimpositi. Flammæ hæc, supra aquam ardentem, ad modicum tempus nostram contuendî voluptatem producerunt, & post earum extinctionem, in Poculum argenteum inspectantes, varios subrubicundæ materiæ quasi floccinos (quos Chymici *Caput mortuum* appellare vellent) ad Aquæ profunditatem subsidentes deprehendimus; addito etiã, quòd Poculi argentei latera, Liquori illi contigua, ita se visui nostro repræsentabant, ac si *purus purus* vel purgatissimus Pulvis lateribus fuisset illis oblitus.

EXPERIMENTUM II.

Experiri cupiens, utrum, *Noctilucâ* nostra materiâ per Phialam coloratam translucente radii luminosi in transitu suo tingerentur? Accepi duo aut tria materiæ nostræ grana, quæ Phialæ, figuræ penè Sphæricæ, circa duodecim aquæ uncias, prout æstimabamus, continendi capaci immisimus, quæ quidem Phiala e vitro puro, coloris admodum elegantis, inter *purpureum & citrinum* medii, elaborabatur. Lucida verò materia firmiter in hac Phialâ clausa, atque in conclave tenebrosum devesceta, colorem suum per vitrum translucens parum alterasse videbatur. Quod, cum fragmenti Phosphori exiguitati, præ vasis capacitate per quod non nisi debile Lumen potuit transmittere ex parte imputaverim, Phialam plurimum calefieri curavi, atque tunc in Conclave obscurum, ubi ipsam præstolatus essem, adducta est, quò quamprimum pervenerit, inclusa materia actu flammare videbatur, radiique luminis trajecti inusitati & floridissimi coloris apparuerunt, lumine ipso adeò notabili existente, ut varia Corpora distinctè visibilia, etiam ad moderatam à Phialâ distantiam, fecerit. Etenim, ut nobis videbatur, Liber caractere pulchro conscriptus, illius ope, facile legi potuit: Hoc tamen Lumen, quod maximum fuit hætenus à Phosphoro nostro productum, vigore suo non diu perstitit, sed brevi gradatim diminutum, in paulò minùs quam usitatum *Noctilucæ* materiæ splendorem abiit.

EXPERIMENTUM III.

Dudum recitavi, me, Experimentum tale, quod cum Oleo *Cinamomi & Caryophyllorum* foeliciter absolvissèm, non potuissè cum Oleo *Macis* ad eundem exitum perducere. Nunc autem addere oportet, quod parvâ Phialâ, *Noctilucam* materiam atque Oleum illud continente, pro inutili sepositâ, postea oculos meos casu in illam conjiciens, curiositati meæ indulsi in explorando, utrum Experimentum priùs, à me sine successu factum, non esset ex eorum numero de quibus (sub nomine *Contingentium*) aliis schedulis disserueram. Idque propter, cum subobscurus esset in conclavi angulus, illuc Phialam asportavi, & quanquam multa adhuc Lux esset, ibi deobturavi, & cum miratione quadam inclusam materiam immediatè Lumen vigorosum exhibere deprehendi, quod me postea ad Experimentum diversis temporibus repetendum pellexit; idque simili cum successu semper feci, absque quòd inusitati hujus Phænomeni Causam determinare potuerim.

EXPERIMENTUM IV.

Alterum jam Experimentum referam, quod, sicut priùs recitatum, cum
ad

ad *Contingentium* censum pertinere videatur, ideò cæterorum consortio non adjunxi, licèt forsan, ceu, magis *insigne*, quàm eorum quodvis, suspici mereatur.

In uno Recipientium nostrorum, eoque parvo (cum Aquæ Congium continendi capax non adjudicabatur) Consistentis nostræ *Noctiluca* portiunculam habuimus, quâ *Laborans* meus mihi renunciavit, se Phænomenon quoddam observasse, quod sibi, qui nil omninò noverit de Experimento *Secl. XIV. Exper. 1.* recensito, valde mirum videbatur, cum & casu etiam accidisse videretur, nam incassum ad libitum producere tentasset. Recipiens hoc in curam meam assumens, atque effusâ Aquâ communi, quâ splendida materia, ut ab evaporando cohiberetur, fuit cooperta, nullam aliam mutationem observavi, nisi quòd ad Aquæ remotionem, aerisque contactum, *Noctiluca* immediatè elucesceret, ita facere perdurans, donec visum est, aquâ denuò reinfusâ, pro tempore illam extinguere.

Cum hoc Tempore matutino, factum sit, consideravi nocte subsequenti, quòd recipienti hoc in Laboratorio detento, quod constans & nonnunquam vehemens ignis valde calidum fecisset, æquum fuerit, ut Experimentum foret æquabile, Lucidam materiam eò caliditatis adducere, quam in Laboratorio, ubi Phænomenon quòd videre cupii exhibuisset, sortita esset. Recipiens ergò, cum inclusâ aquâ in loco calido teneri jussi, donec liquor, debitum, ex conjectura nostrâ, tepiditatis gradum obtinisset, tunc autem aquam effudimus, ac intra unum aut alterum minutum, prout rebamur, cum jucunditatè perspeximus, *Consistentem* materiam, non obstante madore fortean ab Aquâ super illam relicto, perspeximus, inquam, madidam hanc materiam ad aeris Contactum *ex se* ignem concepisse, non sine strepitu, atque in manifestam & actualem flammam prorupisse. Voluptas autem nostra aliquousque elevabatur, hoc casu, qui tamen Experimentum magis certum reddidit, atque sic se habuit, Antequam Aquam ad ignem extinguendam infundere potuimus, flammæ violentia Recipiens, licèt satis crassum, dissilire in partes coegisset, frusto ejus uno, semipalmarem Latitudinem adæquante, de longè projecto; Quo infelici casu præpediti fuimus à vestigando, quòd facere destinavimus, utrùm ex repetitis Tentamentis apparenti inusitati hujus Phænomeni Contingentiæ, quòd sæpius illusâ operâ quàm felici successu producere conabamur, causam detegere voluissemus? Experimentum hoc in memoriam mihi revocat *insigne Phænomenon*, ad illud priùs recitatum *Secl. XI. Exper. 2.* circa *Phosphori* nostri radiorum Solarium vitro ustorio concentratorum ope, accensionem pertinens. Cum enim illic recensuerim, *Noctilucam* materiam non primâ vice in totum deflagrasse, sed quoddam quasi *Caput mortuum* placentiæ diversicoloris formam repræsentans ponè reliquisse; Nunc additabo, tantam materiæ quantitatem non potuisse in accensam persistere, nisi aliquid incensionem ejus præpediret. Ideòque parvam placentulam cautè cultri acuti acie

obvertimus, tum verò pars inferior, verisimiliter calida, ad aeris contactum illicò ignem concepit, & eousque deflammavit, donec materia ferè in solidum consumeretur.

CONCLUSIO.

Certiore jam Te feci, de rebus præcipuis, quas hætenus vel experiri vel observare potui, circa *Glacialem Nostram Noctilucan* vel *Phosphorum* solidum. Et quanquam methodo minùs exactâ traderentur, illorum tamen novitas, damnum illud refarciens, fortean pergratas illas Tibi fecerit. Lumen enim res tam Nobilis meritò audit, ut, materiâ quâ *Phosphorus* noster illud residere permittit, qualitatibus quibusdam minimè vulgaribus præditâ ac particulatim mirâ ac penè incredibili partium subtilitate, non possum non sperare, quin si studia ac lucubrationes super tale argumentum magis industriè prosequerentur, idque à viris tali operi magis adaptatis, quàm ipse (præsentibus saltem circumstantiis usus) mihi sumere queo, aliquid produci posse, non modò ad Luminis, sed & corporum etiam aliorum naturam detegendam, quod forsàn etiam in vitæ communis usum hæud parum cedat. Si circumstantiæ quædam ingratae atque novercantes in præsentem non me deterruissent, conatus meos, quales quales, ad illud institutum prosequendum, adjunxissem; Quandoque etenim mecum censeo, Naturalistæ calamum Navem mercatoriam repræsentare debere, quæ subinde in portum appellit, non ut ibi semper permaneret, sed ut novis mercimoniis onerata, novo itineri marino, vel in easdem vel in oras alias adaptaretur. Interea temporis Argumentum hoc Tibi metipso commendo, necnon & viris illis præstantissimis, quibuscum commercium Tibi incercedit literarum, quorum ingeniosa conamina ad veram Philosophiam promovendam, ut ad fœlicem exitum perducantur, animus erit in votis.

Tui Studiosissimi,

R. B.

FINIS.

PARADOXON
CHYMICUM,
NOVIS
EXPERIMENTIS
INNIXUM.

Vnde Probabile fit ;

PRINCIPIA CHYMICA TRANSMUTARI
posse ; adeo ut ex eorum *Vno*, *Alia* etiam
produci queant.



PARADOXON CHYMICUM.



ANTE annos complures, in Tractatu meo, qui *Chymista Scepticus* inscribitur, diuque etiam post in aliis chartulis rationes quasdam proponere ausus sum, quarum vi ac momentis in dubium vocari possit, *utrum* Ignis verum sit, & proprium Corpora mixta Analyzandi Instrumentum? vel potius *utrum* eorum Principia sive Ingredientia solummodo ab invicem dissociet, absque quoddam Illa denuò *alteraret vel componeret?* Impræsentiarum verò rem tibi patefaciam, quæ fortassis inducat ut credas, vulgatam Chymicorum opinionem potius rejectum iri debere, quàm in dubitationem solum trahi. Sequentia Experimenta conficiendi Asa mihi à *Chymico* Ingenioso (eodemque magno distillatore) sumministrabatur, qui mihi renunciavit, se Essentiale quoddam Oleum, Rectificationis ope, purificare aggressum, post distillationes quater aut quinque successivè repetitas, in frustrationem suam, comperisse, quasdam semper Fæces (multò tamen minores, quàm primò) relictum iri, tametsi apud se concluderit, distillatione operâ suâ per plures vices continuatâ, Liquorem perfectè purum prolici potuisse, ne quidem Fæculentiæ pone se relicto. *Hypothesi* verò meæ magis congruum videbatur, suspicari, *Caput mortuum*, quod causabatur, (post unam saltem aut alteram distillationem) non fuisse crassiorem aut magis fæculentam Olei partem, à puriore separatam, sed Quid de novo Compositum (sicut & alia concreta fieri possunt) ignis operatione productum. Experimenta quædam, ante annos multos à me facta, & viris quibusdam sagacibus communicata conjecturæ huic meæ astipulabantur; unde consistit, duos distillatos liquores, ex mutuâ solum inter se reactione, ingentem Terræ cujusdam atque admodum fixæ substantiæ Copiam præbuisse. Quid quòd eidem

eidem etiam conjecturæ consentaneum est, quòd Experimentum obstinatus reite modo, actio ignis in corporis, eidem expositi, partes, nec non & mutux partium earum inter se operationes combinationesque, quibus verisimiliter addi potest materialis ignearum particularum concursus, alia etiam corpora, præter *Faces* terreas, istis haud absimilia quæ pro Chymicorum Principiis celebrantur, producere possent. Quousque eventus Hypothèsi meæ faverit, ex ipsis Experimentorum Phanomenis dilucidius apparebit, quorum succinctam rationem Tibi propinare progrediar, postquam, ut ipsis viam sternerem, monitionem hanc prælibavero, Per *Essentiale Oleum, Chymicos*, tam defæcatum Liquorem oleaginosum intelligere solere, qui ad Empyreuma partesque faculentas anticipandas præveniendasque, magnâ aquæ copiâ in *vesicâ* aut Alembico distillatus fuit.

Accepimus Olei *Anisorum* Essentialis libram unam, (quem quidem Liquorem idèd elegimus, quoniam ex affectione ejus spontè coagulativâ, facilius discerni potuit, utrùm sophisticaretur, vel secus) quam in Retortam vitream commodæ diametri immisam, (fornace arenariâ, validi ignis exhibendi capaci) trigesies sexies distillari curavimus; quâ operatione serie, sequentia Phanomena occurrebant, cum *Hypothese* nostræ affinia, tum etiam *ex se* observatu digna.

1. Quanquam essentialia, sive ut à quibusdam *Spagiricis* nominantur, *Aetherea* vegetabilium Olea puriora fore reputantur, quæque etiam *Chymici* pro Sulphuribus puris sive unctuosissimis Corporum, ea exhibentium, Principiis fidenter venditant; nihilominus, non solum prima distillatio, sustantiam, instar picis, nigram in Retortæ fundo reliquit, verum etiam in sequentium distillationum singulis, talis substantia vel separata, vel de novo producta fuit.

2. Tametsi post *hanc* vel *illam* distillationem non inverisimile videbatur, substantiam hanc piceam singulis vicibus imminutum iri; unde vir, pridem memoratus, mihi dixit, se suspicari, intra denam aut duodenam (maximum) distillationem, si cui visum sit totidem iterare, hanc substantiam, pro terreo recremento à se judicatam, prorsus separatam iri. Oleo, ceu purissimo ac Homogeneo Liquore, post se relicto. Ipse tamen, qui, ut prius innui, massulam hanc nigricantem, minimè separatam excrementum fore, sed Quid recens generatum censui, distillationes repeti curaverim, donec ter istum numerum assecutæ essent, singulis tamen vicibus non modo talem substantiam nigram relinqui compererim, verum etiam quandoque evenire, ut subsequens distillatio plus ejusdem deponeret, quàm fecerat præcedens; quæ mutationum alternatio, à minore ad majus, & vice versâ, haud bis vel ter, sed multoties observabatur. Quamvis autem inusitata hæc substantia picea versus finem minore quantitate, quam initio comperiebatur, causa ejus in hoc probè rejici potest,

potest, quod Oleum distillandum identidem mole suâ sensibilibus diminuebatur, partim ratione avolationis aut recessus istius Olei portionis, quæ, tot cohobationibus exagitata, non potuit non dissipari & disperdi; partim etiam, & revera potissimum, tantâ Olei amissione, quod in picem aliasque substantias transmutabatur.

3. Oleum inter distillandum magis fixum vel ineptum ad ascendendum apparuit, quam à Liquore tam puro atque levi expectari potuit; præcipuè verò sub distillationum finem, sæpe necessarium deprehendimus, caloris gradum penè incredibilem adhibere, ad totum illud, quod non in picem convertebatur, elevandum.

4. Liqueor instar puri Principii aut Corporis Homogenei non distillabat, sicut *Argentum vivum* facere solet, sed primò puri quidpiam levissique Olei ferè proliciebatur, quod deinde Oleum minus volatile unâ cum substantiâ unâ vel alterâ excipiebat; & post hoc, aliud etiam Oleum distinctâ ratione ascendebat.

5. Advertendum enim est, præter Terram nigram ante dictam, diversas alias substantias, ignis operatione, progatas fuisse; quarum prima erat Liqueor Aquosus sive Phlegma, qui, post Oleum quibusdam distillationibus subiectum malè nos multavit; nam cum in bullas amplas, mediante ignis calore, rarefactus esset, Antipathia vel potius Incongruitas inter illâs oleumque intercedens, conflictum quandam excitavit, quo bullæ istæ sæpenuerò disrumpebantur, idque derepentè (ferè non sine fragore multo) tantâque cum violentiâ, ut Retorta inde agitata, rupturæ periculum subiit, quinimò & unicâ vice, ex hac pugna, actu fuit diffracta, non tamen tanto cum dispendio, quin Liqueores aliæque Ignis productiones, à cauto vigilique Laborante conservata, in Retortam novam tempestivè transfunderentur.

6. Præter Phlegma hoc, atque picem antedictam, operatio nostra, modicam subinde substantiæ cujusdam quantitatem nobis exhibuit, quæ apud quosdam, nec imperitos quidem eos, pro Sale volatili reputabatur; eò quod in superiorem vasis regionem ascendens, formâ etiam aridâ, brevium ad instar acuum, apparuit; accedente etiam, quod *Laboranti* videbatur, ipsam (aut minimùm partem ejus) instar Salis in Spirituoso Phlegmate, postremo Commate memorato, dissolubilem fore. Tamen verò, primò proclivis eram huic opinioni assentiri, nihilominus post pauca quædam Experimenta, ad veritatem ejus explorandam, à me facta, hæsiti paululùm, adhuc etiam subdubitans, *utrum* Corpus hoc sublimatum veri *Salis volatilis* nomen commereatur, vel secus? Tamen non inficiabor nonnullam ejusdem portionem in illo inhospitari ac contineri posse: Ejusdem enim massulas, non obstante indole suâ quoad speciem spongiosâ, communi aqua demergi & subsidere, quinimò & in ejusdem fundo persistere deprehendi, absque quod ab eo Liqueore solverentur (quo

Salia mere volatilia facile solvi solent) vel in Frigido, vel aliquousque moderatò calore detentas. Substantiam hanc offendi, instar ceræ apiariæ, ad Cerei minuti flammam fusibilem fore, & si ejusdem massula, Cereò admota, illius ope accenderetur, partim flamma flavescente deflagraret, partim etiam flamma intensius cæruleâ, quàm quæ à Rectificato Vini Spiritu proficiscitur, satis autem proclivis apparuit, quæ ex seipsâ extingueretur.

Hæc, cum quibusdam aliis, me adduxerunt, ut Anomalum hoc nostrum sublimatum, tanquam substantiam *sui generis* censerem; veruntamen *Talem*, quam Sali volatili oleoso, cujusmodi Camphora videtur, aliquatenus affinem suspicarer. *Sublimatum* enim nostrum absque valido igne ascendit, idque formâ aridâ, & sat facilè in fusionem adigitur; Quæ omnia in Camphora, perinde ac in Salibus volatilibus, observavi: quid quod Idem nostrum sublimatum, instar Caphuræ, in Spiritu Vinoso summè rectificato, solvetur, nec tamen Liquorem ipsam ullatenus tinget. Cùm vero diu abhinc Experimentis didicerim, Camphoram in bono Vitrioli Oleo, tametsi tardiusculè, dissolvi posse, menstruo inde in colorem rubri-subfuscum facessente, Aliquid istius *solventis* sublimato nostro superposui, quibus unâ per aliquot horas relictis tametsi in Frigido, Liquor partem aridi Corporis solvisse visus est, cùm per ipsius in illud operationem colorem fuscum, ad rubicundum nonnihil vergentem, acquisivisset; parte verò hujus Liquoris in moderatam Aquæ Communis quantitatem inditâ, aridum corpus sive *Flores* gradatim emergere videbantur; quod in mentem mihi recoluit observationem alibi à me factam, cum eadem methodo uterer, ad Camphoram ex Oleo Vitrioli recuperandam. Veruntamen, ut nuper innui, licèt verisimile existimem, Anomalum nostrum sublimatum cum Sale volatili oleoso majorem cognationem habere posse, quàm cum quovis ex Principiis Chymicis; *affinitatem* tamen inter *Illud & Sal* tale non adhuc tam plenam & usquequaque quadrantem deprehendi, ut Dogmaticè statuere auserim, *Id*, ad quemvis Chymicarum productionum, notæ denominationis, censum referri posse: Ideoque donec ulterius hac de re satisfiam, solummodò addam, volatile hoc Sal, seu Oleosum Sublimatum, vel quocunque alio nomine salutari commereatur, oculis & conspectui admotum scitum & jucundum apparuisse, cùm penè ad instar purorum quorundam Benzoini florum effulgesceret atque coruscaret; Hujus verò, quamvis admodum leve erat, inter duas vel tres drachmas obtinui.

7. Præter omnes has differentes substantias, nostrum *Aniform* Oleum identidem exiguam *Spiritus* quantitatem exhibuit, quod ex duobus aut tribus indiciis conclusimus; *Hoc*, quod non cum Phlegmate

mate transibat, nihilominus cum Illo Liquore, minimè verò cum distillato Oleo, Miscellam faceret: *Illud*, quod sicut Oleo & Phlegmate fixior fuit, ita illis tardius ascendit, nec solum intensiorem ignis gradum requisivit, sed, quod præcipuè notandum, fumorum alborum formâ transire ferè advertebatur, sicut Spiritus multi, aliquousque fixi, facere solent; Quod facilius fuit observatu, eò quòd eadem Retortâ, quamdiu potuimus, in majorem Experimenti certitudinem, uti volentibus (accedente etiam, quòd pix, quamdiu molliuscula extiterit, propter ejus arctiorem Phialæ adhesionem, non erat inde eximenda) visum est sub distillationis finem, ignem tam validum administrare, qui arenam atque Retortam candescere (aut paulò subtus istum caloris gradum) faciens, picem in tam aridam fragilemque Diathesin adigeret, ut postea à vitri parietibus deglutinata ac soluta, inde Arida fragilisque, tametsi nigerrimæ, substantiæ formâ eximeretur. Binis signis præcedentibus, & Tertium nunc additabo, dilucidius evincens, substantiam, de qua locuti sumus, Spiritum fuisse. Quanquam enim, ex suâ, per tantam Plegmatis, unâ secum prolecti, copiam diffusionem, non potuit non plurimum depauperari, corpuscula tamen ejus tam numerosa ac vegeta extiterunt, ut Corallii crudi pulveri superimposita Ipsum statim solvere inceperint, Spiritu etiam Phlegmatico ebullitionem magnam cum strepitu & bullulis illicò faciente, sive fixo Tartari, sive Urinoso & volatili Salis Armoniaci Sali cum superaffuderim.

Hujus Experimenti successus, cum votis atque expectationi meæ, de eo conceptis, sat benè responderit, me adduxit, ut reflexiones in Illud varias, ac particulatim sequentes, facerem.

i. Experimentum nostrum probat, substantiam à *Chymicis* pro corpore *Homogeneo*, atque pro uno ex Ipsorum principiis (tale enim Essentiale nostrum *Anisorum* Oleum habetur) reputatum, istiusmodi tamen indolem fortiri posse, ut, ulteriori solum ignis actione, non contemnendam substantiæ portionem ab Illâ, unde extrahebatur, valde discrepantem, præbere adigeretur: In nostro enim Experimento *Caput mortuum* obtinuimus, cujus qualitates ab *Anisorum* Olei affectionibus plurimum discriminabantur; cum opacum fuerit, nigrum, aridum, perdifficiliter fusile, & fixum, idque tam intenso ignis gradu, qui Retortam, Ipsum continentem, atque arenam circumjacentem in candescentiam adigeret. Substantia hæc in Spiritu Vinoso summe rectificato insoluta jaceret, in quem tamen *Anisorum* Oleum promptè se dissudisse voluit (si ambo fuissent paululùm simul agitata) absque caloris ope. Tametsi verò Liquorem diutulè actu bullire fecimus, *Caput* tamen *mortuum*, quoad maximam ejus partem, nigra substantia esse perseveravit, mensuram solummodò decolorans, quod

proinde visui nostro apparuit, ac si Tincturam extraxisset, potius quam solutionem propriè sic dictam fecisset. Nigri hujus ac picei *Capitis mortui*, ad finem distillationum nostrarum, singulis portionibus unâ appensis, non multò minus (quod jure merito mirum videatur) quam dimidiatum totius Olei *Anisorum* pondus habuimus, nigrâ hâc substantiâ ad aliquantò plus quam decem uncias assurgente. Unde colligere possumus, *Analysein*, quâ *Chymici* vulgares acquiescere solent, adhuc rem indeterminatam esse, cum nondum declaraverint (nec fortassis unquam res talis in mentem iis venerit) quotus distillationum numerus (sive una, sive plures, & si unam supergrediatis, quot demum) pro staterâ constitui possit, unde concludere liceat, substantiam, distillatione prolectam, *Principium Chymicum* existere.

2. Ex aliquibus etiam nostri Experimenti Phænomenis inferri potest, ignem; prout usitatò administratum, verum & genuinum Corpora Analyzandi Instrumentum (pro tali enim *Chymici* venditant) nequaquam audire debere, cum, diversas similes substantias, quæ, tametsi tacitæ ac mutuis invicem miscellis larvata, in corpore (in iisdem formis, quibus postea se dispanunt ac apparent) operationi ejus exposito præextiterint, non merè extricet aut separet, quod quidem munus à *Chymicis* Ipsi attribuitur. In nostro enim casu, Oleum *Anisorum* juxta *Chymicorum* sententiam, *Sulphurcum* est Concreti *Principium*, ac proinde alia quævis Principia in sinu suo latentia aut in se contenta, potissimum in notabili aliquâ quantitate, minime comprehendit. Nihilominus, Oleum hoc, quod simile Corpus esse concedunt, merâ ignis actione, tres aut quatuor substantias alias, naturâ atque indole à se mutuo discrepantes, exhibere cogitur.

3. E binis observatis præcedentibus deduci insuper potest, Ignem, diversis saltem casibus, partes corporis operationi ejus subjecti, non modò separare posse, verum etiam variè easdem componere atque alterare; unde viri solertes ac meditabundi meritò suspicentur, substantias nonnullas, quæ ignis operatione extricari solummodò extrahique præsumuntur, *re ipsè* tamen ab Illo produci sive generari.

4. Cui quidem suspitioni congruenter, *Chymicæ* verò Hypothesi satis infœliter accidit, quòd in nostro *Experimento*, substantiæ inde obtentæ fuerunt Hæ, nimirum Pulvis fixus & terreus, Phlegmatis portio non contemnenda, Spirituosus Liquor, atque Aridum sublimatum Sali volatili affine. Atque hæc omnia, tametsi à corpore proficiscantur, quòd juxta *Chymicos*, eorum quodlibet priùs continere non debuit, nec reverâ, in quantum constitit, actu continerit, ita tamen in affectionibus suis Terras, Phlegma, & Spiritus, à
Chymicis

Chymicis è corporibus illis , quæ perfectè mista ac composita , adjudicant , distillatione obtenta , repræsentant , ut si non prorsus eadem sint , varias tamen qualitates fortiuntur , adeo affectionibus iis assimilales , quæ , quòd e corporibus ex confesso mistis , exhibentur , Phlegmatis vel Salis , vel alicujus alterius Ingredientis primordialis nomine insigniri faciunt , ut verbi gratia , sive Spiritus (acidus) nostro Experimento obtentus , multò minùs à sanguinis Terrâ , aut succini Spiritu discrepant , quàm posteriora hæc e Terra aut Sale Cornu Cervini , perfectè calcinati , recedunt .

5. Vix erit necessarium , Corollarium tam obvium ex antedictis inferre , cujusmodi est , possibile esse , *Chymica* Principia , (aut tales saltem substantias , quas *Chymista* vulgaris , à quo corpore extraherentur , nescius , ceu *Talia* , suspiciat) ex alio generari ac produci posse .

Tametsi verò Corollarium hoc paucis perstringam , nihilominus non abs re erit , notabilem unam observationem , ad illud pertinentem facere , viz. *Acidas* atque *Aqueas* substantias , qualitercunque earum utraque à puro Oleo distinguatur ac differat , ab eo tamen , actione ignis , produci posse . Experimentiâ enim comperi , quòd , in isto Liquore , quem *Laborans* (ut vocant) meus pro Olei *Anisorum* Phlegmate suspexit , tanta tamen Acidarum partium copia infuerit , ut promptè Corallium pulverizatum , utut crudum , idque vel in Frigido , (ut priùs dixi) dissolverent ; ingentem verò conflictum cum Tartari & Urinæ Sale inirent , quamprimum Liquor Iphis superaffunderetur . Attamen , multò maxima Liquoris pars naturæ Aqueæ videbatur , quam *Chymicus* Phlegma vocitaret , quod quidem corpus est cum Oleo incommiscibile , atque aliàs etiam plurimum ab Oleo discrepans , præcipuè Essentiali (quale est *Anisorum* illud) cujus puritas facit , ut in solidum inflammabile sit . Quid quod totius Liquoris , ex *Acidis* & *Phlegmaticis* partibus consistentis , quantitas , adeò non contemnenda fuit , ut ad duas uncias cum dodrante , seu tertia uncix parte , aut præter propter , affurrexerit . Fortassis etiam operæ pretium erit *hoc* , tanquam quid aliud ad nostrum Corollarium pertinèas , animadvertere , scilicet veritatem , indidem declaratam id efficere , ut in dubium meritò vocaretur , utrùm Necessarium sit cum *Chymicis* supponere , Naturam obstrictam fuisse de magnis *Primordialium* ac *Simplicium* Corporum quantitatis sibi prospexisse , quinimò & in eorum omnium commistionem sollicitam esse , in Corporis Compositionem , quod capax sit , ignis Analyti sive separatoria operatione , Sal , Spiritum , Sulphur , Phlegma & Terram exhibendi : Non hinc universim inferam , tales nullas substantias , sive unam sive plures , in corporum eorum , quæ pro perfectè mistis reputantur , quibusvis unquam reperiri posse , idque antecedenter priùs quam Ignis Tormento exponerentur . Hoc autem ex jam Traditis (uti existimo) Consecra-

rium erit, Talium substantiarum præexistentiam alia quapiam ratione probari debere, quam merâ Ignis operatione; quodque grande illud *Chymicorum* suppositum, in universis corporibus, non obtineat, nimirum, *Quodcumque simile Corpus, ignis operatione, e Concreto, & stillationi commissum, extrahatur, actu prius in ipso præexistisse.*

6. Postremo, Experimentum nostrum Argumentum non leve sup-
peditat, isti, Corpusculariæ sive mechanicæ Hypotheseos parti pluri-
mum favens, quæ docet corpora inanimata à se invicem solummodo
magnitudine, figurâ, motu, texturâ, &, ut verbo dicam, mechanicis mi-
nutarum, ex quibus consistunt, partium affectionibus distingui. In nostro
enim Experimento, Oleum *Anisorum* conspicimus, Corpus non tantum in
se uniforme ac simile, verum pro tali à *Chymicis* adjudicatum, à *Con-
creti*, ipsum præbentis, *Analyse* factâ, ex variâ partium suarum agitatio-
ne, concussionem, atque mutuo invicem allisu, quinimò & diversimodâ
earum fracturâ, associatione, & locatu, in quatuor corpora tam diffe-
rentium ingeniorum ac qualitatum, ac Principia & Elementa Chymica
nota sunt fortiri, transmutari posse: Idque sine veri alicujus seminis, sive
Plastici Principii ope, mera Ignis operatione, quem *Helmontius*, Artifi-
ciale rerum mortem, & seminalitatum versorem sive excidium appel-
lat. Hoc verò magis momentosum videtur, eò quòd, cum *Philosophi Cor-
puscularii* vetustiores, Tres generatim vias, quibus Corpora produci po-
terant, assignaverint, *viz.* novarum partium additione, portionum veter-
rum divisione & quandoque earum *ἀφαιρέσει*, atque partium constituen-
tium Transpositura, in Nostro Experimento totum opus absolvi videtur
per illud unicum, quod ipsi *Transpositionem* vocare vellent, eamque ab
Agente tam simplici, impetuoso, ac effrangi, qualis est Ignis, regulatam.
Nisi forsitan dici possit, diversas igneas particulas, Retortam vitream pe-
netrantes, seipsas intimè & quoad substantias suas, aliquibus Olei Ani-
sorum partibus associasse, cumque iis in *Capitis mortui*, Pici haud absi-
milis, compositionem concurrisset; quod fortasse dicent, *me* (quodcum-
que alii fecerint) tanquam rem possibilem concedere debere, post illud
alibi à me datâ operâ scriptum, ad ostendendum Talem vitri pororum
ab igneis Atomis penetrationem, inter *ἀδύνατα* minimè censendam. Ex-
perimenta verò de Flammæ ponderabilitate à me tradita, solummodo
probant, quasdam ex particulis suis cum corporibus gravibus, atque eo
ignis, quibus illa exposui, gradu fixis, combinari posse, cum Tentamina
mea in stannum & plumbum facta fuerint. Et fortè haud verisimile ad-
judicabitur, Atomos igneas ex sua cum Inflammabilis Olei particulis
conociatione atque combinatu, Aquæcum Liquorem, cumque magnâ
quantitate, producere potuisse; sicut nuper de Acido *Anisorum* Phlegma-
te, duas uncias & sex ferè dragmas pendente observavimus.

Re totâ bene perpensâ, Phænomena, in nostro Experimento, Oleo
Aniso-


Anisorum factò, observatù digna, congrua mechanicæ Hypothesi videntur, atque Chymicorum *Illi* minimè propitia aut suffragantia; sive enim Ignis, merè tanquam Agens seu Causa efficiens operationes suas peregrisse supponatur, seu concurrisse insuper, tanquam Causa Materialis, palam est, ex Texturæ mutationibus, absque partium ullarum visibilibus, aut feminis alicujus additamento, Corpora colore, consistentiâ, Fixitate, variisque aliis qualitibus admodum discrepantia, e Corpore, non solum Homogeneo, quoad sensum, verùm etiam satis puro ut pro Principio Chymico habeatur, produci posse. Et, quanquam suspitio, recens proposita, ceu probabilis, tam quoad cætera producta, quàm nigram substantiam, concederetur, processus tamen noster, in Oleum *Anisi* factus, corollaria momentosa adversus Doctrinam *Chymicam*, à me exagitatam, usque exhiberet.

1. Etenim, Objectio sub consideratione præsentis veniens viris cautis justam suspicandi causam ministrabit, Ignem, ordinariis *Chymicorum* distillationibus, non semper respici debere, tanquam merum *Analyseos* Instrumentum, verùm in plerisque, ne dicam, quamplurimis casibus, ceu, Materialem etiam Causam, eorum, quæ Principia supponuntur, ejus interventu productorum, concurrere, quod e diametro Acceptæ *Spagiricorum vulgarium* (quibuscum nunc res agitur) Doctrinæ opponitur; sed ne huic animadversioni insistam, in ea sum opinione, Processum nostrum, in Oleum *Anisorum* factum, Paradoxi illius, ad hujus chartulæ exordium propositi, probationi minimè inserviturum, cum, de Ingredientibus, Chymicâ arte indispicibilibus tractanti, venia mihi concedatur, de iis usitato Chymicorum sensu loqui, qui supponunt differentes substantias, e corpore distillationi subjecto proleatas, *Hypostatica* ejusdem Principia aliaque *Ingredientia* esse, absque quòd Ignem quidvis aliud agere Philosophentur, quàm eas ab invicem disjungere atque separare; Adeoque

2. (Ut Coronidem demum prolixo huic Paragrapho imponam) Experimentum nostrum, *Aliorum* apud *Chymicos* Principiorum ex *uno* productionem tam validè probare videtur, ac Ipsorum Tentamina, Principia Talia, e Corporibus, quæ pro mistis habent, extrahi & obtineri, evincere satagant. Nam, cum suspicionis sive objectiunculæ nuper propositæ vis in hoc sita sit, quòd Ignearum particularum associatio, substantias discrepantes, à noster *Anisorum* Oleo exhibitas præpediat, quò minus Corpora incomposita, ac proinde vera Principia audirent, hoc tamen non obstantè, Principiorum Titulum sibi pari jure adsciscant, ac eorum quamplurima, quæ pro *Talibus* ab Ipsi venduntur. Cum Atomi Ignis aquâ omninò ratione, diversimode se cum misti corporis, Distillationi commissi, corpusculis consociari supponerentur, ac cum Olei *Anisorum Illis*, adeoque Principia, ut reputant, *sua* non minus à compositione

tione immunita erunt, quam *Ipsamet nostra*. Immo comparatione facta, momentum, lancem degravans, ad nostras partes propendet, cum discrepantes substantiæ, e misto corpore à *Chymicis* extrahi solitæ, non modo ex Igneis particulis, sed & diversis ejusdem corporis Ingredientibus componi possunt; cum hoc in Hypothesi suâ, *mistum* corpus audiat, Oleum autem *Anisorum*, vel ab *Ipsis*, corpus *simplex* esse concedatur; Ac proinde, ex productionibus ejus unaquæque, extraneâ nulla substantiâ, præterquam Ignis corpusculis, componitur aut commiscetur.

Cum Conjecturam hanc formassem, nimirum, *A Principio Chymico, diversa alia corpora meâ Ignis operatione, obtineri posse*: visum est ejusdem Confirmationem moliri, Experimenta super alia Olea distillata (quæ enim expressione fiunt, vel Ipsi *Spagirici* Composita Corpora esse concedunt) indole ac naturâ sua tam ab Anisorum Oleo, quàm à se invicem, discrepantia faciendo. Ac proinde, dum noster cum hoc Oleo (quod *Chymici* Essentiale vocant, quodque e semine vegetabili extrahebatur) Processus sub manu erat ulteriùs promovendus, In eadem Fornace Oleum Terebinthinæ distillari curaverim, quod utut à vegetabili extractum, ab Oleo Anisorum plurimum discriminatur; atque etiam Oleum succini, quod juxta Chymicos ad Minerale regnum pertinet; ac postremò Oleum C. C. à subjecto præbitum, quod (ut *Chymicorum* Phrasi utar) ad Animalis Familiæ censum spectat.



POST-SCRIPTUM.



LEA hæc ejusdem Laborantis curæ committebantur, qui Anisorum *illud*, nuper dictum, prius *trattavit*; Is, Rectificationum numerum, necnon & piceæ materiæ, identidem ab iis promanantis quantitates, variaque alia Phænomena atque circumstantias, in Prosecutione tam tædiosâ, ac Experimenta adeò momentosa commereri existimaverim, in Adversaria sua retulit; veruntamen, Chartulis, summaria harum rerum commata continentibus, unâ cum pluribus aliis, infeliciter amissis, occasione Incendii magni, quod me post noctem concubiam festinâ ac confusâ operâ scripta mea aliò exportare coegerit, ab illoce Tempore nunquam

nunquam adhuc Particularia recuperare potui. Ideoque contentus esse debeo, tantum Experimentorum (quod, spero, præcipuam ac maximè momentosam eorundem partem comprehendet) describere, quantum ex meæ ipsius pariter ac *Laborantis* mei memoriæ examinatione, paucisque aliis adjumentis, recolligere valui; quod quidem opus jam aggrediar, postquam unam hic loci animadversionem, in Schedulis, unde præcedens hujus scripti pars transcripta fuit, ut puto, omissam, prælibavero. Animadversio ita se habet, Me, tam in præcedenti, quam in subsequenti hujus dissertationis parte, *Chymica Principia* non in strictiori sensu, quo ad Sal, Sulphur, & Mercurium limitantur, accipere, sed latius extendere, sicut *D. Willisius* & nonnulli alii *Chymici* (non universim eo Juniores) usurpant, quando Duo Elementaria Corpora sub illis Terminis comprehendunt, ita enim faciunt, cum quinque Principia constituent, (quæ fortassis melius & clucidius *similaria Ingredientia* vocari queant) quo numero Phlegma atque Terram complectuntur, quæ *Chymici* alii, perinde ac *Aristoreici* Elementa (Corporum, ipsa præbentium) appellare vellent. Quapropter, *Principiis*, sensu laxiore jam descripto, in totâ hac Diatribè, usurpatis (cui congruum est, quod usitatò Illa *Principia Chymica* indefinitè non *Principia Hypostatica*, quæ Triâ tantum numerantur, appellem) ad Observata ac Reflexiones particulares, quas enarrare incipi, accedo.

1. Primum, Liquidò constat, duo ex Oleis Tribus recens dictis, viz. Terebinthinæ atque succini Olea, ideoque verisimiliter etiam Tertium (institutum enim meum in omnibus Tribus ad eundem scopum collimavit) quinquagenis minimùm vicibus, distillationi fuisse subjecta, nunquam enim statui infra istum numerum subsistere. Atque ex Inscriptione, uni Phialarum affixâ, comperi, Oleum, unde inhospitans Liquor extractus est, semel supra quinquages fuisse distillatum, qui quidem numerus decies quinquies, distillationes Olei Anisorum factas & prius memoratas supergreditur & exuperat.

2. Unumquodque ex alteris Tribus Oleis, viz. Cornu Cervi, Terebinthinæ, atque Succini identidem in Retortarum, unde proliciebantur, fundo, notabilem nigrarum fæcum quantitatem reliquerunt, istas emulantium, quas ab Oleo Anisorum depositas prius *substantia Piceæ* nomine insignivi. In chartulâ superscriptâ, quandam hujus substantiæ portionem, ab Oleo Terebinthino relictam, deprehendi; quanquam verò non pro certo noverim, utrum hæc esset *universa* hujusce generis materies, ab Olei Librà, quam in usum adhibuimus, præbita, nihilominus ad duarum unciarum, cum quinque drachmarum mantissâ, pondo supraque assurrexit, duobus etiam reliquis Oleis, ni plurimùm fallor, notabilem nigre terreæque materiæ quantitatem singulatim præbentibus; quanquam *Laborans* cautus observavit, Oleum C. C. à Copiosis hæc Izibus (ut,

in *Chymicorum* gratiam, licet notioni eorum non assentior, sapiuscule in hac Chartâ nuncupo) deponendis citius desisteret , quàm vel *Terebinthina* vel *Succini* Olea. Quòd si duorum neutrum plus, quàm *Terebinthinum* Oleum, exhibuerit , res tamen est suspicienda , Oleum *Anisorum*, quod purum & *Essentiale* existit, in vesicâ aut Alembico distillatum, supra duplicem *Terreæ* materiæ quantitatem deponere, plus quàm *Trium* cæterorum *Oleorum* quodvis , quæ *Retortis* solummodo distillabatur.

3. De colore *Rectificati C. C. Olei*, parùm habeo quod dicam, *Liquore* ipso infeliciter ar. isso ; *Succini* autem *Oleum* post unam , supra quinquagenas distillationem , admodum quidem *Clarum* ac *Limpidum* apparuit, veruntamen coloris *Succinei*, à pallido longè recedentis. *Oleum* verò *Terebinthinum*, quod post *Rectificationem* unam, ordinariè *Liquor Limpidus* ac decolor existit , post quinquaginta distillationes penè rubrum evasit.

4. Illud verò multò magis momentosum est, quod in differentium *Liquorum* quantitibus, longâ distillationum nostrarum serie, exhibitis, animadvertierim : Ad processum enim finem, residuum verbi gratia , *Terebinthinæ* *Oleum*, non apparuit oculis meis, multùm, (ne dicam, nihil omninò) *Liquorem* alterum, unâ cum *Illo* distillatione prolectum , mole suâ supergredi ; qui quidem postremus *Liquor*, non fuit verè *Oleum*, factis enim prompte se *Aquâ* commisceret, & seipsum in *masulam*, ab *Oleo* distinctam, conglobans, supra *Tres uncias*, cum *tribus uncia* quadrantibus ponderabat.

5. *Liquorem* hunc, inusitato more productum, tanquam quid e *Spiritu* & *Phlegmate* compositum, suspexi ; Tametsi enim posterius hæc quantitate suâ priorem in tantum superavit , ut periti *Chymici* iudicio , *Totus Liquor* pro *Phlegmate* haberetur ; Ego tamen , non modò quasdam ejus partes *Spiritus* esse judicavi, verùm & *Acidæ* etiam naturæ deprehendi : Cùm præter suspicionem à sapore ejus injectam, insuper comperi , compositum cum *Liquorem* satis expedite *Corallium* contusum, vel in frigido, corrodere ordiri ; quædam etiam ejusdem portiuncula *Sali Tartari*, notæ melioris , superaffusa , e vestigio conflictum cum eo ac ebullitionem, non sine strepitu sibilante, & bullarum multitudine, concivit. *Pari* etiam pacto , *Spirituosum Succini* *Phlegma* cum *Sale Tartari* pugnam iniit , & *crudum Corallium* solvit , sicut *Acidi* alii *Spiritus* debiliores facere solent. *Liquor* hic e *Succino* præbitus, non erat pallidi coloris , quo *Phlegmaticus Olei Anisorum* *Spiritus* tinctus erat ; quid quod & *Liquor* iste, nuper e *Terebinthinæ* *Oleo* obtineri memoratus, intense erat coloratus, nimirum subfuscoruber.

6. Excidit suo loco advertisse , (ideoque omissionem illam hic re- penso) quòd inter alia Experimenta à me facta ad explorandum , utrum
Spiritus

Spiritus ab Oleis nostris exhibitis, reverâ Acidi essent, uncias duas Spirituosi Olei *Anisorum Phlegmatis* (cùm illud Oleum sit mitissimum) cuidam Minii portioni superimposuimus, quibus unâ aliquamdiu digestis, Liquorem in dulcedinem faceffisse, aptumque (prout autumavimus) ad *Saccharum Saturni* conficiendum, offendimus; qui quidem Liquor post Filtrationem (per Chartam Emporeticam) leniter abstractus, in fundo Retortæ substantiam Spissam quasi Mellis instar reliquit, e quâ (continuatâ in eadem Retortâ distillatione, verùm caloris gradu longe intensiore) Liquor quidam transibat, quem, cùm quantitate minutior fuit, quàm ut Rectificari possit, à Phlegmate suo non potuimus liberare, ideóque Inflammabilem esse non comperimus; sicut Spirituosam partem, post Rectificationem, futuram suspicatus sum, eò quod Liquor ille, *Spiritus Saturni Ardenti* alibi à me descripto, in peculiari suo, atque admodum penetranti sapore odoreque admodum similis extitit.

7. Haud intempestivum est, hîc loci advertere, quòd Phialas duas reperiens, diu loco abdito sepositas, quarum Hæc nonnihil Olei Terebinthinæ, Illa aliquid Olei Succini continebat, quorum singula quinquagies (minimum) distillata fuisset, priùs memoravi, experiri volui, utrùm, Liquores hi, ante sesqui-annum aut diutius sepositi, post tempus adeò longum in sui defæcationem concessum, substantiam utique nigram, cujus sæpiuscule mentionem feci, exhiberent? cùmque ut mihi met ipsi satisfacerem, utramque istorum Liquorum denuò distillationi in Retortâ subiecissem, majorem nigræ & splendentis substantiæ, quàm quispiam cum ratione expectare potuit, quantitatem post se reliquerunt.

8. Inusitatum quid *in se* videri potest, necnon & multàm inserviat earum rerum confirmationi, quas alibi de Mechanicâ *Fixitatis* Origine, atque etiam de qualitatibus, *Fusibilitati* & *Eluiditati* oppositis, tradidi; Quòd tam volatilis tenuisque Liquor, ac *Chymicum* & *Rectificatum* Oleum cluit, merâ ignis operatione, ingentem materiæ talis quantitatem deponere cogeretur, quæ conspectui nostro Terreas Fæces tam prope representabat, ac picea nostra *Capita mortua*. Hæc autem Reflexio, firmiori fundamento niti, meâ sententiâ, videbitur, si unius (inter alia) Experimenti, ad Terrestrem nigrorum eorum corporum, de quibus jam loquor, indolem examinandam, à me facti, successum insuper additavero; Quamvis enim Corpora plurima quæ neque ascendent neque dissipabuntur vasis clausis, apertis tamèn facile propellentur: Cùm tamen unam *Capitis mortui* Olei Anisorum unciam cum pari *Illius* e Terebinthinæ Oleo exhibitæ quantitate, singulas distinctis Crucibus indidissem, quibus per 3 horas cum dimidiatâ, aut prope quatuor, ibidem tali calore detentis, qui vasa per totum Tempus candescere fecerit; tametsi crucibula non arcè sed laxiùs solùm ad arcendos cineres, cooperirentur; offendimus tamen, vasis ab igne dimotis, contenta corpora nequaquam in fusionem adacta,

solummodò Caput mortuum ab Oleo Anisorum depositum ex parte non nihil incrustari; Et, non obstante calore, cui fuissent exposita, Picea Olei Terebinthinæ substantia haud longe à primi sui ponderis dodrante recessit; Caput autem mortuum Olei Anisorum, grana duodeviginti, aut circiter, minus *Illo altero*, deperdidit.

9. Hoc factò, navavi etiã operam experiri, utrùm substantiæ nostræ picæ quidpiam Salis Fixi aut *Alcalizati* exhiberent? Sicut Corporum plerorumque, ad Regnum vegetabile spectantium, *Capita morina* facere solent. Quandoquidem verò nigrarum substantiarum, ab Oleo *Anisorum* & Terebinthinæ exhibitarum, utriusque unciam unam per novem aut decem horas, in crucibulis candentem tenuimus; corpora tamen plurimum quidem mole suã diminuta offendimus, nequaquam verò calcinata videbantur.

10. Duabus Liquoris, postremò memorati, unciis, tantum aridi Salis Tartari sensim indidimus, in quantum, ceu Acidum, operari potis fuit, aut (si magis placet) donec visibilis aliquis consuetus, ex pluris salis additione, excitatus, prorsus cessaret; Acido hac ratione mortificato saturatoque, residui Liquoris Totum abstrahere institui, ad explorandum, utrùm cum abstracto Phlegmate, tardã Illius, in novã Cucurbitã vitreã cum Alembico, cohobatione, ulteriorem Olei Terebinthinæ transmutationem facere potuerim, atque partem saltem Phlegmatici hujus Aquei Liquoris ita alterare, ut in Terram subalbidam faceret, De cujus Transmutationis, perinde ac aliarum quarundam, possibilitate, rationem hic loci subjungere potuissim, si, post incendium priùs dictum, *Dissertationem* brevem invenire quirem, à me idè scriptam, ad grande hoc Physico-Chymicum Problema proponendum examinandumque, *Utrum ulla alia Elementa aut Principia Hypostatica, immo vel unum quidem ex Corporibus, vulgè mixtis appellatis, omnino admittere debeamus?*

F I N I S.

TRACTATUS
DE IPSA NATURA.
SIVE LIBERA IN RECEPTAM
NATURÆ NOTIONEM
DISQUISITIO
AD AMICUM.

Authore

ROBERTO BOYLE

NOBILI ANGLO, SOCIETATIS REGIÆ SOCIO.

*Audendum est, & Veritas investiganda; quam etiamsi non assequamur, omnino tamen
propius, quàm nunc sumus, ad eam pervenimus. Galenus.*



COLONIÆ ALLOBROGVM,
Apud SAMVELEM DE TOVRNES.

M. DC. LXXXVIII.



TRADUCTORIS PRÆFATIO.

Precipua hujus Tractatus Capita complexa.



VM Illustrissimo eruditissimi hujusce operis Authore mirari satis nequeo, scripsisse haecenus de *Natura* neminem quamvis de ipsis *Naturæ* operibus non pauca plurimi scripserint: Mirari tamen desino cum mecum ipse perpendo Peripateticorum principiis, *Materiae* scilicet & *Formæ*, quam *substantialem* dicunt per tot sæcula plerisque è doctioribus etiam inhæsisse, quòd scilicet propositas ab *Aristotele* notiones nescio quo præjudicio conformes vero rati defendere, ac propugnare quasi re ipsa ejusmodi forent, cæca quadam obedientia statuissent. *Naturam* itaque, vulgi Peripateticòque etiam sensu acceptam humanum haecenus genus admisit, sed unius tantum præjudicii vi quo sæpe fit ut homines multitudini contradicere vel tutum non putent, vel eorum qui inter doctos nomen consecuti sunt, authoritatem cæca quadam indignaque homine libero Philosopho præsertim veneratione profecuti, in dubium nunquam eorum pronun-

TRADUCTORIS

ciata revocent, quæ quidem præcipua mihi videtur, licet fortè non unica propagationis errorum causa tum in rebus Philosophicis, tum in aliis majoris momenti, atque ad Divinum etiam cultum Religionemque spectantibus : Sed quia de his hîc non agitur ; quod ad dogmata Philosophica attinet , ex ingeniosissima hac, summæque (ut legenti patebit ,) eruditionis lucubratione , vel me tacente colliges receptam *Naturæ* notionem omnibus hactenus Philosophis errandi præbuisse opportunitatem , dum eam incogitantia quadam non examinatam admitterent : Quæ pariter alio nomine , ut hic tractatus insinuat , generi humano plurimum obfuit, quòd scilicet ipsi divinæ in mundi regimine Providentiæ propitia non foret , Medicisque periculorum in re medica errorum occasio extiterit ; cùm hi hujusce vulgatæ notionis veritate freti, funesto plurima eventu necessariò præscribant. Sed ne pluribus te morer , ut ex *ungue Leonem* , summa eorum quæ quævis hujus operis Sectio tibi exhibet , capita paucis perstringam.

Per totam itaque *Sectionem primam* Illustrissimus hic Author ubi quædam de modo quo anima humana res concipit , præmisisset , acutè ingeniosèque more suo geminis obviam it objectionibus : Quarum altera petitur inde quòd oppugnatio *Naturæ* ingrati animi crimen videatur , vitioque verti debeat ipsius *Naturæ* filio ; altera hinc quòd communi omnium opinioni contradicat.

Secunda Sectio duo præstat, 1. varias hujus vocis *Naturæ*

PRÆFATIO.

Naturæ, acceptionésque vulgares enumerat. 2. *Naturæ* alias, magísque congruas tum voces, tum locutiones substituit.

Sectio tertia, 1. Examinat *Aristotelicam Naturæ* definitionem, accusátque ut obscuram, intricatam, nulliúsque in aliis rebus explicandis lucis fontem. 2. Rationes proponit ob quas prænobilis Author hujus vocis *Naturæ* usum frequentiore[m] vitet.

Sectio quarta, 1. Varia circa *Naturam* axiomata examinat, ex quibus vulgari sensu accepta describitur, meliorem Author descriptionem tradit. post eruditam de variis loquendi modis ad *Naturam* spectantibus dissertationem: Geminam *Naturam* distinguit generalem, quam *Cosmium Mechanismum* vocat, & particularem quam *Mechanismum individui* appellat. 2. Polytheismi præcipuam originem indicat, *Naturæque* ab Antiquis Apotheosim.

Sectio quinta Rationes proponit quibus maximè indutus est Author ut receptam *Naturæ* notionem rejiceret, petitas ab insufficiente *Naturæ* vulgariter acceptæ probatione, ab ejusdem superfuitate, obscuritate, periculóque religioni Christianæ, ab ea impendente, à quotidianis Phænomenis, &c.

Sectio sexta diluit argumenta in *Naturæ* defensionem ducta à communi hominum opinione, ab innato corporibus status naturalis appetitu, à distinctione motus in *Naturalem*, & *Violentum*, à morborum crisi- bus, &c.

Sectio Septima, 1. Conformiter nobilissimi Autho-

TRADUCTORIS

ris doctrinæ omnia circa Naturam axiomata ; clarissimè , ingeniosissimè , ac magna omnino subtilitate exponit. 2. De Vacuo multa nova ad rem differit. 3. Hoc axioma , *Natura est morborum medicatrix* , mirabiliter & summo ingenio explanat.

Sectio octava , 1. Subtilissimis argumentis Naturam vulgari sensu acceptam non esse in rerum Natura ostendit. 2. Conformem hujus tractatus scopo sed novam ac peculiarem divinæ Providentiæ hypothesim proponit. 3. Totius operis utilitatem paucis indicat. Ex quibus omnibus nemini non patet quàm profundi , latèque patentis ingenii habeatur meritò ubique terrarum, & reipsa sit Illustrissimus *Boylus*, utpote qui jampridem tam multa , tam nova summo Reipublicæ literariæ emolumento in lucem ediderit, & nunc de argumento hoc in speciem summè sterili, tam multa , tam nova, tantæque eruditionis dixerit. Hoc igitur opus intueor velut novum novæ cujusdam Philosophiæ systema quod ipsum hætenus omnium de rebus Philosophicis opinionum fundamentum , *Naturam* scilicet , funditus evertat. Suam itaque hinc Peripatetici corrigere Philosophiam possunt , ac debent , cum Naturam *Aristotelicorum* fictitium quid , omniâque Scholasticorum Philosophorum circa *Naturam* effata falsa esse *Boylus* probet : Ac saniores , qui deinceps scribent , hypotheses , opinionésque minùs intricatas Orbi erudito proponent , ubi ex hoc tractatu didicerint , *Naturam* ad quam hætenus docti æquè , atque indocti confugerunt , *Vacuam esse vocem* , licèt hucusque una & postrema

PRÆFATIO.

strema, quantumvis reipsa nulla, difficultatum omnium solutio *Aristotelicis* præsertim fuerit: Quæ cum ita sint, Reipublicæ literariæ plurimum interest ut diurnam Illustrissimo *Boyllo* à Deo vitam • flagitemus, cum & quotidianis virtutum, summæque integritatis exemplis humano generi serviat, & Orbi erudito annuis ingenii sui monumentis, quorum hoc, quod præ manibus habes, non postrema, sive rei novitatem, sive argumenti difficultatem, seu scriptionis modum spectes, non immeritò existimabis.

D. A. M. D.



S. P.



S. F. Nobilis ANGLÆ in Librum Illustrissimi
BOYLII de NATURA Carmen
Encomiasticum

*A Traductore ejusdem Tractatus civitate
Romana donatum.*

Grande opus , & scriis posthac memorabile sacris,
Natura è rerum Natura pulsa , Thronoque
Fiditium Numen : Mundi Regina , parénsque
Credita cœtarum principia ab origine rerum,
Que non imperium pelago , neque terminat astris
Imperio exiit , res int r prima negatur
Essè quid in rebus : Vacuum sine Numine nomen
Naturam ingeminat Naturæ filius ingens
Boylius, & nullo matris communis amore
Comnotus dubiam temnit sine crimine matrem.
Naturæ tamen hic qua motu Phœbe diurno
Tendis ac occiduas constanti tramite metas
Trans Gangem , Euphratem , & septemstua flumina Nilî
Hactenus interpres quo non oculatior alter,
Audiit : Errores Veterum seu mente sagaci
Detectos aperit , seu qua sint dogmata falsis
Substituenda docet , quoties aliena refellit.
Seu veras rerum vel Apolline iudice causas
Indicat , & prima qua sint ab origine formæ ;
Denique seu vario docet omnia surgere textu,
Continuû nque fluens , solidûmque , & quicquid ineptè
Materiæ attribuunt fictæ , formæque sophistæ.
Eloquar an silcam : Trutina nam quodlibet æqua
Naturæ qui perdit opus noctesque , diesque
Nil egisse ratus quasi inertia damnat ubique

Oria Naturæ, partus licet illius ingens
 Ipse sit, & vario Naturæ munere dives.
 Plurima, ait, frustra facit hæc, nec provida morbos
 Vi medica pellit, variisque ambagibus errat,
 Nec brevioris petiti subiectum tramite centrum
 Nec via ad objectam qua sit rectissima metam
 Naturæ curæ est, Vacuum Natura nec ullum
 Horret, & intantum quamvis, si credere fas est,
 Expers consilii nihil ipsa intendere possit,
 Perrarò assequitur finem; non optima semper
 Præstat, ut insuetos quoties incanta tumultus
 Excitat, & geminum malefanis motibus urget,
 Magnumque, & parvum nullo discrimine mundum.
 Denique Naturæ quicquid tribuere Parentes
 Hæcænius, & genus humanum modò Boylius ausis
 Intentato aufert, reliquisque erroribus addit
 Humani generis: Iam nusquam altaria fumens
 Naturæ, nulli solvantur Thuris honores:
 Nec Dea vera hæc est, nec veri Numinis usquara
 Illa vices implet: Deus unus ubique gubernat,
 Et movet, arcano dum dirigit omnia motu.
 Dogma hoc, quo nullum vero conformius extat,
 Theologus probat, & certis rationibus instat.
 Exiguo fructu, populum si fortè tenebit
 Suspicio lucri, propriam quo quilibet artem
 Cogitur ut celebret: Sed cerio Boylius iclu,
 Et propius ferit infidos dum nullius ergo
 Vel lucri, vel opum, sed puro concitus astu,
 Et veri studio, seu religionis amore
 Esse Deum monstrat qui monstra vel ipsa creavit,
 Et si qua notis contraria legibus ibunt.
 Sed que Divina non sint contraria Legi
 Consiliisque Dei, qua nostros abdita sensus,
 Et captum effugiunt: Sed nec quos clarius ambit
 Lumen, quique hebetes vasto discrimine mentes
 Exsuperant, superis datur hæc penetrare, profunda
 Noctæ latent quæcunque præordinat ordinis Author
 Fons, & origo omnis Deus unicus: Omnibus ergo
 Quæ frustra fieri, quæ casu lubricus error
 Insinuat, finem is statuit, mihi crede, scopumque
 Quem cerio feriet quantumvis eminus iclu.

*Non igitur molem hanc agitat, , castique volutat,
Nec quasi membris inops magno se in corpore versat,
Sed regit, & certo ducit mortalia cursu:
Contra ego, femineæ tanta est dementia mentis,
Sæpe tenax sensi: Sed jam mihi Boylius omnem
Excussit dubiæ scrupum, mentemque fideli
Munivit insidam clypeo, quo tela repellam
Quæcunque adversa torquet gens perfida dextra,
Quæque Deum negat humanis intendere rebus,
Plurimæque in nullos clamat malè condita fines,
Ut monstra, & notis quæcunque à legibus errant,
Quicquid & in speciem toti non congruit ipsi,
Aut tantum nocuos natum reputatur in usus.
Boylius hac melius certa ratione profundi
Consilii non fortis opus docet esse, Deumque
Hac, sed ob ignotos nobis decernere fines.
Haud igitur potui, quamvis vel sæmina, tantum
Non laudare virum, indictamve relinquere laudem:
Pro meritis tamen hic nobis indictus abibit,
Quem vir nemo satis laudet, qui sæmina possit?*

PRÆ-



PRÆFATIO AVTHORIS.



MIRATUS sum sæpe numero, cum tot Viri eruditi liberè admodum, acutéque de Naturæ operibus, ut loquuntur, scripserint, ac de ipsis pariter principiis nonnulli, in neminem me sæculo hoc adeo curioso incidisse, qui hanc sibi provinciam imposuerit ut de ipsa Natura scriberet; quod quidem perinde fortè videri deinceps poterit, ac si quis politicum Regni statum describens, fusè ageret de Iudicibus civilibus, de militaribus officiis, aliisque subordinatis magistratibus, deque peculiaribus inferiorum subditorum ac plebejorum ordinibus, qui interim de ipsa Regis prerogativa methodoque regiminis ne verbum quidem faceret: Aut, ut similitudine utar huic argumento magis congruente, perinde id foret ac si quis peculiariter de pendulo, de rotis, chordis, libramento, indice, aliisque horologii rotati partibus ageret, non examinata interea ipsius elateris his omnibus motum inspirantis Natura, fateor tamen vocem hanc Naturam, in scriptis Physiologorum ubique esse obviam. Quamvis autem voce hac sæpe utantur, non mihi videntur perpendisse attentius, quæ potissimum Rei ipsius notio esse debeat, quam quidem supponunt, mirantur, datæque opportunitate celebrant ac collaudant, sed nunquam aut discutunt, aut propius explorant, examinantve: Cum itaque mecum ipse perpenderem quanti momenti futura esset ad omnem Physiologiam, seu practicam, seu speculativam, Naturæ notio seu vera, seu falsa, opera pretium fore putavi si libertate Philosophica receptam vulgò Naturæ notionem sedulo, serioque examinarem; ita enim futurum existimabam, ut, si solidis ea fundamentis, ac rationibus niteretur, id mihi voluptatis non im-

P R Æ F A T I O

meritò contingeret , quod eidem non priùs examinata minimè acquieverim , si autem confusa mihi , ambiguàque videretur , sperabam me huic obviam incommodo ire posse varias vocis acceptiones explicando ; si dubiam quoad ipsam veritatem putarem , illud omnino fore credebam ut principio nimium infido non nimis fiderem ; si autem errori obnoxia videretur vulgaris Naturæ notio , ita omnino mecum ipse reputabam futurum inde ut nihil ipsi suprastruerem , nec aliis quibuscumque fiderem quæ tam instabili , incerto , ac fallaci fundamento niterentur. Quia autem Athei non pauci tantum Naturæ tribuunt , ut supervacaneum putent confugere ad Deitatem quo Phenomena Universi explicent , & quia Theistæ , seu Deistæ non pauci receptam vulgò Naturæ notionem ad probandam tum existentiam , tum providentiam Dei , necessariam fore existimant , ego quidem qui ab utrisque disideo , ratus nihilominus quemlibet verum Deistam , ac multo magis quemlibet verum Christianum , multum sollicitum esse debere de iis veritatibus , quarum in Religionem vis tanta foret , illius ergo seu habita omnino religionis ratione , ad rem hanc attentius considerandam teneri me existimavi.

Cùm tamen Tractatum hunc conscripturus essem tanquam Physiologus , non tanquam Christianus , nullam hinc suprastruere merito poteram doctrinam revelationi mere , quæ ad hanc disquisitionem pertinere minimè videretur. Quia tamen is , ad quem cogitata mea dirigebam , probus omnino Christianus erat , minimè abs re fore judicavi si identidem obvia quedam insinarem ut aut præpedirem , aut removerem quedam dubia quæ Christiana ipsi religio suggerere posset: Sed obiter hæc tantùm & perpaucis.

Quia , ut superius insinuabam , quæ sequentem constant tractatum , non continuè omnia scripta sunt , sed pluribus annis sæpe interjectis , dignam veniã defectum futurum puto , si totius dissertationis contextus non videatur adeò uniformis , nec partes tam connexe omnes , quàm si nulla schedarum mearum jactura contigisset , nullùmve supplementum accessisset. Novitas hæud dubiè variarum opinionum ac ratiocinationum sequente in dissertatione proponendarum , stupore quodam multos percutiet , qui audaciorem me , ac paradoxis multum addictum pronunciaturi sunt ; sed cùm alibi , alio in ten-

tamine

A V T H O R I S.

tamine mea circa paradoxa in genere cogitata exposuerim, superfedebo jam de eo agere argumento, de iis tantum quæ præsentem spectant propius tractatum acturus: Paucis itaque sic habere nihil ad opinionis cuiuspiam veritatem, aut falsitatem spectare, quòd singularis sit aut vulgò recepta. Quare ut nullam rejicio veritatem quòd generatim nota sit, ac recepta, ita opinionem nullam veram idcirco concludo, quòd multi veram eam censuerint, neque opinionem erroneam reor, quòd nondum multis nota sit, vel quòd contradicat receptæ à multis opinioni; de opinionibus enim tanquam de monetis judicare soleo: Minoris longè facio inscriptionem, quàm ipsum ex quo moneta fit metallum. Perinde enim mihi est utrum pluribus ab hinc seculis excusa fuerit, an hesternò tantum die ex officina monetaria prodierit: parùmque laboro quàm paucorum, aut multorum manibus trita fuerit, modo cote mihi aliòve quopiam experimento constet, genuinam eam, ac quotidiano commercio usui esse posse; si enim examinata curiosius moneta, proba reperiat, non eam idcirco rejiciam quòd diu, atque à multis ut talis recepta fuerit; si autem adulteratam comperiam, neque Principis imagine, aut inscriptione, neque temporis diuturnitate, seu antiquitate, neque eorum qui de ejusdem bonitate minime dubitarunt, multiitudine ullatenus ad eam recipiendam inducar: Vnùmque, quo adulteratam eam addiscam, experimentum plus apud me valebit, quàm ea omnia, aut quæcumque alia in illius commendationem dici possunt.

Hac mea circa paradoxa in genere sententiæ declaratione futurum omnino exilimo, ut nemo prorsus putet à vulgata Naturæ notione recessisse me idcirco quòd vulgata, ac recepta sit; quod eò probabilius fiet ubi exposuero hanc me controversiam non eo consilio tractadam suscepisse ut novæ introductione Doctrinæ Hæresiarchæ Philosophicæ viderer: Hacce enim dissertatio conscripta fuit sub annum 1666. nec ita diu post cum is cui eam dictaveram, clam me insciisque parentibus in Indias, unde nullus exin de eodem rumor, se subduxisset, commissa schedis dissolutis, non libro, cogitata mea sat incoherentia sunt relicta quòd non pauca necessaria prætermissa forent. Quare, cum non libenter quæ dcerant, supplere vellem, hæc apud me scripta penitus neglecta, ac quasi oblivioni tradita jacebant, donec ingeniosorum quorundam virorum, qui aliud iis deberi fatum existimabant, curiositate motus, eadem rursus colligenda ac colligenda

P R Æ F A T I O

ganda existimavi, eaque quæ deerant supplenda; revocavi itaque eum in scopum, quantum tot post annos debilitas memoria pateretur, quadam mea hoc de argumento quondam cogitata: Porro cum mecum ipse perpendere quanti momenti, quamque utilis futura foret tum Philosophiæ, tum Medicinæ practicæ rectæ Naturæ notio, quamque parum liberior, æquisque rerum estimator in re adedò intricata subtilique communi hominum opinione moveri debeat, liberam ipse, quod nullus adhuc alius id fecisset in tam nobile arduumque argumentum faciendam esse disquisitionem putavi; quo id successu præstiterim aliorum iudicio permitto. An nimia me quorundam ni fallat adulatio, quicquid de præcipuo scopo sit, quedam hinc inde hac in dissertatione suggerentur quæ acriores receptæ Naturæ notionis assertores haud dubiè inductura sint ut distinctius impofterum, atque accuratiùs de rebus ad Naturam spectantibus agant, ac loquantur; quæ quidem sufficiens futura est laborum meorum compensatio, huiusque tituli, liberæ disquisitionis, aqua omnino ac plena pariter apologia. Caterùm cum via minimè trita, ac sine duce incedam, quid veniã potiùs dignum quàm mirum futurum est, si dum communes errores detego, non id mihi falicitatis contingat ut in nullos ipsemet incidam: Si autem infeliciter contigerit ut quem injuriam religioni errorem admisserim, ut nullum mihi ejusmodi proponerem, ita ubi detexere, facile dimittam oraboque ne eo alii seduci se unquam patiantur: Quid re ipsa præstiterim, mearum, ut superiùs insinuavi, partium non est judicare. Quod autem ad ipsam spectat intentionem, ausim dicere, eò me collimasse ne divini rerum Authoris Gloria usurparetur à creaturis, neque ejusdem opera à Philosophicis eorundem contemplatoribus penitiùs intelligerentur; non asseram, neque id necessarium est, quodvis argumentum inferiùs proponendum, maxime seorsim consideratum vim demonstrationis obtinere: Demonstrationes enim ipsi tentaminis mei titulo non congruerent. Si enim demonstrationibus assensum necessariò extorquentibus vulgarem Naturæ notionem impugnarem, dissertatio hæc non libera disquisitio in receptam Nature notionem, sed ejusdem confutatio dici deberet; argumentaque merè probabilia dubiam reddere poterant ejus opinionis veritatem, quam aperitè falsam demonstrare nequeunt: Quare si quis partes minùs primarias, minùsque necessarias hujusce tractatus impugnare voluerit, illius forte dicta negligam. Atque si quis etiam dissertationem ipsam totam editis

contra

AVTHORIS.

contra argumentis oppugnarit, cum etate jam provecus sum, viribusque infirmis, nec Theologiam unquam, Philosophiam, aut artem medicam professus fuerim, verosimile non est futurum ut eodem ipsi modo respondeam; quandoquidem ut desiderare non debeo errorum meorum si quos hoc tentamen contineat, propagationem, ita, si qua hic doceo pleraque, & precipua veritati conformia fuerint, non dubito quin curioso hoc seculo haud pauci reperiendi sint generosioris indolis quam ut magni momenti veritates opprimi sinant, licet eorum auctores aut contentionis odio, aut per otium, valetudinemque eas defendere ipsimet non possent: Quod hoc loco non omnittendum putavi, ne veritas, si eam forte feliciter assecutus sum meo silentio pateretur, neve Lector existimaret nullum libro à me dari responsum posse cum re ipsa nullum dedissem. Sed hoc, precipuum tentaminis nostri scopum spectat, non ordinem ipsum, partiumque dispositionem; quam si quis minus idoneam dixerit, non multum repugnabo.

Cum enim mecum ipse perpendo quam praepostero ordine haec scheda in manus meas venerint, quamque multa locis minus idoneis collocata sint, non tantum non aegre feram, sed omnino velim hanc dissolutarum schedarum Rhapsodiam haberi tantum apparatus ad dissertationem omnibus numeris absolutam: Dicam tamen, ne pluribus te morer, ita me omnino mecum reputasse modicam etiam lucem argumento adeo obscuro, tantique momenti si conciliarem, tentamen hoc minimè inutile futurum, defectumque demonstrationis veniam dignum fore ea praesertim in dissertatione, qua non dogmata imponat, sed liberam tantum, ingenuamque recepta Naturae notionis disquisitionem offerat.

Sept. 29.
1682.

TRA-



TRACTATUS
DE
IPSA NATURA,
SIVE
LIBERA IN RECEPTAM NATVRÆ
NOTIONEM DISQUISITIO.

SECTIO PRIMA.



ESCIÒ equidem utrùm quædam sit, nec-ne, Animæ rationalis Prærogativa, ut, sicut verum ipsa positivumque Ens est, ita cætera omnia vera quoque Entia puret, atque positiva; sive autem hæc ad ejusmodi Ideas effingendas propensio quandam supponat Excellentiam, sive secus; vereor omnino, ne quædam Erroris occasio sit, inducâtque nos ut cogitemus ac loquamur de quibusdam rebus tanquam de Entibus positivis, quæ Chimææ tantum sunt, aut Negationes meræ, seu Privationes, putâ Mors, Ignorantia, Cæcitas, &c.

Plurimum itaque refert, ut omnino caveamus perquam diligenter, ne ejusmodi innata inobservatâque tentatione in errorem paulatim inducamur: Quare non abs re fuerit examinare, utrùm hæcce propensio, quæ licet impercepta,

TRACTATUS

2

cepta, toties nos delusit, non nobis fortè imposuerit circa eam, quam fingimus, *Natura* Notionem.

Cùm enim hæc aliarum Notionum fœcunda Parens sit ut ipsa *Natura* Creaturarum univèrsi; tam latè patet huiusce Notionis applicatio, tantique momenti est, ut sollicitè omnino cavendum nobis sit, ne nimium facillè eam admittamus Notionem, quæ cautiùs quàm quævis alia, priusquam penitus admittatur, jure meritò examinanda est.

Liceat itaque liberiùs mihi inquirere, Utrùm id, de quo tam mira asserimus, cuique tot mira ascribimus, sit *Res ea* penè Divina, cujus opus & nos quoque sumus, aut merè *Notionalis*, quæ nostris potiùs operibus annumeranda sit, utpote quæ humano Intellectui Existentiã suam debeat?

Scio plerisque hominum non levibus contra insolitum adedò molimen præjudicii præoccupandos; sed injuriam me tibi facturum crederem, si te Præoccupatorum multitudini annumerarem; Duo tamen monendum te censeo, ut facilior ad ea quæ sequente in Dissertatione dicenda sunt via pateat.

Ac primò quidem, Ingratitudinis quoddam genus, nec Filium redolens videri poterit, disputare contra *Naturam*, communem ab humano Genere humani Generis habitam Parentem; quamvis autem agnitam Parentem non venerari ac colere, officio deesse sit; nescio tamen cur nobis non liceat inquirere diligentius de ea, quam ut putatitiam tantùm Matrem intuemur, aut certè de qua probabiles ob causas dubitamus, utrùm sit ejusmodi nec-ne; quod quàmvis non constiterit, mei omnino muneris esse puto, venerari non quod profus ignoro, sed eam *Deitatem*, cujus Sapiëntia Bonitasque non tantùm me Hominem facere voluerunt, fruique his, quæ hîc possideo; sed Mundum ipsum ita excogitarunt, ut ex etiam ejus Creaturæ, quæ, quod inanimatorum sint, meum intendere Bonum nequeunt, tam mihi utiles tamen forent, quàm si meam ipsa utilitatem commodumque velle possent: Poteris autem hîc loci meminisse, ut homines me accusare poterunt Impietatis, atque erga naturam Ingratitudinis, ita *Persus* aliòsque Cœlestium Corporum Cultores, non paucos è Philosophis antiquis omnèsque Christianos primitivos similium criminum contra Solem accusasse, cujus Existentiã Beneficiãque erga genus humanum longè erant certiora, quàm quod existat ejusmodi quædam *Semi-Deitas*, quam Homines *Naturam* vocant; neque dedecori mihi fore puta, quod eadem cum iis in navi sim, cum præsertim quæ pro ipsis Rationes faciunt, pro me quoque militent. Addere possum, cum mihi haudquaquam æquè constet, id quod *Natura* dicitur meam esse Parentem, quàm quod omnes homines Fratres mei sint, quia quædam Dei propago sunt, (etenim τὸ πρῶτον ἰσχυρὸν Ἀριστ., à Divo *Paulo* assumitur) non immeritò ipsa potiùs obsequium præstitero, profligato eorum errore, quàm plenum Ceremoniarum honorem ipsi detulerò. At lepositis Allegoriis, interdum seriò aliquando dubitavi, utrùm *Vulgaris Natura Notio* & Divinæ Gloriæ injuriam non intulerit, impedieritque plurimum ne ipsius Opera penitus ac utiliter detecta fuerint.

A 6

DE IPSA NATURA.

Ac primò quidem, Diminutio quædam honoris magni Mundi Re&toris ac Conditoris videtur, quòd Homines pleraque Mirabilium in eo obviatorum, non ipsi ascribant, sed cuiusdam *Naturæ*, quam ipsimet non bene norint. Multi quidem, scio, concedunt hanc *Naturam* ab Ipso esse stabilitam Ipsique subordinatam; sed quamvis id fateantur multi rogati, Utrum id velint nec-ne? quia tamen multi rarò aut nunquam alioiorem ullam *Causam* considerant, qui animadverterint quo res modo *Natura* ascribant, facile observant quicquid aliquando dicant, ipsam Dei Influenciam perparum ab ipsis considerari, & de ea vix ipsos cogitare: Ut sit, non parum Divini Regiminis excellentiam obscurat, quòd quoties mirum quid faciendum aut describendum est, homines toties ad *Naturam* confugiant, ejusque extraordinarium, ut res fiant, requiri concursum putent: Cùm Divina multò magis illustretur Sapiencia, quòd ita res primò ordinavit, ut rarò aut nunquam extraordinarium Divinæ Potentiæ concursum requirant. Ut enim ingeniosi Machinatoris peritia magis inde elucescit, quòd Machinam eâ industriâ confecerit, ut nihil aliud intentum ad finem consequendum postulet, quàm partes quasdam intellectu privatas; magis, inquam, Machinatoris hinc Ars emicat, quàm si opus foret ut prudentior quidam Servus Machinæ operationes moderaretur, aut qui Machinæ semper, ne aberraret, intentum foret: Ita planè magis elucescit Sapiencia Dei in Fabrica Universi, quòd efficere possit ut tam vasta Machina, ea omnia quæ sibi proposuerat, præstet operata tantùm inanimatæque Materiæ, secundùm certas Motus Localis leges directæ, generalique tantùm concursu sustentatæ; magis, inquam, illius hinc Sapiencia evitet, quàm si Intelligentiam quampiam operi præsticeret, cuiusmodi *Naturam* concipiunt, ut illud regularet, juvaret, Partiumque motus determinaret. Quod ut confirmetur, recordari poteris posteriores Poetas priores meritò inscitæ ac imperitiæ accusasse, in condendis Tragædiis ac Comædiis, quòd eò sæpe res redigi paterentur, ut *Deitatem* quandam in Theatrum (Θεὸν ἀπὸ μηχανῆς) introducere cogerentur, quæ eas extricaret ac enodaret.

Nec Deus interfit, nisi dignus Vindice, &c.

Hic autem monendus es, licet asserere noli, intendisse *Aristotelem* illarum ab *Aristotelica* doctrina damnum, ea tamen in mente, magnum Divinæ Gloriæ *Inimicum*, *Aristotelis* Authoritate ac Erroribus usum esse, ut ipsam imminueret.

Ut enim *Aristoteles* ea circa Mundi Æternitatem Opinione, cuius primùm se Inventorem profiteretur, aperte, juxta omnium ferè hominum sententiam, Deo productionem Mundi denegat, ita imputatis *Naturæ* mirabilibus Dei Operibus, tacitè eidem Mundi regimen non concedit: Quam suspicionem si severiorem paulo judices, in alio te per orium Tractatu docebo quam potissimum ob causam *Aristotelicam* circa Religionem opiniones, minus eidem

T R A C T A T V S

putem esse amicas, ne dicam perniciosas, quam sint aliorum Ethnicorum Philosophorum sententia.

Parere porro hic, ut quandam quæ fieri potest objectionem præoccupem, quòd scilicet qui receptam *Natura* Notionem negat, ipsam quoque denegare Providentiam debeat, cujus magnum *Natura* Instrumentum est. Primò enim, opinione mea nullatenus prohibeor, ne agnoscam Deum esse Universi Authorem, ejusque perpetuum Conservatorem: Quod longè magis est quàm *Peripatetica Hypothesis*, quæ, ut dicebamus, Mundum Improductum vult, admitti à suis velit; ea autem quæ Philosophi *Peripatetici Natura* activitati certis in Casibus ascribunt, Divinæ ego Sapientiæ in prima Universi Fabrica attribuo; Mundum enim eò finxit Artificio, ut continuato tantùm ordinario generalique concursu, nulla extraordinarii concursus necessitas futura sit, quasi opus primò suum perfectum non fecerit: Omnes enim casus eos ac circumstantias, quæ Philosophis Medicisque fingendæ *Natura* ansam præbuerunt, prævidit: iisdemque in prima Mundi Fabrica prospexit, ita ut Materia, hoc aut illo modo ordinata, in his aut illis Circumstantiis, omnia præstet, quæ Philosophi iis in Circumstantiis Omniscia ferè *Natura* suæ ascribunt, quamvis quid agat prorsus ignoret, nec aliter quàm secundùm Catholicas Motus Leges operetur. Atque equidem reor discrimen inter eorum Opinionem circa Dei in Mundo Activitatem, eamque quam proponere ipse vellem, nonnihil adumbrari posse, si dixerò, videri eos concipere Mundum *Pupi* [*Puppet*] instar, qui ut magno fortè Artificio fabricatus fuerit, ejusmodi tamen est, ut ad quemvis peculiarem Motum Artifex, attracto nunc hoc filo æneo, nunc illo, debeat eum regere, ac sæpe Actiones Machinæ aliter ac aliò quàm res ipsa exigeret dirigere: Cùm nostræ conformiter Opinioni Mundus instar Horologii sit ex Arte facti, *Argentinensis* putà, ubi eo omnia ingenio fabricata sunt, ut mora semel Machina, singula, juxta primum Artificis Scopum, procedant; parvarum enim Statuarum certis horis Motus, quæ statis temporibus hæc aut illa præstant, non requirunt, *Puporum* instar, peculiarem Artificis concursum, aliudve Agens ratione præditum; sed sua obeunt Munia certis temporibus vi Primitivi imperus toti Machinæ impressi.

Hodierni *Aristotelici* aliique Philosophi ægrè ferrent, accusari se quasi Providentiæ injuriam facerent, licèt jam ordinario *Natura* concursui ascribant regulares eos Planetarum Motus, quos *Aristoteles* ac plerique ex ipsius Assæctis, ac Christiani etiam *Scholastici*, peculiari aliàs *Intelligentiarum* Regimini ascribebant, quas Cælestium Orbium Motrices constituiebant. Cùm autem mecum ipse perpendo res humanas quæ *Anomalis* nobis videntur, hoc sæpe in Orbe contingere, conformius ei, quàm Divinæ Providentiæ debemus, venerationi fore puto, si concipiamus, ut Deus Agens est, & maxime liberum, & maxime sapiens, potèstque quosdam sibi in multis incognitos nobis fines proponere; prævidisse eum has Anomalias ac judicasse, expedire ut contingerent, cùm eas ipse esse voluerit, ut patet in Eclipsibus Solis ac Lunæ,
genuinas

DE IPSA NATURA.

5

genuinas Ordinis à se in Mundo stabiliti sequelas : Cujus Legibus magna *Univerſi* Agentia determinabantur ad agendum conformiter propriis quæque receptis que à Deo Naturis : Suæ autem res *Naturæ* permittebantur , licet inde fieret, ut quædam *Anomalia* contingerent, multaque bono diverſarum particularium Univerſi Portionum repugnantia. Majorem, inquam, hac Notione Divinæ Providentiæ conciliari Jenerationem reor , quàm ſi opinemur , ut vulgò opinamur , ſubſtituiſſe ſibi Deum potentem quandam Intelligentiam quaſi *Vicarium* , quam *Naturam* dicimus , quæ bono Univerſi continuè invigilet , ſingulisque illud componentibus Corporibus , cùm interim Ens hoc nec ejus Peritiæ , nec Potentiæ videatur quæ ejuſmodi *Anomalias* præpediat , quibus sæpe Animalium Greges pereunt , aliaque pereunt nobiliſſimæ Creaturæ , ut ſæviente Peſte , &c. Hæ quoque *Anomalia* majoribus interdum Univerſi Portionibus noxiæ ſunt ; quod teſtantur Terræ-Motus latiùs propagati , Luminarium Eclipſes , magnæ ſtabilesque in Sole Maculæ, Erupciones *Vulcani*, magni Cometæ, aut novæ Stellæ, quæ ab una Cæli regione ad aliam tranſeunt. Eoque difficiliùs ejuſmodi Divinæ Providentiæ Vicarium admitto, qualem *Naturam* eſſe ſingunt, quòd Exempla quædam inferiùs propoſiturus ſum, è quibus eluceſcit, ſi quid tale reiſpſa exiſteret, eam *Naturam* loquor, & debili & cæco impetu agere, dum commiſſo ſibi munere fungitur.

Inſuper addo, eam quam propono Doctrinam longè meliùs conſentire iis, quæ Religio docet de ordinario extraordinarioque *Divinæ Providentiæ* concurſu, quàm oppoſita conſentiat. Cùm enim Deo viſum fuerit, ſtabilitas in Mundo Leges Omnipotentia ſua evertere; quod ita contigerit, faciliùs obſervarint, agnovérintque Miraculum ii, qui nihil in ordinaria Rerum Corporearum conſtitutione præter Materiam & motum admittunt , de quorum potentiis facilè homines judicent , quàm ii qui quandam præterea *Semi-Deitatem* ſingunt, quam *Naturam* dicunt , cujus peritiã potentiãque permagna eſſe fatentur quidem , qui tamen quanta reiſpſa ſint , ac quàm latè pateant, definire nequeant. Monendus porro hîc loci eſt , Miracula Chriſti Servatoris atque Apoſtolorum , quæ Chriſtiani, Religionis nomine , ſibi vindicabant , diverſo valde ſub vultu conſiderata fuiſſe ab *Epicureis* , aliſque *Corpufcularianis* Infidelibus , necnon ab aliis ejuſdem farinae , qui Animam Mundi admittebant , aut in Sideribus Spiritus , vel qui Mundum ab Entibus Intelligentibus à Deo diſtinctis gubernari credebant. Infideles enim hi poſtremi, ipſa quæ Chriſtiani admittimus Miracula sæpe admiferunt , quæ tamen Aſtrorum opere ſolvere conabantur , aliſque modis non hîc commemorandis : Cùm *Epicurei* Chriſtianifimi hoſtes ipſa neganda omnino ſibi Miracula exiſtimarint, quòd animadverterint Miraculum, quòd affirmabatur , Mechanicas Materiæ & Motus Potentias excedere , (prout id ab Authoribus perficiebatur) quare neceſſe omnino fuit , ut vel factum ipſum negarent , vel Miraculum eſſe agnoſcerent. Sed offeret ſeſe aliàs Occaſio * , & confirmandi quæ hætenus

* Vide 3. & 4. & ultimam Sectionem huius Tractatus.

dicta sunt, & alia insuper addendi, quibus Theologicis quibusdam nostram circa Hypothesin scrupulis fiat satis.

Superius insinuavi, non Divinæ tantum Gloriæ, prout ea oritur ab eisdem Sapientia, Potentia, Bonitatēque in Mundo expressis, suspicatum me esse *Naturam*, quam examino, Notionem fuisse noxiam, sed ipsi etiam Operum ipsius divulgationi, ac quasi revelationi. Quod credideris perfacile, si observaris, dum homines generalem, facilēque adē de rebus difficilibus reddendi Rationem, ut eas *Naturam* ascribant, amplectuntur, eos ad severiorem in Rerum Causas inquisitionem, nullo pudore esse cogendos, quos ad scrutinium hoc & ipsa Curiositas languidius tum impulerit: Cujus rei insigne prorsus exemplum est, Aquarum in Antliis ascentus, aliæque ejusmodi *Phænomena*, quorum veræ physicæ Causæ repertæ non fuissent, si Recentiores Antiquos imitari, fictitiæ huic Causæ acquievisset, quod scilicet *Ens quoddam*, quod *Naturam* dicebant, Mundo invigilaret, eumque regetet, quodque *Natura* hæc à vacuo abhorreret, semperque foret quasi in procinctu, ut id agat quod Vacuum præpedire possit: Neque est cur speremus, veras effectuum Naturalium causas propius nos inspecturos, quamdiu particulares & immediatas earum causas non attingimus.

Non tamen propterea nego, non esse plurima, quorum è numero sunt situs Astrorum, figuræ magnitudinēque Animalium, De quibus etiam Philosophus interrogatus, nihil aliud respondere possit, quam quod Authori *Natura* visum fuerit, has Creaturas hoc vel illo modo condere; Cùm autem in genere hunc in modum respondemus, Particulares ac Physicas rerum Rationes non proponimus, quas reipsa ignorare nos fateamur. Huc accedit, quod exhibita ab hominibus *Natura* Veneratio hominis in inferiores Dei Creaturas Imperio, Dominiōque obex fuerit. Neque enim tantum hoc se imperium obtinere non posse homines existimant, sed impium quid ac nefas crediderunt, assumere sibi ut præscriptos à *Natura* Effectibus Naturalibus limites subinverent. Cùmque eam tanquam *Venerabile adē quid* considerant, Religioni quidam ducunt quodvis ejus Opus eo Consilio æmulari, ut illud transcendant.

Tandem jam submovendo Dubio priori superius hoc contra molimen proposito immoratus sum, ut ne tædio sum, ad alterum etiam penitus tollendum accedendum mihi putem, illud autem ita se habebat, Quod scilicet communi omnium hominum Opinioni contrarem. At ita omnino censeo, non decere *Naturalistam* adē esse sollicitum quid credatur, aut creditum fuerit, quam quid reipsa credendum sit: Alibi porro docui, quam parum quibusdam in Quæstionibus communi hominum Opinione commoveri debeamus: Directius autem in præsentiarum respondebo, minimè mirum videri debere, quod homines ea *Natura* Notione, quam examinaturus sum, præoccupati sint, cùm à teneris ea unguiculis, in Scholis, imbuti sint; quam & ubique receptam adulti jam reperiunt, nec à plerisque tantum, sed à doctissimis etiam

Scriptor.

Scriptoribus usurpatam; adde, quòd nullam de ea Controversiam unquam inaudierunt, quæ insuper mirè congruit innatæ in nobis propensione, ut & videamur aliis, & cogitemus ipsi plura nos scire, quàm re ipsa scimus. *Naturam* enim seu Causam assignare cuilibet in promptu est, quories illius quis gnarus haberi voluerit, cujus veram reddere rationem nullam possit.

Hic præterea subjungam, quòd plerique hominum de re quapiam tanquam reali ac Ente positivo loquantur, eique magna ascribant, exigui admodum apud me ponderis esse, cum mecum ipse perpendo, licet *Fortuna* Physicum nihil sit, sed indeterminata tantum quædam incertaque Notio, quam recentiores Metaphysici non *Entium* Classi annumerarent, eam tamen non *Genes* tantum *Apotheosi* consecrassent.

Nos re facimus, Fortuna, Deam, Cæloque locamus,

quam eorum non pauci re ipsa coluerunt, sed celeberrimos etiam Scriptores, tum Prosa, tum Versu, & Ethnicos & Christianos, veteres & recentiores, omnèsq; communi in colloquio homines, de eadem seridè loqui, tanquam de *Antipapa* quodam, qui præcipuas in Mundi Regimine partes sibi assumpsisset, cui non minùs quàm *Natura* ascriberent. Porro ut præteream quæ Poætæ, Ethnici, Theologiquè docent nos, de viribus Ignorantiæ ac Peccati, quæ morales tantum Defectus sunt: Perpendamus paululum, quæ non ab his tantum, sed à plerisque Mortalium seridè omnino *Moribus* attribuuntur; cui tantum adeoque funestum Imperium assignant; porro, si consideremus etiam Mortem, quæ tot torque mira præstare dicitur, nec esse Substantiam, nec Ens positivum, sed Privationem meram, eò, opinor, difficilius crediderimus, operibus *Natura* ascriptis concludi meritò posse, quòd re ipsa Physicam Agens ejusmodi existat.

Cum itaque præsentem Dissertationem iis liberarim præjudiciis, quibus fortè contigisset, ut non examinata, censura graviore notaretur; Argumentum ipsum jam aggrediar, circa quod paucis, quantum per orium mihi licet, sex omnino hæc præstare conabor. Paucis *Primò*, Ambiguitatem hujus Vocis, *Natura*, proponam, Ambiguitatem, inquam, à variis, ejusdem acceptationibus ortam. *Secundò*, ostendam Definitionem *Natura* ab *Aristotele* traditam nec claram esse, nec eam qua cuiquam fiat satis. *Tertiò*, Variis è rebus quæ de *Natura* vel affirmantur, vel eidem attribui solent, recepram *Natura* Notionem designam, quæ ab ipso Nomine summam ejusdem ob Ambiguitatem aptè designari nequit. *Quartò*, Quasdam rationes proponam, quibus ab admittenda hac *Natura* Notione prohibeor. *Quintò*, Præcipua seorsum diluere conabor, quæ maximè homines impulerunt, ut hanc *Natura* Ideam, quam non probo, cuderent. *Sextò*, Præcipua quædam Effata aut Axiomata proponam, quæ *Natura* generatim applicantur; quo porro maximè sensu hæc ipsemet admittere possim, declarabo.

Hic autem loci non abs re fuerit, tum ut quædam Erroris occasiones præ-

præoccupentur, tum ne proponendi Series Argumenti interrumpatur, duotriâve præmonere.

1. Quoties alicubi hoc in Tractatu, de Opinionibus *Aristotelis*, ac *Peripateticis* loquor; ut ipsi nolim impurare omnes eorum Sententias qui ipsius Affectu videri volunt, quorum nonnulli ejus mentem minùs apprehendisse mihi videntur, ita quoque non existimo teneri me, viscopi mihi propositi, verum ipsius Sensum Opinioneque anxie explorare, sive de Origine *Universi* (an scilicet & æternus foret, & à seipso existeret;) sive de rebus minoris momenti: Cùm, præterquam quòd obscurè admodum, ambiguèque sese exprimit, quæque variis in locis tradit non admodum sibi cohærent, sat omnino mihi fuerit, qui vulgares Notiones examinaturus eram, si eas examinarem Opiniones quas Doctôrum plerique *Aristotelicas* putant; quæ fortè si illius reipsa non fuerint, culpa Commentatorum ejus ac Affectarum, eas ipsi tribuentium, futura est.

2. Anima rationalis, aut Mens humana, prout ab Anima sensitiva distincta, cùm Spiritus sit, Heteroclitica aded Substantia est, si comparatio ejusdem instituatur cum rebus tantum ab ipsa discrepantibus, quantum mera discrepant Corpora, ut cùm nulla facta ipsi injuria, nec promiscuè unà cum corporeis Dei Operibus de ea agere possem, nec dignè de ea loqui, Dissertatione hac non sæpius interrupta variis Exceptionibus, quibus aut videretur intricatior, aut Lectori molestior, omnino existimavi, ut & illius & meo labori parcerem, prætermittenda esse in Tractatu, quæ ad eam specialius spectant; eoque libentiùs ea prætermitto, quòd, cùm omnes aliæ *Universi* partes juxta receptam Opinionem *Naturæ* opera sint, non defutura nobis sint plurima, quæ examinemus, Argumenta. Quanquam Mundum hîc contemplanturus sim solummodo tanquam magnum Rerum Corporearum Systema; ut quondam reipsa erat sub extremum sexti Diei Creationis, cùm Deus corporata omnia Opera sua, creato nondum Homine, finiisset.

SECTIO II.

Qui Res attentius considerant, facilè suspicati fuerint plerisque Hominum imperfectas tantùm confusasque *Naturæ* hactenus fuisse Notiones; si præsertim animadvertant, hoc eos Nomen variis rebus applicare usque etiam quarum nonnullæ vix invicem cohærent, aut vix à se invicem ullatenus mutuò pendent. Memini porro, me legere in *Aristotelis Metaphysicis* Caput integrum eo conscriptum, ut variæ Græcæ Vocis φύσις, *Naturæ*, enumerarentur Acceptiones; quarum sex, ni fallor, hîc afferuntur. Non pauciores quoque, aut plures potius Anglicas Vocis hujusce Acceptiones habemus:

Interdum

DE IPSA NATURA.

Interdum enim Vocem hanc, *Naturam*, adhibemus, ut *Natura Authorem*, quem *Naturam Naturantem* Scholastici ruditer dicunt, significemus: ut cum dicimus *Naturam* fecisse Hominem, partim Corporeum, partim Spiritualem.

2. Per *Naturam* Rei aliquando indicamus Essentiam, aut quod Scholastici *Quidditatem* vocant, Attributa scilicet ea, vi quorum habet ut sit id quod re ipsa est, sive cæteroquin corporea res sit, sive secus; ut cum conamur definire *Naturam* Angeli, aut Trianguli, aut Corporis fluidi, quæ fluidi.

3. Confundimus non rarò, seu non distinguimus quod Homo habet à *Natura* ab eo quod idem trahit ab Ortu, seu ipsa à Nativitate; ut cum dicimus, quempiam *Naturâ* nobilem, aut Puerum *naturaliter* pertinacem, morbidum, aut timidum.

4. Accipimus interdum *Naturam* pro interno Motus principio; ut, cum dicimus, Lapidem in Aère prolapsum *Naturâ* ferri versùs Centrum Terræ; aut contrà, Flammam ferri *naturaliter* versùs Cælum.

5. Aliquando *Natura* nomine intelligimus stabilitum rerum Ordinem; ut, cum dicimus, *Naturâ* succedere Diem Nocti: *Naturâ* Respirationem conservandæ Hominis vitæ esse necessariam.

6. Interdum usurpamus *Naturam* pro aggregato Potentiarum ad Corpus vitâ præditum pertinentiam; ut, cum Medici dicunt, *Naturam* esse validam, consumptam, debilem.

7. *Naturam* nonnunquam adhibemus ut indicemus ipsum *Vniversum*, seu Corporeorum Dei Operum Systema; ut, cum de *Phanice* aut *Chimera* dicitur, nihil ejusmodi in rerum *Natura* existere, hoc est, in Mundo.

8. Nec rarò *Natura* nomine indicare volumus *Semi-Deitatem*, aut mirum quodpiam Ens aliud, quale illud est, cujus hæc Dissertatio Notionem examinat. Præter autem absolutas hæc Vocis hujus *Natura* Acceptiones, si ita loqui liceat, varias adhuc patitur magis Relativas, prout *Natura* opponitur aut aliis à rebus contradistinguitur; ut, cum dicimus Lapidem labi deorsum *Motu Naturali*; sursum projici *Motu Violento*. Ita Chymici Vitriolum distinguunt in *Naturale* & *Fæcilitium*, hoc est, quod Arte fit, humanæque industriæ, peritiæque interpositu: ita dicimus Aquam suctoria in Antlia suspensam non esse in loco *Naturali*, in quo ea est, quæ in puteo stagnat: Dicimus quoque Homines improbos adhuc esse in statu *Natura*, Regeneratos in statu *Gratia*. Curationesque Morborum, ope Medicamentorum factas, esse *Naturales*; easque quæ factæ sunt à Christo & Apostolis fuisse *Supernaturales*. Nec ea tantum Formulæ loquendi sunt, quas Collector accuratior afferre posset, ut Ambiguitatem hujus Vocis, *Natura*, manifestam faceret, plurimis variisque quibus applicatur rebus, quibusque significandis adhibetur; licet forrè commemoratarum quædam Acceptionum coincidere videantur. Apud

Latinos Autores tot Vocis hujusce Acceptiones offendi, ut vel unus Author quatuordecim, aut quindecim enumeret. Ex his omnibus liquidò constat, quàm facillè Hominum plerique, ne Scriptoribus quidem ipsis rerum *Naturalium* exceptis, tum sibi tum aliis imponere queant, dum Voce utantur quæ alienum in sensum tam facillè derorqueri queat.

Monendus omnino hîc loci es, illud mihi Infortunium quoddam semper visum esse, ac tum Philosophiæ, tum Medicinæ noxium, quòd Vox *Natura* frequenter aded ac imperitè usurpata sit tum in Libris tum in familiari Sermone, ab omni Hominum genere, à Doctis æquè atque Indoctis. Multiplicis enim hujus Vocis Ambiguitate, promiscuòque ejus apud Homines usu, varijs ejusdem Significationibus non sat distinctis, fieri solet, ut non paucæ, in quibus eam adhibent, Propositiones, ritè quidem ut ipsi putant, & verè, aut intelligi nequeant, aut sint minùs propriæ, aut non veræ: Quod licèt minùs observatum hactenus fuerit, non ægrè tamen probari poterit; quia præsertim Vox *Natura* toties usurpatur, ut vix in quempiam incidas, qui, si aliquamdiu de *Naturalibus* aut *Medicis* Argumentis disseruerit, ad inopiam angustiâsque non redigendus sit, ni Verbo hoc *Natura* uti ipsi liceret, aut Locutionibus quarum pars præcipua est. Atque ex animo equidem optarem, ut Philosophi aliique Viri eruditi, quos alii paulatim imitarentur, communi, quamvis fortè tacito, consensu significantiorem quampiam ac minùs ambiguam Vocem introducerent, substituendam, *Natura* latos nimium in sensus derortæ; aut ejus saltem usum, quantum convenienter fieri posset, declinarent. Ubi autem Vocem hanc adhibendam necessariò censent, ut adderent quiddam quo clarum fiat, quo maxime sensu eam usurpent: Nisi enim quid simile fiat, vix unquam fiet ut Homines aut res ipsas, aut semetipos rectè intelligant; alioquin enim Logomachia seu Disputationes de Nomine, si non multiplicentur in dies, vigeunt certè semper, magnòque calore, nullo licèt fructu, atque omni absque necessitate lis de Voce fervebit.

Atque liceat mihi hîc, per modum Apologiæ nonnihil conqueri de insuperabili penè *libera Inquisitionis* difficultate: Difficilius enim multò est, quàm inexerti sibi fingant (ac nescio equidem, an quis hactenus id sit expertus) diutius de Corporeis Dei Operibus disserere, ac maxime de *Operationibus* ac *Phænomenis Nature* ascriptis, ac simul eam vitare *Vocem*, Formulâsque loquendi, quarum præcipua pars est, nisi quis frequentiores tædiòque magis obnoxias Circumlocutiones adhibeat, quàm jam, ne tibi molestus sim, adhibendas judicem: Quare excusatum me spero habiturus es, si partim ut has vitarem, partim ne iisdem, aut affinibus nimium verbis uterer, ac partim etiam quòd nollem Vulgares adhibere Voces quæ Vulgaribus Erroribus faverent; Paraphrases sæpe Modòsque loquendi vulgò receptis longiores adhibuerim: Atque interdum ob harum Rationum aliquam vel Inadvertentiam, non evitarim Voces usurpatas ab iis qui admittunt applauduntque receptæ vulgò Notioni *Nature*: quos, moneo, hanc par-

am ob causam, partim brevitatis studio, *Naturistas* deinceps appellabo, potius quàm *Naturalistas*; quia plurimi eorum etiam Eruditi, ut Logici, Oratores, Causidici, Arithmetici, &c. Physiologi minimè sunt.

Si autem hinc loci scire quis desideret, quid expedire magis judicarem, si quidpiam hac super re proponere vellem, ne Ambigua hæc Vox, *Natura*, adhiberetur, ei primò suggererem cum jam dixerim difficile admodum mihi videri in Dissertationibus Physiologicis ab hujusce Vocis usu abstinere; non eam à me expectandam esse responsonem quæ faciat omnino satis. Tum adderem, ne nihil hac super re dicere velle videar, tentandum esse num commemoratum incommodum vitari non possèt, aut minui certè, examinatis octò superiùs relatis hujus Vocis, *Natura*, significationibus, ut aliis loquendi Formulis exprimere eas conemur.

1. Voci itaque, *Natura*, primo sensu acceptæ pro *Natura Naturante*, substituere possumus Vocem quam supplet, nempe, *Deus*; atque ita hunc loquendi modum omnino proscribemus, utpote non barbarum tantùm & inutilem, tantùmque in Scholis usitatum, sed nec debitæ à nobis Deo Reverentiæ sat congruum, cum non sat discriminis innuere videatur Deum inter & Eus creatum, ne dicam, imaginariùm ac fictitiùm.

2. Voci huic, *Natura*, secundo sensu acceptæ [pro eo, ratione cuius quidpiam vocatur, & est, id quod est,] Vocem hanc *Essentiam* substituere licet, ipsi admodum affinem, sin minùs adæquatam: Interdum etiam usurpare possumus Vocem hanc, *Quidditatem*, quæ quidem Vox, barbara licèt, sæpe usurpatur intelligiturque sat in Scholis, & quod magis hæc spectat, latissimè absque ambiguitate patet.

3. Quod intelligitur Voce, *Natura*, tertio sensu sumpta [pro eo quod pertinet ad Creaturam viventem ipsa in Nativitate; aut quod ipsi ipsa Nativitate quasi accrescit,] interdum exprimi poterit hunc in modum, hic Homo, aut hoc Animal ita natum est; interdum sic, Res quæpiam talis generata est hoc interdum modo; Res hæc ejusmodi est ab ipso primogenio Temperamento ac Constitutione.

4. Voci, *Natura*, sensu quarto acceptæ [pro interno Principio Motus Localis,] substituere quid vetat hunc loquendi modum; Corpus hoc aut illud videtur sponte quasi ultròque moveri sursum, deorsum, &c. aut hoc aut illo modo moveretur aut determinatur ad hanc, illamve Actionem, ab his aliisve Causis propriis concurrentibus.

5. *Natura* enim quinto sensu acceptæ [pro stabilitate rerum corporearum statum] facillè substituerimus id quod ipsa innuit; *stabilitatem scilicet Ordinem*, aut, *stabilem Rerum Cursum*.

6. *Natura* sexto sensu acceptæ [pro aggregato potentiarum ad corpus, maxime vivens, pertinentium,] substituere licebit Constitutionem, Temperamentum, aut Mechanismum, aut Complexum ex essentialibus Proprietatibus, aut Qualitatibus; atque interdum Conditionem, Texturam, aut Structuram

Corporis. Et si loquamur de majoribus Mundi Portionibus, hi aut similes loquendi modi usui esse poterunt, *Fabrica Mundi*, *Systema Univerſi*, *Mechanicus Cosmicus*, &c.

7. *Natura* ab hominibus vulgò usurpatæ septimo sensu [pro *Univerſo*, aut *Systemate Corporeorum Dei Operum*,] facilè atque æquè breviter substituetur *Mundus* aut *Univerſum*; *Naturaque Phanomenis* substituentur *Phanomena Univerſi*, aut *Mundi*.

8. Vocem autem, *Natura*, ultimo sensu acceptam [aut pro *Dea*, ut à quibusdam Ethnicis vocabatur, aut pro quadam *Semi-Deitate*,] expedit ita nunquam accipere, aut saltem quàm rarissimè, ob rationes varias sæpe suo loco hoc in Tentamine obvias.

Licèt autem longè plures dari possint Voces Phrasésque ejusmodi, ex parte tamen tantùm hic obviam itur incommodis ex confusa Vocis, *Natura*, Acceptione Phrasibusque inde petitis. Nam præter Verba Synonyma, Interpretationésque magis literales recèns proposuitas, ingeniosus Author eam variis suis loquendi Formulis tribuere Formam poterit, qua necessitatem usurpandæ Vocis, *Natura*, vitet, atque breviores etiam Formulas ipsi jam substitutas. His omnibus subjungam, licèt una alteràve octo Phrasium superiùs commemoratarum, cujusmodi sunt *Quidditas*, & *Mechanicus Cosmicus*, barbarum quid sonet, nec brevior sit Voce ipsa, *Natura*; è re Philosophica tamen magis esse, retinere Barbaram hanc Vocem tamdiu determinato in sensu in Scholis receptam, & quasdam Periphrases, quàm non vitare Amphibologiam, iis, quæ hæcenus proposuimus ac proponi deinceps poterunt, incommodis obnoxiam.

Sunt quidem, fateor, Viri quidam docti, qui mirati fortè quòd de *Natura* vulgò homines loquentes audiant, tanquam de *Deitate* quadam, cujuslibet rei *Naturam* nihil aliud esse velint quàm receptam à Creatore Legem, cui semper congruenter conformitèrque agit. Quæ quidem Opinio affinis admodum, sin mirùs eadem videtur cum Opinione Celebrissimi *Helmontii*, qui rejecta meritò *Aristotelica* de Contrarietate ac Hostilitate Elementorum sententia, quodlibet vult Corpus, nulla habita ejusmodi oppositionis ratione, agere quod ipsi imperatum est ut agat. Atque hæc quidem de *Natura* Opinio, licèt nec clara, nec sat latè patens, non improbabiliè explicari posse videtur: Estque sæpe quædam similitudo regulares inanimatorum Corporum Motus inter Actionésque Agentium, quæ, quod agunt, Legibus conformitèr agunt. Atque ipsemet de Legibus Motus & Quietis, à Deo res inter Corporeas stabilitis loquor interdum, quas identidem cæterorum hominum more *Natura Leges* voco, cum suo loco exposuerim quo sensu accipiam intelligamque ejusmodi loquendi modos.

Sed ut accuratiùs exactiùsque loquamur, ut Philosophos in re tanti momenti decet, si dixerimus *Naturam* hujus aut illius Corporis esse Divinam tantùm Legem eidem præscriptam, impropria tantùm ac figurata futura Locutio

cutio est. Præterquam enim, quod hinc imperfecta admodum *Natura* Idea ingeritur, cum prætermittat generalem Mundi Fabricam, ac particularium Corporum Modificationes, quæ non minus necessariae sunt, quam ipse Localis Motus, ad particularium Effectuum productionem; præter hoc, inquam, aliâsq; hujusce Notionis *Natura* imperfectiones, quibus hic non inhærebo, notandum omnino est, si propriè loqui velimus, cum Lex *Notionalis* tantum sit agendi Regula secundum declaratam Superioris voluntatem, patet, nihil nisi Ens Intellectu præditum capax esse propriè recipiendæ Legis, agendique conformiter Legi. Si enim non intelligit, Voluntatem Legislatoris uolè nequit; neque ullam ejus complendæ habere Intentionem, neque comparatè ad eandem agere poterit, neque scire utrum eidem, nec-ne, congruenter agat. Porro intelligere satis quæ Deus primum determinatos partibus Materiæ Motus impresserit rexeritque, prout ipsi videbatur requirere Primordialis rerum Constitutio, quique ab eo tempore ordinario generalique Concursu potentias eas conservet ac tueatur; Potentias, inquam, ab ipso partibus Materiæ inditas, vi quarum Motus suos ad alias partes propagent. Concipere aurem nequeo, quæ Corpus intellectu sensuque propriè dictis destitutum moderari possèt ac determinare proprios Motus, ita præsertim ut conformes eos faciat Legibus, quarum noticiam nullam habet. Ac quæ Corpora Inanimata, quantumvis strictè *Naturalia* dicta, agant propriè vi legum, ineffici nequit quiddam regulariter interdum agant, atque ut homines opinantur, determinatos ad fines: Cum in Arte factis varios regulares Motus observemus, ad particulares ac prædesignatos fines manifestè tendentes; in Horologio enim rotato, motus Elateris, Rotarum, aliarumque Partium, ita contemperati ac regulati sunt, ut Index in Horologio moveatur magna cum uniformitate, ad indicantem enim Tempus notam ne minuto citius aut tardius æquo, quam horam indicare debeat, accedit: Ita cum quis Sagittam ad Signum, quod ferit, ejaculatur, licèt moveatur Sagitta versùs Signum, quasi id ferire vellet, nemo tamen Sagittam hanc Lege quadam moveri, sed externo tantum, licèt ritè directo, Impulsu.

S E C T I O III.

Sed Definitio fortè Philosophi iis nos extricabit difficultatibus, quibus ambiguarum communium Authorum Notiones nos involvunt: Examinandam itaque paulò attentius putavi celeberrimam *Natura* Notionem ab *Aristotele* nobis relictam, quam Latine potius quam Anglicè reddam, non tantum quia eo Idiomate Doctioribus vulgò nota est, sed quia adedò difficile

Intellectu quiddam complectitur ut *Anglicè* absque circumlocutionibus reddi nequeat: *Natura itaque*, inquit*, *est Principium & Causa Motus & Quietis ejus, in quo est, primò per se, & non secundum Accidens.* Quamvis autem, cum animadverterem secundum *Aristotelem*, nihil aliud esse totum Mundum quam Systema Operum *Natura*; existimarem Definitionem rei, summi in Philosophia Naturali momenti, dilucidè accuratèque tradendam; mihi tamen celebris hæc Definitio adedò obscura videbatur, ut nihil inde Lucis mihi oboriri posset ad claram, quæque Animum quietum redderet, *Natura* Notionem. Neque enim sperem fieri posse, ut quod ipse non intelligo, conferat quidpiam ad impertendam mihi eorum, quæ ipsius ope explicanda sunt, Noticiam. Ubi autem quosdam *Aristotelis* Interpretes consului super genuino hujusce Definitionis sensu, eorum præcipuos adedò eadem implicatos comperi, ut ejus Authorem à Tautologia apertæque Contradictione vindicare potius velle videantur, quam ipsam tueri Definitionem tanquam legitimam, aut quæ claram rei definitæ Notionem præbeat. Porro, quamvis summa ipsorum erga Magistrum suum Veneratio eos extimulet, ut quantum possunt huic Definitioni præpitiis sint, etiam tum cum vim Verbis, ut ipsam tueantur, inferant; quod tamen in genere quilibet defendere ac probare videntur, speciatim ac quasi *per partes* censura afficiunt: Hic enim unam Definitionis partem aggreditur, ille aliam, Objectionibus adedò validis, ne dicam ejusmodi quibus responderi nequeat, ut si mihi alia nulla, quibus eam oppugnarem, argumenta suppetere, ab ipsis Commentatoribus multa sat mutuari possem, quibus, quàm non immeritò mihi displiceat, patefieret.

Utut sit, offeret sese fortè deinceps Occasio examinandi præcipuas hujus Definitionis partes; interim sat fuerit, si observemus varia sepe admitti ut pertinentia ad *Ideam* aut *Notionem Natura*, quæ Definitione *Aristotelica* nullo modo manifestè comprehenduntur; neque enim docet, utrùm Principium, aut Causa, quibus verbis Sensus jam dubius redditur, hic commemorata, sit Substantia an Accidens; aut si Substantia, an Corporea an Immaterialis; neque hæc Definitione doceamur *Naturam* omnia facere sapientissimè, viisque maximè compendiosis agere, atque à fine nunquam aberrare, ac vigilare ne magno Universi incommodo Vacuum contingat, ut multa alia omittam quæ ipsi sequente in Sectione ascripra reperies.

Ne nimia tertie hujus Sectionis brevitatis eam reliquis ex quibus Tractatus hic constat dissimilem reddat, hoc loco licet fortè non maximè proprio qui eligi posset, ea conabor tempestivè removere præjudicia, quæ fortè Theologis quibusdam, aliisque piis viris, Religionis ergò, molestiam creare possint, quod dedita operâ sollicitè adedò frequentem hujus vocis, *Natura*, juxta vulgarem ejusdem notionem usum declinem: Cæterùm alia quædam alibi ac commodius referam quæ Theologica spectent Dubia, si qua mihi *libera nostra Inquisitio* fortè suggerat.

* *Philos. c. 1. l. 3.*

Hac autem Ratione Philosophica præcipuè moveor, ut quantum commodè possum abstinere ab usu hujus vocis, *Natura*, formulisque loquendi ab ea derivatis, quòd scilicet, vox sit, si quæ alia summè ambigua: Hanc porro ob ambiguitatem, frequenter incautéque usurpata, non paucorum lucubrationes ac scripta densis involvit tenebris: quod autem ipse observavi, nullatenus dubito quin alii quoque observaturi forent, nisi inlicita penè præjudicia ac consuetudo obstarent.

Neque ea quam Religioni debeo veneratione compellor uti voce *Philosophia* adedè incommoda: Neque enim hujusce vocis usum per multa sæcula vulgarem juxta notionem reperio apud *Israëliitas*; qui soli tum populus Ecclesiæque Dei erant. In tota Creationis Historia, in qua omnino expeditur illius mentionem fieri tanquam causarum secundarum primæ, ne verbum quidem de *Natura* *Moses* fecit: Cùm autem Philosophi eam velint Plastica vi sua, atque Arte, Plantas atque Animalia ex universali fingere materia, sacer Historicus eorum formationem immediato verbo divino, *fiat*, ascribit, *Gen. 1. 5. 11.* Et dixit Deus, *Producat terra herbam virentem, ac semen producentem, arborumque fructiferam ferentem fructus proprium secundum genus. Ver. 24.* Et rursus dixit Deus, *Producat terra creaturam viventem secundum genus suum. Ver. 25.* Et Deus, nulla Naturæ facta mentione *bestias terra formavit secundum proprium genus.* Neque memini me legere in Veteri Testamento vocem ullam quæ propriè *Naturam*, eo saltem, quo eam accipimus sensu, sonet: Neque Anglicani Bibliorum Traductores ullam hujus vocis mentionem faciunt, cùm enim hac super re recentem haud ita pridem *Concordantiam* consuluissem, hanc vocem, *Naturam* in nullo Veteris Testamenti textu offendi; ita pariter, quamvis *Iobus*, *David*, *Salomon* aliique *Israëlitici* Scriptores corporea sæpe Dei opera meminerint, de *Natura* tamen, quam Philosophi nostri ab ipso his præfectam volunt, nihil profus dicunt: Neque fortè abs re fuerit his addere, licèt celebris ille recentior Rabbi Menasséh ben Israël varia consultò conscripserit Emblemata de Creatione; non memini tamen ullibi adhiberi ab eo vocem *Naturam*, juxta receptam notionem, ut rationem reddat mundanorum Dei operum: Cùm autem Paulus ipse, qui *Ethnicorum* dogmatum gnarus erat, scribens ad Corinthios, (*1. Cor. 15. 37. 38.*) qui Græci erant, loquitur de productione Triticici è semine seminato, productum corpus *Natura* non attribuit, sed ubi loquutus fuerat de grano tritici, aliòve semine terræ commisso, addit Deum ipsi tale dare corpus quale ipsi visum fuerit, ac cuivis semini corpus suum, hoc est corpus proprii sui que generis. Major autem Divo Paulo, *Matt. 6. 28. 29. 30.* agens de Liliorum, aut ut quidam volunt Tuliparum pulchritudine, ita se enunciat, Si Deus ita vestiit gramen camporum, &c. Encomia *Davidis*, *Iobi*, aliorumque sanctorum *Hebraeorum* in Veteri Testamento commemoratorum, ob mira Dei quæ in Universo contemplabantur opera, ad Deum ipsum diriguntur, nulla *Natura* mentione facta, cujus rei varia

proferrè exempla possem, sed hinc brevitatis causâ sat habuero pauca quædam afferre ex libro Psalmorum; Psalmi centesimi Scriptor hanc exhortationis materiam, quòd *Deus nos fecerit*, præbet, *ut intremus januas ejus cum gratiarum actione, & atria ejus cum laude*, atque alibi, *Cæli & Terra laudent Deum*, hoc est, hominibus occasionem materiâque laudandi illius præbeant: His conformiter, Propheta Regius alibi magno Univerſi Creatori dicit, *Psal. 145. 10. Omnia opera tua laudabunt te Domine, & Sancti tui benedicent tibi*. Atque alibi idem Creatori suo dicit, *Psal. 139. 13. 14. Cooperuisti me in utero Matris meæ, laudabo te, timidus & mirabundus factus sum, mirabilia sunt opera tua, quod anima mea novit optimè*.

Dubitavi aliquando utrùm hinc loci addendum non foret, siquid quis Deo in regimine hujus Univerſi substituere vellet, sacris Scripturis convenientius fore, si Angelis potiùs quàm *Natura* hanc provinciam is imponeret: Quoad cœlestem enim Univerſi partem, cujus sublunaris decies forè milleſima pars non est, tum *Aristotelici* Ethnici, tum Christiani Philosophi docent Cœlestes Orbis ab Intelligentiis moveri: Quod autem ad inferiorem, ac sublunarem orbem spectat, præterquam quòd sacri Codices tradant Angelos sæpenumero à Deo Regnorum ac privatorum etiam hominum regimini præfectos, ut patet è libro *Danielis*, gloriosorum eorum Spirituum quispian disertis verbis *Angelus* aquarum dicitur; *Rev. 16. 5*. Quem ipsi titulum idcirco datum non pauci docti Interpretes existimant quòd ipse constitutus sit aquarum rector ac præservator: Memini perro eadem in libro mentionem fieri Angelii, *Rev. 14. 18*. habentis potestatem, authoritatem, ac jurisdictionem, *Æstia* super ignem; licèt autem doctissimus *Grotius* aliter de titulo huic Angelo aquarum dato opinetur, suis tamen in versum 7. notis docet, constitutum fuisse Angelum qui animas præservaret sub Altari illic commemorato servatas. Si autem Angelam aquarum pro earum custode ac conservatore accipimus, forè ut *Romani*, sub quibus *Iohannes* scripsit, varios, aquæductibus atque aquis præficiébant: non inutile fuerit obiter observasse eum introduci collaudantem suum, socióſque spiritus magni Creatoris: Qui religionis actus est, quem quantum quidem sciam, neque *Naturalista*, neque *Pagani*, aut etiam *Christiani Nature* ascripserunt.

Dixerit forè hinc quispian, subordinata non pugnare, *Naturæque* opera cum ea Dei sit vicaria, reipsa ipsius esse. At quòd nulla ejusmodi existat Dei vicaria hinc præcipuè probare nitimur; quæ dum existere probetur, & quamvis reipsa probatum foret, licebit spero mihi cum *Mose*, *Iobo*, *Davide* creaturas quas visibili in mundo miror, opera Dei vocare, non *Naturæ*; ipsùmque potiùs quàm ipsam ob manifestam ejusdem in iisdem sapientiam ac bonitatem collaudare. Cum apud *Israëlitas*, donec ab Idololatris corrumpèrentur, altum per multa sæcula de *Natura* silentium foret. Ac tutius longè puto aptiùsque, loqui quemadmodum ii qui tamdiu peculiaris Dei

populus

populus erant, loquebantur, quàm quemadmodum loquebantur Ethnici Philosophi, ac Poëtæ, qui ipsius faciliè ac suis etiam interdum creaturis Deitatem ascribebant.

Hæc commemoro non eo consilio ut controversiæ de authoritate usûque Scripturæ. Physicis in speculationibus me immisceam, sed ut aut præoccupem aut removeam præjudiciam, quo quis, ut superius insinuavi, religionis ergò præoccupari posset, quòd voce *Natura* vulgari sensu infrequentius utari: Ut præjudiciam inquam illud removeam dum ostendo sive Scripturæ constitutæ sunt, ut nobiliores veritates, quàm quæ corpora spectant, patefaciant, sive fecus, tum ipsius locutiones tum silentium nostræ magis quàm *Naturalistarum* favere Hypothesi.

SECTIO IV.

Cum ostenderim Definitionem *Natura* ab *Aristotele* quantumvis Logicæ perito traditam, ne ejusdem quidem Interpretibus Discipulisque placuisse, vel eo nomine quòd inde illius de *Natura* Ideam intelligere non possent, parum omnino ad rem fuerit, vel tibi, vel mihi metipsum molestiam creare, facta in definitiones dissertationesve aliorum Peripateticorum circa argumentum adèd perplexum disquisitione. Cum præsertim hoc in Tractatu curiosius examinandum non susceperim, quid *Aristoteles Naturam* crediderit, sed quid de recepta vulgò *Natura* notione sentiendum sit: Cujus quidem licèt Scholastici præcipui propagatores extiterint, quam propterea ob causam *Aristotelis* eorum Magistri definitio in examen vocanda erat, non aliam tamen meliùs receptam vulgò *Natura* notionem methodo examinandam putem, quàm si observemus, quæ potissimum Axiomata seu Estata ad eam pertineant, quæque ipsi Epitheta unanimi tum Philosophorum aliorumque Scriptorum, tum plerorumque hominum ubi de ea, ejusque operationibus disserunt, consensu concedantur.

Horum Axiomatum & Epithetorum videntur præcipua quæ sequuntur.

Natura est sapientissima, adeoque opus Natura est opus Intelligentiæ.

Natura nihil facit frustra.

Natura sine suo nunquam excidit.

Natura semper facit quod optimum est.

Natura semper agit per vias brevissimas.

Natura neque redundat in superfluis, neque deficit in necessariis.

Omnis Natura est conservatrix sui.

Natura est morborum medicatrix.

Natura semper invigilat conservationi Universi.

Natura vacuum horret.

Ex his omnibus simul collectis factis superque elucescit vulgarem *Natura* Notionem hac vel simili Descriptione exprimi posse.

Natura est ens sapientissimum quod nihil facit frustra, quod sine suo non excidit, quod facit optimum semper inter ea quæ fieri ab ipsa queunt, idque præstat per vias maximè rectas & brevissimas, neque redundans in superfluis, neque deficiens in necessariis, unicuique operum suorum sui conservandi inclinationem ingenerat, utque in Microcosmo, Homine scilicet, morborum ipsa curatrix est, sic in Macrocosmo Mundo nempe ejusdem conservandi gratiâ abhorret à Vacuo, quo efficit horrore ut quædam corpora privatas contra inclinationes bonumque, boni publici causâ agant.

Quid de iis sentiam ex quibus Panegyrica hæc *Natura* descriptio constat, suo, annuente Deo, loco dicitur, cum id mihi tantum impræsentiarum propositum sit, ut quàm maxima perspicuitate oculis tuis subjiciam quid re ipsa homines, si quid velint, fat intelligunt, *Natura* nomine aut concipiant, aut admissis à se Axiomatis, & vulgò usurpatis conformiter concipere eos, necesse sit.

Haud absimiliter vero aliquam hinc à me quæ mea sit, *Natura* Definitionem expectas aut expertis: At ut quidquam nunc hac super re dogmaticè pronuciare supercedeam, dubium hæreo num hinc loci fateri nec-ne debeam, hoc interdum mecum me Paradoxum agitalle, aut potius eò usque inter meditandum extravagatum esse, atque à trita orbita declinasse, ut seridè dubitariûm, quod superius insinuavi, sit-ne *Natura* res quæpiam, an nomen tantum, utrum, inquam, sit ens reale re ipsa in *Natura* existens, an notionalis tantum entitas quædam, aliquatenus fictitiis iis vocibus cognata, quas excogitavere homines ut res simul multiplices unius vocis quasi compendio exprimerent: Ut exempli gratiâ, cum de *concoctiva* animalium *facultate* loquimur; qui perpendunt attentèque considerant quid dicant, nullam concipiunt distinctam ab humano corpore entitatem, ab humano inquam corpore, quatenus machina est summa arte constata ex fixis fluidisque partibus: Sed cum actuatam quandam facultatem, aptitudinè que observassent in dentibus, lingua, sputo, fibrisque gulæ ac stomachi, calore Naturali, aut menstruo etiam aliisque quibusdam agentibus, ad præparanda cooperatione alimenta atque in chylum transmutanda, cum hanc inquam aptitudinè observassent, brevitatis studio has simul omnes causas, earumque actiones compendiosa *concoquentis facultatis* appellatione exprimendas judicaverunt.

Dum huic indulgerem speculationi, subiit animum *Naturalistas* inquirere posse, quo demum modo, eorum neglecta notione, usitatas illas loquendi formulas explicarem, quibus utuntur homines cum dicunt *Naturam* hoc aut illud facere, aut quidpiam tale à *Natura* fieri, aut secundum *Naturam*, aut contra *Naturam*. Quæ quidem quæstio eodignior responso, quod hæ Phrasès adèd frequenter à doctis etiam atque indoctis usurpentur, ut propterea non commodè tantum, sed & necessariè judicatæ sint; quibus omnino loquendi

loquendi formulis factam puto ut *vulgaris Natura notio* ab omnibus recepta sit.

Hoc itaque loco non abs re fuerit addere, non Phrases tantum ejuscemodi, purà, quòd *Natura* hoc vel illud agat, seu *Facultas*, seu *Suètio*, adhiberi ab hominibus ut *rem notionalem* exprimant, sive ut id rei *notionali seu ideali* ascribant, quod entia realia faciunt: Ut cum dicimus legem homicidis mortem statuere, proregere infantes, debitores soluis debitis pacatisque Justitiæ Ministris carceribus liberare: Tum enim, similique quovis in casu, meritò dicere possumus, manifestum esse legem ipsam, cum mortua tantum litera sit, idealis tantum regulæ loco habendam, neque Physicè proinde hæc ullatenus agere, re ipsa enim fiunt à Judicibus, Ministris, Apparitoribus, aliisque hanc secundum regulam agentibus. Ita cum dicimus consuetudine hoc vel illud fieri, intelligere tantum debemus ejuscemodi propriis ab agentibus fieri, quæ agunt iis in casibus conformiter consuetudini; ut autem appositum adhuc magis afferatur exemplum, perpende tantisper quàm multi fortunæ seu casui ascribantur eventus, quæ tamen fortuna re ipsa nullius rei causa Physica est: Qua fortè de causa antiquiores *Aristotele* Naturalistæ, ut ipsemet insinuat, nullam illius mentionem faciunt, potius de naturalibus causis agunt. Cum igitur fortunæ quidpiam ascribimus, nihil aliud inuimus quàm effectus huic ascriptos à veris propriisque agentibus productos fuisse præter aut etiam contra eorundem intentionem; ut cum quis sagittam emittit in cervum, quæ tacto leviter animali fortè ulterius progressa hominem inconspèctum à sagittario lædit, patet sagittam Physicum esse agens, quòd agat vi virtutis, fabricæque ac motus, ipsius in utroque hoc casu: Solenne tamen hominibus est dicere, inflictum leve cervo vulnus conformiter *Natura* contigisse, animalis enim mortem sagittarius designabat, at lethale vulnus inflictum homini casu contigit, quia neque is, neque alius quivis propositus ei in scopum erat: Cum autem veterum Atomistarum non pauci, & immeritò & impie rerum originem explicantes absque confugio ad Deitatem Mundum affirmarint interdum à *Natura* factum, interdum à fortuna, promiscuo harum vocum usu, id ni fallor affirmarunt, quòd existimarint neutra propriam veramque causam Physicam denotari, sed quasdam potius hominum ideas de modo agendi verorum agentium proprio. Quocirca cum Epicurei docuerunt Mundum casu fuisse factum, seu à fortuna, fieri omnino potest ut fortunam non fuerint contemplati tanquam veram & Architectonicam Systematis Mundani causam, sed crediderint omnia ex atomis facta fuisse quatenus earum conventiones ac concretiones in Solem, Stellas, Terram, aliæque corpora factæ sunt, nullo prævio harum corporum constitutorum consilio.

Dum eudendis adhuc paradoxis mens quasi inhiaret, eò progredi ausus sum ut in dubium vocarem, utrùm ex dictis colligi non posset, nullum aliud ab eo quod homines *Naturam* vocant redundare ad Philosophum emolumentum, quàm quòd quoddam inde sermonis atque enunciationis conpendium

dium oriatur ; quandoquidem mecum ipse cogitabam , si res propiùs , & non vulgi more minùs attentè intueamur , cùm quis mihi dicit *Naturam* tale quiddam agere , non me reipsa juvat , ut intelligam explicemve què res fiat. Sat enim manifestum videtur , quicquid fit in mundo saltem ubi rationalis anima non intervenit , verè effici à corporeis causis & agentibus , quæ agunt in Mundo hunc in modum constituto conformiter legibus motus ab omniscio rerum Authore constituti.

Cùm quis rotatis horologii artificium cognoscit ex inspectione variarum ejusdem partium , dum scilicet considerat , què , si aptis inter se modis cohærent , elater aut pondus unam impellat rotarum , hæc rursus aliam , donec consequentibus sese harum aliarumque partium motibus index denique veram diei horam indicet. Is inquam si vir sapiens sit , sat sibi complacuerit in hac effectus propositi notitia , parum cæteroquin sollicitus , utrùm *Naturalis Philosophus* instrumentum hoc Chronometricum , *ens per se* , an *ens per accidens* esse dixerit , aut utrùm moveatur vi principii interni , cujusmodi elater esse debet , aut externi quale quis appensum pondus existimarit ? Utque is qui ope mechanicarum affectionum partium universalis materiz Phenomenon quoddam explicare nequit , non facilè effectus producti modum inde intelliget , quòd quis dixerit à *Natura* eum esse productum : Ita , si rem Mechanicè explicare possit , non magis necesse est ut dicat , *Naturam* effectum hunc produxisse , quàm necesse est ut is què horologii rotati motus observarit , dicat horam non ipsius Machinæ beneficio , sed artis ope indicari ; cùm interim neglecta generali hac , quæque nihil sonat , appellatione fati superque intelligat , què partes ex quibus Machina constat ipso suo situ , textura , serièque motuum , ad effectum producendum determinentur.

Cùm extremum inferius arundinis demersum est , exempli gratià , in lacte aut aqua , qui illam sustinet , extremum superius labiis circumambit , ductique halitum , ac liquor tum mox in os fluit : Cùm hoc inquam contingit , à *Natura* id fieri asseritur ut impediatur vacuum , hic porro modus liquores attrahendi *Suctio* vocatur ; quòd cùm dicitur , vox *Natura* brevi tantùm nobis compendio variarum concursuum causarum explicat , aliisque in casibus nihil aliud præstat , quàm quòd vox *Suctio* in præsentia præstat. Neutra enim vox quidquam confert ut intelligamus , què spontanea hæc in speciem gravis liquoris ascensio efficiatur , quòd ii facilè , qui norunt Aërem externum fluidum esse ponderosum premerèque magis alias liquoris partes , quàm Aër in arundine contentus inclusas superficièi partes premit , facilè inquam conceperint ; nescire enim non poterunt , minorem pressonem à majore esse superandam : Aër itaque internus ascensioni liquoris non obstabit , qui Aëris externi validiore pressone in fistulam primùm tumque in os impellitur , ut alibi , inter alia , manifestum feci. Quapropter huic conformiter Doctrinæ , absque ullo ad *Naturam* quæ Vacuum præpediat , confugio , qui nunquam de *Natura* notionibus Peripateticis inaudiisset commemoratum

ratum mox Phænomenon sat intelligeret. Si autem postea receptas opiniones formâsque loquendi hoc in casu usurparas audiret; *Natura* hunc ascribere effectum supervacaneum putaret, aut etiam erroneum, communemque *Suctionis* Theoriam nihil sibi suppeditare aliud posse, quàm vocem quandam quæ compendio enunciet agentium aquam sursum impellentium concursum.

Quosque insueta hæc ratiocinia admitti debeant, colligere poteris ex dicendis inferiùs de eodem argumento in VII. Sectione hujus dissertationis. Ut igitur eò revertatur oratio, unde hæc orta est digressio, non absumiliter vero rejecto à me vulgari notione *Natura* aliam à me speras substituendam, aut definitionem, aut descriptionem quæ re ipsa mea sit: Futurum opinor, ut memineris vulgatæ *Natura* notionis examen, huic tractatui fuisse propositum in scopum, minimè verò novæ *Notionis* introductionem. Ipsa enim vocis ambiguitas tanta est, atque à doctis etiam ipsa ad res tam varias significandas adhibetur, ut minimè tutum futurum esset non enumeratis distinctisque variis ejusdem acceptionibus, illius tradere definitionem, quæ verius tradi omnino nequirit, aut certè ejusmodi nequirit quæ censuræ obnoxia non foret; non mihi itaque assumam ut definiam id cuius nulla certa adhuc statâque apud homines notio est. Ut tuis tamen quantum ausim votis paream, scias velim si qua mihi quavis hæctenus data aptior *Natura* definitio proponenda foret, quæque præcipua *Natura* notio habenda esset, universalem particularemque rerum *Naturam* distinguerem, universalis autem *Natura* proponenda à me notio hujuscemodi quæpiam foret. *Natura est aggregatum quodpiam è corporibus Mundi formam constituentibus, consideratum ut principium cujus vi agunt patiunturque, conformiter legibus motus ab Authore Natura præscriptis. Quæ quidem Descriptio hunc ferè in modum exponi poterit. Natura, in genere, est effectus quidem materiae universalis, aut substantiæ corporis Universi, spectata ut in præsentem Mundi structuram et constitutionem efformata, quæ omnia, ex quibus constat, corpora apta fiant quæ agant in se mutuo, patiunturque à se invicem juxta statas motus leges.*

Hæc Descriptio proluxior paulò videri poterit, ac paulò vehementiorem requirere attentionem, ab eo qui eam propiùs intueri voluerit: Sed intricatum aded arduumque ac tanti momenti argumentum non putavi paucioribus esse proponendum: Quare tuæ potiùs fidei applicationi volui, quàm non conari tanti rei momenti ita enunciare ut intelligi posset, eaque, quæ requirebatur, cautela; hæc autem Descriptio viam ad aliam huic subordinatam notionem, cui & subnecti debet, parabit, cum particularis corporis individui *Natura* posita sit in generali *Natura* applicata distinctæ Universi portioni, aut potiùs, si ponamus eam ut re ipsa est in mundo instar nostri constituto à Deo; *Est convenio quædam mechanicarum affectionum, Motus, puta, Figura, Ordinis, Situs, Textura, motus localis, mechanicarum inquam affectionum partium sive sensibilium sive insensibilium, quibus particulare quod constat cor-*

pus in particulari specie, aut denominatione constituatur, quatenus harum omnium affectionum concursus consideratur ut principium motus & quietis, mutationisque eo in corpore.

Si vis ut geminas hæc notiones breviter exprimam, jam ex dictis mox ni fallor quid velim sat intelligis; generalem itaque *Naturam*, *Cosmicam* voco *Mechanismum*, hoc est complexionem omnium mechanicarum affectionum, *Figuræ*, *Molis*, *Motus*, &c. ad materiam magni Mundi Systematis pertinentium. Atque *Naturam* hujus aut illius particularis corporis denotem, eam dicam *privatum*, *particularem*, aut si mavis, *individuum corporis Mechanismum*, aut brevitate gratiâ, *corporis Mechanismum*, hoc est *essentialem Modificationem*, si ita loqui liceat, quo nomine complexionem omnium mechanicarum affectionum in particulari inquam corpore collectarum intelligo, particulari inquam corpore, considerato ut determinatè locato in Mundo instar nostri constituto.

Mirum fortè tibi visum fuerit quòd in hac Descriptione præsentem Mundi Fabricam, quasi partem esse velim notionis *Naturæ* à me traditæ, licèt Philosophorum plerique æquè ac alii omnes loquantur de ea ut plastico omnium corporum mundanorum principio, quasi scilicet corpora hæc ab ipsa fierent, quæ propterea *Naturæ Opera* vulgò dicuntur, mutationesque in illis observatæ, *Phænomena Naturæ*. At quòd ad me atinet, nihil causæ subesse video cur ullum ens Architectonicum, si à Deo discesseris Mundi formationi prævium agnoscamus.

Peripatetici, quorum scholæ aut excogitarunt receptam notionem *Naturæ*, aut certè propagarunt, cum non materiam tantum, sed & mundum æternum velint, eam intruere poterunt, ut Provinciam, non ut opus *Naturæ*, quæ conformiter ipsorum Hypothesi, ejusdem Custos est, non Fabricatrix.

Ipsi etiam *Epicurci*, qui quæcunque in Mundo fiunt, ad *Naturam* referri volunt, nequeunt sua juxta principia, id quòd nunc *Naturam* vocant constituere tanquam prævium quid præsentis Mundi formationi. Conformiter enim ipsorum Hypothesi, dum infinitæ Atomæ vagarentur per infinitum Vacuum, nihil proprium aliud exhibebant, quàm Molem, *Figuram*, *Motum*: Harum autem Atomorum coalitione genitus est Mundus. Quare juxta eos non *Natura* sed casus Mundum fecit; quamvis postea Originalis hæc Fabrica rerum, vi *Structuræ*, innatæque quæque deperdi nequit motivæ facultatis Atomorum, eodem res in statu conservet: Hic autem rerum status casu actus, nullòque certo consilio continuatus, juxta eorum Hypothesin *Naturæ* dici debet.

Ut autem meta me ratio non docet teneri me ad eam agnosendam *Naturam*, quam contra disputo, Mundi Origine priorem, ita neque comperio ulla Revelatione in Sacris Scripturis contenta, tale quodpiam ens existisse. In ipsa enim Creationis Historia disertis verbis dicitur, *Deum* fecisse Cælum & Terram, neque in iis quæ *Moses* de Creationis progressu narrat, ulla fit
mentio

mentio actionis *Nature*; cùmque Deus introducit sub finem omnes Universi partes quasi revivens, dicitur * vidisse omnia quæ fecerat, brevique post additur, † benedixisse eum, & sanctificasse diem septimum, quia eo die, aut potius proximo ante eum, ut particula Hebræa alibi usurpata sonat, quieverat ab omnibus operibus quæ creaverat, ac fecerat. Licet autem in libro *Iobi* locus quidam sit*, quo sat verosimiliter probatur Angelos filios Dei illic dictos extitisse sub initium operum primi diei, aut aliquo tempore ante, illic tamen ne insinuetur quidem eos Creatori in Mundi creatione cooperatos fuisse, cujus quidem exhibentur tanquam spectatores ac collaudatores, nequaquam tamen quasi instrumenta. Sed cùm Revelationem, quantumcunque ipsam venerer, extraneum quid fateor Philosophicæ huic disquisitioni de ea. nunc nihil dicam, tibi interea dicturus cùm rationis tantum lumen considero, facile induci me ut credam hoc simili quopiam modo Mundum esse factum.

Verò non absimile puto, magnum sapientemque rerum Authorem, licet nihil de tam arduo argumento decidere velim, cùm primum Universalem indigestamque materiam creavit, varium ipsius partibus motum impressisse, quo necessario in innumeras portiones diversæ Figuræ, Mollis, situs, comparatè ad se invicem dividebantur. Harum autem partium motum sub primordia rerum infinita sua sapientia, ac potestate ita direxit, ut tandem, (sive breviori tempore, sive longiore, ratio definire nequit) in speciosam hanc ordinatamque Mundi formam coaluerint: Cujus è partibus quædam eo erant artificio contextæ, ut semina, seu spermatica plantarum atque Animalium principia fierent. Eas præterea motus localis leges regulatque partes inter Universalis materiæ constituit, ut concursu ordinario diversæ Universi partes hunc in modum confectæ magnum mundanorum corporum Systema Oeconomiamque tuerentur ac conservarent, Animaliumque species propagarent. Quocirca huic conformiter hypothesi, nullam aliam à Deo ipso Universi causam effectricem agnosco, cujus omnipotentia infinitæ ejusdem sapientiæ junctæ corporeum primò Mundum Divinis conformem ideis fecit, quibus creaturas non minùs liberè, quàm sapienter conformandas putavit. Errare enim nos omnino existimo, cùm aut opinamur, ut opinari solemus, id quod *Naturam* hujus vel illius corporis vocamus, esse in propria totum materia comprehensum, propriamque non dico substantiali, sed essentiali forma quasi ab hac aut illa tantùm omnes existere operationes debeant. Cùm enim corpus individuum Mundi tantùm pars sit, circumcinctumque aliis magni illius *Automati* partibus, aliorum eget concursu, opèque corporum quæ extrinseca agentia sunt, ut non paucas ex operationibus suis peragat, variamque exhibeat Phænomena, quæ ad ipsum spectant. Hoc illico manifestum fieret, si Animal, exempli gratiâ, aut Herba in ultramundana Scholarum spatia transferri posset, aut *Epicuri* intermundia, vacuave quæ excogitavit, varios inter Mundos, loca. Quæcunque enim viventium illa-

* Gen. 1. 31. † Gen. 2. 3. 4. Job. 38. 4. 6. 7.

rum machinarum structura sit, non magis sua obire munia possent absque externorum agentium, Solis puta, Ætheris, Aëris concursu, &c. quam ingentia, quibus utimur, molendina sine vento, sine aqua triticum commolere valerent. Quod eò facilius quis crediderit, si perpenderit, mera Aëris licet non luminis, aut Magneticorum Terræ effluviis, &c. in antlia aëria exclusione, corpora in capaci admodum vitro constituta in diversum ad eò statum redigenda citò esse, ut calida in ea Animalia vivere nequeant, neque flamma licet puri Spiritus Vini ardere, neque Syringes aquam attrahere, neque Apes insectivæ ejusmodi alata volare, aut Convolvuli serpere; imò neque siccata pulveris grana in flammam excurrere queant: Quæ omnia propria doctus sum experientiâ. Huic conformiter Hypothesi magnum Mundi prægnasque, ut ita loquar, Automatum intueor, tanquam ejuscemodi machinam, quæ instar mulieris utero geminos habentes, aut navis antlia tormentis bellicis, &c. instructæ, varias alias minores in se complectatur Machinas. Compositam autem hanc Machinam unâ cum legibus motus liberè in Mundo stabiliti, ac conservati ipsius inter partes à Deo, tanquam complexum principium intueor, unde status ordo, cursusque rerum corporearum existat. Quòdque hac ab origine ortum habet, generatim loquendo, secundum *Naturam* contingere, aut à *Natura* fieri, dici poterit, quod verò huic ordini repugnat præter aut contra *Naturam* dici nihil vetat. Quidquid enim homines de *Natura* garrunt, quodcumque res inter inanimatas sit, quæ facillè maxima Universi pars sunt, verè sit à particularibus corporibus in se invicem agentibus vi motus localis modificati aliis affectionibus *agentis, patientis, eorumque* aliorum corporum quæ ad effectum aut Phenomenon productum necessariò concurrunt.

N. B. Qui parum curant opiniones jurâque antiquorum *Judeorum* atque *Ethnicorum* transgredi poterunt ad proximam, hoc est quartam Sectionem, prætermittâ tota sequente digressionem duas inter paratheses comprehensa quæ quamvis & utilis sit, & ad scopum hujus Tractatus spectet, omnino tamen necessaria non est.

In præcedente (III.) Sectione hujus Tractatus, sat ni fallor superque indicavi cur ab usu frequente hujus vocis *Natura* ad eò abhorruerim, jam autem in hac quarta scilicet cum ostenderim eam Dei cujusdam, aut certè Semi-Dei loco ab ejusdem cultoribus haberi, non abs re fuerit hic indicare quibus maximè de causis, ipsa mihi notio seu res ipsa non minùs displiceat, quàm frequentior nominis usus, atque cur à plurimis dissideam, qui illud à nobis usurpari volunt tanquam Religioni ipsi peramicum.

Has autem rationes eò libentius proponam, quod non tantum plerique è Doctioribus, ut modò dicebam, sed ex ipsis etiam Theologis, vel quia hac super re nemo quidpiam ipsis suggestit, vel alia quapiam de causa tanti rem momenti non examinarint.

Ut igitur manifestum fiat, quantum hactenus nocuerit, ac nocere proinde deinceps Religioni possit vulgaris hæc *Naturæ* notio, ea primùm præmittenda

renda cenſeo, quibus maximè erroribus Ethnici ſeducti fuerint, ipſique etiam Philoſophi non minùs quàm alii plurimi. Niſi enim mea me fallat opinio, ex hoc præcipuè fonte non Polytheiſmus, tum Idololatria emanarunt, quòd Gentes res corporeas ac ſæpe etiam inanimatas contemplatæ ſint, tanquam ſenſu intellectuque præditas, Naturæque, atque aliis entibus ſive veris ſive fictitiis ea attribuerint quæ ſoli Deo convenient.

Antiquiſſima ferè Idololatria, voce hac latius accepta, videtur fuiſſe Cœleſtium luminum cultus, Solis præfertim, Lunæ: Quod hoc genus *Aboda zara*, ut Judaïci Scriptores inſolitos aut falſos cultus vocant, Naturale maximè ſit; cujus ſcilicet objectum ſint corpora Glorioſa, immortalia, regulariter ſemper mora, hominibùsque benefica. Extat locus quidam ſacris in Codicibus apud *Jobum*, qui *Moſi* ad minimum coævus reputatur, quo probari viderur hunc duorum magnorum Luminarium cultum ſub ea tempora in uſu fuiſſe, adèd ut homini religioſo crimini verteretur, atque ut Anglica noſtra Verſio *Hebraicas* voces reddit, pœna à civili Magiſtratu inſtigenda dignum foret, ſi, ut inquit *Iobus*, * *Solem intuerer dum luceret, aut Lunam ambulantem in ſplendore. Còrque meum ſecreſò ſeductum fuerit, oſve meum oſculatum fuerit manum meam*, &c. quòd autem hæc Idololatria exercita etiam fuerit tempore *Moſis*, ex hoc *Deuteronomii* loco colligi poterit. † *Ne tol- las oculos tuos ad calum, & quando intueris Solem & Lunam & Stellam, omneſque etiam exercitus cœli impellaris ad adorandos eos, eiſque ſervien- dum*, &c.

Sabei, vel ut à Criticis vocantur *Zabiani*, à doctis quibuſdam omnium Idololatriarum primè exiſtimati ſunt, ac Rabbinorum Judaïcorum peritiſſimi: Hòs adèd antiquos eſſe vult *Maimonides* *, ut *Abrahamus* contra eos diſputarit. Quorum ſuperſtitio, tempore *Moſis*, Orientem tam late occupat, ut optimè *Maimonides* obſervarit non paucas legum Ceremonialium *Judaïs* traditarum, inſtitutas fuiſſe adverſus opiniones Idololatrias, ritus magicos, aliàſque iſtorum *Zabianorum* opiniones. Cujus rei, unà cum celebri noſtro *Seldeno*, varia ſubminiſtrat exempla, quibus nonnulla à docto *Hottingero* † adjecta ſunt. Sed hæc obiter tantùm, cum mihi præcipuè propoſitum fuerit, dum horum *Zabianorum* mentionem facio, ut tibi indice, planetas ab iis eſſe habitos Solem præcipuè ac Lunam Numinum inſtar, quos proinde cultu divino proſecuti fuerint; quòd entia intelligentià prædita crediderint maximèque concurrentia ad Mundi regimen.

Hoc autem probari poterit ex Orientalibus quibuſdam Scriptoris, ex *Maimonide* præfertim qui alicubi aſſerit * *Zabianos* adorari Solem & Lunam, Cœlique exercitum; ut Scriptura Lumina Cœleſtia vocat, tanquam veros Deos. Quod eò minùs mirum nobis videretur ſi alium ejuſdem eruditi Authoris locum (2. Chron. 33. 3.) conſulamus, ubi docet auditores, eos Idololatrias

* Job. 31. 26. 27. † Deut. 4. 19. * *Morè Nervoeh* lib. 3. cap. 30. † *Hiſtor. Orientalis* lib. 1. c. 8.

* Lib. 3. cap. 36. a. King. 17. 16.

(*Zabianos* aut *Chaldaos*) conflasse statuas ex argento & auro, * has Solis, illas Lunæ, quæ quibusdam ceremoniis ritibusque consecratæ invitarent, ac quasi attraherent hæc in monumenta Spiritus Stellarum: Ex quibus suos alloquerentur cultores, utiliæque ipsis admonerent ac futura etiam prædicerent, è quarundam autem huiusmodi loquentium imaginum numero docti quidam Critici *Teraphim*, ut textus Originalis loquitur, fuisse putant, *Teraphim* inquam quos *Laban* † tanti fecit ut Deos suos vocaret; quos *Rachel* suffurata Patri dicitur, ne hos consulens quæ ipsa, maritus, familiæque tota fugissent, disceret. Idem autem doctus *Rabbinus* cum admonuisset Lectores, varios se vidisse libros *Zabiana* Superstitionis, unum alterumve alicubi commemorat tractatum de *Imaginibus loquentibus*: Atque à *Zabianis* forte istis, eorumve Discipulis *Zeno* Stoicæ Sectæ fundator edoctus, ut *Stobæus* tradit, nos docet, Solem, Lunam, reliquasque Stellas præditas esse intellectu ac prudentia. Ac *Seneca* * etiam rigidæ hujus Sectæ magnus Assertor *Epicurum* & *Anaxagoram* reprehendit quem hac in opinione sequebatur, quod Solem ardentem esse lapidem vellet; aut quoddam ex ignibus fortuitis aggregatum aliudve demum quodvis quàm Deum.

Ægrè sanè molestæque fero, quod credere compellat magnum *Hippocratem* in eundem de quo loquimur collapsum esse errorem, cum in Libro ipsius de *Principiis aut carnibus* sub initium, hunc locum offendam: *Et videtur sanè mihi id, quod (Θερμὸν) calidum vocamus, immortale esse, & cuncta intelligere & videre, & audire & scire omnia, tum presentia tum futura.* Et huic conformem Hypothesi nascentis Mundi paucis verbis Descriptionem tradere nititur; reliquumque Librum infumit peculiari partium humani corporis descriptioni, ostenditque qua maximè ratione conflatæ factæque fuerint: Quæ quidem in re conatum licet in genere laudem, quod facultatibus quibusdam acquiescendum non ratus, intelligibili & peculiari methodo doceat quæ res fiant & producantur; hoc ejus tamen opus non possum non intreri, tanquam exemplum insignæ hujusce veritatis quod absque necessario illo ad verum Deum recursum, nulla, quæ cuiquam satisfaciat, originalis, aut primigeniæ productionis majoris minorisque Mundi ratio asserri possit; cum insignis ille *Naturista Hippocrates*, ope Idoli sui quod *Θερμὸν* dicebat, nullam horum operum afferre descriptionem potuerit, cui paulò attentior quis sagaciorque acquiescat. Atque ipse *Galenus*, cui non ignota *Mosis* Scripta erant, vixitque ibi unde Christiana Religio propagata est per plurimas Mundi plagas, *Galenus* inquam, etiam in mirabili illo tractatu de *usu Partium* †, ubi optimè detegit celebratque sapientissimum rerum Authorem, eò usque abreptus est communi aliorum Philosophorum Ethnicorum errore, ut existimarit Terræ ipsi, de ea licet quodam cum contemptu loquatur, inditam esse animam aut mentem à

* *Mor. Nevoch. lib. 3. cap. 25. † Gen. 31. & 19. v. 30. * Sen. de Benef. l. 7. c. 21.*

† *Galenus de usu Partium, l. 17. apud Lacunam in Epitome Oper. Galeni.*

corporibus superioribus, quam ait aded esse conspicuam primò in Sole, tum in Luna, ac aliis postea in Stellis, ut harum pulchritudine induendus sit spectator, ut rationi conformiter existimet, quò purior est Cœlestis illarum substantia in ea residere animam eò meliorem ac perfectiorem anima corporum Terrestrium. Cùmque loquutus fuisset de *Natura* ratiocinante *Platonis*, *Aristotelis*, *Hipparchi*, *Archimedis*, &c. hunc in modum concludit: *Si igitur in tanta colluvie (quo enim alio nomine quis appellet quod ex carne, sanguine, pituita ac bile utraque est conflatum) mens signatur aded eximia & excellentens, quantum ejusdem putandum est esse excellentiam in Sole, Luna, aliisque etiam Sideribus?* (quibus subjungit) *Mihi quidem dum hæc mecum voluto, non exigua quadam mens talis, per ipsum etiam nos Aërem ambientem, esse extensa videtur. Fieri enim non potest, quum lucis ipsius Solis sit particeps, quin vim etiam ab ipso assumat.*

Sed hæc obiter. Neque hæc de cœlestium corporum divinitate cum *Zabianis*, *Græcisque* Philosophis opinio perit; accepi enim à quopiam, qui cùm multos annos in Regno *Sinensi* vixisset, variisque aliis Regnis finitimis illarum gentium Linguas eò usque didicerat, ut cum indigenis colloqui posset, accepi, inquam, ab eo in solemni quodam cum præcipuis *Chinensis* Religionis professoribus, eos ingenuè confessos esse, corpora cœlestia existimari à se verè divina, atque adoranda; hancque speciatim ob causam, quòd multa hominibus impertiantur bona, lumen purà, calorem, pluviam, &c. & quæcunque ex istis existunt. Hancque suam doctrinam seu fidem rationi magis consentaneam fide *Europæorum* credebant: Qui Deum colunt cujus nec figuram, nec colorem, nec motum, neque hæc in sublunaria influxum intrueri ullatenus poterant. Hæc autem fides antiquorum *Græcorum* opinioni optimè consonat, qui, ut refert *Origenes*, Solem & Lunam vocabant *ἰσορροῖς θεὸς ἃ ἀειδαρὸς*, conspicuos sensibilisque Deos. Docemurque ab *Eusebio*, * antiquos *Ægyptios* Theologos, quorum Religio Religioni *Chaldaica* affinis erat, aut fortè etiam ab ea desumpta, Solem & Lunam qui ipsis erant *Osiris* & *Isis*, non habuisse tantum tanquam Deos præcipuos sed tanquam factores Universi penè totius.

Damascius vita *Isidori* apud *Photium*: Colunt præ cæteris Diis *Ægyptii* *Osirin* & *Isin* (i. e. Solem & Lunam) illum omnia condere, & figuris numerisque materiam adornare arbitrati.

Non examinabo hîc loci utrùm veteres isti Ethnici Philosophi præter Stellam, aliâque entia quæ ceu Deos adorabant, unicum tantum Numen, aut supremum Deum crediderint. Sed in propositum mihi hîc scopum sat fuerit, quòd manifestum videretur, ascriptisse eos Entibus sensibilibus attributa vero Deo peculiariter, hancque errorem inde esse natum, quòd intellectu ea prædita, regiminique præesse existimarent, entiaque ista inferiora longè magis fuisse obvia & familiaria argumenta Sermonis apud ipsos, cultuque objecta,

* Præpar. l. 3. c. 4.

eóſque, ut cum Apoftolo loquar *, coluiſſe creaturam præter, aut magis, Græcum enim *παρα* utrumque æquè ſonat, quàm Creatorem, qui per *Mofem*, Prophetas, Apoftolóſque diſertis verbis declarat quàm hic ipſi cultus diſpliceat etiam ſpecioſior ille magiſque in ſpeciem veniã dignuſ, qui Decem inter Tribus invaluerat, quæ profeſſæ ſunt ac fortè crediderunt cultum ſuum ad Supremum Deum eſſe directum eúnque verum Deum *Iſraël*. Sed hæc ruruſ obiter.

Opinio hæc de Mundo animato variſque itidem ejuſdem partibus animatis, intelligentiãque præditis, ut Sole, Luna, Stellis, &c. ita pervalerat hominum animos, ut non tantùm in cauſa præcipuè fuerit cur Imperator *Julianus* † à Chriſtianismo ad Atheiſmum defecerit, gratiaſque ſolemnes Soli obconceſſum ſibi Imperium *Romanum* egerit, ut admodum etiam doctos tum inter Judæos, tum inter Chriſtianos infeceſſerit, è prioribus duos tantùm commemorabo, celeberrimum ac doctiſſimum *Rabbinum Maimonidem* quem miratus omnino ſum in hanc me incidiſſe aſſertionem Solem Stellãſque animata eſſe Entia, intellectuque ac voluntate prædita: Alterumque præcipuum doctiſſimũque recentiorum * *Menaffe* ſcilicet *Ben Iſraël* cum quo *Amſtelòdani* familiariter egi: Qui in ſuis de Creatione Mundi problematis inſignem hunc locum habet: *Quod de Intelligentiis iradunt, id verò mera Fabula eſt; nam Cæli ſecundum Rabbi Moſem, & rei veritatem, habent animas proprias rationali vita præditas, ſicut alibi à me demonſtrabitur.* Major autem *Maimonide*, *Origenes* ipſe * inter Chriſtianos non uno tantùm loco audet dicere: *Siquidem etiam Cæleſtes Stella Animalia ſunt Rationalia, virtute prædita, illuſtrata Cognitionis Lumine, à Sapientia illa quæ eſt Splendor æterni Luminis.* Alibi autem eò uſque procedit, ut, quod mirati ſatis non potui, aſſerat: * *Chriſtianos canere Hymnos Deo Domino omnium & Domino Mundi, non aliter quàm Sol, & Luna, & Stelle canant, omniſque Cæli exercitus; cum hæc omnes Creatura unum conſtantes Chorum, cum juſtis celebrent unum Deum, Filiũque ejus unigenitum.* Improbabiliũ horumce Paradoxorum eò me minùs terret temeritas, cum mecum ipſe perpendo quòd per varia Secula à Scholaſticiſ Philoſophis, atque *Ariſtotele* prætertium traditum eſt, peculiare ſcilicet Stellis aſſiſtere Intelligentiaſ, hoc eſt rationalia, immortalia, potentia, activãque Entia. Malignitatem fateor erroris in Judæis, ac Chriſtianiſ corrigebant ſuperabãntque ſana orthodoxãque quæ ſimul amplectebantur, principia, ſed periculoſum ſemper eſt, iis maximè qui ei ſidi eſſe volunt, qui Zelorem ſe Deum dicit †, adoptare ſibi, atque amplecti præmiſſas,

* Rom. 1. 25. † Sed nec illam quam ejuſdem Numinis (Solis) beneficio adeptus ſum, ſortem conditionẽque parvifacio; quod ex eo genere, penè quod Ferrarum Dominatus atque Imperium eſt, temporibus noſtris ortum acceperim. *Julian.* ad Regem Solem. * More Nevochim l. 3. c. 29. ni fallor. *P. M.* 98. † *Origen.* contra *Celſum.* l. 5.

* *Origen.* contra *Celſum.* l. 8. † *Exod.* 20.

quæ tantos Viros seducere potuerint, & à quibus tam multi celebres Philosophi conclusiones Religioni veræ admodum in speciem repugnantibus duxerunt, quineriam periculum etiam aliquod est ne ipsi Christiani seducantur Atheisticis istis notionibus circa Mundum intelligentiâ præditum. Ut enim Imperatorem Apostatam silentio præteream, orta est hæcæ temporibus quædam hominum Secta & Christianismum & Philosophiam profitentium, qui si eorum rectè accepero doctrinam, veteribus Ethnicis simillimi sunt: De Deo siquidem multum licet loquantur, hoc nomine nihil aliud intelligi volunt quàm animatum intelligentemque Mundum, multum omnino à vero quem nos Christiani adoramus & credimus Deo diversum; quamvis autem hujus Sectæ antesignani ingeniosiores à quibusdam reputentur quàm doctiores, quòd inaudita scilicet in Naturali Philosophiâ & Physicis mysteria revelent, ipsorum tamen Hypothesis nequaquam mihi nova videretur, maximè cum præter locos antiquorum hoc in tractatu citatos, alii nonnulli eodem spectantes mihi occurrant è quibus est hic *Lucani*.

*Estque Dei sedes, ubi Terras, & Pontus & Aër,
Et Cælum, & Virtus: Superos quid quarimus ultra?
Jupiter est quodeunque vides, Jovis omnia plena.*

Summa affinitas inter animam Mundi tam celeberrimam apud Philosophos Ethnicos idque quod homines *Naturam* dicunt non ineptè mihi hæc suggesterit *imaginaria* hujusce *anima* in Gentilium Religionem influxum. Quòd Antiquorum Philosophorum non pauci Mundum animatum existimant, à multis Viris doctis observatum fuit: Sed quod ad rem præsentem præcipuè facit, iidem veteres sapientes plerique crediderunt *animam Mundanam* non fuisse Ens vitâ tantum præditum, sed & summè intelligens, agensque sapientissimum: Quod faciliè is animadverterit qui attentius vitas Philosophorum *Dio-genis Laertii*, ac *Zenonis* præsertim legerit; sed impræsentiarum utar potius Authore, qui licet perrarò ex eo Historiæ Philosophicæ citentur, in iisdem tamen optimè versatus videretur. Hic autem Scriptor est acutus ille Scepticus, *Sextus Empiricus*, qui circa *Plutarchi* tempora floruisse putatur, cujus juxta aliquos nepos fuit; longam sat hic *Xenophonis* ratiocinationem narrat, quæ si non firmis admodum nititur fundamentis, ingeniosa certè & speciosa est, sed prolixior quàm ut hæc transcribi debeat; sat fuerit ipsam hæc conclusionem innuisse: *Est ergo Mundus mente præditus & Intelligens*, &c. quam assertionem ita *Sextus* ipse pro eo proponit*: *Si non esset aliqua Mens in Mundo, neque ulla Mens in te esset. Est autem in te Mens aliqua; ergo est etiam in Mundo. E: Ideo Mundus est Mente & Intelligentia præditus*. Scepticus idem introducit *Zenonem Citiensem* hunc in modum ratiocinantem: *Quod emitit semen ejus quod est particeps rationis, est ipsum quoque rationis particeps. Mun-*

* *Sextus Empiric. adversus Mathematic. l. 8.*

aus autem emittit semen ejus quod est particeps rationis; est ergo Mundus rationis particeps. Quibus Testimoniis alia ex eodem Authore non pauca addere possem, qui ibidem ait Stoicos existimasse Mundum esse Animal. At opinio antiquorum Philosophorum de quibus mox, de Intelligentia animaque Mundi illustrior clariorque mox futura est ex iis quæ nunc sum in medium adducturus, quibus patebit, qui eadem seducti sint in cultum alterius, quam veri Dei.

Sextus Empiricus in ratiocinatione mox commemorata *Xenophontis*, ex eo quod Mundus sit Ens Intelligens, infert, divinum quoque esse; propositæ enim mox conclusioni, *Est ergo Mundus mente præditus & intelligens*, statim subjungit hanc aliam, * *Et ideo Deus.* Ac paulò post, repetito eorum discursu quo hanc *Xenophontis* argumentationem contra objectionem quandam defendebant, horum ratiocinationem hunc in modum concludit, *Ideo Mundus est Mente & Intelligentia præditus: Cum sit autem Mente & Intelligentia præditus, est etiam Deus. Quemadmodum* (inquit etiam *Plurimus* Philosophus) *nos animâ gubernamur, sic & Mundus animam habet, qua vindicet illum ab interitu, & hæc vocatur Jupiter.* Quod illud Academicarum questionum *Ciceronis* spectat; *Mundum esse sapientem, & habere mentem, quæ seipsam fabricata sit, & omnia moderatur, regat.* Eodem quoque aperte pertinet Stoicorum apud *S. Augustinum* ratiocinatio; *Dicunt*, inquit ille †, (loquens de illius Sectæ cultoribus) *omnia sidera partes Jovis esse, & omnia vivere atque rationales animas habere, & ideo sine controversia Deos esse.* Quin etiam *Socrates* inducitur ab *Aristophane* invocans Aërem simul Ætheremque his verbis:

*O Rex, O Imperator, Aër vaste, qui Terram continens suspensam,
Nec non splendide Æther.*

Quod revocat mihi in memoriam candidam illam *Manilii* Poëtæ confessionem:

*Quæ pateat Mundum divino Numine verti,
Atque ipsum esse Deum.*

His omnibus addam insignem clarumque locum *Senioris Plinii* *; *Mundum & hoc quod alio nomine Cælum appellare libuit, cujus circumflexu reguntur omnia, Numen esse credi par est, æternum, immensum, neque genitum, neque inieriturum unquam. Sacer est, æternus, immensus, totus in toto, imò vero ipse totum, finitus & infinito similis, extra, intra, cuncta complexus in se, idemque Naturæ opus, & rerum ipsa Natura.*

Si quis objecerit locos à me ex Ethnicis Philosophis citatos spectare animam Mundi, non Naturam, respondeo tantam esse utriusque affinitatem,

* P. M. 326. † *August. de Civit. Dei. lib. 7. c. 2.* * *Natural. Hist. l. 2. c. 1.*

at plurimi ex antiquis sapientibus utrumque indiscriminatim habuerint; neque aliam agnoverint *Naturam*, quam Mundi animam. Ucut sit, magni perniciosique errores in quos inde seducti sunt quod Universum ipsum nobiliorésque ipsius partes præter homines & vivere, & intelligere, & rebus providere crediderint, meritò Christianos deterruit à fide ejusmodi Entis, quod homines sub nomine *Natura* venerentur: Cùm eidem tot mirabiles facultates ac prærogativas ascribant quot Idololatræ adoratæ à se animæ Mundanæ ascripserunt. Sed aliud adhuc objectioni superiori responsum dabo, ubi ostendero quàm sacrilegè abusi sint ente hoc de quo loquimur, tam sub nomine *Natura*, quàm animæ Mundi.

Subit itaque animum inexpectatus apud *Senecam* locus*, qui loquens de Ethnicis opinionibus circa Tonitru, *Non Jovem, ait qualem in Capitolio colimus, fulmina mittere; sed custodem rectoremque Universi animam ac Spiritum Mundani hujus Operis Dominum & Artificem, cui nomen omne convenit.* Quibus paucos post versus hæc addit, *Vis illam Naturam vocare? non peccabis, est enim ex quo nata sunt omnia, cujus Spiritu vivimus. Vis illam vocare Mundum? non falleris, ipse enim est totum quid, totus suis partibus inditus & se sustinens vis sua.* Idemque Author alibi †, *Natura, inquit, nihil sine Deo est, nec Deus sine Natura, sed idem est uterque.* Atque apud alium Sapientem Romanum hunc habemus locum; *Natura est igitur quæ continet Mundum omnem, eumque tuetur, & quidem non sine sensu ac ratione.* Opinióque non privati Philolophi, sed Sectæ Philosophorum Stoïcorum hunc in modum traditur à *Lactantio**; *Isti uno Natura nomine res diversissimas comprehenderunt, Deum & Mundum, Artificem & Opus, dicuntque alterum sine altero nihil posse, tanquam Natura sit Deus Mundo permixtus. Nam interdum sic confundunt, ut sit Deus ipsa mens Mundi, & Mundus sit Corpus Dei; quasi verò simul esse cœperint Mundus & Deus.* Atque ut ostendam me non absque ratione in hac libera nostra Inquisitione, Naturam interdum vocare Semi-Deam, interdum* Deam, aut eam asserere à quibusdam in Idolum quod adorent, erectam: Hic subnectam partem Hymni *Orphei* ad Naturam immediate directi:

Ὅτι ποὶ πάντων τῶν θεῶν, &c.

Quos versus ipsius Interpretes hunc in modum Latine reddiit:

O Natura omnium Mater Dea, artificiosa admodum Dea,

Suscitatric honorabilis, multa creans, Divina Regina,

Omnidomans, indomita Gubernatrix, ubique splendens.

Et paucos post versus;

Etheria, Terrestris, & Marina Regina, &c.

Aristoteles scio, ejusque Sectatores, non tam aperta *Naturam* Apotheosi consecrarunt, quàm *Orpheus*, aut quicumque Hymnos ipsi ascriptos compoluerit:

* *Natur. Quæst. l. 2. c. 45.* † *De Benef. l. 4. c. 7.* * *Lib. 7. Cap. 1*

Plus

Plus tamen, vereor, dicunt, quàm probare queant, quories afferunt *Naturam esse sapientissimam, Opus Natura esse opus Intelligentia, Naturam sine suo nunquam excidere, Naturam semper quod optimum est facere.* Quibus alia ejusmodi addi poterunt Axiomata: Idem dico cum plerumque vocant opera *Natura*, opera Dei, Deumque & Naturam simul commemorant, non tanquam Creatorem & Creaturam, sed tanquam duos coordinatos Governatores duorum *Romanorum Consulium* instar: Ut cum dicunt, absque omni serupulo, Deum & *Naturam* nihil facere frustra: Cui quidem loquendi modo illud *Ovidii* de *Chao* non ineptè congruerit, dum corpora dissoluta simul promiscuè jacerent, & necdum compacta forent.

Hanc Deus & melior litem Natura diremit.

Narrationi irreligiosorum aded errorum veterum Ethnicorum circa Mundi divinitatem ac nonnullarum præcipuarum ejusdem partium, putà Solis, Lunæ, Stellarum, Ætheris, &c. Superaddenda foret eorundem reprehensio, si necessarium putarem hoc loco refellere opiniones quarum quædam sunt omnino precatæ, aliæ omnino improbabilis. *Græci* ii, *Latinæque Philosophi* qui Solem ignem esse volebant, ægrè admodum ejusdem flammæ alimentum invenire poterant. At *Zabiani* isti & *Chaldaei* qui non tantum animam eum præditum credebant, sed & intellectu & voluntate, omnibus rite perpenſis longè difficilium invenissent non tantum alimentum tam vasto corpori, centies supra & quinquages Globo Terraqueo majori, sed & Organa necessaria ad præparandum digerendumque illud alimentum, atque ad alias functiones ad nutritionem animale pertinentes. Si autem Hypothesin *Cartesianam* admittamus, ipsa Generatio Solis, Stellarum fixarum & Planetarum sat superque nobis indicarit hæc Creaturas nec intelligentiâ nec vitâ esse præditas.

Atque aliam omnino hinc fortè Hypothesin proponere possem circa *Naturam* Solis, alimentumque flammæ ipsius, quam Phænomena quædam experimentaque etiam probent: Quamvis igneum tantum eum, inanimatumque Corpus statuerem cujus flamma alimento reparetur eo propiore, quod in Terra Muriæ quæretur. Sed ejusmodi contra opinionem quam oppugno objectiones, consultò prætereo, quæ licet recta ratione, sanæque circa rerum originem Philosophia nitantur, dubiæ cuipiam, nisi fusius exposuæ, videri possent.

Gratis quoque afferitur, Cœlestia Corpora mox commemorata prædita esse intellectu & vita; ita præsertim ut nosse queant particulares conditiones transactionesque hominum, atque audire annuerque precibus cultorum suorum. Ipsaque Luna, quæ ipsorum inter Deos præcipua erat, ab istis, omnibus aliis Planetis, & Stellis, Sole excepto, præposita tam rade montibusque aded asperum Corpus est, ut mirum sit, homines speculationi deditos qui observabant quàm variæ, quàm nobiles functiones

Etiones ad animam sensitivam spectarent, persuadere sibi potuisse massam materię ad eam inorganicam animatam & gubernatam fuisse ab anima re ipsa vivente ac sensitiva. Scio hos Cœlestium Corporum Deificatores, atque Ethnicos etiam *Aristotelis* Discipulos præter non paucas ejus inter Christianos opiniones magna & sublimia referre de Quintessentiâ Cœlestium Globorum *Natura*, deque consequente eam incorruptibilitate, de motus regularitate, de divina luminis, ipsorum quo splendescunt qualitate. Sed opinio hæc de Quintessentiâ superiorum corporum *Natura* Physica ni fallor alicujus momenti ratione nulla nitebatur, eoque tantum nomine apud ipsos invaluerat quod eorundem de Cœlestium Corporum divinitate sententiæ congrueret, de qua *Aristoteles* ipse in *Libris de Cælo**, eo modo mentem suam expressit, qui Sectatoribus ipsius istorum corporum conciliarit venerationem, quæ nec veræ Philosophiæ faveat, nec Religioni. Tradit ipsemet *Pythagoricos* docuisse, Terram nostram Planetarum numero recenferi †, eamque circa Solem in Mundi meditullio sitam moveri. Postea autem quàm hæc Hypothesis Terræ-motus seculo ultimo Authore *Copernico* revixisset, hanc amplexi sunt Hypothesin non tantum magni illi viri *Keplerus*, *Galileus*, *Gassendus*, sed plerique etiam ex optimis recentiorum Astronomorum; præter *Cartesium* ejusque Sectatores, ac plurimos alios Naturalistas; quæ quidem Hypothesis non tantum magis congruit Phænomenis quàm doctrina *Aristotelis* qui certissimè deceptus est circa ordinem soliditatemque Cœlorum, sed magis etiam quàm antiquum & ubique ferè receptum Systema *Ptolomaicum*. Jam si ponamus Globum Terraqueum esse Planetam, is qui animadverterit eam nihil esse aliud quàm rotundam massam heterogeneis admodum substantiis referatam (ut patet è diversis partium præcipuè constituentium Maris & Terræ Naturis) massam inquam cujus superficies aspera est ac inæqualis, corpusque opacum, nisi quæ illuminatur à Sole, Luna, & Stellis, adeoque ineptum inorganicumque vel ad ipsam nutritionem, ut vivum Animal esse nequeat nedum rationale. Is inquam qui hæc secum omnia perpenderit, vix ascripserit intellectum & providentiam, nedum Naturam divinam Stellis purâ Lunæ, quam ex optimis nostris Telescopiis discimus rupibus esse montibusque admodum asperam, constantemque partibus discrepantis admodum texturæ, ut patet è partibus ipsius lucidioribus, fixisque maculis, quæ insuper ipsa opaca est, omnisque manifesti expers luminis quod à Sole non deriveretur, atque fortè ab ipsa etiam Terra.

Quod autem ad prædicatam tantopere corporum Cœlestium immutabilitatem attinet, præterquam quod probabiliter in dubium revocari ea potest ob Phænomena quorundam, neque enim omniam ausim dicere, Cometarum qui ex parallaxi deprehensi sunt superiores Lunâ, adeoque in Cœlesti Mundi plaga. Præter hæc, inquam, incorruptibilitas immutabilitasque Cœlestium

* Vid. lib. II. cap. 3. † Ibid. lib. II. cap. 13.

Corporum summa veri specie rejiciuntur ob subitam irregularémque generationem, mutationem, destructionem macularum Solis : Quæ interdum subito aded pereunt, ut meminetim Anno 1660. *Maii* octavo, cum reliquisset mane maculam cujus motus optimo Telescopio diu observaramus, hac spe freti ut multos adhuc dies conspiceretur miratos nos admodum fuisse : cum iterum operi vespere nos accinximus, eam profus evanuisse, licet spissa admodum videretur, institutâque cum Sole comparatione, totius *Europa* æquare amplitudine superficiem.

Quod ad constantem Stellarum motum spectat ; si Terra, quam nos scimus esse inanimatam, Planeta sit, tam constanter ac regulariter movebatur circa Solem, in orbe suo magno, quàm alii Planetae moventur, aut ipsa etiam Luna circa Terram movetur. Considerandum autem hîc venit, licet supponeremus Globum nostrum esse Planetam, manifestum tamen fore constantemque motum ac regularem satis unius partis ipsius : Quandoquidem, exceptis anomalis à littoribus, ventis, aliisque rebus extrinsecis ortis æstus quovis die maritimi regulares sunt, vernique etiam ut loquuntur bis quovis mense æstus ingentium aquarum Oceani, qui fortè integrum Lunæ corpus mole æquat.

Denique cum præcipuum divinitatis Stellarum argumentum ab earundem lumine ducatur, licet non negem sensibilibus qualitatibus lucem esse nobilissimam, induci tamen nequeo ut credam ex ea rite probari posse aut divinam, aut etiam valde excellentem corporum ea illustratorum Naturam, sive Cœlestia ea fuerint, sive secus. Cum enim *Zabiani*, & *Chaldei* intuerentur & adorarent Planetas, ut Deos præcipuos, ex Telescopiis nostris percipimus, Solem excipio, si Planeta potius quàm fixa Stella sit, alieno tantum eos lumine fulgere : Ita ut *Venus* quantumvis fulgida nudo oculo appareat, videatur interdum, ut ipsemet aliquando vidi cornuta instar Lunæ non diu post Novilunium. Quo sensu quoque ipsa Terra corpus luminosum est à Sole illustratum : Ac fortè ut corpus quadragesies majus, plus reflectit in Lunam lucis quàm ab ea recipiat, ut probabiliter conjicitur ex lumine superficiei Lunæ in quibusdam ejusdem eclipsibus. Et licet per noctem cum tenebræ pupillas oculorum nostrorum dilatarunt, Lunâque splendidissimè coruscat, fulgentissima appareat : opacior tamen fortè fuerit solida Terrestris Globi parte. Plus enim, memini, vice simplice accuratè observavi in occidente Nubeculam, ubi Luna erat, sub Solis occasum, institutâque inter utramque comparatione, videbatur mihi Nubecula, quantumvis opacum solutumque corpus sit, tanta lucem vi reflectere quanta Luna ipsa reflectebat, quæ ab ea non procul in speciem distabat : Utraque enim candidarum instar Nubecularum apparebat, Sole tamea infra horizontem paulatim magis depresso, splendidior in momenta Luna evasit. Atque si de luce indefinitè loquamur, tantum abest ut divinæ in corporibus ea illustratis *Natura* argumentum sit, sive extrinsecus, ut, Planetis adveniat, sive internum rei ut Solis, principium fuerit, ut
lapis

Iapis ambutus, putà *Boloniensis*, habita ratione molis longè majorem mutuatitiam diffususur fit lucem quàm Planerarum quipiam. Orcum autem ab ipsa interna rei constitutione lumen reperiri poterit, non in vilibus tantùm creaturis, ut in insectis sive alatis, ut sunt *Cucua Hispaniola*, aut reptilibus cujusmodi sunt vermes nostri noctiluci, sed in corporibus etiam inanimatis corruptisque ut ligno putrido, fœtentibus asellis minoribus, variisque aliis Piscibus putrefactis. Non vacat nunc inquirere què *Zabiani*, aliique ejusmodi Idololatræ explicare possent connexionem, symmetriam, & subordinationem, aut dependentiam variarum partium Mundi constantis ex tam discrepantibus, remotisque à se invicem entibus non animabus tantùm animalibus præditis, sed distinctis etiam & peculiaribus intellectibus, ac voluntariis, & quibus pariter non paucis Divina inesset *Natura*. Neque nunc examinabo, quàm mirabile Monstrum porius quàm Animal aut Deitas, secundùm Ethnicos illos Philosophos eorumque Sectatores Universum futurum fit, qui unam Deitatem tantùm tenuerunt, quamvis Paradoxicam illam absurdamque Opinionem sequerentur, quam ut alibi observatum est, ingenue *Stobæus* profiteretur, sub ipsum initium Physico. Eclog. *Ζῶς ἔν* &c. *Iupiter, quidem, totus Mundus est: Animal ex Animalibus, Numen ex Numinibus compositum.*

His inquam aut similibus objectionibus contra Doctrinam Ethnicorum non est hoc loco immorandum, quia paulò me longiùs digressum animadverto quæ tamen digressio non omnino abs re, aut inutilis fuerit; ut igitur unde digressa est eò revertatur Oratio, hæcque Sectio, quam facillè augere poteram, finiatur, ea me dixisse hæctenus reor, quibus manifestum sit quanto periculo alias ab Homine & Angelis creaturas intelligentes crederemus & rationales: Cuicumque earum ascriberemus Architectonicam præsertim Providentem Rectricemque Facultatem. Quamvis autem facillè crediderim nihil subesse periculi ne Christiani rite edocti quorundam Ethnicorum instar adorent *Naturam* tanquam Deam; quæ tamen superiùs adduxi ut ostenderem quàm minimè tutum sit amplecti opiniones iis cognatas, quæ Philosophos etiam non paucos in errorem induxerunt, in causa omnino sunt cur vereor ne nimium multi, nec pauci ex ipsis etiam doctis id quod homines *Naturam* dicunt, ea prosequantur veneratione, quæ ad meram creaturam non pertineat, si fortè, ut cum Scriptura loquar *, creaturam non adorent *supra* aut præter Creatorem, qui solus verus Deus est, qualis nequaquam est Mundus, aut Mundi anima. Licet autem concederem recepta *Natura* notionem nec subverti nec quasi concuti ullum Religionis articulum: Id tamen in scopum eorum *Naturalistarum* quibuscumque differo sat non fuerit, cum ii credantur vitio aliis vertere, quòd non tantum *Natura*, quam venerantur, attribuant, quantum ipsi fieri attribuere solent: Suamque *Natura* Notionem non ut innocuam tantùm ac utilem sed & Religioni quasi necessariam proponant.

* Rom. 1. 25.

SECTIO V.

J Am eas, *Eleutheri*, rationes tibi exponam, quibus impulsus, eam, de qua hæcenus, *Natura* notionem deicruī. Has autem ad sequentes potissimum reducām.

I. Primò itaque ea, de qua loquimur, *Natura* gratis mihi asserta, sufficientique absque probatione videtur: Hæc autem una ratio, si rite exposita, sat opinor, mihi supérque fuerit. In Philosophicis enim, ubi sola auctoritas nullius momenti est, nullaque nisi accedente ratione fides adhiberi solet, non immeritò illud rejicitur quod nullo *positivo* argumento probatur, licèt peculiaris nulla nobis ratio adversùs id suppetat. Quòd si vim obtinere debeat ac valere in rebus minoris momenti, hoc maximè in casu valebit in quo admittamur sumus agens adèd Catholicum, ut cætera omnia subordinata tantùm ipsi Instrumenta sint; quòd cùm dicatur immediatè agere in varia hujus Mundi *Phænomena* supponitur haud dubiè, variis eorum demonstrari posse. At in Physica adhuc nulla Argumenta incidi quæ vel ad demonstrationem, vel ad probabilitatem accedant, quibus ejus quam examinamus *Natura* existentia proberetur. Licèt autem admitterem eum, quem Theologi quidam admittunt Philosophicis in controversiis volunt, Scripturarum usum, mihi tamen, de illius *Naturæ* de qua disputamus existentia minimè constaret. Neque enim memini ullibi in Scriptura nobis indicari tale quidpiam sensu à me proposito existere, quamvis in *Genesi*, aliisque quibusdam in locis, ubi de corporeis Dei operibus disertè agitur, Spirituales licèt ad fines non immeritò quis credidisset faciendam mentionem fuisse aliquam Magnæ illius *Vicariæ*, corporibus à Deo in Universo præpositæ, siquam reipsa præposuisset ejuscemodi. Quidquid autem in causa fuerit, cur hoc super argumento Scriptura nihil dixerit; ob ipsummet ejusdem silentium non immeritò *ratione* liberiùs examino, quod ipsa me Revelatio credere non jubet. Quod autem ad Physica argumenta attinet quæ in defensionem propositæ *Naturæ* notionis afferri possunt, brevi præcipua eorum discutiam, ostendámque nequaquam ejuscemodi esse quæ persuadeant. Quod porro attinet ad argumentum à communi circa *Naturam* opinione ductum, cùm populare non Physicum sit, apud vulgus non apud Philosophos valere poterit.

II. Secunda ratio indè ducitur, quòd ea, quæ supponitur, *Natura*, necessaria minimè videatur. Cùm enim in id præcipuè veri Philosophi incubuerint ut rerum principia ad quam paucissima reducerent, modò ea sat multas forent, non video cur illud admittamus principium quo minimè indigemus. Si enim communem omnium corporum materiam in partes minutas innume-

tas à sapiente *Natura* Authore divisas supponamus, eâsque ita fuisse dispositas, ut Mundum ut nunc est constitutum effingerent, ac præsertim si supponamus Universales motus leges inter materiæ partes stabilitas fuisse, variâsque particularum conventiones in seminalia variarum rerum principia divisas; quæ omnia effici poterant vi Motus Localis, non sibi relictæ sed peritiùs sub initium rerum directæ; si hæc inquam, ac ordinarium, ut merito possumus, generalémque Dei concursum supponamus: Non sat capio cur eadem Phænomena, quæ nunc in Mundo observamus, produci nequeant, ac reipsa producantur absque auxilio ullius ejuscemodi potentis intelligentisque entis à Deo distincti, cujusmodi *Naturam* esse volunt. Donec quoddam, quo contrarium probetur, exemplum afferatur, eadem in sententia perseverabo ratus omnino observata à nobis Phænomena à mera Mundi fabrica constitutioneque existere. Ut, si ponamus eum Soli & Lunæ circa terram impressum esse, quem experientia docet, Motum, determinatum illorum Motuum celeritate, lineisque secundum quos perficiuntur, necessarium fiet, ut Luna sit interdum plena, interdum vix illuminata Terram versus, cornuta interdum, variâsque suas ac Menstruas pro more exhibeat Phases, Trinumque tamen aliquando ad Solem, Quadratum aliquando aspectum habeat, &c. atque nunc Luna, nunc Sol statis patiantur temporibus Eclipses: Quamvis hæc olim à *Romanis*, aliisque Veteribus, atque etiamnum ab indoctis, tanquam supernaturale quid existimentur; ac quamvis *Aristoteles*, ejusque ex alleclis non pauci putarent, regulares ejuscemodi Motus, ni ope *Intelligentiæ*, conservari non potuissent, quam idcirco cuilibet Orbium Cælestium assignarunt. Cur autem vis concipiamus quæ tanta Fabrica, quanta Mundana est integra ordinatâque conservari possit, prohiberi que ne antiquum in Chaos rursum prolatabatur, inde existere videtur quòd homines non sat animadvertant, quàm inscrutabilis sit Architecti (*Διμυργητής* enim Scriptura dicitur *) sapientia, Architecti inquam Mundi, cujus acutissimi oculi *Universum* simul ac semel contemplati, initia finisque temporum attingere potuerunt: Quare cum perfectissimè prænosset rerum omnium eventus, circumstantiâsque omnes, in quibus materia divisa motâque secundum ejuscemodi leges, atque in *Automato* hoc Mundano constituta, futura foret, contingere nihil poterit, quo rerum curriculum immuteretur, constitutiôve earum varieretur aliter quàm ipse ab initio prævidisset, ac permittendum judicasset.

Neque omnino mihi constat receptam *Natura* notionem licet non necessariam, explicandis saltem *Physicis Phænomenis* utilem fore. Præterquam enim quod inferiùs ostendam, varias ejusdem explicationes ubi confugium ad eandem maximè utile videtur, nequaquam esse admittendas: Si non aliam à *Natura* hujus aut illius qualitatis aut operationis causam afferamus, non minus rei ipsius quàm priùs ignari futuri sunt homines; vel certè his in casibus

* *Heb.* II. 10.

fatendum erit, Philosophum non meliorem posse rei causam afferre, particularem inquam atque immediatam causam, quam possit ovium Pastor, aut Artifex quisvis, qui Naturalem Philosophiam nunquam didicit. Quamvis autem verum sit, ut alias insinuavi variis in casibus, Philosophos ipsos aliter respondere non posse Quæstionibus sibi propositis, quam confugiendo ad rei *Naturam*; ejusmodi tamen responsiones non patefaciunt propriam obscuri Phænomeni causam, qui enim iis utitur eam adhuc nescit: Hæc proinde indefinita *Nature* Notio, cuicumque difficultati resolvendæ æquè applicabilis, ejusmodi non est quæ rem ipsam aperiat, sed quæ vel Quæstionem proponenti illudat, vel respondentis ignorantiam tegat.

III. Tertium Argumentum inde oritur, quod *Natura*, quam examino, obscurum mirumque aded quid sit, ut non facile quid re ipsa sit determinare possimus, cum vix ita proponatur ab iis qui magis eidem insistant, ut intelligi possit. Neque enim sat apertè patet, an corpoream esse substantiam, an incorpoream velint, aut quiddam inter utramque medium, cujusmodi non pauci Philosophi formas substantiales esse volunt, ut & *reales qualitates*, quas plurimi Scholastici miraculo saltem ab omni materia separabiles putant. Si merè Corporea sit, fateor non intelligere me qui sapiens aded sit atque Omniafciam ferè Agens, ut eam haberi volunt. Præterea si corpus sit, libenter discerem quod corporis genus sit, & quæ demum ratione cum inter corpora penetratio dimensionum nulla esse possit, corpus hoc intinè omnia alia corpora *Universi*, ut *Natura* ipsis non diffidentibus penetrat, penetrare queat? Huic autem quæstioni alias non paucas superadderem. Quibus non aded facile responderi posset. Si *Natura* ut à recentioribus quibusdam Scholasticis formæ substantiales & *reales qualitates* dicuntur, semi-substantia dicatur, ingenuè fateor admittere me Chymæricum nullum ejusmodi atque incomprehensibile ens, seu potius ejusmodi entia quæ intelligi nequeant; quibus, precor, applica magnam dissertationis partem alio in tractatu factæ, cui ortum præbuerat Chymico-Physicum tentamen circa Salis-petram, contra suppositam & inexplicabilem formarum substantialium Peripateticarum originem. Reliquum itaque est, ut hæc, de qua loquimur, *Natura* si *positivum* quid sit, immaterialis substantia agnoscat. Si autem ad ejusmodi quid confugiant tanquam ad Physicum quodpiam agens, quod non modò determinet, sed Author sit Motuum Corporum, ac præcipuè in familiaribus hisce Phænomenis, ascensu putà aquarum in Anrlis, suspensione earundem in vasculis irrigatoriis pro hortis, fluxuque per Syphones, &c. atque ejus *causalitatem* ut loquantur si explicandam suscipiant, operosi opus laboris hoc comperient: Sed plus non intinam temporis detegendis pluribus hujus Hypothesis incommodis, donec ab iis contra quos ago admittatur, qui, licet, eorum Doctrina ipsi faveat, obscure potius dubièque de *Natura* loqui velle videntur, quam clara ejusdem definitione, eandem objectionibus quibus non facile respondeatur, exponere; qui sat quoque prævident quam difficile

cite ipsis futurum sit ob ipsam Notionis hujusce incertitudinem, vel scientiam rei præ se ferre, vel ignorantiam dissimulare. *Naturam* si *Aristoteles* immaterialem ejusmodi substantiam existimasset, necesse, meo quidem judicio, non fuisset ut particulares Cœlestium Orbium motibus intelligentias præfecisset.

I V. Cum multi è doctissimis Naturistis Christiani sint, nec pauci ex ipsis Theologi, non abs re fuerit, quod aliter abs re fore putarem, addere hoc loco alia adhuc de causa vulgarem notionem aut ideam *Naturæ* mihi displicere, quod Religioni in genere, adeoque & Christianæ imminere ab ea periculum existimem.

Ficticia enim hæc notio Deum variis gratitudinis venerationisque debitis hominibus ob conspicuum hunc Mündum actibus privat, quos ad *imaginarium* hoc ens *Naturam* transfert, cui nullo nomine debentur; dum enim *Natura* supponitur res esse intelligens, quæ sapienter benignèque quicquid in corporibus fit, administrat, mirum non est si plerique Philosophi eorumque exemplo alii eam mirentur laudentque ob mira utiliaque quæ in Mundo observant plurima. Et re ipsa licet *Natura* sensu mox commemorato accepta nusquam quantum memini in sacris Scripturis reperiatur; nihil tamen frequentius occurrit, pluribusque commendatur encomiis in libris Philosophorum, quàm *Natura*, ejusque effectus. Et si advertamus quicquid quidam pro *Aristotele* dixerint, plerisque tamen *Peripateticos*, à quibus vulgaris *Naturæ* notio præcipuè defumitur, Mundum constituisse æternum, omnemque corporum in eo contentorum actiones ad *Naturam* reduxisse: Facile inde intelligemus, si omnino Deum non excludant, exiguas illi in prima Mundi formatione partes eos concedere, atque adeò in ipsa etiam partium ex quibus constat, maximè sublunarium regimine. Quare vero Deo *Deam* nobis quandam substituerunt, quam *Naturam* dicunt. Quam quia intuentur, ceu immediatam actricem, atque excellentium operum directricem, ita eandem laudant, eique gloriam attribuunt, utrum tantus in re tanti momenti error ipsam funditus Religionem subvertere nequeat, non immeritò suspicari quis poterit: Cum fortissima latissimèque parentia argumenta, quæ Philosophis aliisque hominibus, Deum divinamque Providentiam inculcarunt, conspicuus Mundus subministret: in quo tam multa eo consilio benignitatèque fieri animadvertimus, ut eadem non nisi sapientiæ ac bonitati Dei attribui queant: Qui hæc *Natura* tantum ascribunt istius argumenti vim omnino infringunt, ac fortè omnino tollunt agnoscendæ Deitatis necessitatem, dum absque ullo ad eum confugio Mundi regiminis, rerumque inter corporata transactarum rationem reddere se posse ostendunt. Quanquam cum rem ipsam propius inspiciunt, mentemque apertius procedere coguntur, pudet eos fateri Deum & *Naturam* rem esse eandem, actum illius tantum eam supplere vicem fatebuntur, re ipsa tamen mirantur laudantque frequenter *Naturam*, non Deum: Similiter, licet Sol fons sit luminis, Lunaque

nâque suam omnem à Sole deriver lucem , Mare tamen ejûsque ætus ad Lunam , non ad Solem spectare videntur. Ita plerique hominum quamvis *Naturam* inferiorem subordinatâmq; Deo agnoscant, videntur tamen eam propiùs, quàm illum intueri.

Ut paucis quod res est dicam , toties ad *Naturam* confugiunt , tantisque efferunt eam laudibus Physiologi ut nimia illa *Natura* veneratio quosdam Philosophos , scilicet *Epicureos* , ad Deum negandum induxerit : Hinc pariter timendum est , ne ex eodem fonte Dei etiam oblivio oriatur , ac suspicacior fortè quispiam adderet , nisi alia obstarent principia , ut , scio , obstant apud multos , præcipuòsque Christianos *Naturalistas* , futurum ut ficticia *Nature* Idea nimium sæpe succuteret ac fortè etiam ipsa Religionis fundamenta subverteret.

V. Quintum ultimûmq; Argumentum hinc petitur , quòd varia observem Phænomena , quæ *Natura* quam examino notioni non congruunt. Si enim re ipsa intelligens ejusmodi potens vigilânsque ens existeret cujusmodi Philosophi *Naturam* esse volunt , multa non fierent , quæ experientia fieri docet.

Atque hîc semel admonuero , quod revocari in memoriam sequenti in tractatu , ubi occasio sese offeret , velim , quia inanimata corpora vulgò simpliciora sunt , minùsque composita , leviorisque ac minùs complicatæ texturæ , quàm sint Animalia aut Plantæ , visum mihi esse pleraque quæ adhibeo exempla , ex inanimatis potiùs corporibus ducere , quorum faciliores intellectu qualitates sunt ac structura , paucioribûsque explicabiles , quàm è *viventibus Creaturis* , quarum texturæ cum sint organicæ intricatiores multò sunt ac subtiliores.

Quod audester feci , quod *Nature* panegyristæ æqualem Mundo provinciam , aut Imperium potiùs ei tribuunt , cujus proinde sollicitudo & jurisdicctio , tum ad inanimata , tum ad viventia se extendat corpora ; ac proinde conspicua magis quæ proponunt exempla providentiæ ipsius ac potentiæ desumuntur à corporibus vitâ destitutis , ut cum ajunt ascensionem aquarum *Suætoris in antiis* , atque ejusdem in irrigatoriis hortulanorum vasculis sustentationem contingere *Nature* à vacuo horrore , gravia non impedita in terram secundùm lineam normalem labi , quia *Natura* breviori ea via ad centrum terræ dirigit , bullulâsque oriri ex aqua , flammâsque ascendere in aërem quia sic ea corpora *Natura* dirigit ut propriis quæque Elementis rursus sese uniant ; ut alia omittam exempla hujuscemodi quæ postea commemoraturus sum : Hæc interim sufficiant , ut ostendam non immeritò pleraque me exempla à corporibus inanimatis desumere ; quamvis his tantum non immoraturus sim , cum objectiones viventibus à creaturis petita diluendæ erunt.

Prævia admonitio viam , spero , ad quintum argumentum postremò propositum paraverit : Quo affirmo , si quid existeret tale qualis vulgò *Natura* exhibi-

exhibetur, multa aliter in Universo administranda, quam re ipsa, Teste experientia, administrantur; ut particularia enumerem omnia, quibus hoc efficiatur, producenda foret hæc dissertatio longè ultra limites à me eidem quod festinare præscriptos; ut autem paucitatem exemplorum suppleam peculiari quodam exemplorum genere, ea proponam quorum pleraque iis ipsis à rebus desumuntur, quibus sapientia ac vigilantia *Natura* non modica fiducia asseri solent: Quod idcirco facio quòd ejusmodi exemplis viam parerem ad dandas compendio responsiones iis, quæ inferiùs examinaturus sum argumentis.

Cùm itaque curam sollicitudinèque *Natura* ac vigilantiam pro communi Universi bono demonstrare soleant, summa ejus vigilantia in præpediendo, aut replendo quod Mundanae fabricæ noxium foret Vacuo, contrarium omnino à Phænomenis circa Vacuum occurrentibus concludo: Cùm enim affirmetur *Naturam* majoribus in Antliis, aliisque casibus non absimilibus, graviâque pondus elevare, nihil prohibente ejusdem in centrum conatu, ut Vacuo aut obviam eatur, aut idem impleatur, hortulanique è vasculo, aut syphone inverso alterum ad extremum obstructo, neque aquam, neque mercurium quatuordecies ferè graviorem, deorsum lapsurum, ne vacuum post se relinquat, quæro quò fiat, ut si vitrea fistula unico tantùm pede superet triginta quatuor, aut triginta quinque pedes, aut si tubus inversus Mercurio impletus, digiti tantùm latitudine triginta pollices excedat, quæro inquam quò fiat ut aqua in ista, & Mercurius in hoc subsidat, licèt hinc pes, inde pollex tantum spatii deserti ad apicem vitri relinquatur, quod vacuum vocant: An *Natura*, quæ in antliis tot centena aquæ dolia elevare dicitur, atque si Scholasticis credimus, quamlibet ad altitudinem, ne vacuum contingat, nunc ejus non est potentia earumque virium ut tantum aquæ sustineat quantum pes unus vitreo in tubo mensuraret, aut tantum Mercurii quantum pollex unus tenui in fistula metiretur, quo spatium repleretur, ut aut impediretur, aut plenum redderetur, vacuum à quo tantopere abhorreere dicitur. Sanè, si ita se res habeat, aut modicam certè habet *Natura* vim, aut perexiguam propriæ potentia noticiam: Ita pariter cùm vitrea bullula tenuis sufflata est ad lampadis flammam, hermeticèque, dum vehementius incalescit, sigillata, hæc redditur causa cur ita facilè frangatur cùm frigida sit, quòd scilicet cùm Aër interior priùs calore rarefactus jam frigore condenseretur, ne spatium ab Aère contrahente hunc in modum sese desertum, vacuum relinquatur, *Natura* vi vitrum in frustra diffringat. Sed bonà horum eruditorem venià dixerò, si vitrum paulò vehementius solito suffleretur licèt ad flammam lampadis, bullulam ut sæpius expertus sum, integram perseveraturam nihil prohibente fictitio illo *Natura* à vacuo horrore: Ad quod nulla hoc in casu confugii necessitas; ideo enim tenuis vitrea bullula fracta non est cùm calida foret, fracta autem est cùm frigida, quia in priore statu, agitata calore inclusus Aër aded Aëris elaterem roboravit, ut vitrum illius ope, Aëris atmospherici incumbentis ponderi resistere

possit: Desinente autem calore debilis Aëris interni elater fiebat, unde cum non concurreret ut prius cum vitro ad externi Aëris pressuræ resistendum, vitrum ipsum utpote nimis tenue incumbentis Aëris pondus ferre nequit. Columna enim atmosphærica bullulæ innitens ducentas & plures pendit libras, ut planè patet experimento à me nuper facto, quod alio in tractatu reperies.

Cur autem si ad debitam bullulæ spissitudinem sufflata sit, integra perseverat ubi refrixerit, id in causa est, quod spissitudo ejusdem, quamvis non multum debilitatus Aëris interni elater adjuvet, sustinendo incumbentis Aëris ponderi par sit: Licet sæpius observarim pressuram Aëris atmosphærici bullulæ *renitentia* ita casu æqualem fuisse, ut longè minor quàm quis existimare vis exterior, ut pondo unicum aut etiam minus leniter vitro impositum, tantum Aëri exteriori robur conciliaret, ut vitrum cum strepitu in frustula dissiliret. Hic autem loci perpendamus paululum, quàm parum hoc experimentum, cæterisque superius commemorata Phænomena, quæ vitreis in fistulis contingunt, in quibus aqua ac Mercurius subsidunt vulgi de *Natura* opinioni apprehensionique conveniant. Si enim quando impediret ne aqua, aut Mercurius deorsum caderet, nullum ejusmodi produceretur vacuum, quale abhorrere ipsa dicitur, cur ne Mercurius cadat, adeò sollicitè obstat? aut cur triginta, aut triginta ac quatuor pedes aquarum normali in altitudine contra legem gravium sustinet in tubo? aut cur tanto impetu sigillatam tenuiter bullulam in frustra dispescit, qualis erat superior, ut scilicet vacuum impediret, si ea etiam non disrupta vacuum nullum fieret. Porro ni admiserimus ipsius ad impediendum vacuum conatus non fuisse superfluos, adeoque & rationi contrarios, fateri omnino oportebit, ubi conatus hi non succedunt, tale omnino vacuum produci, quale abhorrere ipsa fingitur: Quare ut dicebam, aut imprudens admodum est, utpote quæ vexet sese, transtuljarque ordinarias leges suas ut obviam eat periculo minimè metuendo, aut debilis admodum est, cum nec eam implere vacuitatem queat, quam diuidia aquæ libra aut uncia Mercurii repleret, nec tenuem bullulam vitream disruptere, quam fortè pondo unicum absque ope corporis adeò levis, quàm levis est incumbens Aër distingeret.

Alterum sapientiæ *Natura*, ejusque in Univerſi bonum vigilantia exemplum petitur ab innato corporum gravium ad centrum Terræ descensu, leviumque ad ascensum versùs Cælum, aut ut quidam volunt versùs Elementum ignis orbi Lunari contiguum. At quod ad positivam levitatem attinet donec clariùs proberetur, quàm hæcenus probata est, ejusmodi nihil corporibus sublunariibus innatum aut implantatum admitto cum præpollens quorundam gravitas relativam aliis gravitatem præbere possit: Quemadmodum particula ligni-quercini, aut alterius cujuscunque demissa in aëre sua gravitate ruit, aut potius virtute ejus quæ gravitatem efficit causæ; si autem intra aquam demittatur cujuscunque molis sit, vi magna ascendet ad superficiem.

perficiem aquarum Aëri contiguam, quod nequaquam positivæ, ni fallor, levitati ascribetur. Sed ut hoc prætereamus, ut & quam sapienter *Natura* gravibus ad Centrum Terræ appetitum ingenuerit quod cum punctum tantum sit eorum nullam continere valet.

Ut hæc inquam omittam, quidpiam tantum maxime familiare gravia inter corpora considerandum tibi proponam: Si enim exempli gratia globulum aut pilam in Terram cadere sinas, magnam sat ad altitudinem ipsi lapsus altitudini proportionatam resiliet, aut minorem priusquam quieteat: Si jam quis quærat cur Globus è manibus demissus ad hanc, illamve partem non cadat, aut cur non sursum moveatur, sed rectè versùs centrum Terræ linea illa brevissima, quam Mechanici lineam directionis vocant, quæ Terræ diameter est ad centrum gravitatis pilæ producta, facile quis responderit, id à gravitate pilæ procedere, hoc est ab innato appetitu quo ad centrum Terræ tendit, via brevissima; sed tum quæro, unde hic reïtus, id est, motus sursum? Omnino enim patet id oriri à motu deorsum, crescit enim ac augetur prout motus pilæ deorsum, ipsa majore altitudine lapsus crescebat: Unde *Natura* quidpiam hinc sat mirandum præstare videtur, pilam enim contra gravium corporum *Naturam* ac leges repetitis vicibus sursum peïlit, vi ipsiusmet gravitatis, cujus officium est eandem via rectissima deorsum ferre. Ac saltem quantumvis sapiens fingatur, minus sapienter agere videtur, dum pilam deorsum ea violentia movet, qua sæpius à loco, ad quem collimabat, resiliere cogatur: Quasi pila qua puer colludere poterit, ac pro arbitrio dirigere, à *Natura* regi non possët, nisi majore agatur violentia quam ipsius scopus requirat.

Quod de pila dicebatur, mutatis mutandis, pendulo applicati poterit. Licet enim una omnes voce fateantur qui de eo scripserunt, ad lineam normalem, id vi gravitatis cadere, patet tamen vi ejusdem gravitatis ultra illud perpendiculum ferri, adeoque & ascendere, ac frequentiores diadromos, seu vibrationes conficere, ac ascendere sæpe priusquam in perpendiculari quieteat; quem maxime situm gravitas ejusdem affectat, & in quo prius melius constitutum pendulum fuisset.

Non commemorabo hæc magnas illas Anomalias, quæ majoribus etiam Universi corporibus accidunt, Terræ motus putè, ad centena aliquot miliaria propagatos, diluvia, perniciosas ignium eruptiones, propagatam latius famem, sævientem pestem, Cælestes Cometas, maculas in Sole, quibus ad multos menses obscuratus dicitur, Stellæ subito apparentes ac rursus evanescentes & contra, quarum altitudo Stellarum fixarum altitudini equalis judicabatur: Non inquiram inquam quantum hæc Anomaliæ congruant suppositæ *Natura* sapientiæ ac vigilantie properandum enim mihi est ad promissa exempla ab iis, quæ animalibus accidunt desumpta.

Objeceris fortè hinc, Eleutheri, contra Exempla hinc proposita, quæ contra *Naturam* ejusque operandi modum dixi, iidem à Mundi regimine providentiam ipsam excludi.

At Respondeo, hanc objectionem ad negotium præfens non spectare; agimus de ea notione quam homines *Natura* tribuunt, non de divina Providentia: Quam, si hæc mihi provincia suscipienda foret, propriis argumentis stabilirem; Cujusmodi sunt infinitæ divinæ *Natura* perfectiones, [quibus & res omnes regere tenetur, & regere potest,] Mundi creatio, ac conservatio, exquisita corporum animalium fabrica, [summæ sapientiæ partus,] supernaturalis revelationes sui ipsius, suæque peculiaris circa Creaturas providentiæ, revelationes inquam sui ipsius, per Prophetias, Apparitiones, vera Miracula aliæque multa quæ transcendunt potentiam, aut Physicas saltem leges materiæ, & motus evertunt: His inquam, aliisque idoneis *mediis* divinam Providentiam demonstrarem: Sed cum hanc mihi provinciam imponere jam non debeam, resque hæc majore cum apparatu, nec adeò festinanter peragenda sit, admonebo tantum impræsentiarum, diverso admodum se modo habere Providentiam ac Naturam: Quare objectiones contra hanc propositæ, contra illam minimè valebunt: Atque ut pauca quædam disparitatis exempla tibi proponam; primò, vero simile omnino videtur quòd id divinæ Providentiæ propositum sit, ut *Anomalias*, defectusque præmemoratos impediatur; cum *Natura* officium scopusque eò spectare dicantur, ut Universi ordo conservetur, atque in quovis ejus corpore omnia quàm regulari maxime modo, methodoque fiant. *Natura* deinde Deo conceditur inferior, agensque proinde esse subordinatum tantum: Quare nequit nulla potentia suæ, vigilantiaque aspersa labe, multa permittere, quæ imminuta Dei gloria permitti possunt à Deo, qui non tantum à seipso existit, sed supremus solutusque Dominus est, &, ut ita loquar, totius creationis *propriarius*; qui cum condito Mundo leges motus stabilivit, has materiæ præscripsit non sibi, porò cum nemini quidquam ut superiori, aut benefactori deberet, non tenebatur res corporeas modo ipsis maxime convenienter administrare: Quas inter quæ gratitudinis capaces sunt, laudare eum debent, gratiasque ei persolvere, quòd tantum ipsis imperitus fuerit, quantum re ipsa possident, nec meritò, quòd plus non acceperint, conquiri possunt: Cum itaque nihil cupiam operum suorum debeat, de iisdem summo jure decernere poterit; aliis enim gaudet attributis quæ meritò exerceat, & quibus gloriam suam illustrari velit, aliis inquam à sua inferiores erga creaturas bonitate. Ac sapientia fortè ipsius magis inclaruerit, tum hominibus, tum ipsis fortè etiam *Angelis*, magis inquam inclaruerit, magna operum suorum ac operationum varietate, quàm si perfectissimi omnia generis faceret. Ut umbræ in imaginibus, atque in musica discordia, ex arte intermixtæ, tum pictorem, tum musicam plurimum commendant. Præterea dum quædam legum primò stabilitarum violatio permittitur illato ab ejusmodi anomalis damno ostenditur, quàm bonum se Deus præstiterit dum consultum rerum ordinem stabiliret ac præservaret. Tertio ut maxime absolutum Deus liberumque agens, ita omniscium quoque est: Quare ut supremo suo in omnia opera manuum suarum dominio de iis pro arbitrio ad gloriam suam

suam statuere poterit, ita quòd infinitè sapiens sit, fines sibi fortè proposuerit scoposque, in iis, quæ Mundo accidunt, anomaliis, quos homines penetrare ac discere nequeant; nec minùs fortè suam sapientiam inò ac providentiam exercuerit circa hominem nobilissimum Providentiæ divinæ objectum, dum interdum, ut quando miracula patrat, à legibus ut ajunt *Natura* recedit, non minùs inquam providentiam suam fortè exercuerit, quàm tum, cum easdem primum stabiliret. Cùm *Natura* ex officio suo tantùm collinet ut generalia, ac particularia Universi corpora quàm optimo possit modo convenientèque, quantum fieri potest, eorum Naturis conserveat: Scimus quòd collineat, faciliùsque proinde dum aberrat à scopo officioque animadvertimus. Quartò considerandum nobis venit, ut independens Deus, liberum, sapiensque agens est, ita justum quoque agens esse; quapropter non immeritò dici poterit varias eum in Mundo anomalias efficere, ut de irregularibus hominum moribus vindictam sumat; quia autem *Natura* nutritia tantùm creaturarum mater est, improbòsque etiam homines non in Morali sed in Physico tantùm statu contemplatur, disertis Deus verbis sacris in Codicibus declarat, se Terram Adamo lapso, maledictione sua damnasse, nullàmque esse in civitate malum poena quod non fecerit Dominus. Non seducitur ut homines de errante *Natura* dicere solent, violentis materiæ motionibus, sed regulares interdum Naturæ motus evertit, ut justitia fiat; quare Pestes, Terræmotus, Inundationes, similesque quæ vastitatem Regnis inferunt calamitates, licèt interdum in *Natura* anomalix sint, ob hanc ipsammet tamen rationem à Deo permittuntur ut improbi, & vitia, & ejus vitæ bonis quibus indignos sese reddiderunt, priventur: Dum autem hæc commemoro, meminisse me oportebit id mihi propositum fuisse, ut earum rationum aliquot tibi ob oculos ponerem quibus manifestum fiat ea, quæ docerent Naturam communi conformiter hominum ideæ agere, divinæ attributa Providentiæ nihil eidem non congruum continere.

Si dissertatio superior cupiam ansam dederit inquirendi an *Mundus creaturaque eam constantes tam perfectæ sint quàm esse possint*. Quæstio hæc ob ambiguitatem terminorum intricatior mihi videretur quàm ut simplici responso resolvi possit: quia tamen problema hoc discuti non solet, estque magni ad Naturalem Theologiam momenti, proponam paucis quæ mihi ea de re cogitanti occurrerunt: Ubi priùs confessus fuero ægrè me admodum hoc super argumento quidquam pronuntiare, quòd limites divinæ potentix sapientiæque, si quos habent, mihi ignoti sint.

His præmissis, sensus quæstionis esse potest, utrùm Deus Mundum materiale, corporealque ex quibus constat, creaturas meliores, perfectiorèque facere potuisset, & utrùm peculiaria genera, ordinèque creaturarum in Mundo, majore quàm reipsa habent, perfectione donari potuissent.

Ut quæstioni sensu primùm proposito faciam satis, minimè turum existi-

mo negare Deum & omnipotentem, & omniscium, possessorémque perfectionum, quæ quoad scimus, pluribus modis gradibúque quam nos comprehendere possumus participari queunt, easdem non potuisse exere vel potius adumbrare, creato excellentiori, quam hic sit, Mundo: & si intueamur immentam ejusdem potestatem inexhaustá nque sapientiam non hinc inferemus quia hic Mundus est miri artificii opus, non potuisse eum à divino Architecto meliorem fieri, aut quia præstantius opus conficere potest, hoc propterea systema non esse opus admirandæ artis: Quæstio autem priore sensu accepta tam paucis dilui nequit. Si enim varias visibiliũ creaturarum species generalius intueamur nulla habita aut magni systematis Universi cujus partes sunt, aut magis particulariam Creatoris consiliorum ratione, manifestum puto, varia creaturarum genera potuisse esse perfectiora quam reipsa jam sunt, cum multis careant perfectionibus, quibus aliæ creaturæ donatæ sunt; ut Oitrea, quæ nec audit, nec videt, nec ambulat, nec natat, nec volat, non tam perfecti creatura est, quam Elephas, qui & iis sensibus, quibus Oitrea caret donatus est, & longè vivacioribus, ut potentia locomotiva, &c. Hunc autem perfectionum in creaturis diversi generis inæqualitatem exempla nimis obvia sunt quam ut enumerari debeant; at si quæstio apertè proponatur, inquiraturque non utrùm Deus perfectiores creaturas condere potuerit, quam sint earum natæ quas creavit, manifestum enim est, perfectiores eum facere potuisse cum reipsa fecerit, sed utrùm creaturæ non ea arte peritiâque factæ sint, ut vix perfectiores fieri possent comparatè ad sapientissimum ipsi in iisdem condendis propositum finem; negativam quis partem difficile sustinere poterit.

Hoc hypotheti quadam illustrabo: Siquis officinam Horologii rotatilis fabricatoris optime instructam ingrederetur, simplèxque illic Horologium ad indicandas diei horas tantùm designatum videret, aliud quod horas sonitu patefaceret, aliud ad excubias quibusdam horis factum, quartumque præterea quod indicaret, & mensẽ, & septimanæ diem, ac demum, quintum quod insuper motus Lunæ, ac Planetarum, Ætus maritimos, aliâque ostenderet, quæ quædam affabrè facta Horologia ostendunt. Hoc in casu, aio, spectator judicio pollens, horum horologiorum aliud alio quidem perfectius existimaret, unumquodque tamen suo in genere perfectum concluderet, simplèxque horologium artificis idæ scopoque non minùs esse conforme, quam perfectiora mox commemorata horologia: Item ulterius illustrari poterit si exemplar præstantissimi cujuscumque Scribæ intueamur; licet enim quædam illic folia aliis characteribus, aliâque aliis contcripta offendamus, quamvis exemplaria inter se comparata perfectione, & pulchritudine inter se fortè discrepent, si tamen æqualem eorum conformitatem comparatè ad ideam, scopumque Authoris consideremus, qui hæc folia non tam pulchrè pingere, quam potuisset, voluit, sed quàm maximè conformiter veris eorum characterum quos

quos exhibere volebat ideis, scopoque ipsi proposito ut ostenderet variam multiplicemque artem suam, variis perfectisque in suo genere exemplaribus, facile credemus hos ab eo characteres fieri non potuisse perfectiores, si enim *Curtos* characteres *Italicis* pulchritudine & amplitudine æquasset, eos non meliores in suo genere, sed peiores fecisset, atque ita peritiæ ostentatione iudicii errorem prædidisset.

Ut tamen summi hanc rem momenti ulterius illustrem ac pauca quædam præcipue, paucis tantum superius indicata, priusquam peculiaribus, quibus *Natura* notionem impugnet, argumenta proponam, præmittendum quidpiam majoris cautionis gratia existimavi, ut suum Providentiæ, licet satis nequeat, jus conservetur, illibatum, atque ut nullus adversus illam iis aburatur, quæ vi argumenti compulsus dicam, aut dixi, circa fictitium id quod vulgò homines *Naturam* dicunt, aut in hac, aut in sexta Sectione aliave quacumque præsentis *Inquisitionis* parte.

Divinus itaque, quantum conjicio, rerum Author, in condendo Mundo, peculiaribusque eum componentibus creaturis, varios sibi fines proposuit, quorum quidam innoscere nobis poterant, alii verò minimè quia in abyssu divinæ sapientiæ, ac divinorum consiliorum quasi delitescabant: Eorum autem finium, qui vel nobis manifesti sunt, præcipui hi sunt manifestatio divinæ gloriæ, utilitas hominis, conservatio systematis Mundani, qua particularium creaturarum conservationem, ac propagationem quarundam ex iis comprehendo.

Sed generalis hic Dei scopus in commune hominis aliarumque creaturarum bonum absque triplici limitatione non est intelligendus.

Primo enim licet homines, aliæque animalia facultatibus, ac potentiis, aliisque ad sui conservationem necessariis instructa sint: Hæc tamen necessaria, Deo ita statuerente, conceduntur tantum *regulariter*, aut secundum quod plerumque accidit entibus ejusdem speciei, aut generis; non autem conceduntur habita eorum ratione quæ irregulariter, aut contingenter, atque comparatè ad alia infrequenter evenire queunt: Ita generatim loquendo majus humani generis bonum foret, si mulieres quæ jam partus ediderunt, ubera lacte turgentia haberent, quo recens pulso nutrireitur, licet interdum si infans in partu moriatur, aut statim à partu, aliisque quibusdam in casibus, nimia lactis copia molestà admodum, ac periculosa interdum iisdem sit. Ita capillitium utile plerumque est sive vir illud, sive mulier à *Natura* receperit, licet quibusdam in casibus, puta Phthisi, paucisque aliis circumstantiis gestanti noxium sit interdum: Quare præcidendum illud fortunatè admodum interdum Medici curant. Ita pariter instinctus is quo Gallinæ excludunt ova, curamque pullorum habent, est in genere perquam utilis, atque etiã fortè necessarius ad conservandas ejus speciei Aves; fallitur tamen interdum, aut fallit potius, dum eo impellente substituta à verulis domesticis anatis ova fovent sollicitè, ac assidue, unde sic anates excludant, non pullos, earumque non horum curam habeat. Ita quoque.

quoque homini plerumque utile est quòd stomachus ipsius ea rejiciat quæ foetidi odoris sunt, aut saporis; quibusdam tamen in casibus ut morbis nonnullis, valetudini maximè noxium est, utpote non leve ejusdem recuperandæ impedimentum si quis provocantia licèt vomitum, nausèamque facientia, atque ingrata remèdia rejecerit. Ita, ut paucis absolvam, passiones mentis quales sunt timor, gaudium, dolor homini ob utilitatem conceduntur, quæ si rectè iis utatur utiles maximè sunt, imò omnino fortè necessariae, quamvis dum inordinatiores sunt, aut iis homines, ut frequenter nimium sit, abutuntur, magnorum sæpe malorum causa sunt, quæ non is tantùm qui passionibus se suis abduci sinit, sed & alii pariter patiantur.

Secunda limitatio naturaliter cum priore connexa ita se habet: omniscius rerum Author qui simul ac semel infinito suo intellectu integrum operum suorum, omniumque ejus partium systema comprehendit, non tantùm peculiare harum aut illarum creaturarum bonum præcipuè intendit, sed præcipua ipsi cura fuit, Universale systema, seu primitivum operum suorum schema, ac Catholicæ præfèctiònis motus, aliarumque legum regulæ, quas primum portiones inter Mundanæ materiæ stabilivit. Cùm igitur is circumstantiarum concursus contingit; ut particularia corpora plura, aut pauciora pati oporteat, vel certè mutari consuetum rerum cursum, aut generalem quandam motus regulam hoc in casu suspendi: Peculiare inquam ipsius homines, ac multò magis inferiorum animalium, aliarumque particularium creaturarum bonum cedere debet generali rerum majoris momenti bono, quarum præcipuam Providentia rationem, curamque habet.

Hunc ferè in modum, ut alibi observavi, lineas motus à Sole & à Luna observati Deus stabilivit, licèt præviderit futuras inde identidem necessariò Luminarium Eclipses, quas permittere voluit potiùs quàm mutare cursum rerum, quem varias ob causas convenientiorem judicabat. Ita inflata vesica in Terram cadens relisit, atque ita contra gravium Naturam movetur à centro Terræ, ne Catholicæ motus Leges, quibus vis plastica, corporumque reflectiò similibus in circumstantiis stabiliantur, violarentur.

Ita expedire non judicavit ut oves unguibus longioribus, dentibus, celeritate, agilitate, magnanimitate, astutiæque quibus se contra Vulpes Luposque defenderent, donarentur. Cicures autem, timidæque Volucres cujusmodi Gallinæ sunt, tam imparatae sunt ab armis quibus se tueantur, ut in nutrimentum milvorum, aliarumque rapacium Volucrum destinatae videantur. Ita Ostræ, cùm nec oculos habeant, nec aures, non adèd munitæ sunt quàm Butores animantium, aviumque præterque aut plerique Piscium. Atque etiam Bombices, ut alios Convolvulos præteream, his factem in regionibus vix ultra semiannum vitam producant, quòd non tam instructæ sint necessariis ad vitam diuturnam, quàm pleræque Aves, Animalia, ac Pisces.

Præcedentes limitaciones præmittendas certui tum quia usui mihi futurae sunt deinceps, tum quia continent quiddam quod addi poterit iis quæ nuper de

de divina Providentiâ, prout à *Naturalista* consideratur, dicebantur: Hisce enim limitationibus facilè judicamus non esse statim negandam, aut centurâ afficiendam Providentiâ Divinam, quoties videmus minùs instructas creaturas quasdam armis quibus se defendant, aut quibusdam casibus minùs, quàm potuisset, prospectum, aut apparentes quasdam anomalias, quas ut multorum malorum fontes intuemur: Cùm enim hominis bonum, aut hujus aut illius creaturæ, nec sit solus, nec verosimiliter præcipuus, quem sibi Deus in Mundi creatione, proposuit, finis: Nec admirationem, nec reprehensionem meretur quòd saluti bonoque particularium quorundam entium non ulterius consuluerit quàm illud congruat aliorum entium commodis, altioribusque quos ipse sibi præscripserit finibus, ac conservatiõni generalium legum, ac consuetudinum ab ipso res inter corporeas constitutarum. Ita ut diversæ apparentes anomalix atque incongruitates, unde quidam rerum administrationem in dubium vocant, Providentiæque activitatem negant, non tantùm Providentiæ optimè quadrent, sed perficiendis ejusdem consiliis inserviant.

Eò distinctiùs meam hinc hac super re mentem exposui quòd geminarum, quibus ad arduum hoc opus impulsus sum, rationum, ut altera erat congenitus mihi amor veritatis, Philosophicæque libertatis; ita altera foret quidem in Religionem zelus. Cùm enim verò ab simile non existimarem futurum ut curiosus hoc adeò sæculo alius quispiam de *Natura* non dissimilia cogitaret qui interim utpote minùs fortè divinam erga Providentiâ bene affectus, hisce notionibus abuteretur, aut alienum in sensum detorqueret, satius fore putavi si proponerentur ab eo qui easdem iis conditionibus præmuniret quæ Religionem ab omni illibatam injuria facerent.

Hisce, ut præjudiciis obviam eatur, præmissis, ad particularia jam quædam turè mihi progredi licebit; horum porò pauca tantùm commemorabo, quibus alia addere poteris quæ in aliis hujusce tractatuli partibus occurrunt.

Primò itaque observatum velim non paucos vel pilo fuissè suffocatos, quem nec tuffiundo expellere, nec deglutire poterant; casus hic sanè funestus probabiliter ascribitur irritationi pili in gutture præter morem morantis. Quæ convulsivos, ut expellatur pilus, in organis respirandi motus ciet, quibus fit ut circulatio sanguinis continua ad vitam hominis necessaria impediatur: Cujus circulationis interruptionem mors repentina consequitur: Sed vulgari hoc hypothesi minimè congruit, quæ sollicitum quoddam entis genus, cujusmodi Naturam esse volunt, conservandæ animalium vitæ, auxiliòque iisdem magnis in periculis, angustisque ferendo prout res exegerit præficit. Cùm enim pilus tenuè adeò corpus sit ut liberum potui cibòque in stomachum aditum prohibere nequeat, nec Aëris expirationem, aut inspirationem impedire, ut colligi licet è variis excrecentiis gutturis minimè mortiferis, ac ulceribus, nunquid sapientiùs Natura sese gereret, si pilum relinqueret, donec corporis succi eum resolu-

verint, aut consumpserint, aut faustus quidam eum sustulerit casus, nunquid inquam sapientius ageret quam re ipsa agit, dum furibundum quasi in modum eum aggreditur, cæcòque aded impetu, ut non pilum è gutture, sed vitam è corpore abigat.

Qui futurum sit ut curæ sapientiæque Naturæ tam inordinatus operandi modus congruat, Naturæ cultoribus examinandum relinquo: divinæ autem Providentiæ casus hic facillè congruerit si superiora præmonita respiciamus. Quia enim ob usum, necessitatèmq; deglutitionis, variisq; in casibus tussendi, ac vomendi, in genere maxime expediebat, ut inservientes his motibus partes subito rerum insolitarum sensu afficerentur; licet cæteroquin nec periculosa forent, nec damnum allatura. Quia ut superius observavimus conveniebat ut Dei providentiæ dum animalium bono prospiceret, ejus potius quod plerumque, quam quod raro contingit rationem haberet. Licet plerisque mulierum fœtor fumantis ellychnii molestus sit, ut & viris pariter plerisque, sæpe tamen observatum est mulieres prægnantes abortum passas esse extinctæ candelæ odore, qui quidem prius ingratus fuisset, sed tanto tamen periculo easdem mulieres non exposuisset: Quare *Natura* nequaquam tam prudens sollicitaque est, quam homines sibi fingunt, quando quidem odore qui absque vi ulla, suaviterque receptus, nullum prægnanti damnum mulieri intulisset, aded disturbatur, ut cum prægnantis bono, cujus conditio non mediocrem curam requirit, invigilare deberet, summa violentia periculum procreet, quod & matri & infanti sæpe funestum sit.

Quàm incongruo sæpe noxiòque modo *Natura* homines sive hoc sive illo morbo ægrotantes tractet, inferius exponetur commodius: Monebo proinde tantùm impræsentiarum *Naturam* vel languescere admodum in productione monstrorum, quæ non minus numerosa sunt quam deformia, vel cæcutire: Ac de quibus integra conscripta sunt, ac majora adhuc conscribi potuerant, volumina: Quæ tam conspicuæ aberrationes, seu errores congruant uniformitati exquisitæque *Natura* in spermaticis productionibus peritiæ videntur *Naturistis*. Scio quidem culpam à quibusdam in materiæ rigiditatem seu pertinaciam rejici, quæ plasticæ Naturæ vstrati parere nolit; Sed non facillè rationem ejusmodi ab hujus hypothesis ac principiorum defensoribus admiserò; mirari enim sat nequeo, quòd, si qui *Naturam* Semi-deitatem esse velint, admittant eam mollem illam ex qua primùm embryo formatur materiæ portionem, non posse figurare, ac debita figura donare cum iidem velint eam *suctoris in antliis* elevare posse ac sustinere si opus sit integra aquarum dolia ad vacuum præpediendum, inque cuniculis evehere in aëra, domos, muros, castella, rupesque etiam fortè ipsas quibus inædificantur, ut incenso pulveri nitrato eam, quam novus status exigit, expansionem tribuat.

Alia argumenta quæ leviter immutata facillèque applicata addi possunt argumentis hæcenus contra vulgatam *Natura* notionem propositis

in variis hujusce tractatus partibus occurrent, ac maxime in Sectione septima; quare hanc dissertationis meae partem eorum propositione hic non protraham.

S E C T I O VI.

CUm in priore Sectione quaedam proposuerim quibus factum est ut recepta *Natura* notio minus mihi probaretur, jam merito quis eorum à me examen expectarit, quæ in ejusdem defensionem à peritioribus illius assensibus in medium adduci poterunt. Neque enim inficias jero objectiones meam contra opinionem proponendas magni esse momenti, vel eo maxime nomine quod ægrè admodum videri velim plerisque doctorum æquè atque indoctorum hanc ignorantiae notam, aut erroris potius inurere quasi tanti momenti *Notionem* tam levibus fundamentis superastruxerint.

His porrò maxime de causis contigisse putem cur Philosophi receptæ vulgò *Natura* notioni adhæserint.

Primum itaque maximeque obvium argumentum ex eo duci poterit, quòd generatim credatur, aut, ut homines supponunt observatur variis corporibus, putà, Aquæ, Terræ, aliisque Elementis proprium assignatum esse & *Naturalem* in Universo locum; è quo si hoc Elementum prædominatur quòd amoveatur, vehementi perpetuòque appetitu ad eundem reverti nititur; quia, eum illic est, gravitare, aut, ut Scholastici quidam loquuntur, levitare desinit; jamque in loco est quem *Natura* ipsius ad conservationem destinavit, locus enim conservat locatum.

Cui argumento ut respondeam, facile admitto cum tantus sit numerus vastorum in Mundo corporum, necesse fuisse ut sortirentur loca moli suæ adæquata; neque enim ea sapientissimus Universi Architectus sinui indiscriminatim permiscenda putavit, sed magnam eorum portionem sub rerum initia, disponi voluit ac residere in distinctis ac convenientibus locis. Quamvis autem hoc admittam nihil video causæ cur concedere debeam quod in argumento superius proposito assertum est. Sensu enim omni, percipiendique facultate quæ entium intelligentium prærogativa est, inanimata corpora cum careant, perinde ipsis fuerit quocumque in loco sint, cum unum locum alteri præferre nequeant, quòd cognitione destituta sint: eandem ob causam Elementi portio vi aut casu à proprio loco separata, nullum ad eundem realem appetitum habere potest. Quis enim ei dixit indebito ipsum esse loco, meliusque eidem futurum si ad alium transferatur, quis insuper ipsi indicat ubi locus ille existat, an ad dextram an ad sinistram, an sursum, an deorsum? Equidem non ignoro observatam esse à quibusdam Philosophis hujus argumenti,

quo tamen nullum melius proponi solet, inefficaciam, huius inquam argumenti à propositis mox terrestrium corporum exemplis ducti, quæ è domus fastigio demissa, aut in aërem projecta, rectà versùs terræ centrum decidunt; hoc itaque argumentum quibuscunque potuère modis roborare conati sunt, negarunt enim contra priorum Philosophorum mentem inefficaciam his corporibus appetitum quo ferantur ad centrum terræ, sed tantùm quo ferantur ad massam connaturalium sibi corporum. His itaque Philosophis non ascribam temerariam aut minùs examinatam priorum Philosophorum sententiam, juxta quos omnibus *Natura* gravibus ad centrum terræ occupandum indidit appetitum, quod, utpote punctum, eorum nullum quantumvis parvum continere valet; quæ tamen recentiorum Hypothesis aliis magni momenti objectionibus obnoxia est.

Argumentum enim mox propositum contra hos etiam Philosophos valet, cum nemo intellexerit quò corpus inanimatum sui homogeneis cum corporibus conjunctionem appetere queat, quorum tum situm, tum distantiam ignorat.

Deinde nequaquam manifestum est omnibus corporibus ejuscemodi inefficaciam appetitum majoribus se connaturalium corporum massis jungendi; si enim laminam argenteam, aut auream limâ deteras, suæ, limaturæ, massæ non adhærebunt, quamvis ea proxima sit, aut eas tangat, quæ quidem nequaquam ad eam exsiliunt, si distita lamina ab iisdem fuerit. Idem meritò dixerimus de solidis omnibus corporibus, si magnetem ferrumque exceperis, corporaque quæ ex alterutro aliquid habent.

Cum jam de innato conjunctionis inter corpora appetitu loquor, meminì quò commodiore loco mihi excidit, vel ipsis bullulis hoc argumentum cui respondebam distillari posse, si enim à fundo vasis bullulæ ad partem ejus superiorem assurgant, ipsam, qua aër per aquam moveretur velocitatem oriri volunt ab ejusdem appetitu locum illum præternaturalem deserendi, rursusque sese adjungendi Elemento, aut majori massæ aëris ad ipsam superficiem aquæ tenuissimo liquoris hujus tegumento derenti, cum quo bullulam constituit: Quæro jam quò fiat ut appetitus hic aëris, (qui, cum esset in fundo aquæ, inque transitu suo sursum, eum coegit ad ascensum tanta vi, impetūque, ut viam sibi per incumbentem aquam fortè admodum altam patefacere potuerit) cum aër jam ad ipsam aquæ superficiem pervenit, tam tenuem aquæ membranulam percurrere nequeat, tam tenuem inquam aquæ membranulam, quàm ea esse solet ex qua bulla, quæ aërem impedire potest ne desiderato cum magno externi aëris massa connubio coeat: Cum præsertim afferant adversarii motum *Naturalem* eò velociorem fieri quò propius accedit ad finem, aut locum quieris, crescente scilicet corporum appetitu pro propiore eorundem accessu ad bonum illud, ad quò aspirant. Quæ de causa cadentia corpora, purà lapides, &c. dicuntur, licet falsò, velociùs moveri quò propius accedunt ad terram.

At si rejecto ficticio aëris appetitu bullularum ascensum gravitati & pressioni aquæ sursum tribuerimus, facile est explicare Hydrostaticè cur bullulæ sæpe moveantur tardius cum accedunt ad aquæ superficiem & cur illic detineantur. Quod postremum Phænomenon inde oritur, quod, cum aquæ pressio sit illic admodum levis, efficere nequeat ut aër tenacitatem superficialis partis aquæ exsuperet: Quare in optimo vini spiritu cujus viscositas, seu tenacitas longè minor est tenacitate aquæ, non diu perseverant bullulæ, sed statim disruptæ evanescent.

Atque ficticius hic appetitus minoris portionis aëris ut magnæ ejusdem massæ uniatum quò minus verò similis fiat addo à me sæpius observatum, aquam in eo statu, qui vulgò dicitur *Naturalis* ipsius status continere plerumque magnam aëriarum particularum copiam immixtaram externo aëri aquæ incumbenti, ut manifestum fit, si phialam aquâ plenam in *recipiente* novæ nostræ machinæ Pneumaticæ statueris. Cum enim pressio externi aëris antlia sublata sit, plurimæ identidem enascentur in aqua bullulæ, ab aëreis particulis hoc in liquore latentibus factæ.

Patet Terrestris materiæ massas per aërem dilabi ad terram, propellente agente quodam Universali, quodcumque demum illud sit quod juxta sapientissimam auctoris Universi dispositionem gravium Motum versùs Centrum Terræ determinat per vias brevissimas, sive corpus deorsum motum, sit ejusdem, aut diversæ omnino *Natura* à majore materiæ massa, ad quam aggregatum quiescit; si à latere navis ligni Schidiam è manu demittas cum brachium ita extensum est ut perpendicularis aut brevissima linea illud inter & aquam quàm minimo à navigio distet intervallo, lapsura est in mare Schidia, quod fluidum omnino corpus est, alteriùsque planè ab ipsa *Natura*: Et ne vel latum quidem unguem à linea directionis, ut loquuntur Mechanici, deviabit ut ingenti, ex qua navis quantumvis magna naoli, sese conjungat. Aliunde si quis in litore positus prope mare aquam è vitro effundat in objectam pedibus arenam, hæc ab arena absorberi se sinet dispergique per eandem, nulla omnino facta digressionem ut Oceano corpori connaturali tam ingentis massæ sese uniat.

Quod autem ad id attinet, quod generatim creditur, parique aliqua argumenti, quod diluo reputatur, *aquam scilicet non ponderare in aqua*, utpote loco ipsius proprio; *Elementa enim in proprio loco non gravitant*. Hujus rei veritatem omnino nego, cum ingeniosis non paucis evidenti experimento demonstratim, aquam re ipsa non minùs in aqua, quàm extra aquam gravitate, licet, fateor, non *prægraverit*, quia æquali pondere collateralis aquæ, qua à descensu prohibetur, æquilibratur.

Denique quod ad hoc axioma spectat, *locus conservat locatum*, ut exempli gratiâ cum infelix nauta à maximo malo decidit in aquam, an mare, quò tam præcipitanter properat, eum servat, an destruit? ita pariter cum in fuliginoso camino massa fuliginis in focum prolapsa statim flamma concepta ibi-

dem conflagrat , quis existimet à sapiente *Natura* inditum esse fuliginem appetitum quo festinet ad ignem tanquam ad majorem connaturalis sibi corporis massam , aut ad locum ejusdem conservationi à *Natura* destinatum.

Atque ulterius expertus sum , neque dubito quin alii etiam idem experti sint , inclusa diligenter in convenientis figuræ vitro aqua hunc in modum aëre liberata , relictoque ad orificium vasculi superius aëris modico quod postea sepositum est in loco quieto , corpuscula aëris illius incumbens insinuasit se in aquam , in eaque remansisse ; tantillus inest aëri generatim loquendo appetitus fugiendi cum aqua commercii , ex eoque liquore evadendi , licet cum sensibiles ejusdem portiones sub aqua sunt , magna gravitatis inæqualitas in causa sit cur aqua aërem sursum premat. Quamvis autem facile foret mechanicè describere phænomena aëris aquæ immixti ; quia tamen paucis explicari nequeunt , ea hic exponenda non suscipiam , cum vel iis ipsis adversariorum suppositio improbabilis reddi possit.

Aliud argumentum pro recepta de *Natura* opinione duci poterit à valido appetitu recuperandi statum naturalem corporibus indito , cum quovis modo ab eo deturbantur , cogunturque proinde eum in statum qui præternaturalis dicitur : ita enim observamus aërem vi in vesica inflata compressum ad pristinas reverti dimensiones , gladiique laminam sui in pavementum impactione incurvatam , vi tam desinente , iuncta sibi virtute priori sese rectitudini restituere , aquamque igne calefactam , cum inde amoveretur , pristinam velociter restituere frigiditatem.

Quamvis autem hoc argumentum priore longè validius putem , quia veris naturæ phænomenis inniti videtur qualia sunt quæ mox recitavi , eo tamen nihil effici posse existimo. Cui itaque ut respondeam.

Animadvertendum exemplis mox propositis manifestum fieri vim hujus argumenti in corporum inanimatorum affectionibus juxta adversarios sitam esse. Cum jam inanimata materiæ portio , ut omnes fatentur , cognitione sensuque privata sit , nihil subesse causæ video cur ei curæ fore existinemus , quod in uno potius quam in alio statu sit , cum nesciat quid actu sit , nec meminerit ejus status è quo deturbata fuit , ac proinde appetitu omni careat deserendi priorem statum , ut redeat ad posteriorem. Cum autem unumquodque corpus inanimatum (ut nihil jam dicam de Plantis , Brutiisque animalibus , quia non vacat jam fufius de his differere .) seipso indifferens sit ad quemvis locum , & statum , in eo statu , aut loco perseverat ad quem actione , aut resistentia alterius , maxime corporum contiguorum , reipsa determinatur.

Quod ad exemplum ab aqua suppeditatum attinet , animadverti oportet , priusquam asseratur aquam calefactam seipsa Naturalem ad frigiditatem redire , expedire ut assertores determinent , definiantque quis gradus , aut mensura frigiditatis huic liquori Naturalis sit ; quod ut opinor , ardui opus laboris

laboris fuerit. Fateor equidem aquam, si nobiscum comparatio fiat, esse plerumque frigidam quia minutæ illius partes non tanta velocitate agitantur, quanta partes sanguinis succorumque in manibus nostris, aut in organis tactus obviatorum. Quod autem aqua frigida sit, instituta cum Ranis Piscibusque in ea viventibus comparatione, nemo hæcenus quod sciam probavit, neque facile probare quis poterit: Arduique magis adhuc opus laboris puro definire, quis frigiditatis gradus aquæ Naturalis sit, cum liquor hic suam perpetuè quoad frigus & calorem variet temperiem, juxta scilicet temperamentum contiguorum atque adjacentium corporum maxime Aëris ambientis. Quocirca aquæ Piscinæ, exempli gratiâ, inumbratæ, licet in proprio & Naturali, ut loquuntur, loco quiescant, Autumno tamen si serenum sudumque Cælum sit, temperies eodem die non parum immutabitur, liquorque sub meridiem calidior erit, quàm summo mane, aut sub mediam noctem; licet oriatur hæc diversitas ab agente. Mediæque Hyeme in confesso apud omnes est frigidior em esse aquam sævientis Æstatis æstu: Quæ quidem illius ratio videtur quod tanquam mirum quid nautæ observant in fluviis Cymbas æqualiter oneratas non ad tantam per Hyemem altitudinem, atque per Æstatem sub aquam deprimentas; Condensata scilicet frigore aqua levior in specie fit quàm æstivo tempore, quo, calore ambientis tenuior evadit: Variis in *Africa* partibus temperamentum hoc Naturale existimatur aquæ, quia hoc ibi temperamento plerumque gaudet: Quod longè calidius est, quàm quod eidem liquori frigida in Zona Naturale existimatur. Hoc autem loco memini, quod aliàs fortè alium in scopum commemoravi, didicisse me ab Imperatoris *Russia* primario Medico in quibusdam *Siberia* plagis, qua nulla fortè eo in Imperio septentrioni vicinior Provincia, aquam tantum superare frigiditatem aquæ non tantum in Zona torrida, sed etiam hinc in *Anglia*, ut ad tertium sub Telluris superficie pedem toto anno etiam æstate in glaciem concreta perseveret. Tam intensus est gradus caloris qui aquæ illic connaturalis videtur; mirabile hoc Phænomenon omnino confirmat quod superius insinuaui de potentia contiguorum corporum, maxime Aëris, qua variari poterit gradus frigiditatis in aqua; Aërem peculiariter commemoro, quantum enim experiri potui majore pollet vi ad aquam propriam ad temperamentum reducendam, quàm vulgè credatur. Quamvis enim cum per æstivum tempus manum quis in aquam diu Soli expositam immisit, frigidam eam plerumque percepturus sit, indeque illaturus Aëre ambiente multò frigidior em: Id tamen alio sæpe ex capite oriri poterit, quod aqua scilicet cum sit centies densior Aëre; constetque ex particulis aprioribus quæ sese in poros cutis insinuant, major pars agitationis sanguinis & spirituum in manu contentorum communicatur aquæ, quam proinde fluida hæc amittunt. Minutæ insuper aquæ particule, quæ fortè agiliores sunt ac flexibiliores, insinuant sese in poros cutis, quos aëreæ particule ob rigiditatem, ac fortè etiam longitudinem penetrare nequeant, internas manus partes paulò magis afficiunt,

ciunt, quæ quia cuticula calidiores sunt, magnum frigiditatis ab aqueis particulis sensum imprimunt. Ut cum aqua sudaris immergitur aquæ tepidæ; frigidus judicabitur ab eo liquor, qui, si altera manus sit valde frigida, eadem, aquam eandem percipiet calidam: Cui conjecturæ ut firmamentum accedat addam hinc loci, cum consulto aliquando Thermometrum sigillatum accepissem cujus intus liquor ad ambientis temperiem reductus erat, Globumque ejus immerissem aquæ aëre in eodem servatæ, non eam in aqua quam quis expectaret, percipiendam esse frigiditatem; quod prior ratio sensibilis à manu percepti frigoris hinc evanescat. Adjiciam insuper cum experimenti gratiâ aquam valde frige fecissem dissolutio in eadem per ætatem Sale-armoniaco, aliquanto post ad solitum eam caliditatis gradum redituram. Cum autem idem per hyemem experimentum fecissem, ad solitam ea tempestate frigiditatem redibat: Quapropter non restituebatur determinato Guipiam frigiditatis gradui, quasi ipsi Naturali, sed minori ei aut majori frigiditati, quam casu obtinuerat ab ambiente aëre, priusquam Sale-armoniaco refrigeraretur.

Quod ad motum restitutionis spectat observatum quoties amovetur, aut desinit vis in aëre vi compresso, inque lamina Gladii vi incurvati, fateor difficile admodum esse mechanicè rem explicare. Longè tamen probabilius existimo hujusce rei causam esse mechanicam, quàm eam à nescio qua Naturæ vigilantia ortum ducere. Primò enim dubito num ullus sit hic aër in alio statu, quàm præter-Naturali, aut violento. Cum inferiores aëris nostri atmosphærici partes constanter premantur pondere superiorum partium ejusdem aëris iisdem incumbentium.

Quod ad restitutionem incurvatæ gladii laminæ spectat, aliæque ejusmodi corpora elastica cum vis incurvatric amota est, mea de elateris Theoria cogitata ad alium tractatum spectant. Hic itaque loci adhibito tantùm quasi ad hominem argumento subjungam, ut argumento respondeam, si exempli gratiâ laminam argenteam aliquatenus longam & arcuatam accipias, malleo nunquam percussam, aut compressam, aut quod certius adhuc est in igne candentem, paulatimque refrigeratam, eam quòcunque libuerit flecti posse, quæ tamen curvam figuram postremò datam perpetuò retentura sit. Si autem eam hanc rursus laminam rectam feceris, malleo eam aliquoties percusseris hac mera mechanica mutatione corpus elasticum fiet, adeò ut, si manu à rectitudine nonnihil detorqueas, ut primum manum resumpseris pristinam conabitur resumere rectitudinem: Idem observare licet in cupro, sed non in plumbo. Juxta hæc itaque Phænomena quæro, cur, si Natura tanta sollicitudine corpora pristino statui restituat, non restituat suæ laminam argenteam rectitudini; cum lamina ab ea detorqueatur; cur item si lamina argentea rursus igniatur, ac sponte refrigeretur, priorem ejusdem curvam Naturam deserat, patiaturque eam perseverare in quocunque fuerit situ. Ut omittam cur majore quasi affectu
 Natura

Natura se gerat erga argentum, cuprum & ferrum, quàm erga plumbum aurumque ipsum comparatè ad motum restitutionis: Addam jam dictis etiam in Gladiorum laminis sæpius fuillè observatum, licèt statim atque incurvatæ sunt, vis incurvatix amota sit, eas celeriter ad pristinam rectitudinem redituras, si tamen hæc, (quæ non sola elastica corpora sunt de quibus hoc observatum est) diu servantur incurvæ facultate pristinæ rectitudinis recuperandæ privabuntur, curvòque hoc in situ perseverabunt, licèt vis incurvatix defuerit: Quare *Natura* facilè oblivisci videtur ejus, quæ ei tribuitur, curæ.

Axioma quoddam est apud doctos receptum, scilicet, *nullum violentum durable*, quod Naturistarum Doctrinæ multùm favere videtur, cùm nitatur hac suppositione quòd omne violentum quò tale contrarium sit *Natura*, diùque proinde durare nequeat.

Trita autem hæc sententia à Scholasticis, recentioribusque etiam nonnullis Philosophis motui locali aded peculiariter applicatur, ut eorum nonnullis nota characteristica sit & probabiliter quidem, qua motus *Naturalis* à motibus non *Naturalibus* distinguantur, quòd scilicet priores perperui sint, aut saltem valde diuturni, cùm posteriores ob majorem *Natura* renitentiam continuè deficient, citòque suppressi desinant: Sed hïc loci hæc à me annotari non abs re fuerit.

1. Meritò dubitari potest ob rationes in alia hujus tentaminis parte expositas, utrùm ullus sit inanimata inter corpora motus, qui violentus dici debeat, quatenus motus violentus opponitur *Naturali*, cùm inter ea, omnis motus, quoties intelligentia nulla, aut nullus intelligens spiritus intervenit fiat secundùm Catholicas, aut ferè, vel etiam magis quàm Mechanicas leges.

2. Peripatetici, qui libentiùs hoc utantur axiomate, ab eo potiùs averfi esse deberent, cùm eorum Doctrinæ tantopere repugnet; nam juxta illos vastissimum firmamenti corpus, omnèsque orbes Planetarii à primo mobili stupenda velocitate rapiuntur ab ortu in occasum spatio 24. horarum *Naturalem* contra inclinationem, violentiùsque hic motus maximæ partis Universi tandiu duravit quamdiu Mundus ipse, hoc est conformiter *Aristoteli* per sæcula innumera.

3. Animadverti quoque oportebit æstum maricimum qui vulgò creditur oriri à motu Lunæ, aut Globi terrestri aliàve quapiam externa causâ per aliquot jam annorum millia durasse, & duraturum probabiliter quamdiu præsens nostri vorticis systema permanebit. Perpendendum pariter magnum alterum Oceanum, Atmosphæram, infinitis corpusculorum myriadibus constare, quæ violento in statu perpetuo hïc servantur; cùm elastica corpora sint, quorum inferiora superiorum pondere semper comprimantur. Utque ex corpore fiat Elater necesse est illud vi incurvari, aut extendi, eoque ad dilatationem niti conatu, ut illico se dilataturum sit, si externa vis quæ obstat,

H amota

amota fuerit ; quod autem ad statum corporum inanimatorum spectat non video qui probari possit ea *Naturalia* esse, aut non *Naturalia*, ex eo quod sint minus, vel magis durabilia. Ut enim non dicam arescere paucis mensibus frondes, floresque ipsos paucos intra dies decidere, licet corpora sint non minus *Naturalia*, quam solidæ durabilisque quæ eisdem pariunt, arbores ; patet sive statum congelationis, sive fluiditatis aquæ *Naturalem* fingamus violentumque statum dixerimus alterum, transmigrationem ejusdem ab altero illorum statuum in alterum, atque ad priorem ejus statum sæpe quibusdam temporibus, & locis velocissimè contingere fortè intra horam, à causis quæ dicuntur, *Naturales*. Nebulæ, grando, turbines, fulgura, cadentes Stellæ, ut alia omittam, quamvis *Naturalia* sint corpora, parum sunt diuturna vitro maximè comparata, in quo arena & sal summa ignis vi conjunguntur. Morusque tenuis laminæ hujus vitri ut pristino se situi restituatur quories vi incurvatur, durabilis ejusdem violentiæ effectus est. Ejusmodi pariter est durabilis perseverantia indissolubilitatis salis alcalizati quod alterum vitri *ingrediens* est, licet facillè dissolvi possit non in aqua tantum, aliisque liquoribus, sed & in ipso humido aère.

Alia est distinctio motus localis in *Naturalem* & violentum, aded generaliter recepta, adhibitaque tum à Philosophis, tum à Medicis, ut de ea hac in Sectione peculiariter agendum censeam, cum contineat implicite saltem argumentum ad probandam illius rei quam *Naturam* dicimus, existentiam ; dum quid aded manifestum supponitur ut magni momenti distinctio in ea fundari possit.

Implicita hæc objectio difficulter fateor solvitur non ob ullam quam contineat vim, sed ob ipsam terminorum ambiguitatem quibus distinctio usurpari solet : Plerique enim de proposita motus distinctione tam obscure dubique sese expriment, ut vix capias quid utraque distinctionis parte velint : Quidam tamen conantur ita loqui ut intelligantur, qui propterea laudem merentur, definiuntque motum *Naturalem*, hunc in modum. *Motus Naturalis est is cuius principium est intra motum corpus*, motumque violentum hunc in modum, *motus violentus est is quem externa agentia corporibus imprimunt*. Et quia hi cæteris distinctius mentem exprimunt, distinctionem hanc eo maxime quo ipsi eam accipiunt sensu examinabo ; hanc itaque distinctionem displicere mihi assero ipserum etiam sensu explicaram : Cum enim hoc principium receptum sit, sæpeque ab *Aristotele* ejusque sectatoribus adhibeant, *Quicquid movetur, ab alio movetur*, juxta hanc Notionem quidni omnis motus dicatur violentus utpote qui ab externo agente oriatur ; Et reipsa conformiter Philosophiæ Scholasticæ, motus majoris partis Mundi conspecti quamvis regularis & perpetuus admisso hujus distinctionis sensu violentus dici debet : asserunt enim immensum ipsum firmamentum orbisque Planetarios, quibus comparatus orbis sublunaris Physici instar puncti est, perpetuè contraque *Naturalem*, ut ita loquar, inclinationem spatio 24. horarum ab externo agente licet invisibili,

bili ; quod primum mobile dicunt circa mundi centrum rapi. Quod autem ad motus *Naturalis* criterium attinet, quod scilicet *ipsius principium sit intra corpus motum*, dici nihil verat omnia corpora semel mota, quæcumque demum causa motum prima impreserit, ab intrinseco moveri principio ; ut exempli gratiâ, sagitta jam in motu per aërem ad signum ab aliquo intrinseco sibi principio moveretur : Neque enim jam pender ab arcu, è quo vibrata est. Perseveraret enim in motu, licet is fractus esset, aut etiam in nihilum redactus, neque pender à *medio* prohibente potius quam adjuvante ipsius motum, ut ostendi posset, si necesse foret ; & si poneremus ambientem aërem aut destitutum, vel quod in nostro casu perinde est, ejusmodi esse in statu ut nec prohibere, nec accelerare ipsius motum posset, non video cur sagittæ motus necessario desinat, cum nullum jam supersit quod penetratur, medium, adeoque quod hoc nomine ipsius progressui resistat. Quandoquidem in arcu convoluto elater conatur sese dilatare, chordæque adducti arcus fracta, aut dimissa, tum elater chordæ, tum lignea pars arcus ad lineam minus curvam redire conantur ; quamvis autem hos motus violentæ externorum agentium impressiones producant, horologium tamen, elater & arcus, habent in seipsis, contrariam enim quibuscum ago non norunt, principium internum vi cuius moventur donec firmum sibi debitum obtinuerint : Alius forte adderet convolvulum ignivomum à *Squib*, licet corpus arte factum, videri *Stellæ* instar *cadentis* ab intrinseco moveri principio : Sed indicabo potius externa agentia varios ad motus *Naturales* agnitos necessaria esse.

Ut enim omittam, Germinationes, & gemmationes, seu efflorescentias variarum Plantarum ut cæparum, porrorum, herbæque dictæ Anglis, *Potatos*, &c. ex calore Solis tempore verno licet in aëre suspensæ plantæ teneantur ; ut hæc inquam omnia præteream, si in machina Pneumatica, aut antlia aëria varia posueris insecta, puta, apes, muscas, convulvulos, &c. communemque substraxeris *recipienti* aërem, animalcula hæc motus omnis expertia jacebunt, quasi & vitâ privata forent, per plures etiam horas quamdiu aëre non fruuntur ; at cum externus aër rursus hæc afflit animalia, statim quasi de novo donata vita resurgunt, ut sæpe non absque voluptate expertus sum, rursusque moventur motu cuilibet connaturali : Quasi musca, exempli gratiâ, hac in re molendino aërio similis foret, quod motus omnis expertus impressionem aëris qua alæ ejusdem reliquæque partes moveantur, requirit. Sed ne diutius his ad *hominem* argumentis inhæream, animadvertamus, cum motus non sit materiæ essentialis cujusmodi divisibilitas & impenetrabilitas existimantur ; sub ipsa saltem rerum initia motus omnium corporum, motusque plerorumque quorum causas discernere possumus impressi fuere aut ab externo agente immateriali, Deo scilicet, aut ab aliis materiæ portionibus, quæ extrinseca quoque *impellentia* sunt, in ipsa agentibus.

Hicque loci animadvertendum, licet *motus* merito sit pars una è præcipuis *Aristotelica* definitionis *Natura* †, homines tamen eos solere motus *Naturales* vocare, quos non facile quis à violentis distinxerit; ita cum aqua in terram decidit dicunt hunc liquoris motum esse *Naturalem*, quatenus corpus grave est: At cum quis ex ore aquam projicit in aërem, hunc motum ajunt esse violentum quòd scilicet tum aqua motu *Nature* suæ contrario sursum scilicet moveatur, cum tamen fugendo quis ore aquam attrahit per Siphonem oblongum licet normalem, hunc aquæ motum licet rectà sursum non violentum, sed *Naturalem* dicunt. Ita cum pila pedestris, aut inflata vesica in durum pavementum demissa ad magnam resilit altitudinem, tum ascensus, tum descensus dicuntur motus *Naturales*, licet prior sit ad centrum terræ, posteriorque ab eo recedat. Atque si ab insigni altitudine pilam densi cujusdam ligni non tamen nimium ponderosi ut quercini alteriusve similis cadere sinas in vas profundum aqua plenum, *Naturali* motu aliquousque descendet in hunc liquorem, contraria tamen sursum ipsius motio violenta dici non debet, cum juxta Scholarum Doctrinam lignum hoc utpote aqua specie levius, *Naturali* motu ad proprium locum tendere debeat: Quare ad superiorem liquoris superficiem ascendere debet, ibique fluctuare; ab his tamen ad opposita puncta, putà *Zenith* & *Nadir*, motionibus pronunciare solent homines multos corporum motus esse *Naturales*, aut violentos.

Et re ipsa cum perinde sit vitæ experti insensibilique corpori, ad quemcumque moveatur locum, omnes ejus motus aliquo respectu *Naturales*, alio violenti dici queunt.

Ut enim plurima corpora molis conspicuæ ab externis impellentibus moventur, eoque nomine eorum motus violenti dici possunt; ita pleraque impulsa corpora moventur aut sursum, aut deorsum, versùs quamcumque mundi partem, ea quavis via, qua minus ipsorum motui resistitur, qui impulsus cum oriatur à virtute legum quas illi generales *Natura* leges vocant, motus dici potest *Naturalis*.

Hic loci docere possem, juxta Epicuri Hypothesim non necesse esse ut admittamus motum ab eo agente, quod Scholastici *Naturam* dicunt, produci oportere; juxta enim magnam illam antiquamque Philosophorum sectam, *Atomistas*, quodlibet individuum corpusculum actu in motu est, aut in perpetuo ad mutationem loci conatu, qui atomo quà tali essentialis est: Aded ut nunquam innata hac sibi virtute privari possit; cumque omnia corpora sensibilia juxta illos Physiologos sint fortuitæ tantum atomorum concretiones, seu coalitiones, nullum aliud motus principium requirunt quàm inseparabilem, essentialémque atomorum componentium ad motum conatum quorum major numerus, aut ea quæ dominium obtinet ob circumstantiarum concursum ad motum una certà via determinantur. His alia addere possem sed hic nihil ampliùs de motu dicam, non tantum quia ex ipsis etiam *Aristo-*

† *Natura est principium quoddam & causa, cur id moveatur & quiescat in quo inest.* &c. *Aristos. Auscul. l. ii. c. i.* gelis,

telis, Cartesii aliorumque Philosophorum definitionibus dilucidè & paucis explicari nequit, sed quia eum tantum in scopum de motu hinc disserui ut ostenderem communem distinctionem in *Naturalem* & *violentum* non esse adèdè claram ut admittere idcirco debeamus *Naturistarum Naturam*. Illud jam argumentum suscipio examinandum, quod receptæ *Natura* notioni favere videtur; duciturque à criticis quæ quibusdam in morbis contingunt interdum evacuationibus, mirisquæ *Natura* conatibus ut noxios, quibus opprimitur, expellat humores.

Quod sanè argumentum magni omnino momenti, validumque ingenue fateor; sat enim experienciâ novimus, calidis præcipuè in regionibus, statis plerumque temporibus contingere, ubi sæviunt febres, criticos insignisque conflictus, quibus materia morbifica miris omnino modis exoneratur: Qua exoneratione non levamen tantum æger sentit, sed & valetudinem quandoque recuperat; quod variis omnino exemplis, medicisque circa febres, pleuritides, &c. observationibus constat, quare argumentum à crisi ductum, omnium, quæ contra eam, à qua dissideo opinionem, fieri possunt, validissimum omnino puto; quocirca eo pluribus in diluenda difficultate hac utar.

Omnino itaque meminisse te, amice Lector, velim, non fateri me tantum, sed & docere, corpus humanum insignem præ se esse machinam, quam sapientissimus rerum Author eo artificio durationis per multos annos capacem fecit, ut si in eadem intelligentia quædam, ut *Naturalistæ* volunt, inexistere, nihil ferè ad conservandam animalis vitam convenientius aut aliter fieri posset; non quaeritur proinde utrum providentia, sapientiâque plurimum eluceant in morborum crisi, sed à qua præcipuè causa eæ proficiantur: A *Natura* porro ceu intelligentia quadam proficisci plerique Medicorum sentiunt, quæ cum ægri valetudini invigilet summo studio, prematurque peccantis materiæ copiâ, eandem præsertim concoctam, quam tutissimo potest modo è corpore ægri extrudit. Quod autem ad me spectat, crises ascribo sapientiæ, ac ordinariæ Dei providentiæ, quæ prædit sese partim Mechanismo Mundi majoris, partim Mechanismo minoris, seu corporis humani juxta præsentem ægri conditionem spectati; his porro maxime causis inducor, ut communi Medicorum circa crises opinioni non adhæream.

Primo itaque crises propriè dictæ rarè contingunt nisi in febribus aliisque acutis morbis; qui plerumque aut brevi desinunt, recuperata valetudine, aut in alias transmigrant infirmitates: Chronicos autem morbos, putà, tussis, hydropem, podagram, &c. nisi febris adfuerit, crises nullæ comitari solent; hinc patet criticas observationes non contingere, ut Medici putant, cura vigilantiaque *Naturæ*: Cum remedio adèdè salutari iis in morbis non utatur, à quibus longè sape majus imminet periculum quàm ab illis quos crisi curare nititur.

Observandum insuper est criticas evacuationes mero corporis mechanismo

contingere posse; ejus enim ope sæpe fit, ut fibræ, organaque stomachi, viscerum, aliarumque partium, distenta, aut irritata copia, acrimoniave peccantis materiæ, contrahant sese arctius, ejiciantque humorem iis partibus noxium, sive per communia corporis emunctoria, sive per alium quemcumque meatum, quo facilis emitti poterit: Cùm enim homines cibo, potuue ventriculum gravari sentiunt, digitos in fauces immittere solent, eoque mechanico modo ventriculum onere levant. Neque hoc beneficium *Natura* vigilantia, curæque acceptum referunt, quæ verosimiliter crîsim saltem adedè tempestivè proliferare non conaretur; cùm itaque sæpe copiosas per nares aliâque partes hæmorrhagiis in febribus crîses contingant, quæ *Natura* vigilantiae ascribi solent, curæque quam gerit ægrorum valetudinis, addendum omnino hîc censeo copiosas per nares, aliâque corporis partes hæmorrhagias post mortem etiam contigisse: Unde sanè liquidò constat, ejusmodi excretiones fieri posse ope corporis structuræ, turgescentiæque humorum atque acrimoniæ; dum interim de conservando in vivis ægro ne cogitet quidem *Natura*.

Fateor equidem si constaret experientia omnibus, aut ferè omnibus morborum crîsibus morbificam expelli materiam, aut levari insigniter ægrotantem futurum ut crîsici tum *Natura* conatus conceptæ ab hominibus de ipsius vigilantia, curaque opinioni non parum faverent; sed funestis quotidie exemplis manifestum fit, ut quædam crîses salutares sunt, alias quoque esse perniciosas: Quibus autem non omnino extinguitur, aut obruitur æger, iis sæpe pejor ipsius status fit; quare nemini mirum videri debet, si varias legitimarum crîsim conditiones Medici assignent, quarum si vel una quæpiam desit, non optimi generis existimatur. Si autem quidpiam harum conditionum cuiquam contrarium contigerit, aut noxia crîsis, aut perniciosa futura est; cùm enim duobus maximè modis *Natura* crîses proliferare credatur, expulsionem peccantis materiæ corpore, atque ejusdem alicubi in eodem quietâ commoratione: Neutro res modo semper succedit.

Quare experientia ipsa cogente Medici crîses diviserunt in *perfectas*, quæ morborum eventum penitus determinant, inque *imperfectas*, quæ corpus tantum vel in pejus, vel in melius immutant, in *salutares* quæ morbum omnino tollunt, & in *mortales* quæ perimunt; *perfectæ* autem crîsis ac salutaris secundam aliquos eruditorum numero sex omnino conditiones sunt: Primò scilicet præcedentia coctiois signa; 2. copiosa humoris excretio, seu translatio; tertio requiritur ut crîsis crîsici diebus contingat hoc est 7-14 20. &c. ut nullas post se reliquias relinquat, à quibus relapsus periculum fit, ut turò fiat, hoc est periculosus absque symptomatibus, postremò ut morbo atque ægro ipsi conveniat; ex quibus omnibus liquidò patet *perfectam* & *salutarem* crîsim esse pererram cùm tot legitimas conditiones requirat: Quin etiam *imperfectas* tantùm *Natura* crîses plerumque adhibet, benèque cum ægroto ageretur, si peiores nullas produceret; funestâ autem experientiâ sæpe constat, conari ip-

ſam prolificere *crifes*, non tantum minus aptis, aut ut Medici loquuntur, *intercidentibus* diebus, tertio, puta, quinto, nono, &c. aut vacuis, ſeu medicinalibus, quibus & *crisis* raro, & longe rarius ſalutaris contingit, ſed tum etiam cum nullæ apparent debita concoctionis ſigna; hiſque intempetiſtis conatibus ægrum debilitat, morbum aut auget, aut brevi mortiferum reddit: Neque *Naturam* is vindicari qui cum eruditis quibuſdam Medicis dixerit, ad hos eam conatus induci morbificæ materiæ acrimonia, qua fit ut eam nondum concoctam ejicere quovis modo compellatur: Si enim *Natura* vigil aded ſit, cavere imprimis debet ne ad præpoſtere agendum cogatur, aut modicas quæ ægro ſuperſunt, vires inutiliter conſumat. Quapropter Medici prudenter omnino ſæpe agunt, cum obliti ejus quam *Natura* aſcribere ſolent, ſapientiæ quavis arte inordinatos motus, compeſcere aut profuſas nimium *Naturæ* irritatæ evacuationes ſiſtere allaborant; cum temerè hinc ipſa, & in ægroti detrimentum agere videatur: Quamvis autem *crifes* peccanti materiæ metaſtaſis, aut ejuſdem in quampiam corporis partem ſive internam, ſive externam, tranſmigratione factæ, ſæpe ſint, quoties *ſalutares non ſunt*, paulò minus noxiæ; quàm eæ *crifes*, quæ excretionem ſunt, hæc tamen non raro, licet forte paulò lentiùs, in ſat apertum inducant periculum, cum interdum interna producant apoſtemata, externos interdum tumores, iis partibus quæ inter præcipuas cenſeri poterunt aut ob id quod exercent in Microcoſmo munus, aut ob ſitum, aut connexionem, aut aliis cum partibus ſympathiam quæ proinde non ſine gravi ægrotantis periculo opprimi poterunt.

Cæterum, *Natura*, ſcio, providentiam, peritiãque inde maximè concludunt *Medici* quod concoctionem peccanti materiæ vigil expectet priuſquam ipſam *crifi* expellere conetur; quid hæc humorum concoctio ſit non aded diſtinctè definire ſolent; quantum autem conjicio cum portionem peccanti materiæ *concoctionis in ſtatu* eſſe dicunt, innuunt eo eam modo jam eſſe diſpoſitam, ut faciliùs jam ſeparari poſſit à maſſa ſanguinis, ſolidiſque, quibus priuſ adhærebat partibus, atque aded expelli è corpore: Ut cum quis priuſ frigore percuſſus eſt, afficiunturque pulmones. Paucos enim poſt dies phlegma factum magis fluidum, neque interiori aſperæ arteriæ lateri fortiter aded adherens, tuſſiendo facile educitur; quod tamen nulla priuſ tuſſi educi potuit; quicquid autem voce hac coctione velint parerè ſuperiùs dictis eam à *Natura* ſæpe non expectari: Intempetiſtivè enim ſæpe materiã nondum concoctã expellere nititur.

Ad eas jam *crifes* accedo quas idcirco eò magis quis miretur quod *Natura* ſæpe modis inuſitatis, lociſque non ſolitibus noxiã ſibi materiã exoneret: Unde ægrotus aut omnino curatur aut certe plurimum levatur; nemo itaque inſicias jerit criticas quaſdam evacuationes proſus eſſe mirabiles. Quin etiam facile admifero, non divina tantum providentia morbos immitti, ſed & divina quoque miſericordia eodem tolli interdum; ne quam autem horum caſuum qui extraordinarii ſunt, rationem habeamus, non abſimiliter vero dixerimus, *Natura* communibus in *crifibus* efficaciam oriri tam ab ipſa materiæ expellendæ diſpoſitione, tum, ac præcipuè quidem à peculiari quadam conſtitutione

geniæ partium corporis fabricæ, aut ab inusitata quadam texturæ mutatione, quam morbi ipsi induxerint, aliive casus, quæ adventitia ægri dispositio cum oculis non pateat, saltem quamdiu ægrotus vivit, inusitata crisis symptomata si *salutaris* illa fuerit mirabili *Natura* providentiæ ascribere solemus: si autem salutaris non fuerit horum symptomatum causam non inquirimus. Quod ut clarius fiat, animadverti à nobis oportebit copiosas evacuationes remediis factas, artificiales quasdam esse crises; quorundam corporum constitutio ejuscemodi est, ut, quamvis judicio Medici peccans humor dejectendus pro more sit, quemadmodum ejus dejectio contingit plerumque iis, qui Rhabarbaro, aut Senna usi sunt, peculiari tamen ventriculi dispositione, emericum evadat, quod tanquam Catharticum designabatur, atque esse ferè semper solet. Neque hæc ventriculi constitutio omnia remedia æquè spectat; qui enim ventriculus remedium si portio sit, respuit, illud, idem sub forma pilularum admittet, sed non est hîc loci prætermittendum quod de operationibus Mercurii observatum est; Mercurius enim licet debite præparatus excitandæ salivationi vulgò adhibetur succulentis præcipuè in corporibus: Quidam tamen sunt in quibus salivationem nunquam excitabit, quos interim ad dejectendum copiosè compellet, memini enim me vidisse quempiam, qui junior licet & obesus ne turpetho quidem minerali, violentioribusque aliis remediis salivari potuit; quamvis hæc periti admodum tum Medici, tum Chirurgi administrarent. Quæ quidem dispositio acquisita fortè est non *Nativa*: quidam enim post crapulam præsertim, cum severius habiti fuissent facigantur tandem frequente usu remedii sub hac vel illa forma exhibiti; hique nauseabundi remedium simile evoment licet aliis in corporibus emericum illud minime sit: Sudorifica quoque, ut experientiâ constat, cum sudorem prolicere deberent, diuretica sæpe, ac fortia etiam cathartica, necnon emetica evadunt; ex quibus omnibus patet, tum ob irritantium humorum qualitates, tum præsertim ob peculiarem ægroti corporis dispositionem insolitis omnino viis fieri posse evacuationes. Memini insuper, in observationibus à celebribus quibusdam Medicis factis extare quædam exempla periodicarum & criticarum evacuationum per incommodas maxime, insolitasque corporis partes; quibusdam enim mulieribus dicuntur erupisse menstrua per nares, atque per oculos, interdum per umbilicum, perque os aliquando: Cujus rei non alia probabilior reddi causa poterit, quam peculiaris quædam textura seu *nativa*, seu *adventitia*. Textura inquam peculiaris partium ad hanc exonerationem destinatarum; harum autem insolitarum texturarum Anatomici haud dubiè plurimas viderint. Cum ipse unam alteramve viderim, si insoliti hi materiæ morbificæ exonerandæ modi ægro semper salutare forent, ductum ab his argumentum majoris momenti foret: Quamvis autem ejuscemodi crises tum tantam ab hominibus specialius observentur, cum succedant, æquus tamen rerum observator compertiet noxias etiam crises insolitis erumpere modis, viisque insuetis. Atque in qui-

quibusdam materiae morbificae ad distantes & nobiliores partes translationibus, æquè fortè difficile fuerit ostendere quibus canalibus, nisi ve viis ab una parte ad alteram materia transferit, æquè inquam difficile fortè fuerit atque definire, quæ ad eas partes penetrarit, quibus tam fortunatè emittebatur.

In præcedente circa crises dissertatione, paradoxa fateor pleraque sunt, atque sat invitus in alienam messem hoc est Medicorum falce[m] imissi; hæc autem meminisse poteris dixisse me non procul ab initio hujus libelli, ægrè me nisi de inanimatis corporibus locuturum: Viventia enim, utpote simpliciora, altiore[m] poscunt & quæ magis intricata sit, speculationem. Quo, spero, monito fiet ut excusatum me habeas, si animadvertas aut propolita mihi brevitate, aut argumenti difficultate contigisse ut minùs fortè aptè de valetudine, morbis, crisibusque scripserim; quod autem ad filios *Æsculapii* id est Medicos spectat, iis factum sat fuerit, quod de morbis, crisibusque Physiologi potiùs instar quàm Medici egerim: Unde de iis tacere non debui, ne causæ, quam defendendam susceperam, defuissem.

Si cui minùs placeret quòd Phænomena merè corporeæ Mundi partis, qua comprehendo corpora animalium, licèt non animarum rationalium generaliter nimium ad leges mechanicas referam. Revocabis, spero, in memoriam varia per hunc tractatum dispersa, quæ simul collecta hanc objectionem diluerint; plerique enim recentiores Philosophi multique etiam insignes Theologi communem deserunt opinionem de cælestibus orbibus ab Intelligentiis motis, beneficioque causarum Physicarum explicant Eclipses Solis & Lunæ, generationem, aut apparitionem, Phænomenaque Cometarum, aliarumque rerum quas Romani æquè ac Ethnici tum antiqui, tum & recentiores immediatè divinarum causarum activitati ascripserunt.

Hinc monendus es, cum recentiores illi *Naturalistæ*, ac Theologi vastorum Cælestium corporum Phænomena, locali eorum motu, iisque quæ inde consequuntur explicare soleant, eos pariter conari explicare quicquid contingit in longè majore Universi parte ope *legum, principiorumque Physico-Mechanicorum*. Atque in Terrestri etiam Mundi parte quam nos incolimus, plerique recentiorum qui Scholarum se præjudiciis liberarunt, tum *Staticè*, tum *Hydrostaticè*, aliisque mechanicis modis explicant ascensum aquarum in antliis, descensumque earundem in vasculis irrigatoriis quorum superiora orificia clausa sint, variæque alia Phænomena, quæ haud ita pridem mirabili *Natura* providentiæ, sollicitudinique ad vitandum Vacuum unanimi omnes consensu tribuebant.

Sed fortè expedire magis existimabis ut eorum obviam eam censuræ, quibus minùs aridebunt ea quæ de crisibus dixi, non eo nomine quòd nimium causis merè Physicis tribuerim, sed contrà eo quod his solis non inhaream. Fortè enim, si hujuscæ tractatus quibusdam ex amicis tuis qui severiores *Naturalistæ* sunt, copiam faceres, ii mirarentur in quapiam clausularum præ-

dentis dissertationis circa crises, cui hæc nota *N. B.* præfigitur admitti à meorum eventus variari interdum posse peculiari Dei interventu; fatebor tamen tibi clausulam hanc quæ ipsis fortè minùs placuerit nequaquam fortuitò mihi excidisse: Ita enim omnino sentio divinam Providentiam sæpe saltem, peculiari occupari modo circa actiones hominum, eaque quæ ipsis accidunt, quæque necessariam habent cum his, aut illis, aut utrisque connexionem. Et quamvis vero simile putem in regimine majoris Universi partis, quæ merè corporea est sapientem ejusdem Authorem rarò manifestè saltem à stato Universi cursu recedere, catholicisque præsertim motus legibus; ubi autem, de hominibus quos libero donavit arbitrio, quoad res saltem non spirituales, propiùs agitur, non tantùm quandoque insignibus, manifestisque miraculis potentiam suam modo *Naturam* superante interposuit, sed etiam ut supremus Dominus, mundique Rector, sæpe, atque fortè etiam sapius-quàm Philosophi sibi fingant, interventu spirituum rationalium & unitorum, & non unitorum humanis corporibus, iis modis determinavit motum partium in illis corporibus, aliisque quæ ab his affici poterant, quibus juxta leges merè mechanicas partes illæ materiæ motæ non fuissent.

Quòd divina interveniat Providentià, ubi præsertim de vitæ & morte agitur, facile ostendi possèt Christianis ex diversis Scripturæ locis, quibus diuturna vitæ tanquam merces promittitur liberis obedientibus*; aliisque justis inter *Judaos*, intentaturque sanguinolentis doloisque hominibus†, quòd non *dimidiauri* sint*, ut vulgata editio habet, dies suos, atque idem confirmari potest ex eo loco ubi dicitur Rex quidam *Israëliticus* è morbo non lethali in lethalem incidisse quòd ad falsum Deum *Eckron* impiè confugerit†; adde quod *Hezechie* precibus & lacrymis*, quindecim annos ipsius vitæ Deus addiderit, peculiarique benedictione externi medicamenti malo applicati virtutem promoverit. Quibus locis varii alii addi possent ex Novo Testamento, ac præsertim locus ille Sancti *Jacobi*†, qui hortatur ægros ut sanitatem fuis ad Deum precibus quærant; atque hic alius Sancti *Pauli*, cum alloquens *Corinthios**, de indignis Sacramenti Eucharistiæ receptoribus ipsis dicit, ob hanc causam multos ex ipsis ægros factos, debilesque, multòque etiam mortuos esse.

Quamvis autem ipso hujusce disputationis argumento prohibear ne adhibeam Scripturæ auctoritatem, patitur tamen ipsa me animadvertere quod est maximi hoc loco momenti, *Naturalem* Theologiam, rectamque rationem nostræ quàm optimè congruere Doctrinæ. Ut enim superiùs insinavi, fusiùsque alio in Tractatu doceo†; humano Deus permittit arbitrio directionem variorum motuum localium in corporis humani partibus, iisque motibus mediis, aliorum etiam quorundam directionem: Licèt leges mechanicæ, quibus

* *Mandar. 5* in Exod. 20. † Psal. 5. 6. * Psal. 54. 24. † 2. Reg. 20. 16. * Isai. 38. † Jacob. 5. 25. * 1. Cor. 11. 30. † *Tractat. de miraculis.*

ordinarius rerum cursus præcipuè innititur, non motus tantùm corporum, sed & determinationes etiam regant. Cùmque homini ipsi concessa sit potestas mutandi sæpe consuetum rerum cursum, non debet videri vero absumile intervenire interdum occultè homines, aut fortè etiam Angelos, aliasque causas de quibus ne cogitamus quidem, intervenire inquam similem in scopum Dei decreto, qui non tantùm est sapientissimus rerum omnium Conditor, sed supremus, & tamen iustissimus Universi hominùmque Rector.

Ut huic digressioni, ut spero, non inutili, modus statuatur, huic inquam digressioni cui dissertatio de crisi bus ortum præbuit, decet omnino, meo quidem iudicio, Philosophum Christianum ut in genere admittat Deum interdum peculiari, licèt occulto modo intervenire ordinariis in Phænomenis, ordinariòque *Crisium* eventum: Id tamen tam rarò contingit, eo saltem qui à nobis certo discernatur modo, ut non statim extraordinariam ad Providentiam confugere debeamus; multòque minùs admirabilem illam curam, peritiàque *dubii illius entis*, quod *Naturam* dicunt, in hoc illòve particulari casu, licèt fortè inexpectato, si probabilis illius ratio reddi possit ope legum mechanicarum ordinariòque rerum cursus.

Atque hìc loci, licèt loco fortè magis idoneo proponere potuissim rem hanc si priùs animum subiissit habita ratione tum insolitorum interdum crisi sum eventuum, tum generalius irregularium in speciem Universi *Phænomenon*, notionem quæ fortè tibi non displicebit, proponam: Censeo itaque, cùm Mundum intuemur, physicàsque in eo mutationes ad divinam sapientiam providentiàmque comparatas, argumenta pro parte affirmativa majorem debere in suo genere vim obrinere quàm ea quæ pro parte *Negativa* militant: Rationi enim conformius est Providentiam inferre ex insigni structura symmetriàque mundanorum corporum, aptàque subordinatione causarum, quàm ex physicis quibusdam anomaliis inferre, res non gubernari à sapiente Authore atque Rectore. Conspicui enim sapientiæ characteres in curiosa fabrica, ordinatòque rerum cursu nulla veri specie casu, cæcæque quasi fortunæ ascribi possunt, sed intelligenti cuiuspiam providòque agenti: Cùm ex alia parte præterquam quòd anomaliz de quibus loquimur, longè pauciores sunt effectibus regularibus, modòque ordinario productis: Præter hoc inquam cùm divinus Universi Conditor agens maxime liberum sit, nostrumque intellectum intelligendi vi infinites superet, in productione *Phænomenon* in speciem irregularium fines sibi proponere poterit nobis incognitos quibus obrinendis eæ etiam anomaliz idoneæ sint.

Ita cùm quis Mathematicarum imperitus Globum Geographicum ex arte factum intuetur: Statim atque observat discrepantes magnitudines, particularèsque Regnorum limites, idoneòtque situs veràsque civitatum quas ex visu, aut fama novit, distantias, aptè veròque conformiter esse descriptas, ex his artis, peritiæque vestigiis necessariò concludit hoc opus intelligentis ar-

tificis fuisse opus : At quamvis etiam in eodem Globo videat circulos, ut *Tropicos*, *Zodiacum*, *Meridianos*, &c. Si vir sobriæ mentis sit, non existimabit hos casu factos idcirco tantum quia eorum rationem, usumque non novit, aut quia quædam linearum, ut curvæ ex lineæ quas Nautæ Rhombos dicunt, non sunt aliarum instar circulares, sed nescio quo modo & quadam in speciem irregularitate eas interfecant. Sed existimabit potius artificem qui Globum terraqueum corpore vix bipedali exhibere poterat ac effingere, fuisse quoque sat peritum ut has lineas duceret scopo huic peritiæ proportionato licet non obvio artis ejusmodi imperitis.

Non incogitanter de *irregularitatibus* loquutus sum quasi interdum *apparentes* tantum esse possent : Fieri enim omnino posse existimo ut artifex mentis adeo capax, adeoque lynceus quam est Mundi Conditor potuerit in hoc magno suo automato ita res ordinasse, ut earum non paucæ nobis videriqueant ex abrupto erupisse, magnisque & temporum & locorum intervallis quæ propterea irregulares videantur, quamvis reipsa tum in præordinatione divina, tum in genuinarum causarum connectione finem habeant, quem, si discernereamus, neque casui, neque Naturæ aberrationibus tribueremus. Ut hoc nonnihil illustretur quod sequitur consideremus, cum Jesuitæ qui primi Regnum Sinense intrarunt, horologium sonans affabre factum Regi obtulerunt; si is qui illud aspiciebat, *excitatorium* convolvisset ita ut paulo post horam primam sonitu indicaret : Si inquam, hoc factum foret, & Sinenses horologium hoc ut animal quoddam Europæum intuiti forent, cum index indicaret horam secundam, horologiumque sonitu indicaret eandem horam, atque ita tertiam, quartam, & sic deinceps, existimarent ii hos sonitus regulariter productos : Quia æqualibus temporum intervallis eos audierunt, & non nisi cum index horam indicavit, tum autem semper. Cum itaque jam *excitatorium* inexpectatum ederet, confusum, diuturniorémque sonitum vero similiter existimarent, ægrotare hoc animal, aut insolitum quid pati : *Streptus* tamen *excitatorium* non minus propriè procedit ab ipsa machinulæ structura nec minus ab ipso artifice rectoréque machinæ intenditur, quam ii horologii soni qui manifestè regulares videbantur.

Prævideo dici posse nisi ejusmodi ens, cujusmodi *Natura* est, admittamus, cujus consilio res corporeæ regulariter, certaque cum methodo ad fines suos dirigantur nulla futura divinæ sapientiæ conspicua corporeo in mundo vestigia, aut argumenta : Hocque argumentum, fateor, tanti in speciem roboris est, ut eo maximè commotus aliquandiu dubitarim quid de recepta Naturæ notione sentire deberem : Re autem maturius examinata animadverti, responderi posse ipsam Universi fabricam, variarumque illius partium regularémque rerum corporearum cursum, manifestamque determinatos ad fines tendentiam, eum ut loquuntur *materia facti* fiat, nequaquam à suppositione illius entis quod *Naturam* dicunt, pendere, sed icposita hac vel illa hypothese cognosci posse ipsa inspectione si inspectores attentiores sint, præjudiciumque

judiciisque liberi. Ut cum quis humanum corpus dextero ab Anatomista peritè dissectum videt, fieri nequit, si judicio polleat, præjudiciòq; liber sit ut non agnoscac summè exquiritam esse incomparabilis hujusce machinæ texturam, variarumq; illius partium determinatos ad fines, muneráque adeò affabrè factarum: Quocirca neq; supprimo neq; supprimere possum manifesta vestigia consilii sapientiæque conspicua in mirabilibus ordinatisque Mundi, ejusque partium operationibus. Sed hæc sapientiæ indicia ad veram reducere causam conor: Et cum in objicientis hypothesi tres assignari possint causæ illorum sapientiæ speciminum, scilicet, *Deus, Natura & Casus*: Si juxta doctrinam à me propositam Natura rejiciatur, de *Deo* tantum & *Casu* futura quæstio est: Atque hebes omnino is sit oportet, multumque præjudiciis præoccupatus qui existimabit consonum esse rationi tam regularem rerum, & structuram, & cursum cujusmodi corporeo in mundo intuemur, ascribere *casui* potius, cæcæ prorsus insensibilique causæ, aut verius mero *rationis enti*, quàm Deo summè intelligenti, à quo proinde quàm maximè congruæ structuræ opera expectari queant: Jam verò, si celeberrimum illud ens, cujusmodi *Natura* putatur, admissum fuerit longè operosioris operæ labor erit sapientiam existentiamque Dei ejus ex operibus probare. Cum ad aliam homines confugere causam queant, præsertim ad vigil illud providumque ens quod *Naturam* dicunt: Hancque difficultatem peripatetica æternitatis hypothesi non materiæ tantum, hanc enim Atomici aliisque unà cum iis admittebant, sed & mundi non parum promovebit. Juxta enim hanc Universi descriptionem non videtur necesse aliquas Deo in Mundo partes tribuere, cum hoc ipse *Automaton* non condiderit, utpote quod à se ipso exiterit, non quoad materiam tantum, sed quoad formam etiam. Quod autem ad regimen corporum ex quibus constat, attinet, *Naturæ* proprium illud negotium est. Si autem quis objecerit quòd hoc ens ab ipsis ejusdem assertoribus Deo dicatur subordinatum, respondeo ut ob rationes auctoritatésque alibi afferendas * dubitari merito potest, utrum necne multi Philosophi, ac fortè integræ eorum Sectæ qui *Naturam* adorabant, admiserint eam ut vicariam tantum supremi Entis, ita hanc distinctionem subordinationemque non facile probari posse aduersus eos qui stabant à partibus veterum illorum Philosophorum nihil ejusmodi adnitentium, aut disertis verbis negantium. Præterquam quod hæc objectio existentiam superioritatemque Deitatis supponat, quæ tamen existentia aliis probanda modis est: Cum interim in hypothesi à me proposita, eadem Phænomena quæ admirabilem sapientiam, manifestaque in corporeo mundo consilia indicant, solidum suppedirent argumentum tum existentia, tum quorundam magnorum Dei attributorum, quibus reliqua ad ipsum spectantia necessaridò connexa sunt.

* Vid. Sect. 6.

SECTIO VII.

Progredior jam ad sextam, maximèque arduam hujusce operis partem; ut scilicet ostendam generalissima, maximèque recepta circa *Naturam* axiomata ubique in Philosophorum scriptis obvia, vero, similiter explicari posse conformiter doctrinæ hætenus propositæ, licet quædam illorum axiomatum naturam supponant, quædam pro recepta *Natura* notione strenuè militent.

Ut major dicendis lux præfulgeat, duo omnino in quinta Sectione proposita eris præmonendus: Quibus communem circa fines consiliaque Naturæ doctrinam intelligi, aut limitari omnino velim. Illic igitur dicta hæc non repetam, sed paucis addam tantùm, si ista paucaque alia observata, maturèque considerata fuissent, obscuritatem fortè omnem sustulissent, errorèsq; nonnullos ad notionem *Naturæ* spectantes.

Non tibi, spero, excidit, id mihi hoc tractatu propositum ut receptam Naturæ notionem examinarem non ut novam introducerem: Atque ipsa quidem vocis ambiguitas tanta est, ut è secunda Sectione constar, atque à doctis etiam tam vario sensu usurpatur, ut non distinctis variis ejusdem acceptio-nibus nec tunc nec fortè tradi omnino ipsius definitio posset, ejusmodi saltem quæ censuræ obnoxia non foret. Non igitur suscipiam hæc rem definiendam cujus nullam aded certam inter homines descriptionem reperi ut coactus fuerim ex *Aristotele*, aliisque congerere simul in quarta Sectione varias receptæ vulgè *Naturæ* ideas, aut notiones, ac postea quàm optime potui, accuratis definitionibus qualescunque demum substituere descriptiones, quibus innotescat quid hoc nomine plerumque intelligatur. Quare cum velim omnino speremque meminisse te, quæ in quarta Sectione tradidi, ac futurum ut ea in sequente hujus tentaminis parte applices, non ero tibi eorum hæc repetitione molestus.

Sed prius peculiarìa de *Natura* actionibus effata quàm examen non inutile fuerit tentare an aliquam præmittere lucem non possimus explicatione ejus sensus quo *Natura* omnino *agere*, aut hoc *illius* *operari* dicitur. Quantum enim distinctius intelligo, quicquid fit in mundo merè corporeo, reipsa à particularibus corporibus fit, à particularibus inquam corporibus secundùm leges morus & quietis agentibus, &c. quæ leges constitutæ sunt, servatæque à Deo res inter corporeas. Qua in hypothesi *Natura* videtur potius quid notionale, quàm quid verè physicum, distinctum, aut separatum, atque efficiens: Cujusmodi foret, si *Aristotelis* doctrina vera esset, una illarum intelligentiarum quas ipse asseruit Cælestes movere orbis. Sed homi-

nes mentem exprimunt tam ambiguè cum dicunt, *Naturam agere hoc, aut illud, aut hoc aut illo modo*, ut Phrasès illas vix quis transferre possit in loquendi modos qui intelligantur, & qui mentem eorum qui eas excogitarunt, exprimant: Quam ob causam quamvis in præcieta Sectione quidpiam dixerim mox dicendis consonum, ipsa tamen difficultate momentoque argumenti commotus expedire omnino judico ac ferè necessarium, ut fultus hoc loco exponam quid intelligant homines, aut intelligere debeant, cum loquuntur de Naturæ actionibus aut de rebus Naturaliter factis: Dum locutionibus suis, modò hunc, modò illum sensum attribuunt.

I. Interdum cum dicitur *Natura* agere hoc aut istud, minùs propriè dicitur res fieri à *Natura*, quàm secundùm *Naturam*: Quare *Natura* hic non est consideranda, ut distinctum separatúmque agens, sed tanquam regula, aut potius systema regularum juxta quas, illa agentia, corporaque in quæ operantur, à magno rerum Authore ad agendum & patiendum determinantur.

Ita cum aqua elevatur in *antlia suctoria*, dicitur *Natura* cogere aquam ad ascensum ductu nutuque suctoris, ad præpediendum *Vacuum*: Licet re ipsa hic ascensus non oriatur ab ejusmodi separato agente, cujusmodi *Natura* putatur, sed à pressione atmosphæræ in aquam agentis juxta leges staticas, legesque æquilibrii liquorum constitutas à Deo inter fluida sive visibilia, sive pneumatica. Itaque cum severiores Peripatetici nobis dicunt, dum visibiles omnes Cœlestes Orbés motu secundùm ipsos violento rapiuntur (spatio 24. horarum circa terram ab ortu in occasum, contrario moveri motu ab occasu in ortum) Si præceptoris sui Doctrinæ conformiter loqui velint, vocem hanc, *Naturale*, sensu mox observato adhibere debent; hæc quoque nostra observatio illustrari poterit aliis loquendi modis in usu; ut cum dicimus *legem* curam suscipere infantium & lunaticorum, ne imprudentes eorum actiones, aut omissiones hæredibus noxiæ sint, *legemque* homines suspendere ob homicidium, sed manum tantùm amburere leviora ob delicta: Quarum Phrasium sensus est, quòd Magistratus, aliique ministri justitiæ agentes conformiter Regni legibus res commemoratas faciant. Propius ad scopum nostrum fuerit, si animadverterimus arti ascribi vulgò solere quæ fiunt ab artificibus juxta artis præscripta, ut cum dicitur *Geometria* juxta nominis interpretationem metiri agros, *Astrologia* prædicere temporum mutationes aliòsque contingentes eventus, *Architectonica* ædificare domos, & *Chymica* præparare medicamenta.

II. Interdum cum res varix, ut incrementum arborum, maturatio fructuum, &c. dicuntur fieri à *Natura*, sensus esse debet, quòd ejusmodi omnia producenda sint à propriis immediatisque causis, juxta solitum modum, seriem, aut ordinem quo agere solent; ita dicimus *Natura* cursu dies æstivos longiores esse diebus hyemalibus: Et cum Luna opponitur Soli, ut in plenilunio, illam partem corporis illius quæ terram respicit, magis quàm in

Novi-lunio illuminari, aut in quavis quadratura; & denique cum plus minusve conicam terræ umbram ingreditur, totalem, aut partialem pati Eclipsim. Quæ tamen, aliæque illustria Phænomena explicari queunt absque confugio ad *Aristotelicorum Naturam*, mera consideratione situs solitorumque motuum Solis, Terræ & Lunæ comparatorum sibi iavicem & Globo Terrestris.

Atque hic non inutile fuerit animadvertisse, distinguere nos interdum posse non ineptè inter *leges Natura* magis propriè dictæ, *consuetudinèque Natura*, aut si mavis, inter fundamentales & generales *constitutiones* rerum corporearum, & municipales, ut ita loquar, leges, ad hanc illamve particularium corporum speciem spectantes: Ut, si resumamus, ac nonnihil variemus exemplum nostrum ab aqua ductum. Cum hæc in Terram decidit dici potest decidere *consuetudine Natura*, quod liquor ferè semper deorsum tendat, decidatque ni externum agens à casu prohibeat; at cum aqua ascendit suctione in anclia, aliòve instrumento, hic motus cum sit contrarius solito aquæ motui, sit vi magis Catholicæ *legis Natura*, qua contingit ut major pressio, quam patitur nostro in casu aqua ab incumbens aëris pondere, minorem superet; cuiusmodi hic est aquæ in Syphone ascendens gravitas: Præcedentes duæ observationes ulteriùs illustrari possunt si consideremus quo sensu homines loquantur de rebus quas *præternaturales* aut *Natura contrarias* vocant. Variæ enim imò pleræque ejusmodi locutiones ostendunt *Naturam* in iisdem usurpari, pro particularibus & subordinatis, aut quasi municipalibus stabilitis inter corpora legibus: ita aqua cum intensè calida est in *statu præternaturali* esse dicitur, quia est in statu non consueto, quemque illius verum statum & genuinum homines non existimant; Quamvis Sol & ignis qui ita eam agitant, huncque in statum redigunt, *Naturalia* agentia sint, neque aliter agere quam secundum *Naturam* existimentur. Ita cum Elater incurvatus existimatur esse in statu ipsius *Natura* contrario, ut colligitur ex perpetuo ejusdem ad corpus premens removendum conatu, hic status sive *præternaturalis*, sive *Natura* contrarius, talis reputari debet comparatè tantum ad corpus elasticum; alioquin tam consonum est magnis rerum corporearum legibus ut ejusmodi elater viribus actu comprimentibus incurvus remaneat, quam ut explicet sese, quod à minoribus cohiberi viribus nequeat: Atque ut sex res *non-Naturales*, de quibus tam multa Medici, præteream, hic animadverti oportebit, licet morbus plerumque *præternaturalis* quid existimetur, aut ut alii etiam dicunt, *contrarium quid Natura*, hoc tamen intelligendum tantum esse de eo quod humano corpori plerumque accidit; cum venti summè frigidi, inmodicæ pluvie, fervidior aër, aliæque ordinariæ morborum causæ tam *Naturalia* agentia sint, agantque tam conformiter Catholicis Universi legibus cum morbos producant, quam tum cum nubes in pluviam & nivem condensant, cum naves in portus impellant, fluvios ultra ripas agunt, fruges fructuque maturant, aliæque ejusmodi præstant sive noxia hominibus,

bus, sive utilia. Similem ob causam cum *monstra* dicuntur res *praeternaturales*, hæc locutio intelligenda est de particulari corporum specie, à qua monstrum enormiter deviat; licet causæ hujus deviationis agant tantum generales juxta leges quibus res corporeæ reguntur.

III. Nescio an tertio loco observare non debeam tanquam quidpiam quod ad alterutram, aut utramque præcedentem observationem reduci queat, interdum, cum *Natura dicitur hoc, aut illud facere*, non esse existimandum illud reipsa produci ab aliis quam à propriis Phycis causis & agentibus; in ejusmodi enim locutionibus *Naturam* potius intueri debemus tanquam relativum quid, aut vocem adhibitam ad rem *rationalem* denotandam comparatè ad quam causæ Phycæ considerantur ut agentes peculiari quodam modo, quo distinguere possumus eorum operationes ab iis quæ ab aliis agentibus existunt, aut fortè etiam ab eodem alio modo operante: Hoc aliis receptis loquendi formulis illustrari poterit; ut cum multi ex antiquis, ac quidam ex hodiernis Philosophis dixerunt *res fato contingere*, non intelligebant *fatum* esse distinctum separatimque agens, sed tantum effectum à Phycis causis procedere quatenus in agendo necessaria sibi invicem connectione cohærebant. Jam autem cum homines dicunt, ut nimis sæpe dicunt, *fortunam*, aut *casum*, * ἢ τύχην, aut τὸ αὐτίματι: *Aristotelis* enim Sectatores fortunam & casum distinguunt; priori enim ascribunt quod præditis mente entibus inexpectatè contingit, posteriori quod mente carentibus, aut inanimatis entibus accedit præter opinionem: Cum homines dicunt *fortunam*, aut *casum hoc aut illud fecisse*, sobrii Philosophi non intuentur fortunam, aut casum tanquam veram distinctamque Phycam causam, sed tanquam quid notionale quod denotat propria agentia effectum produxisse, quamvis eum non intenderent, ut fultius in Sectione quarta exposui. Non ineptè fortè quispiam ad tertiam hanc nostram observationem reduxerit quòd multa temporì attribui soleant, ut cum dicimus, *tempus maturare fructus citius aequo decerpis, rerum esse edax*, & res consumere, *matrem esse veritatis, multa inmutare tum hominum in negotiis, tum in corporibus*, ut notas alias locutiones omittam quæ tempus ut variarum rerum causam exhibent: Cum tamen concomitetur tantum effectus successivis temporis partibus coincidentes quo quidem nomine ad illud effectus spectant, licet reipsa aliis ab agentibus, quæ sunt propriae & efficientes eorum causæ, oriantur.

Interdum pariter cum dicitur *Natura hoc, aut illud agere*, non debemus existimare effectum esse productum à distincto, separatòque ente; sed tum vox *Natura* significat complexionem, aut congeriem omnium essentialium qualitarum, ac proprietatum pertinentium ad corpus ejus speciei cujus *reale agens* est, aut ad plura corpora si plura ad productionem effectus concurrant. Hoc sensu interpretari debemus varias loquendi formulas adhibitas à

* Diff. runt autem fortuna & casus, quia casus latius patet, quod enim à fortuna est, casus est, hoc autem non omne est à fortuna. Arist. Aulcul. l. 2. c. 4.

Medicis, aliisque cum loquuntur de eo quod *Natura* præstat in morbis, eorumque curatione: Ut autem ejusmodi locutiones rite exponantur intueor *Naturam* non tanquam primarium & distinctum agens, sed ceu compositum quoddam accidens quasi factum ex variis qualitatibus & proprietatibus ad vera agentia pertinentibus. Ne autem nomen *compositi accidentis* mirum cuiuspiam videatur, ut, quid velim, explicem, admonebo ut quædam qualitates sunt, aut accidentia, quæ aliis saltem comparata simplicia dici possint, cujusmodi sunt rotunditas, rectitudo, calor, gravitas, &c. ita alia esse quæ dici possunt composita, aut è variis qualitatibus in uno subjecto unitis facta: Ut in variis pigmentis viriditas sit ex cæruleo & flavo exquisitè mixtis, pulchritudo resultat ex colore, lineamentis, statura proportionata, mole apta, venusto motu, aliisque quibusdam humani corporis accidentibus, ejusque partium. Quorum quidem compositorum accidentium longè plura esse puto, quàm quis sibi primum fingere queat. Huic autem entium Generi, locutiones à *Naturalistis* sæpe adhibitæ inducunt me ut putem *Naturam* maximè affinem esse. Ex qua hypothesi colligere quis poterit, cum dicitur sanitate fieri ut quis bene edat, digerat, dormiat, &c. quia homines sanitatem non intuentur ut distinctam separatamque horum effectuum causam; sed ut *compositum accidens*, hoc est complexum quodpiam ex omnibus realibus, & genuinis *boni appetitus* causis, digestionè, somno, &c. ita ut valetudo, seu sanitas non tam sit causa eorum omnium, quàm effectus, colligere inquam quis poterit, cum *Natura* quodpiam agere dicitur nihil aliud nos concipere oportere quàm quoddam effectus oriantur à Physicis corporibus, & qualitatibus, aut propriis potius causis; quas dum ut in eundem effectum conspirantes intuemur, quodam locutionis compendio *Naturam* dicimus.

His aut non absimilibus interpretationibus tentandum putavi, utrùm convenientem, & qui intelligeretur tradere sensum possem, variorum axiomatum ac sententiarum, variarumque loquendi formularum, ab iis sæpe adhibitarum, qui sæpe, variisque modis dicunt, *Naturam agere hoc aut illud, Naturam agere hoc aut illo modo*. Sed laboriosi aded opus negotii comperit horum axiomatum tam imperitè ambigè que enunciatorum illustrationem, ut quod orium mihi, & patientia quoque fortè decissent, ipso tædio ab ulteriore progressu prohibitus sim. Quam ob causam, quamvis fortè argumento aded obscuro quædam ex dictis quamquam mutilis lux affulgere queat, comparatis maximè, iis quæ tradidi in quarta Sectione de *Natura* generali, & particulari, parum tamen allatis nunc utar in exponendis *effatis* hac septima in Sectione examinandis; cum propositum mihi negotium absque iis expedire me posse putem. Quod ut facilius exequar non inhærendo ei, quo disponuntur, ordini post quartæ Sectionis initium, ita de iis loquendi formulis agam prout judicavero alias ab aliis majorem trahere posse lucem, aut prout prius, vel posterius chartæ ipsas complexæ reperræ fuerint.

Primum axiomatum receptorum hinc examinandum illud est, *Omnis Na-*

natura est conservatrix sui, ubi nomine *Natura*, ut arbitror, *Naturale* corpus intelligat: Neque enim quid alioquin velint, capio; hoc autem axioma duplicem admittit interpretationem. Vel enim nihil aliud significat, quam quod corpus quodpiam ad sui destructionem tendat, vel quod in unoquoque corpore principium quoddam sit *Natura* dictum, ratione cujus vigili corpus industria *Naturalis* sui status conservationi intentum est, defensionique à violentia, impressionibusque aliorum omnium corporum illud oppugnantium, aut destruere conantium.

In priore duorum illorum sensuum axioma admitti poterit absque ullo Doctrinæ nostræ detrimento. Cùm enim nostram secundum hypothesein inanimata nec habeant, nec habere queant appetitus, odia, aut intentiones, quæ non brutæ materiæ, sed entium intelligentium affectiones sunt, ego quidem, qui inanimata corpora omni carere appetitu existimo, facile admifero, nullam qua sui destructionem appetant, inesse iisdem appetentiam.

At priori sensui conformiter propositum mox axioma insuit, unumquodque corpus continere intra se principium, vi cujus concupiscit, omni que sui in conservationem conatu nititur, eaque omnia conatur agere quæ ad eandem conferunt, ac prohibere omnes omnino conatus ad sui excidium, vel ab externis agentibus, vel ab internis morbis.

Ut autem hujus axiomatis sensus hic maximè communis est, quare hoc id præcipuè sensu examinandum suscipiam.

Mihi itaque omnino persuadeo sapientissimum rerum Creatorem mundum primum ita constituisse atque ejusmodi motus leges corpora inter, quæ eundem componebant; ut generalis concursus ope, partes Universi majores maximè ac nobiliores, iis in locis positæ sint, iisque instructæ facultatibus, ut ordinarii concursus, Generalisque providentiæ auxilio continuari possint, atque existere tamdiu, quamdiu stata rerum corporearum conditio id exigit.

Ex hac hypothesei rationi omnino conformi sat elucescet necesse non esse, ut quis confugiat, conservandorum particularium corporum gratiâ, ad internum eorundem appetitum innatamque, quam adversarii fingunt, iisdem cognitionem; cùm vi primordialis rerum constitutionis, legumque motus statutarum, corpora necessariò determinantur ad agendum iis in casibus eodem modo quo agerent, si reipsa sui conservationem intenderent: Ita inflata vesica si compressione inclusi aëris solitis dimensionibus & figura privetur, illico conabitur rejicere illud ac repellere quod ipsi vim infert, debilioremque primo corporis comprimentis partem loco movere; licet nullus, ut alibi docui, in aëre sit appetitus, neque in vesica determinatæ illius figuræ, cujus ad eò renax videtur: Perinde enim est massæ fermenti sive figuram rotundam, sive oblongam, sive planam aut aliam quamcumque sortiatur. Quamcumque manu, instrumentove eidem imprefferis, illam absque ullo prioris resumendæ

appetitu retinebit : Ita perinde est particule ceræ , sive ei imprimas sigillo supum , sive agnum. Atque ut brevitatis gratiâ ea præmittam exempla , quæ duci possent è ligno , marmore , ac metallis , arte , instrumentisque sculptoriis variè figuratis , indicabo tantùm acum Nauticam , priusquam excitetur , ad unam Cœli partem potius quàm ad aliam non propendere ; cum autem debito modo magneti applicata fuerit , liliam ad septentrionem determinandum , extremumque oppositum ad meridiem. Quare si liliam detorqueatur ad orientem , aut occidentem , ut primum vis detentrix amota fuerit , ad priorem rediturum est situm , nec unquam quieturum donec septentrionem respiciat. Quantacunque autem sit hæc in speciem , liliæ ad illud horizontis punctum inclinatio , si contrario polo magnes idem debite applicatus fuerit , aut alius robustior , oblitum statim prioris inclinationis liliam meridiem respiciet , ad quem situm quasi sponte redibit cum detortum fuerit versùs occidentem , aut orientem , si suæ rursus libertati relictum fuerit. Quamvis itaque ad unicum Cœli punctum aded propendere videretur , momento tamen temporis contingere poterit ut vehementem ad oppositam partem inclinationem habeat : Quod scilicet liliam ex se ad unam Cœli partem potius quàm ad aliam non propendat , quiescatque eo in situ ad quem magneticorum effluviolum vi postremo determinatum est. Quo quidem exemplo confirmari atque illustrari poterit , quod superius generaliter asseribamus.

Aliud receptum de *Natura* axioma est , quòd *nunquam excidat sine suo*. Ob hujus propositionis ambiguitatem difficile omnino mihi videtur meam super ea sententiam proponere. Ut tamen aliquid dicam , si per *Naturam* hic intelligamus illud ens quod Scholæ *Naturam Naturantem* vocant , admitto , aut potius assero , *Naturam* nunquam excidere suo sine. Omnis enim omnipotentis que rerum Author cum mundum semel constituisset , in eoque statas motus leges , quas semper observat ac tuetur , nulla irregularitas , aut anomalia accidere poterit inter majora maximè mundana corpora , quam ab initio non præviderit , ac permisit , cum ea omnis genuina tantùm sit ordinis rerum primum constituti sequela , ut alibi declaravi exemplis Eclipsium Solis & Lunæ , cui alia addere possem ut inundationes *Nili* , necessaria aded ad sanitatem abundantiamque *Agyptiorum*. Et quamvis quibusdam in casibus institutus hic ordo , aut re ipsa , aut in speciem mutatus sit , ac violatus , ut quando diebus *Joshuæ* Sol sterisse dicitur , mareque rubrum divisisse sese ut liberum *Israëliis* à *Mose* ductis transitum præberet , cum tamen hæc rarissimè contigerint , gravissimisque de causis , peculiari primæ causæ interventu , aut gubernantis , aut prohibentis secundariorum agentium propensiones , motusque , dici nequit Deus excidisse sine suo designatis iis in speciem anomaliis , quibus efficacissimè & sapientissimè eundem assequitur. Si autem *Natura* nomine subordinatum principium intelligatur , quale homines eo nomine intelligere solent , axioma multis in casibus falsum esse merito suspicor ; licet enim verum sit , ut sæpe dixi , Mundum materiale ita esse constitutum , ut

res plerumque corporeis ab agentibus fiant, non minùs regulariter, quam si effectus à se productos intenderent, sæpe tamen contrario res modo contingunt.

Ita in confesso apud omnes est, cum mulier uterum gerit, *Naturam* eò collinare ut genuinum foetum humanum producat; quæ tamen à proposito sibi scopo devia monstrum gignat. Cujus rei tam frequentia extant exempla ut integra edita fuerint in lucem volumina quibus deformes *Natura* aberrationes describuntur. Sæpe cernimus *Naturam* in febribus, aliisque morbis acutis, crises conari prolicere diebus minùs idoneis, intemptivèque illis conatibus non tantùm sine suo, qui est curatio ægroti, excidere, sed eum in pejorem sæpe statum deducere; huc accedit quòd variis homines artibus *Naturam* fallant, ut quando *insitione*, sapor à *Natura* productus eo consilio ut albæ spinæ, exempli gratiâ, nutrimento sit, ab Hortulano alendo alterius planè generis fructui adhibetur; ita cum Brasii confectores efficiunt ut triticum germinet, germinatio, qua *Natura* pediculos, seu scapos, aristasque producere volebat, alium omnino in scopum pervertitur, ipsaque decipitur. Ut quædam nunc ad hominem argumenta proponam dicunt *Naturam* eò collinare ut quodlibet agens assimilet sibi passum: Qua, inquit, de causa, ignis nititur convertere lignum, aliæque, in quæ agit, corpora, in ignem; quæ res si ita se habeat, suo sæpe *Natura* excidit sine Chymicis in fornacibus, in quibus flamma lateres ab igne candentes in ignem nunquam convertit, neque crucibula, neque cupelas, neque aurum & argentum, quæ omnia intimè pervadit, ignitque, eundem pariter iis colorem impertitur, aut prope eundem cum suo, magnòque in intensiõnis gradu, atque in actuali fusione servat. Et cum ignis in lignum etiam agit, una tantùm ejus pars in ignem vertitur, cum, ut nihil dicam de fuligine, concretòque fumo, cineres fixi remaneant atque immobiles. Utque aliud addam exemplum ad *hominem*, cum ajunt *Naturam* aquam *Antliis in Sudoribus* cogere sursum ob fugam vacui, suo necesse est, ut alibi alium in scopum animadverti, sine excidat, quoties antlia triginta quinque, aut quadraginta pedum altitudinem transcendit; quamvis enim tum à superiorè machinæ parte aërem attrahere coneris, ea ad superius orificium ascensura non est, ac proinde cavitatem relictura est, ad quam replendam liquorem illum triginta duos aut tres elevalse pedes dicebatur.

Aliud jam receptum, de *Natura*, axioma illud est, *Natura semper agit per vias brevissimas*. Sed hæc regula non minùs, quam multæ aliæ, explicanda ac limitanda est, priusquam admittatur. Fateor enim ut sæpe inculcare soleo, omniscium Authorem Universi ita illud fabricasse, ut pleræque ejus partes tam conformiter ejusdem fini agant, quam si id re ipsa intenderent. At cum inanimata saltem corpora nullam habeant cognitionem, nemo meritò crediderit ea moderari semper, ac variare actiones suas juxta particularium circumstantiarum exigentiâs, quas minimè norunt & nosse nequeunt, micum

proinde foret, si sæpe non determinarentur ad agendum, aliis quàm compendiolissimis ad fines particulares mediis, si media illa, sive viæ illæ generalibus statisque rerum corporearum legibus magis congruant. Hoc ductis ab ipsa gravitate exemplis probo, quæ quidem qualitas, majore quàm quævis alia, probabilitatis specie innata insitæque facultas, ac propensio dici poterit. Verissimum siquidem est, si lapis aliudve ponderosum corpus liberum in aërem demittatur, eum rectè versùs centrum terræ prolapsum; si autem incidat in planum quo à cursu detorqueatur, non desinet propterea versùs terræ centrum tendere, sed per planum decurret, unde fit ut deorsum tendere pergat, licet non ut priùs per normalem, seu perpendicularem, per brevissimam tamen, per quam tum licet, lineam. Obvia hæc Phænomena, fateor, optimè congruunt vulgari axiomati, præcipuèque fortè causæ fuere cur homines id condiderint. Sed jam ponamus Globulum ex marmore, aut chalybe, fat magno intervallo per aërem prolapsum in pavementum marmoreum, aut durum quempiam ejuscemodi lapidem, qui pavementorum more in plano Horizontali jacet; hoc in casu, ut experientia docet lapis cadens resiliet ad insignem altitudinem comparatè ad eam ex qua decidit, altitudinem, rursùsque cadens, iterum resiliet, licet non ad eam, ad quam priùs altitudinem, atque ut verbo dicam pluribus priùs vicibus resiliet quàm super pavementum quiescat, ac tam propinquus centro gravium sit, quàm esse queat. Si enim *Natura* per vias semper brevissimas ageret, Globulus hic omnino resiliere non deberet, sed statim, atque ex duritie pavimenti comperit altiùs se descendere non posse, illic quiescere debuisset, ut in loco proximo, sive quo nullum centro terræ vicinius reperire potuisset, unde quevis resultu longiùs haud dubiè removeretur; eodem modo cum pendulum, aut Globulus chordæ extremo appensus ita est, ut chorda sit præter propter Horizonti parallela, si inde demittatur, non quiescet ad lineam perpendicularem, seu directionis, quæ à fulcro per centrum Globi ad terræ centrum extenditur, sed ultra eam perget, arcumque describet octoginta, aut nonaginta graduum sursum, revertensque inde, rursus ultra lineam directionis progredietur, atque ex alia parte alium magnam arcum sursum describet licet non omnino tantum, quantum erat alter, sicque ultra citraque lineam directionis progredietur longosar tempore priusquam in ea quiescat, licet, quoties eam transcendit, versùs alterutram partem, ascendere reipsa sursum debeat, longiùsque à centro terræ removeri, ad quod innatam habere propensionem dicitur, vi cujus determinatur ut quàm proximè ad illud, & quàm citissimè accedat. Sed id omnino verum est inanimata saltem corpora nulla prævia cognitione intentioneve agentia, sistere non posse aut moderari actiones suas, sed necessariò movenda ut secundùm Catholicas motus leges determinata: Juxta quas in uno casu imperus à Globulo acquisitus ex casu, potentior est ad eum ultra lineam directionis transferendum, quàm actio causarum gravitatis ad eum sistendum

ut primum accedit ad locum centro terræ tam vicinum quàm eæ tribuere queunt.

IV. Huic simile quidpiam contingit tam in levitate quàm in gravitate, si enim accipias oblongam convenienterque figuratam ligni levis particulam, putà ligni abiegni, & postquam stagnantis profundius aquæ fundo immerferis, si finas liberè ascendere, non ad superficiem tantùm aquæ redibit, ubi secundùm leges gravitatis quiescere deberet, quievitque priusquam deorsum truderetur, sed illam etiam superficiem transcendet, seseque ex parte in aërem incumbentem exporriget, tùmque rursus decidet, resiliétque secunda vice, ac fortè etiam pluribus vicibus, decidétque rursus antequam in debito loco quiescat, in quo in æquilibrio est cum aqua quæ sursum eam pellere nititur.

Aliud vulgò receptum de *Natura* axioma ita se habet, *Natura semper quod optimum est facit* †. Sed hac de re meam tradere opinionem tutum non erit, donec verborum primò ambiguitatem sustulero, duplicem enim facilè sensum pati ea possunt, cum significare queant Naturam in omni parte Universi id facere semper quod optimum est ad conservandum præsentem ipsius statum, vel comparatè ad quodlibet corpus particulare Naturam semper agere quod optimum est, hoc est quod magis conducit ad conservationem commodùmque illius corporis. Si prior prædictorum sensuum consideretur, axioma minus falsum futurum est: At tum difficile fuerit aliis illud exemplis probare, quàm iis quibus probabitur Naturam non aliter quàm juxta leges mechanicas agere: Quare donec ejusmodi argumenta offendam, ad alium axiomatici nostri sensum procedo, qui licèt maximè vulgaris sit admitti tamen nequit, ni explicetur & limiretur. Facilè admisèrim sapientissimum rerum corporearum Authorem ita mundum condidisse, ut pleraque in eo contingant, quasi particularia, ex quibus constat, corpora, & suæ & Universi conservationi invigilarent, ea tamen sem in mente particularia corpora, ea saltem quæ inanimata sunt absque cognitione intentioneque operantia, ad id quod ipsis optimum est, non nisi conformiter generalibus motus statisque rerum corporearum legibus actiones suas dirigere quibuscum ut conformitas obtineatur multa fiunt, neque optima, neque bona comparativè ad particularium corporum bonum.

Ita omninò sentio non profundioribus modo de quibus supra speculationibus, sed & quotidianis Observationibus, obviisque experimentis inductus: Sæpe videmus arbores fructiferas maximè annosas aliquando fructibus onustas, quæ brevi post arefient & peribunt: Quineriam dum florent, nimium numerosorum fructuum pondus, sæpe eos quibus hi accrescunt, ramos incurvatos prius diffingit: Unde fit, ut fructuum maturitas impediatur, morsque arbori acceleretur. Jam funestæ huic prodigalitati obviam itam fuisset, si sa-

† *Natura semper illud facit quod est optimum eorum, quæ fieri possunt.* Arist. 1. 2. de Gen. c. 20. §. 22. Item de Cælo. l. II. c. 4.

piens *Natura* plantæ infidens, ea quam fingunt, sollicitudine bono Univerſi invigilaſſet.

Variis quoque in morbis videmus, atque in intempeſtivis noxiſſique februm criſibus, quàm maximè quod homines *Naturam* dicunt, ab eo ſæpe deviet, quod ad ægri conſervationem optimum foret, variis enim in morbis, ut *hamorrhagiis, Convulſionibus, Cholera, &c.* id præcipuè Medicis propoſitum eſt, ut furorẽ errorẽſque *Natura* corrigant, quæ cæca quaſi violentæque paſſione abrepta eos in corpore, intempeſtivèque adedò motus excitat, ut ſi ejuſdem reiſpã ſaluti invigilaret, eadem cura eos præpediſſet, qua Medicus compeſcere nititur.

Huc accedit ſi *Natura* provida adedò ſit, vigilque in bonum hominum, aliorumque animalium, ejuſque mundi plagæ in qua degunt, quã ſit ut identidem tantam hominum, pecudumque multitudinem terræ-motibus, peſtilentiis, fame, aliſſque anomaliis deſtruat? Quã pariter tories contingit ut in gravidis mulieribus, terrore fortè, nimoque cujuſquam deſiderio, meroque externi objecti inſpectu, *Natura* adedò ſe turbari patiarur, plasticæque læ eò uſque oblivſcatur peritiæ, ut infantibus rite formatis horrenda ſubſtituat monſtra, adeoque ſæpe deformia, ruditerque contexta, ut non tantum ipſa vix uno die aut uno hora vivere nequeant, ſed niſi extincta matre naſci non poſſint.

Hæ, atque hujſcemodi aliæ anomaliz, licèt ut alibi oſtendi Catholicis Univerſi legibus non repugnent earumque ratio reddi queat è doctrina de generali Dei providentia, videri tamen poſſent aberrationes incongruæ fatiſ *Idea* quam Scholæ exhibent *Natura*, ut *entis* ſcilicet quod juxta axiomã hætenus examinatum, *facit ſemper id quod optimum eſt.* Sed jam tempus eſt ut hinc ad alterius axiomatiſ examen procedamus.

Licèt de *Vacuo* egerim in quinta Sectione, de eo tamen quidpiam in hac dicendum; quia illud tantum, ut à Peripateticis aliſſque adhiberitum contemplatus ſum, ut à Peripateticis inquam adhiberitum ut oſtendant ejuſ principii neceſſitatem quod *Naturam* dicunt: Sed nunc de *Vacuo* acturus ſum non tam ut de argumento conſutando, quàm ut appendice axiomatiſ ſpecioſi hic examinandi, quanvis verear ne ob argumenti licèt in quinta Sectione, hincque varios in ſcopos conſiderati affinitatem, fieri vix poſſit ut non quadam illic dicta hic repetam.

V. Cùm vox *Vacuum* ambigua ſit, varioque ſenſu uſurpetur, neceſſarium puto priuſquam meam de eo opinionem exponam, ſive potiuſ, de recepto Scholarum axiomate, *Natura abhorret à Vacuo*, aut ut alii loquantur, *Natura horret Vacuum*, neceſſarium inquam puto præmittere varias quas obſervavi hujus vocis acceptiones: Vulgaris enim interdum eſt, Philoſophica interdum ſtriçtæque illius ſignificatio: Vulgò homines *Vacuum* ſumunt, non pro eo quod privatur omni corpore, ſed quod caret eo quod exiſtimant ineſſe debere, aut certè ad quod continendum factum eſt, aut deſignatum: Ut cùm dicimus

dicimus crumenam esse Vacuum, quia caret pecunia, aut vesicam esse Vacuum, cum aër est expressus, aut dolium nondum adhuc impletum, vel ex quo vinum eductum fuerit.

Vacuum alio quoque à Philosophis sensu usurpatur, à Philosophis inquam strictè loquentibus, cum ea voce intelligunt spatium intra mundum (neque enim loquor hic de imaginario Scholarum spatio ultra limites Universi) in quo nullum omnino corpus continetur: Hæc præmissa distinctione monendus es si vox *Vacuum* stricto sensu sumatur, licet plurimi iique ex præcipuis amicorum invitavit me ad meam de *existentia Vacui* declarandam opinionem, quod crederent plura me quam fortè alius quispiam fecerit fecisse circa illud experimenta, de neutra tamen parte sententiam hæctenus voluisse me meam aperire: Cum decisio quæstionis hujusce videatur pendere à vera corporis notionem, cujus essentiam *Cartesiani* asserunt, ac plerique alii Philosophi negant in sola extensione juxta tres dimensiones, longitudinem, latitudinem, profunditatem, aut spissitudinem consistere. Si enim Cartesii notio admittatur rationi consentaneum non erit admittere Vacuum, cum omne spatium Vacuum tres habeat dimensiones, adeoque quicquid corpus essentialiter constituit: Omniaque experimenta quæ fieri possunt ope Mercurii, aut *Machinae Boyleanae* ut loquuntur, aliorumve instrumentorum similes in usus inventorum facile eludent Cartesiani, qui dicent spatium desertum à Mercurio non esse Vacuum cum habeat longitudinem, latitudinem, & profunditatem, sed plenum esse *materia subtili*, quæ egreditur ingrediturque liberè per vitri poros, quod magneticis effluviis contingit. At quamvis ob has aliàsque rationes, ut superius dixi fecisse me aliàs, non sum declaraturus quid de utraque controversiæ parte sentiam, fatebor tamen ingenuè non acquiescere me recepto huic in Scholis axiomati: *Natura abhorret à Vacuo.*

Nam primò animadverto hæc præcipua, ac fortè sola ratione induci plerosque Philosophos ut credant *Naturam abhorreere à Vacuo*, quòd quibusdam in calibus ut in ascensu aquæ *Suctoriis in amlis*, &c. observent insolitum esse conatum, ac fortè validum etiam motum in aqua, aliàsque corporibus ad resistendum Vacuo.

Sed cum nihil hic manifestum videam præterquam quòd quædam corpora ponderis non experta tendant sursum, aut motu ferantur à motu solito diverso quoad determinationem, celeritatem, &c. non facile nulla necessitate coactus inanimatis sensusque omnis expertibus corporibus, cujusmodi sunt *aqua, aër*, &c. appetitus odiæque entium rationalium, aut certè sensitivorum ascripsero: Ac propterea vel idcirco causas aded ineptas rejicio quòd absque illis motus eidem ascripti explicari possint.

II. Si Cartesianam corporis essentiam admittamus ut à multis recentioribus Philosophis & Mathematicis admittitur, negari non potest à *Natura* sæpe non existere magnos, atque irregulares sæpe conatus ad Vacuum impediendum

cùm nullum esse *Vacuum* possit; stultè omnino supponeremus *Naturam*, quàm ut ens sapientissimum nobis exhibent insolitis operaturam modis, ut id quod impossibile est præpediat.

3. Si Atomistarum admittamus Hypothesim concedendum omnino est non tantùm *Naturam* non abhorreere à *Vacuo*, sed pleraque etiam eorum quæ agit illud requirere, cùm locali motu fiant. Sapientissime enim contingit etiam juxta illos Philosophos, ut necessarii corporum motus fieri non possint, ni corpuscula obvia in *Vacuola* quædam impellantur, cùm corpus propellens loco ea deturbare nititur: Quare *essatum hoc Natura* abhorreat à *Vacuo* præcipuis recentiorum Philosophorum sectis non congruit.

Sed omiſſa harum Sectarum auctoritate, colligi potest ex phænomenis ad *Naturam* à *Vacuo* horrorem demonstrandum adhibitis, aut *Naturam* non abhorreere à *Vacuo* etiam tum cùm maximè illud vitare nititur, aut illud valde leviter odisse, si præfertim eo sensu sumatur *Vacuum* quo vulgaris Philosophia illud accipit.

Si enim consideremus in plerisque visibilibus in hoc sublunari orbe corporibus, atque in ipso etiam aère atmosphærico plus minùsve gravitatis esse, aut tendentiæ deorsum versùs centrum Globi Terraquei, sat animadvertemus necesse non esse ut seipsam *Natura* turbet, agatque irregulariter ut impediantur *Vacuum*.

Quamvis enim *Vacuum* non horreret, præpedire, aut repleri poterit ejusdem conatu ad constituenda omnia gravia corpora circa centrum Terræ, quantum graviora corpora sinunt. Et quamvis etiam nullum *Natura* *Vacuum* prohibere intendat, ne dicam quamvis non existat, *Vacuum* impediens, impugnantque ut reipsa impugnant omnia ferè in hoc sublunari orbe corpora gravia, liquores confluentes, fluidaque omnia: Ipsa enim gravitate partiumque exilitate determinabuntur ad implenda omnia spatia quæ ab aliis corporibus aut specie gravioribus occupata non fuerint, aut quæ texturæ soliditate ipsorum descensum prohibent. Cui conformiter notioni observare licet, quando nullum est periculum *Vacui* corpora moveri posse ut moventur, cùm dicuntur eò coniti ut *Vacuum* impediant: Ut si pugnum profundius intrudas in *Siculam* arena plenam, posteaque extrahas, sola arenæ gravitate fiet ut major pars spatii à pugno tuo deserti repleatur. Si autem situla non arena repleatur sed aggregato corpusculorum minutorum, mobiliorumque granis arenæ puræ, mercurio aut aqua, tum spatium à manu desertum ad sensum saltem, penitus replebitur à corpusculis liquoris, quæ gravitate, exilitate, fluiditateque corporis quod constituunt, determinantur ad replendum spatium à manu desertum, quæ in alterutro horum liquorum immergebatur: Atque ut alibi ostendo si vitream sumas syphonem, cujus cavitas angustior est quàm ut aquam, aut mercurium per se invicem transire intus sinat, si inquam ejusmodi syphonem sumas, opæque suctionis exiguum Mercurii Cylindrum ad dimidium circiter pollicem in inferiore ejusdem parte disposueris, orificiumque superius

superius diligenter pulpa digiti occluseris, suspensus remanebit in syphone mercurius: Et si tum mercurium rectà deorsum in vitrum paulo profundius, aut aliud quodvis vas aqua plenum derrudas donec mercurius deprimatur ultra pedem sub aquæ superficie, si tum digitum amoveris ab orificio tubi prius obstructi, statim videbis mercurium sex vel quinque pollices celeriter ascendentem, novaque hac in statione rursus suspensum.

Quo experimento manifestè videtur evinci id quod dudum excogitavi, & cujus gratià illud nunc adduco: Adest enim hîc subitus gravis corporis, puta, Mercurii ascensus, suspenditurque in vitro, non ut *Vacuum* impediatur, tubus enim utrinque erat apertus, quòd Phænomena hæc leges æquilibrii liquorum quasi sponte sequantur: Ut alibi dilucidè, & minutius doceo.

Cùm mecum ipse perpendo quantam Philoſophi Scholastici *Natura* potentiam ascribant, eò minùs propendo ut puteim tantum abhorrere ipsam à Vacuo, quantum abhorrere illam ipsi crediderunt: Ostendi enim in quinta Sectione, ipsius ab illo aversionem, vigilantiamque ad illud evitandum non esse ejusmodi ut in sensu Peripatetico pacificè id admittere non possit quibusdam in casibus, in quibus exiguo admodum conatu, impedire illud possent, aut replere, ut clarè in præmemorata Sectione declaravi. Commemoravi jam *Vacuum* sensu Peripatetico, quia quando experimentum *Torricellianum* fit, licet fortè evidenter probari nequeat, aut contra *Cartesianos*, aut alios quosdam *Plenistas* in superiore tubi parte à Mercurio deserto esse *Vacuum* sensu vocis Philoſophico & stricto, ut tamen suam ipsi mentem sensumque *Peripatetici* exponunt dum contra *Vacuum* in ista Sectione commemoratum disputant, accuratus observator sat animadvertet difficillimè ipsos ostendere posse in isto tubo non esse *Vacuum*: Ut ex modo Scholasticorum probandi *Natura* à *Vacuo* horrorem è suspensione aquæ, aliorumque liquorum in tubis conicisque irrigatoriis vasculis colligitur existimasse ipsos quodvis hîc inferius spatium à conspicuo corpore desertum, cui nullum aliud conspicuum successerit, aut communis saltem aër, fuisse *Vacuum*. Ita spatium à Mercurio deserto in tubo, aut baroscopio triginta pollices longo facile quis conjecerit *Vacuum* non esse adeò formidabile quid *Natura* quàm ipsi sibi fingant, ac fingere ex principiis suis debeant. Quid enim infortunii mundo obtingit, ex productione, aut continuatione ejusmodi *Vacui*, licet desertum spatium pollicem multum superaret, multosque duraret ad annos, ut sæpe in longioribus barocopiis contigit? Illique Peripatetici, qui nobis dicunt, si *Vacuum* existeret celestium corporum influentias omnino necessarias ad sublunarium conservationem esse inercipiendas, cùm motus in *Vacuo* fieri nequeat, probare deberent, & non supponere ejusmodi necessitatem, ac considerare in nostro casu superficiem argenti vivi, ad quam *Vacuum* porrigitur, videri plerumque protuberantem: Quo manifestum fit radios lacis quos influentis admodum cunctes putant, aut earum esse vehiculum, aut posse transmeare illud *Vacuum* quia per

illud à Mercurio ad oculum aspicientis lux reflectitur: Atque in ejusmodi *Vacuo*, quoad communem aërem experiëntiâ didici sua emittere magnetem effluvia, ac movere chalybem, aut ferrum in eo situm. Ut verbo dicam nequaquam evidens est *Naturam* hîc inferius ad eò *Vacuum* odisse, ut manifestè illud horreat. Atque absque peculiari aliqua sollicitudine *Vacuum* saltem Philosophicum tantum impediunt, quantum Univerſi bonum requirit, gravitas *confluxibilis*que liquorum, aliorumque corporum in sublunari hoc orbe existentium: Quod autem ad illos spectat qui dicunt *Naturam* abhorrere, ac præpedire *Vacuum* tam in superiore Mundi regione, quàm in inferiore, non est quòd hanc assertionem confutemus donec ipsi illam probarint: Quod sanè ardui opus laboris futurum ipsis est, ut omitteam *Cartesianum* objecturum tam inutiliter *Naturam* resistere *Vacuo* in Cælis, quàm in Terra; cùm nullibi produci possit.

VI. Ad celeberrimum jam axioma illud venio quo Natura morborum medicatrix asseritur, ab *Hippocrate** desumptum, qui plurali numero utitur *υακου* *ποιεσιν* *ιτροποι*.

Quia autem hoc axioma à Medicis plerisque, Philosophisque admittitur, eoque præcipuè, ens illud quod *Naturam* dicunt, introductum videtur: Operæ pretium fuerit paulò attentius considerare, quo sensu, & quousque, celebris hæc sententia admitti debeat. Observandum itaque primò negativè usurpari posse quatenus sonat eorum morbos curari non posse, in quibus potentiæ, facultatesque vitales corporis debilitatæ ad eò sunt, ac depravatæ ut necessaria vitæ servandæ munia obire nequeant, aut certè adhibita à Medico remedia juvare non possint: Quem quidem vulgarium illarum phrasium sensum esse existimo, quibus asseritur, *remedia esse serius adhibita, Naturam esse penitus consumptam*. Hoc autem sensu hujusce axiomatis veritatem facillè agnosco. Quories enim machina necessarias aliquas partes habet, sive fluidas, sive solidas, ad eò depravatas, aut debilitatas, ut remediis nullatenus co-operari queat, immeritò quis sperarit expectam à remediis sanitatem. Sed nulla, ut reor, hîc difficultas occurrit quæ moram nobis injicere debeat. Ad positivum itaque quem axioma nostrum præ se fert, sensum accedo, qui quæ sitatio longè est: Homines enim existimare solent, residere in corpore ægroti ens quoddam vigil providumque, quod omnem semper adhibet industriam, conatusque tum Medici, tum suos, ut depravatam corporis temperiem corrigat, pristinamque eidem sanitatem restituat: Quid hac de doctrina sentiam è dicendis colligere poteris.

Ani adverti itaque primò oportebit, sapientissimum, benignumque mundi, & hominis Conditorum voluisse ut plerique hominum per multos annos eo in statu viverent, in quo suas in Mundi Theatro partes agere possent: Quocirca hæc humanorum corporum automata ita contexenda censuit ut communibus rationis subsidiis, ipsiusque exquisiti contextus, factique ad durationem ope,

* Hipp. Epid. l. 6. sect. 5.

auxilióque variorum corporum, inter quæ collocantur, licet non intento, pristinam sæpe valerudinem recuperare queant, si levioribus quibusdam casibus eam deperdiderint, levioribus inquam, quam si sint qui propositum generali providentiæ finem spectant, quas nec superare, nec præpedire ipsemet vult.

Plurima itaque quæ vulgò ascribuntur *Natura*, aptius meo quidem iudicio macrocosmi, & microcosmi mechanisimis ascribi poterunt; hoc est humani corporis, atque Universi: Atque ut quid velim uno, alteróve exemplo illustrem, mecum velim paulisper inspicias pyxidem nauticam, in qua acus magnetica excitata, pyxisque ipsa à competenti oppositorum ponderum numero æquilibrantur: Quamvis enim hoc instrumentum aliquanto validius concutias, titubabit pyxis, inclinabiturque nunc huc, nunc illuc, eodémque tempore acus magnetica puncta variis gradibus ad orientem, aut occidentem propelles, contextus tamen instrumenti, ac magnetismus præcipuè illius partis ejusmodi sunt, ut si vis, qua turbatus primùm ipsius motus est, quiescat, ad situm pyxis horizontalem reditura sit aliquot post reciprocationes; acúsque, quæ deviarat post aliquot ad hanc illamve magnetici meridiani partem inclinationes in eodem demum situ quietura sit, in quo *Lilium* rectà septentrionem stabilitérque respiciat: Hæc tamen, statui pristino restitutio, factitio in corpore contingit, mero instrumenti ipsius mechanismo, aliorumque corporum, intra quorum activitatis sphaeram constituitur: Sed quia pyxidem multi nauticam non viderunt, subjungam hîc loci minùs appositum, sed magis obvium, ac familiare exemplum. Si enim cum vacua bilanx accuratè æquilibratur, halitu aut manu alteram librarum depresseris, proindeque ad tempus æquilibrium destruxeris; cum tamen vis semel amota est, depressa libra statim ascendet oppositaque descendet, postque aliquot sursum, ac deorsum subsultus, utraque rursus sponte accurato in æquilibrio quiescet, absque ope ullius ejusmodi providi interni principii, cujusmodi *Natura* perhibetur: Quòdque ea hîc nihil agat inde confirmari poterit, quòd depressa libra non statim quiescat ad horizontalem lineam sub qua primùm depressa fuit, ut contingere deberet, si ab ente intelligente elevaretur, sed longè eam excedit. Ita humano in corpore causæ ejusdem turbatrices sunt sæpe tantùm transeuntes, cum structura corporis ipsius causarumque ad ejusdem conservationem conducentium, stabiles magis sint, magisque durabiles, ac propterea eam machinæ vim addere possint, qua diutius, plurimis rebus ipsi adversis, durare queat. Hoc nonnihil illustrari poterit, si perpendamus somnum licet propriè morbus non sit, facillè morbum evadere cum debitos sibi limites frequenter transgreditur.

Qui etiam cum debitos intra limites continetur, quandiu durat, plus obstat exercitio variarum corporis functionum, quam varii morbi. Juxta tamen commune rerum curriculum, materia sensus obstruente jam consumpta, ad actuosum eum homo statim redit, ratione cujus vigil, & vigilare dicitur. Sed ut propius ad rem accedamus, videmus multos præternaturalem à nimio potu sistim passos ea, paucos intra dies, à nimio ejusmodi potu abstinentia liberari,

multisque itém, qui nimia ciborum ingurgitatione appetentia privantur, appetentiam rursus restitui parciori victu paucos intra dies: Quod renovatum ventriculi fermentum, seu menstruum per id tempus concoquere paulatim valeat, atque expellere indigesta alimenta, humoréque peccantes qui ventriculo graves erant, ipsamque appetentiam destruxerant.

Atque híc observari velim tanquam quidpiam quod ad nostrum maximè scopum faciat, humanum me corpus non intueri tanquam horologium aut molendinum manuale, hoc est machinam ex solidis tantùm, aut minùs consistentibus partibus factum, sed ceu machinam Hydraulicam, aut potiùs Hydraulopneumaticam, quæ non ex solidis tantùm, fixisque partibus constet, sed fluidis etiam iisque in motu organico. Neque hoc tantùm observari cupio, sed & hæc fluida, liquores & spiritus in homine vivente ita esse constitutos, ut quibusdam in circumstantiis liquores sint ad fermentationem, seu commotionem dispositi; qua aut ipsi puriores fiunt, aut noxia materia egeritur, aut utrumque contingit: Unde plerumque fit ut corpus meliùs se habeat.

Jam consistentes etiam partes eo modo fieri posse, connectique aliis partibus ut pro re nata quasi agant, varièntque motus pro circumstantiarum diversitate, alio in scripto doceo, quò te híc remittere possem; Sed quia hoc paradoxum est, aliudque nihilo ipsi inferius fundat, unum hinc mutuabor exemplum à nemine hunc in scopum quoad sciam commemoratum, quo & mens mea exponatur, & res ipsa confirmetur. Animadvertendum itaque oculi pupillam non esse, ut sat notum est, substantialem organi partem, sed rotundum tantùm foramen, aut fenestellam in uvea factam, per quam modificati luminis radii ingressi in Crystallinum humorem incidunt, indeque ad fundum oculi, sedémque visionis refracti objectum illic plerumque, sed non semper distinctè quasi depingunt: Jam sapiens omnisciùsque rerum Author, instrumentum hoc visus miro adeò artificio fabricavit, ut pro varietate luminum quibus objicitur, pupillæ area varieretur. Cùm enim lumen vividum est, nimiumque foret, si radii omnes intromitterentur, qui intromitti possent per foramen solitæ capacitatis contracto undique circa medium sipario, rotundum foramen arctius fit.

Cùm tam lumen languidum est, objectumque obscurè tantum illustratum, quia plus lucis requiritur ut sufficiens in fundum oculi impressio fiat, siparium undique dilatatur ut lux major intromittatur. Oculoque bene constituto, hoc regulariter fit, prout organum majore, minorève lumine eger qua de re recentiores quidam opticæ magistri egerunt; deque eadem alibi ipse suscipio: Rem autem ita omnino se habere comperies, si oculos puelli, aut puellæ inspicias (in junioribus enim mutatio faciliùs percipitur,) cùm oculi ab obscuris objectis ad illustriora magisque illuminata convertuntur. Variationem hanc conspicuam adhuc magis comperi in oculis junioris felis, ut alibi peculiariter refero: Quare cùm te ad scripta mox indicata remittendam censeam, hoc loco addam tantùm varios eos in oculo motus à mero mechanismo produci, absque cognitione ulla, directione, aut perceptione rationalis animæ. Eodémque modo variè

alii motus variis aliis in partibus ad oculum spectantibus sponte quasi pro re nata producuntur. Atque quod ad fluidas corporis partes attinet, cōperimus secundum institutionem Authoris rerum, cum sanæ mulieres competentes sunt ætatis, quolibet mense contingere in iisdem fermentationem, aut commotionem in sanguine, ex qua quædam plerumque separatio, tum excretio corpori utilis oritur.

Urque melius capias, quid velim ipsa partium dispositione: ad pristini status recuperationem, intruere mecum tenuem, arctamque laminam chalybis, aut argenti depurati: Si enim alterum ipsius extremum vi detorqueatur, mutata partium textura ejusmodi evadit, aut incongruitas & congruitas pororum comparatè ad aërem ambientem eosdem permeare conantem, ejusmodi sunt ut statim atque incurvatrix vis amota fuerit, lamina quasi sponte ad pristinum situm redeat. Nullum tamen adest hic internum quod invigilet principium, sollicitèque illius restitutionem procuret: Perinde enim est lamina in quacumque quiescat figura: Si enim corpus elasticum diu incurvatum fuerit, tum quasi Natura officii sui aut oblita foret, aut fungi eo non posset, licet vis elateris concentrix sublata fuerit, præstinam recuperare rectitudinem non conabitur: Anniadvertique ipse laminam argenteam candentem & refrigeratam, si incurvetur, eo in situ perseveraturam: Quæ duobus tantum tribusve mallei ictibus, quibus invisibilis tantum texture mutatio fieri poterit manifestam habitura est, & insignem vim elasticam qua rursus eam spoliabis, si quantum necesse est, in igne calefacias, licet ne liqueat quidem.

Sed ut ad cœptam superius dissertationem de morbis, qui innocui esse solent, quia transeuntes, redeam, observare licet mulieres, tertio, quartove à partu die quoddam plerumque febris pati genus ob copiosioris in uberibus lactis redundantiam, qui morbus à multis *lactis febris* dicitur. Quæ sponte & citò abit quod pendeat à causis ipsa corporis fœminici œconomia longè minùs diuturnis. Si autem quis objecerit hujusmodi febres morbos non esse quia secundum institutum à Natura cursum non contingunt, de vi illationis jam non disputabo, licet respondere possem labores prægnantium, dentitionemque in infantibus non minùs secundum Naturæ institutionem contingere, quæ tamen utraque intemperies magnos plerumque, ac sæpe non sine vitæ periculo dolores gignit. Assero itaque molestis jam quos commemoravi casibus, si minùs fortè proberur, certè illustrari quod mihi propositum fuerat: Mentionem insuper faciam morbi, quem Medici plerique ejusmodi agnoscunt, sanguinis scilicet è venis Hæmorrhoidalibus fluentis. Licet enim nimius interdum sit hic sanguinis fluxus, periculosusque proinde admodum fiat, ac proinde à Medico cohiberi debeat, [quod signum sanè non est huic evacuationi sapiens quoddam, vigilque ens præsidere] sæpe tamen, sin minùs plerumque ea est corporis constitutio, ut superfluus, vitiosusque sanguis effluat, priusquam corpori graviter, aut fortè antequam ullatenus nocuerit: Ita cernimus varias tusses, raucedines, Coryzas curari hoc est hominibus non amplius molestas esse, licet nullam adversus eas adhibeatur remedium; quod structura corporis sat durabilis sit,

fit, ut peccante materia diutius durare queat aut certè diutius operationibus causarum aliarum hos morbos gignentium.

Notum est plerisque qua primùm vice navigant si præsertim tempestas sæviat insolitis navis agitationibus, ac fortè aère marino, navisque odoribus in eum incidere morbum qui à causa marinis dicitur: Qui periculosus interdum est, atque admodum molestus semper: nauseam enim, fastidiùmque ciborum plerumque gignit, continuùmque ferè deliquium parit, Cephalalgiam, constantemque, ut dicebam, nauseam, vomitumque frequentem ac sæpe violentum, aliàque symptomata quibus pressi plures conqueruntur nunquam se pro temporis diuturnitate tam gravem passos esse morbum. Paucos tamen plerumque post dies hanc intemperiem paulatim corporis facultates superant: Quæ eò semper quasi collinant ut in regulari suo cursu perseverent, supprimantque motus adventitios, quibus corpus oppugnatur: Atque ita ægrotus absque ullo alio subsidio convalescit: Et quamvis homines mari inassueti, sive ægrotent, sive secus, quamdam ab inordinatis navis motibus in continente vertiginem patiantur: Ab hac tamen molesta vertigine paucos intra dies, [eadem paucas intra horas liberari solebam] liberantur absque ullius ope remedii, quòd usitati regularisque partium corporis motus, irregularem adventitiùmque motum mali causam obliterent. Eundem in scopum observare licebit id quod multis accidit qui retroacti rheda non capitis tantùm gravedinem patiuntur, sed & Cardialgiam, torquenturque vomitu violento, ac frequenti quasi emethicum quidpiam sumpsissent. Hæc tamen intemperies desinere citò solet cum æger Rheda deserit. Cujus absque continuatione motus, qui in ægro præposterus perseverat, intemperies citò cedit, magis ordinariis, regularibusque sanguinis motibus, aliorumque fluidorum corporis. Ita cum in rheda aut alibi contingit ut quis in deliquium incidat ex aère, in angusto loco compresso, &que fuliginosis corporum humanorum exhalationibus, licet morbus sit terribilis, si tamen æger aère libero sat citò fruatur, externi hujus corporis amica operatio, quæ solitos partium corporis motus ad vitæ valetudini quæ defensionem juvat, pristina brevi eum valetudini reddet. Non pauca quæ diversis in morbis contingant aliquatenus illustrari poterunt: si poluerimus lutum in phialam, limpida plenum conjectum, phialamque tum concussam: Limpida liquidem turbida, jam fiet & lutosa, amissa duplici de causa diaphaneitate, primò ob lutum, cujus opacæ particule cum ea confunduntur, tum ob bullulas de novo in superficie generatas: Ut tamen suam hæc aqua limpiditatem recuperet, nihil opus speciali *Naturæ* cujuspiam cura. Sed juxta communem rerum cursum, aliquanto post, diffringentur bullæ, evanescentque in superficie terrestrisque particule ex quibus lutum sua gravitate ad fundum subsident, ibique quiescent, atque aqua proinde limpidior evadet. Ita pariter mustum recentibus ex uvis expressum, sat diu turbidum remanebit: Quamvis autem, nulla adsit forma substantialis quæ factitii hujus corporis motus regat, juxta tamen rerum cursum fermentatio excitatur, quædamque abiguntur corpuscula, in forma exhalationum,

num, aut vaporum, aliâque lateribus cadi impacta illic durefcunt, in tartarum, alia rursus ad fundum subsidunt, ibique quiescunt instar sedimenti: Atque hinc liquor limpidus evadit, atque ad sensum uniformis: Porro cur deputationes quædam, proscritionesque partium heterogenearum in sanguine non contingant æquè, ac in multo, absque peculiari ulla, felicitâque *Natura* directione?

Unum quidem supereft, cui hæc sententia, qua *Natura morborum medicatrix* asseritur, non levi in speciem verisimilitudine applicari poterit: Vulnerum enim curatio, Sectionumque à *Natura* oriri videtur, si enim vulnera carnem tantum afficiant, sæpe absque Emplastris, aliisque medicamentis curari poterunt: Ut autem prætermittam hæmorrhagias, aliâque alia symptomata, quæ tanquam *Naturæ* errores Chirurgus corrigere debet, hæc curatio solutionis continui videtur ab ipsa corporis fabrica proficisci, à qua nutritio pender. Succus enim alimentitius cum circulatione sanguinis & chyli ad omnes corporis nutriendi partes feratur, si præternaturales alicubi concreciones offendat, hiatumque vulnere factum, ipsius illic particulæ in spuriam quandam carnem concrefcunt, aliudve quodpiam ejusmodi corpus, cui constitucndo succus ille, pro ratione loci, ac circumstantiarum idoneus est. Ita non scrophulæ, scrophulosique tantum tumores nutriuntur in corpore, sed irregulares malèque formatæ in utero molæ, non minus nutrimento, quàm Embryones accrescunt. Atque ut ad præsens argumentum propius accedam, superflua fungosâque etiam fortasse non minus producit, nutriturque alimento ad partem læsam adducto, quàm vera genuinâque caro. Quare omnino decepta *Natura* videtur, si productionem conservationemque superfluatorum ejusmodi, atque incommodorum corporum intendit, aut certè reprehensione dignus Chirurgus est, qui iisdem destruendis omnem adhibet industriam licèt ea sæpe destruere nequeat, nisi iis adhibitis corrosivis quæ summum dolorem excitent. At quantum quidem quotidiana experientia colligere licet, *Natura* aded crudelis non videtur, ut alimenta non subministrat ad ea etiam reparanda quæ ad corpus tanquam genuinæ illius partes non spectant, & non tantum ad reparandam partium læsarum carnem, ut patet ex Morticinis, verrucis, fungisque qui rursus crescunt, posteaquam peritè dextrèque dissecti sunt. Meminique me mulierem vidisse in cujus sincipite, peculiari *Natura* cura, cornu pollicem circiter, & amplius longum nutrierat: Quod dum capiti adhuc accresceret, ne qua fraus subesset, diligenter examinavi.

Sed præter morbos, de quibus hæctenus, varii alii sunt quos *Natura* sola non curat; quod igitur ad hos prioribus numerosiores spectat, meritò quis crediderit aphorismum, quo *Natura morborum curatrix* dicitur, minus esse vero conformem, nisi sensu fortè limitato. Sed quia *Natura*, scio, exultimatur iis etiam in morbis, præcipuum esse agens, cujus directione, conformiter ejusdem scopo Medicus agat, ipsique etiam Medici [utrum ignorantia, an modestia non inquiri] *Naturæ* se tantum ministros fatentur, necesse fuerit ut examinemus

quīs nostræ conformiter doctrinæ iis assertionibus tribuendus sit sensus, ut à nobis recipiantur.

Sed ut ad dicenda via quasi paretur, animadverti oportebit præcipuam communium circa hoc argumentum errorum causam, ut partim jam insinuatam est, in eo esse positam, quòd corpus humanum consideretur potius ut systema partium, quarum pleræque crassæ sunt ac consistentes, ac non paucæ duræ solidæque etiam, quàm quemadmodum re ipsa est, ut composita quædam machina quæ præter consistentes eas partes constant ex sanguine, chylo, felle, aliisque liquoribus, fluidisque etiam subtilioribus ut spiritibus, aëreque: Qui omnes liquores fluidaque ferè semper variè moventur, quo constanti, variòque motu plurimæ ex solidis partibus, puta cor, pulmones, diaphragma, manas, pedesque, &c. frequenter varièque commoventur; quare ut quando constitutio, motusque qui in sano corpore regulariter ad fluidas partes spectant, ita se habent, ut ista pervertatur, hic anomalus fiat, inordinata mox machina evadit, licet crassiores solidæ partes primariò affectæ non fuerint. Ita quoties idoneis remediis, sive conspicuis, sive secus, viciatus sanguinis, aliorumque succorum textus corrigitur, inordinatæque ipsarum spirituumque motus, aut partium etiam consistentiam ab his agitationes, sedatæ quiescunt crassiores solidioresque corporis partes, totaque animalis œconomia, si ita loqui liceat, meliori statui restituntur. Ita cernimus variis in mulieribus hysteris effluviis ex Hispanica Chirotheca, validoque alio quopiam odore, quòd eo genus nervosum spiritusque infestentur, varia inordinata produci symptomata, sanguinisque motum sæpe ita obstrui, ut vix ulla venæ micatio sentiat, aut respiratio, totaque proinde machina laxior evadat, quàm ut seipsam sustentare queat; ruatque mox in terram motus omnis expers: Sæpe tamen objecta tantum ægrotantis naribus phiala valido spiritu, aut volatili sale Armoniaco aut cornucervi plena, intra horæ quadrantem, atque pauca interdum minuta, mulieres eo in statu, sensibus, loquelæ, motuque rursus restitimus.

Hic quoque observari à te velim, quòd aliàs inculcavi, humani corporis œconomiam ita esse constitutam à divino ejusdem Authore, ut multos plerumque per annos durare queat, si per generaliores leges ab eodem in Universo constitutis liceat. Quare mirum videri non debet quòd ita sæpe se habeat *automaton*, ut absque cognitione, intentioneque ad sui conservationem concurrat, cum, quamvis è statu saniore deurbatum fuerit, Medici manu, aptisve remediis, eidem restituitur.

At si quis objecerit exemplà in superiore dissertatione ab automatis sæpe ducta non esse adæquata, aut non sat illustrare difficultates à nobis commemoratas, facilè id admiserò, modò quis meminerit, ex professò me meritoque posuisse animalium corpora primitus esse machinas à Deo fabricatas, ac proinde omniscii omnipotentisque artificis opera: Quare nemo merito sperarit ab inferiore longè humana arte fieri posse machinas quæ his comparari queant, quas primitus Deus ipse fabricavit.

His præmissis, censeo quidem Medicum si à præjudiciis erroribusque liber sit, intueri debere ægrotantis corpus tanquam machinam deordinatam, sed ita tamen constitutam, ut ipsius concursu, aut ipsis potius partium automati quasi conatibus, ad meliorem reduci statum queat; si igitur comperiat ex præsentè corporis statu propensionem esse quandam ad peccantis materiæ rejectionem, [quæ quocumque demum modo expelli debet] modo conveniente, commodisque locis, tum ita sese geret ut hunc exonerationis evacuationisque modum promoveat, potius quam alium. Ut, si certis quis colligat indicia futuram brevi, sudore *erisim*; hanc potius promovebit cooperto calidis pannis ægro, apertisque sudorificis, quam aut purgatione, aut vomitu. Utrovis enim utilis probabiliter futura exoneratio prohiberetur; hocque sensu, si ita videatur, dici poterit Medicos esse ministros seu servos *Naturæ*: Ut nautæ, quoties secundus flat ventus, velorum litum non immutabunt, neque navis morum, quia nihil id exigat. At ut ostendam quasi ex accidente tantum obedire Medicum in casu præmemorato *Naturæ*, [ut phrasi *Naturistarum* quibuscum ago, utat] annon variis aliis in casibus peritior Medicus non *Naturæ* modò nurus non sequitur, eamve quid factò opus consulit, sed eò præcipuè omnia sua studia dirigit, ne quò *Natura* collimare videretur, eò pertingat, aliæque omnia quam ipsa velit ac contraria etiam fortè contingant.

Ita licet *Natura* in hydropicis importunè potum copiosum postulet, annuere tamen postulatis expedire Medicus non censet; ut pariter non concedit, quod avidissimè concupiscunt qui chlorosi, morboque eo, quem *picam* dicunt, laborant: Quamvis nihil ardentius desiderent quam inepta quædam, noxiæque multa, ut fructus præcoces, cæmentum, carbones, aliæque maxime incongrua. Ita sæpe Chirurgus impedit ne *Natura* vulneris labia occludat, quæ impetire admodum occluderet, donec intimæ omnes partes curatæ sint. Ita Medicus Catharticis sæpe, ac Phlebotomia eam materiam expellit, quam *Natura* majore longè periculo in pulmones projiceret, ac frequenti violentaque rursi expelleret.

Atque ita rursus si nervus, tendòve pangeretur, Chirurgus anodynis aliisve aptis remediis intempestivas *Naturæ* metastases præoccupare, ac sedare debet, cum in futorem quasi acta violentis minacibusque convulsionum paroxysmis, non affligit tantum turbatque patientem, sed se in periculum conjicit: Ita pariter cum in evacuationibus feminis peculiaribus, *Natura* conatur in quibusdam excrementum, per indebita inconvenientiæque loca dejectare, ut per os, oculosque: Cujus rei varias habemus observationes à *Schenckio* collectas †, aut ab authoribus bonæ fidei relatas. Medicus venæ in pede Sectione, aliisque mediis, *Naturam* à scopo detorquere conatur ut inrentæ evacuationes per propria vasa uterina contingant. Licet autem juxta *Naturæ*, ut loquuntur institutionem superfluitatum dejectio quovis mente contingere debeat; quam

† *Schenck. Ob. 4. p. 633. & seq.*

propterea quamdiu moderatam Medicus promovet potius quam supprimat, si tamen ut aliis ægrotis sæpe contingit, nimias magno ægrotantis periculo *Natura* permittat evacuationes, *Natura* exorbitantiam temperatis remediis, aliisque modis Medicus sollicitè corrigat, nimiamque tam necessariam, quam sanguis est, liquoris profusionem cohibet: Alia exempla horum quibusdam insigniora hunc in scopum afferri possent. Sed ea prætereo, quòd cum quædam licet fortè inutiles circa eadem controversiæ sint, eorum aptitudinem hinc proponendam non nisi pluribus quàm nunc placeat uti circa probationes non necessarias, ostendere non possim; præterquam quòd vereor ne unius Aphorismi explicationi diutius æquo immoratus sim: Paucis itaque tantum indicabo peritum me Medicum intueri non tam ut *Natura* ministrum, quàm ut ejusdem consiliarium, amicumque adjutorem, qui in ægroti corpore eos prorsus movet motus, aliæque quæ ad recuperandam ejusdem valetudinem utilia fore judicat, eas verò, quas noxias fore videt commotiones, aut morbi incremento, aut quovis alio ægrotantis periculo, partium suarum esse existimat, impugnare, aut impedire, licet *Natura* sat manifestè noxios hosce motus continuare velle videatur.

Hic loci commemorabo prudentiorum Medicorum etiam praxim, qui ad ægrum fluxui hæmorrhoidali obnoxium acciti, si evacuationem moderatam reperiant, feliciterque terminandam, rem totam, ut eorum quidam loquuntur, *Natura* committunt, hoc est, ut intelligibiliter loquar suæ morbum, quasi periodo, curriculoque permittunt, ad quod *Hippocratis Aphorismus** eos inducit. Si autem evacuatio diuturnior sit, aut copiosior, tum sollicitè cavent ne *Natura* ulteriore evacuatione patiatur, sui que officii esse putant remedia tum externa, tum interna adhibere ut evacuationem cohibeant, quæ hydropem, aliamve quempiam lethalem morbum gignere possent. Si autem dicatur *Natura* sanguinis, tam necessariæ humoris prodiga, quia tantum cujusdam eidem immixti humoris acrimonia irritatur, hæc responsio, quæ eadem omnino est ad quam *Naturista* confugere sæpe compelli possunt, re ipsa admittit *Naturam* non esse sapiens ejusmodi ens, quale fingere solent: Cum tam sæpe in furorem quasi agatur, agatque furentis in modum, eaque in corpore humano faciat, quæ ipsi perniciosæ admodum futura forent, ni Medicus mitior prudentiorque ipsa obstitaret.

Nunc adjiciam, ut quibusdam in casibus Medicus ægrum curat *modo negativo*, repressis scilicet intempestivis *Natura* conatibus, sic cum aliis in casibus *modo positivo*, plus ad curationem contribuere posse, quàm ipsa *Natura* queat: si enim quod ab arte remedium præparari poterit, ut Helmentius affirmat præparari posse *ex ludo* Paracelsi ope liquoris *alkabesi*, aut quale teste Cardano, Empyricus suo tempore possidebat, qui peragrans Italiam venicæ calculo afflictos ubique curabat, si qua inquam ejusmodi remedia sint, Medicus iis instrumentis perficere id poterit, quod, quantum colligere licet, à *Natura* ipsa fieri

* *Hippoc. lib. 6. Apho 9.*

nequit, cum solidum in vesica calculum nunquam dissolvat: Quineriam Medicus etiam absque ope remediorum, *Naturam* impugnat, regitque, magno subitotque *pauentis* emolumento. Cum quis alioquin non valde debilis, terrore nunciatioe inexpectato aded turbatur, ut spiritus precipitanter ac turmatim confluentes ad partem aliquam interiorem maxime cor, regularem solitumque ejus motum impediunt; qua deordinatione circulatio sanguinis prohibetur, admodumque imperfecta evadit, hoc inquam in casu, *pauentis* peculiari *Natura* de corde sollicitudine, ut vulgo etiam Medici supponunt, patitur deliquium, ex quo Medicus eum prompte interdum liberat, perfricando enim, & vellicando artus, aures, nasumque ut ad externas corporis partes spiritus cito adducantur motu a centro ad circumferentiam, contrario motui iisdem a *Natura* impresso a circumferentia ad centrum, seu cor; quod autem ad theoriam deliquiorum attinet, ejusdem jam veritatem nunc non examinabo, cum argumentum ad *hominem* vel eo nomine inde ducatur, quod Theoria ista adhibeatur ab iis quibuscum disputo.

Ex dictis animadvertere quis poterit, ut quedam sunt Phenomena quæ *Naturistarum* circa curationem morborum favere Doctrinae videntur, ita quedam alia esse quæ clarius adhuc propositæ a nobis hypothesi suffragentur; geminæque ea *Phenomenon* genera simul considerata suspicionem gignere possunt, sapientissimum, & tamen liberrimum *Natura* Authorem cum prima *Natura* humanæ individua ita condidisset ut per multos annos durarent, illisque *protoplastos* donasset facultate suas propagandi species, inde oriri quod in subsequenti- bus hydraulico-pneumaticis machinis quas humana corpora dicimus, cum neque specialis providentia, neque anima rationalis, neque alia interveniunt impedimenta, omnia in genere fieri secundum leges mechanicas, sive effectus ipsi machinæ huic profint, sive extrinseca corpora eidem noxia foveant; hinc dicere licet ea quæ referuntur ad eam quam *Natura* habet sanitatis ægrorum curam, esse genuinos mechanisimi Mundi, & corporis ægri effectus, qui feliciter sanitati ægrotantis coincidunt potius, quam ad eandem procurandam sapienter & consilio producantur; cum *Natura* non innoxia tantum, sed & noxia quoque corpori humano producat, foveat, servetque. Observamus enim in calculo, renum, & vesicæ ex vegetabilibus, animalibusque substantiis levioris texturæ cuiusmodi sunt succi alimentitii, qui in lactantibus pusionibus, calculo vesicæ obnoxii sæpe ex lacte fiunt, perire admodum fabricare *Naturam* corpus durum compactæ aded texturæ, ut difficulter admodum Medici Chymicique explicare queant qui ejusmodi coagulationes ex ejusmodi substantiis fieri queant: Comperique plures calculos non spiritui tantum salis resistere, sed & facile ferrum & chalybem, menstruumque illud summè corrosivum oleum ipsum vitrioli dissolvere. Videmus pariter sæpissime semina, aut seminalia vermium principia in fructibus minus salubribus aliisque ineptis alimentis recondita conservari, foverique in corpore, ita ut nihil prohibente menstrui fermento illic obvio in perfectos sui generis venæes evadant, semper molestos, ac sæpe

admodum noxios corpori in quo resident; ex quibus licet non statim varii, semper magis, præsertim hic in Angliâ pluresque oriuntur morbi quam Medici sibi fingant: Applicari hæc non ineptè possunt obviis iam optimæ notæ authoribus * exemplis ranarum atque etiam bufonum, quorum semen corrupta in aqua haustum tamdiu stomachus fovit ut ova in perfecta evaderent animalia, quæ horrenda iis in corporibus in quibus residerent & pascerentur symptomata producerent. Atque si juxta recepram Medicorum opinionem tenaciores febres quartanas melancholicus in splene humor gignat, dicere nihil vetat *Naturam*. eò conniti ut quasdam fluidi Chyli partes in tam tenacem, vixque dissipabilem succum convertat, ut in multis ægris nihil prohibeat e splenis & stomachi vicinia, nec emeticis, nec catharticis, nec confusis aliis remediis, pelli inde possit, nec resolvi, aut corrigi. Sed ad propositum mihi scopum proprias adhuc spectat consideratio veneni canis rabidi, quod magna interdum sollicitudine conservare *Natura* videtur; non desunt enim probatis in authoribus exempla, quibus manifestum fiat, medicam spumæ partem levi vulnere & citò fortè sanato, in sanguinem transmissam, nihil prohibente perpetuo calore, & perspirabili humani corporis fabrica, fluidaque spumæ textura, ita servari, atque multos etiam ad annos, ut sub extremum longi illius temporis, in tam horrenda erumpat symptomata quam si recens in corpus immissa fuisset.

His congruit quod in Italia notum est de morbo *Taranulo*; licet enim veneni quantitas vix conspicua sit, à dente tamen animalculi araneam mole non superantem propagatur: Hoc tamen venenum multis in ægris per totam ipsam vitam servatur. Eiusdemque in corpore præsentia annuis paroxysmis manifesta fit; & quempiam à primaria nobilitate novi, qui conquestus mihi est se in *Orientalibus* plagis mortuum esse ab animalculo cujus arma, ut vocant, *offensiva* vix oculo detegi possent, tam diuturnum tamen se inde passum fuisse dolorem ut duodecim post annis in parte vulnerata renovaretur sub idem anni tempus quo primùm læsus fuerat. Atque in morbis quibusdam hæreditariis, ut podagra, morbo comitiali, ac quibusdam dementiæ generibus, *Natura* videtur non minus sollicitè, quam peritè ad infantem morbifica parentum morbi semina transmittere, quantatuncque enim patitur cense dum corpus per totum vitæ curriculum *alterationis*, protectus intus hostis exerere potest virtutem, virèque suas, ubi priùs in corpore quadraginta etiam annos, aut quinquaginta laetisset. His & similibus, quibus addi possunt quædam *Naturistæ* mortem à morbis productam *mortem Naturalem* vocent, facitè inducor ut rejiciam celebrem hanc *Hippocratis* sententiam hæcenus examinatam, *morborum est Natura medicatrix*, nisi iis circumferibatur limitibus, de quibus in Sectione quinta, quam consule †, quia hinc discernere poteris varia Phænomena quæ *Natura* ut enis prudentis, cujusmodi existimatur, norioni non favent, Divinæ tamen Providentiæ apprime congruere.

* Schenck. *Observat* l. 3. p. mibi, 337. & seq. † *Vid. p. 94. ad p. 100.*

S E C T I O V I I I .

TOr jam frequentiorum circa *Naturam* axiomatum percurri ut merito confidam, alias hujusce generis sententias, quas præ festinatione attingere jam non licet, facile explicari posse, nostræque congruenter hypothese præmissorum ope principiorum, cum hæc vel paululum immutata illustrari hæud difficulter queant, aliisque applicari particularibus, quibuscum præcipue analogiam habent.

Sed hæc monitione cohiberi me par non est, ne aliud te commoneam non tantum hujus loci proprium sed quod præcipuam præmissæ dissertationis partem respiciat; Illud autem ita se habet: Licet principiis mechanicis explicare non possemus intelligibiliter peculiaria omnia circa *Naturam* axiomata, corporumque inanimatorum Phænomena quæ *Natura* favere dico, licet non concedam, immerito tamen inde quis collegerit confugiendum esse ad id quod *Naturam* dicunt, sitendumque in ea rerum descriptione quæ illius interventu haberi possunt. Alibi enim ostendimus, inferiùtque ostendemus, ope èntis ejusmodi, cujusmodi *Naturam* dicunt, ea aliâque *Natura* Phænomena intelligibiliter explicari non posse; & quamvis doctrina nostra, non minùs quàm illa vulgò recepta circa *Naturam* rebus corporeis impar describendis consideretur, melior tamen hoc in casu mea futura est conditio quòd minor probabilitatis gradus requiratur in iis argumentis quibus dubium quoddam propugnatur, quàm in iis quæ demonstrare asserionem debent.

Scio equidem à *Naturistis* vulgò dici, *Naturam* quam constituunt esse omnium motuum atque operationum in corporibus principium; sed priusquam huic acquiescamus principio, aut fidentiùs illud adhibeamus, non abs re fuerit nosse primò quid sit, de hac re alia in Sectione disserui, sed cum illic aliò Lectorem remittam, momentum ipsum simul ac difficultas argumenti inducunt me ut hoc super negotio ulteriùs disseram, & quædam immutem, aliâque addam alibi dictis, atque ut inculcem pariter illustrémque mea hac super re cogitata: Quæro itaque ex iis qui pro *Natura*, ut vulgò accipitur pugnant, utrum substantia sit, an accidens? Si posterius dicatur, dicendum est quod genus accidentis sit, quo jure ad solitarium accidens ea omnia attributa pertineant, totque tam multiplices, & tam mirabiles effectus quos *Natura* ascribunt; & quam ob causam complexum ex iis accidentibus quæ mechanicæ materiæ affectiones sunt, non possit æquè ac illud accidens quod *Naturam* dicunt à summè sapiente Universi Authore institui ad eas inter corpora mutationes producendas, quæ pleræque saltem intelligibiliter ad easdem reduci queant? si autem res harum mechanicarum affectionum interventu non contingat, operæ omnino prærium foret.

ret nos docere qua eas arte *Natura* efficiat : Quæ res, vereor, ne non tam citò, ita ut intelligatur, explicetur.

Si autem principium illud quod *Naturam* dicunt, substantia ut plerique tenent, sit, rursus exquiram, utrùm corporea sit, an incorporea? Si immaterialis substantia dicatur, rursus quaeram, an creata, nec-ne sit? si creata non sit, jam ad Deum alio sub nomine devenimus: Finisque disputatio est, sublaro ejusdem subjecto, aut objecto quod à Scholasticis non Deus ipse, sed Dei vices gerere dicitur. Sed si *Natura* dicatur, ut re ipsa dicitur, ab omnibus saltem Philosophis Christianis *ens creatum*, tum quaero utrùm intellectu, nec-ne prædita sit, ita ut norit quid agat, quosque in fines, quibuscumque conformiter legibus agere debeat: Si responsio negativa sit, *hypothesis Natura* nullam, quæ intelligatur, rerum descriptionem suppeditabit; cum privata intellectu *Natura* iis obnoxia sit objectionibus quæ inferius proponentur contra *Naturæ* utilitatem, si ens corporeum ponatur. Porro quamvis *Natura* diceretur intellectu prædita, earumque principium actionum quas multi Antiquorum animæ mundi ascribunt, præterquam quod hæc hypothesis Ethnicismo cognata est, non equidem existimo, eos qui cum variis Græcis, aliisque Philosophis Christianis prioribus, quandam Universalis animam affingunt, ejusmodi habituros hoc principium, quod Universalis Phænomena sat explicet.

Si enim hac in re Macrocosmum & Microcosmum inter comparationem instituere liceat, ut alii multis aliis in rebus instituere solent, facile animadvertimus licet *Naturæ* ratio attribueretur, plurima tamen Phænomena absque immediato ipsius interventu mechanicè produci posse: Ut patet in homine, quamvis enim in eo rationalis anima tam parvæ præsideat provinciæ, cujusmodi scilicet humanum corpus est, intusque omnibus ejusdem partibus unita dicatur; multa tamen in corpore ejusdem mechanismo fiunt, quæ ab anima non producuntur: Cujus rei exemplum proponere nobis licet ipsam in somno sanguinis circulationem, regularem cordis micationem, digestionem, nutritionem, respirationem, &c. quæ omnia absque immediato Animæ aut influxu, aut etiam notitia contingunt: Cumque homo vigilat multa ejusdem in corpore fiunt, non tantum absque directione, sed contra etiam mentis propensionem: Ut sæpe contingit in spasimis, rursibus, oscitationibus: Quin etiam licet brutæ multæ animantes, ac præsertim simiæ multas habeant corporum suorum partes, humanorum instar contextas, mirabile tamen hoc opus formationis, atque organizationis fœtus aut animalculi in utero sit juxta Philosophos ab ipsa anima bruti, quæ suæ propterea architecta mansionis dicitur; quæ tamen nec incorporea, nec corporea substantia est. Atque quod ad humanum etiam fœtum spectat, si communem Philosophorum, Medicorum, Theologorum, ac Legillarorum opinionem admittimus observandam est, corpus ipsum hominis quantumvis exquisita machina sit absque rationalis animæ concursu formari que in corpus nisi necessariis aprisque instructum organis non infunditur: Hoc est sub sextam septimanam, aut ante septimanam: Qua quidem observatione inducor ut
quaeram

quæram quantum ex hac hypothefi, aut cognitione mentis, tempore constituto subsidii ducamus ad explicandum modum quo præmemorata Embryonis functiones fiunt cum sub finem sex aut septem septimanarum, rationalis anima supervenit, hæcque viventi machinæ unitur. Si quis autem dixerit, cum Natura fit motus in corporibus principium, varios saltem eorum motus, qui præcipua ipsorum Phænomena sunt, ipsius beneficio explicari debere, respondeo difficile quid intellectu esse qui substantia creata immaterialis corpus movere queat; quod agens impenetrabile nullas habeat partes quibus mobile corpus impellat.

Scio quidem Deum, qui spiritus est, agnosci debere primariam motus in materia causam, quia ut non immerito cum Cartesio inferre possumus, cum motus non pertineat ad substantiam corpoream quæ talem incorporeo is enti tribuendus est. At tum mecum ipse perpendo ob infinitam distantiam Deum incomprehensibilem inter perfectissimumque creaturarum ordinem, circumspicte omnino comparationem eum inter easque esse instituendam, cautèque omnino ducendas esse conclusiones ab ipsius potentia, modoque agendi ad nostrum agendi modum: Cum is possit, exempli gratia, humanas in animas immediate agere, utpote qui illas creavit: Sed ipsæ eodem agere in se invicem modo nequeunt. Atque eò difficilius concipi posse puto atque admitti, si Natura incorporea sit substantia eam magnam materiæ mundanæ esse morticem, videmus enim in humano corpore rationalem animam quam Scholastici spiritum immaterialem dicunt, licet vitaliter ipsi unitam posse tantum determinare motum aliquarum partium, sed nullam movere, aut ne motum quidem in plerisque dirigere. Et si *Natura* dicatur movere corpora alio modo, quam physico, dubito an suppositio ejusmodi principii magno Physiologis ad explicanda Phænomena usui futura sit: Neque enim Medicum aut sagacitate, aut judicio polleere crederem qui existimaret intelligibiliter se horrenda eorum morborum symptomata, quos non pauci Medici veneficis ascribunt, intelligibiliter inquam describere si diceret distortionem has, motusque Convulsivos produci à pessimo immateriali spiritu, quem Dæmonem vocant: Sed cum hunc in scopum plura quorum cum placuerit, copiam tibi faciam, alibi dixerim, rem hanc hic pluribus non urgebo.

Superior dissertatio eorum oppugnat opinionem qui *Naturam* creaturam esse immaterialem volunt, quia communis opinio est plures Philosophos saltem recentiores, eam pro corporea habere: Ad eorum jam hypothefim mea sese converteret oratio: Quamvis autem objicere possem si Natura corpus sit, inquiri posse qui in hominibus rationales animas producere possit, quæ entia immaterialia sunt, quæ nulla materiæ *subtilisatione* aliave mutatione produci queunt: Hac tamen objectione neglecta primum inquiram, utrum ii quibuscumque ratione Naturam putent licet corpoream agere ex scientia, hoc est conscientiam ejus quod agit, obque fines præintentos, aut potius cæco impetu duci, summæque necessitate moveri, ac dirigi ab agente superiore, præstanti, quo ipsa caret in-

rellektu, prædito, tum pauca quædam reponam quæ huic, illive responsioni, aut etiam utrique applicari possint.

Ac primò quidem inquirerent Cartesiani si Natura substantia sit corporea, quæ cogitationis capax esse queat, quodve majoris adhuc momenti est, quæ queat esse sapiens, providaque omnium motuum qui in corporeo mundo contingunt directrix?

I I. Philosophus quispiam meritò quæserit quæ ens corporeum ita pervadere possit, atque ita quasi compenetrare Universum, ut minutis omnibus ejusdem particulis intimè præsens sit. Cujus adhuc principium motus dicitur.

I I I. Quætere pariter poterit, quæ fiat ut Natura cum materialis ipsa substantia sit, moveatur, seu in motu sit cujus ipsa principium dicitur, cum motus ad materiam quæ talem non spectet, corpusque tam verè corpus sit cum quiescit, quàm dum movetur. Si autem quis respondeat primam causam, quæ Deus est, primum ei motum impressisse, respondeo non minùs verosimiliter concedi posse eandem causam materiæ mundanæ motum impressisse absque alterius entis incorporei interventu, in cujus conceptu quatenus materia est, motus non involvitur.

I V. Inquiri pariter poterit quæ leges motus ab ente corporeo observari, ac defendi possint, quod quia tale, eas intelligere nequit, aut earum ex intuitu agere, aut certè quod nulla necessaria earum notitia præditum est, quodque nec ipsis conforme fieri potest, neque indubitata mundanæ materiæ cum iisdem conformitatem procurare.

V. Neque video quæ ens ejusmodi intellectus consiliique expertis magnis intellectum nostrum difficultatibus liberet, cum corporum Phænomena explicamus: Quia ut alibi observatum est, si Natura ens sit corporeum agatque necessariò, fatòque si ita loqui liceat, nihil causæ subesse video cur eam non quoddam machinæ genus esse putem. Difficultasque non minor futura est, si examinare voluerimus quæ variæ hujus machinæ partes contendantur, & moveantur. à magno rerum Authore quæque in se invicem agant, non minùs quàm in indubitata mundana corpora, ut qui in ipso mundo miri artificii automato Phænomena ab eodem authore produci potuerint, primitivæ conformiter constructioni, motibusque quos ipsi impressit, absque interventu illius entis quod Naturam dicunt: cum enim hæc, æquè ac mundus corporea creatura sit, nullas utriusque nisi mechanicas operationes conceperimus. Neque divinæ conforme sapientiæ videretur, quæ aded elucescit in fabrica, regiminèque Universi, alia adhibere remedia, quàm paucissima & simplicissima, quibus Phænomena in mundo exhibenda producerentur. Neque multùm nos commovere debet quod à *Naturalistis* quibusdam asseritur, Naturam licèt ens incorporeum non sit, ordinis esse merà materiæ altioris, ut è Scholasticis non pauci de formis suis materialibus loquuntur. Quis enim distinctè concipiat classem entium re ipsa substantiarum, quæ tamen nec corporea entia sint, nec incorporea. Neque fat intelligo

telligo quamvis ens ejusmodi intellectus expers admitteremus, licet nescio quam ei animam concederemus, quid hinc opis ducere possemus ad Phænomenon explanationem: Ut si quis molendinorum texturam intelligat, æquè conceperit quæ frumentum molendino commolatur, molendino inquam vento circumducto, aut aquarum defluentium impetu, atque conciperet, si sciret ab equo circumduci, qui licet animatus hoc in casu agit tantum tanquam pars machinæ, quæ ad circummeundum determinata neque frumenti commolitionem propositam sibi habet, neque illud commolare se novit.

Atque hic loco licet fortè non maximè idoneo inquiri potest quæ conformiter magistri sui doctrinæ Scholæ doceant Naturam esse principium motus in omnibus corporibus, quæ Naturalia dicunt: Ut enim omittam magnas illas sublunaris materiæ massas, quas elementa dicunt, mixtæque ex iis corpora, quæ à multis doctis moveri dicuntur à centro terræ, aut ad centrum terræ distinctis internis principiis, putà gravitate in terra & aqua, levitate in igne & aëre, atque ut omittam cuilibet mixto illam ascribi qualitatem quæ pertinet ad elementum in eo prædominans; ut hæc inquam omnia omittam, animadvertite Cælestem mundi partem, sublunarem vastissima mole longè multumque superare: Plerique tamen cum *Aristotele* Peripatetici nobis asserunt Cælestes luminis Globos, vastosque orbes quibus eos infixos supponunt moveri ab occidente in ortum ab intelligentiis, hoc est separatis & rationalibus entibus: Supponunt enim absque horum regimine Cælorum motus non posse esse tam regulares & diuturnos: Quare in illa parte mundi quæ sublunarem longè superat confugere quis nequit ad *Naturam* tanquam internum motus principium, cum illic tantum affstrices intelligentiæ moveant.

Hic loci ulterius considerandum venit si generalis effectricis causæ motus notitia ad particularium *Phænomenon* explanationem parum faciat, *Naturistarum*, quibuscum nunc ago hypothesim, nostra nihilo fore potiorem: Ea enim deferere coguntur primitivum impulsus à Deo materiæ impressum, mechanicæque affectiones majorum, minorumque ejusdem portionum. Perinde enim est illi qui declarare vellet, quo speciatim motu, ut veloci, lento, uniformi, accelerato, directo, circulari, parabolico, &c. hoc illudve Phænomenon productum sit, scire utrum partibus materiæ à Deo primum impressus sit motus an immediatè à Deo: Nisi fortè is utpote infinitæ cognitionis, probabilius credatur quàm creatura produxisse primum in materia motus optimè accommodatos Phænomenis in mundo exhibendis: nec sat causæ subesse video cur admittamus ullum Naturam motum de novo producere, utpote quæ transferat tantum regulæque communicatum materiæ sub rerum initia motum. Ut humano in corpore, rationalis anima, seu mens novos efficere motus nequit, sed motus tantum spirituum, aliorumque organorum, atque instrumentorum voluntarii motus dirigit. Præterquam enim quod plurimi recentiores Naturistæ Cartesii opinionem probent, eandem scilicet motus qualitatem in integra mundanæ materiæ massa semper conservari, eandem inquam quæ primum ipsi

communicata fuit, licet perpetuò ab una parte ad aliam transferatur, mecum ipse reputo, si *Natura* in his & istis corporibus motus omnino novos, qui quæ prius nunquam extiterint produxerint, quantitatem motus in Universo per aliquot annorum millia necessariò fuisse auctam, augeri quæ deinceps continuè oportere: Quod semel admissam totam motus localis Theoriam, ipsosque etiam Philosophos perturbaret, adedò ad explananda corporum Phænomena non juvaret. Quod autem ad effectus motus localis in universalis materiæ partibus attinet quis fortè crediderit *Natura* hypothesein, sive eam velis materialem esse, aut immaterialem substantiam, sive intellectu præditam, sive privatam, nec necessariam esse, nec multùm conferre ut concipiamus quæ Phænomena producantur. Si animadvertere placuerit in quibusdam animalibus, quorum pleraque corpora non minore ferè contexta sunt artificio quàm humana, ac majore etiam fortè arte quàm mundus ipse fabricatus sit, mechanicos Philosophos, qui cogitationes sensumque propriè dictum brutis animantibus negant, non minore luce, verique specie, observata in iis Phænomena explicare, quàm ii explicent, qui animas iis ascribunt quæ vix ab humanis animabus discrepent.

Nescio an hîc loci addere non debeam Peripateticos ipsos maxime hodiernos docere quædam unde quis conjiciat necessitatem confugii ad Naturam nequaquam tam latè parere quàm ipsi sibi fingant: Efformatio enim plantarum, animaliumque, quæ nullum præstantius inter corporea artificio, ascribitur non immediatè *Natura*, sed ipsi animæ. Quam corpus organizare volunt, eamque propterea *mansionis suæ architectam* vocant: Quam, ajunt, fabricat innata potestate, peritiâque, quam *plasticam* aliqui appellant; atque alii aliter. Eidemque animæ varia munia obeunti concoctionem alimentorum tribunt, expulsionem excrementorum, productionem lactis, seminis, &c. facultates plurimas, appetitivam, locomotivam, &c. quæ viventibus corporibus ascribuntur. Atque in inanimatis etiam operationes, atque proprietates nobilissimæ ab iisdem Scholasticis Philosophis tribuntur *Formis substantialibus*. Cùm ab his miras magneticas proprietates derivent, attractivam succini, aliorumque electricorum facultatem, medicas gemmarum virtutes aliorumque corporum mineralium, sive consistentium, sive fluidorum.

Sed ut huic argumento utpote ad hominem non amplius immoretur, si rem ipsam libero examini subjiciamus, libero inquam examini earum explicationum quas vulgares Philosophi asserre solent quædam Phænomena Universi describunt. Eas vix intuebimur, ut veras reipsa explicationes. Neque enim Phænomenon illud sat explicatur quod causæ effectrici generali ascribitur. Sed speciatim indicare debemus quæ generalis illa causa effectum propositum producat.

Hebes enim prorsus is fuerit, qui petita horologii rotari descriptione, satis sibi factum ab eo existimaret, qui diceret machinam illud esse ab artifice confectam, licet nihil hinc explicetur de textura, coaptationeque elateris, rotarum, libræ, aliarumque machinæ partium; nihilque dicatur de modo quo in se invicem

cem agunt ut reciproca hisce actionibus veram diei horam indicent. Utque is qui novit structuram, aliásque mechanicas horologii affectiones, earum operationem ejusdem explicare Phænomena poterit, quamvis nullam ei inesse vitam, animamve, ceu internum motus principium supponat; ita is qui horologii mechanismum non intelligit, nullam, cui quis acquiescat, operationum ejusdem rationem proponere poterit, licet cum Sinenfibus dicat, cum scilicet Jesuitæ horologia isthuc primum detulerunt, horologium, Europæum esse animal, aut corpus animatum, seu animam *informatum*.

Hæc comparatio occasione ejusdem proponendæ accommodata est, quam hac magis physica illustro: Cum quis Mathematicarum disciplinarum rudis miratur Solem oriri, atque occidere per hyemem in aliis horizontis partibus, inque aliis distantibus, diemque tum longè breviorē esse quàm æstivo tempore, aliquósq; dies putà medium ante Martium, aut Septembrem, noctibus esse æquales, Lunam interdum conjunctam Soli, interdum oppositam, atque per tempora intermedia: nunc unum, nunc alterum illorum planetarum pati interdum Eclipsim; hic inquam hæc omnia haud difficulter intellexerit si clarissima Mathematica Astronomiæ elementa edoctus fuerit. At si has explicationes tanquam minùs competentes, aut etiam deficientes rejiciat, verosimile non est futurum ut ipsi satisfiat, si ipsi cum *Aristotele*, Scholasticisque dixerit Solis & Lunæ orbis aliarumque cælestium sphaerarum ab Angelis, aut Intelligentiis moveri, cum ex generalibus ejusmodi indereterminatisque causis, capere minimè queat qua demum ratione commemoratum mox Phænomenon producat.

Si quis hinc objiciat hæc exempla ducta esse à factitiis, non à merè physicis corporibus: Ita paucis respondeo, quod non geminis modò commemoratis exemplis, sed & omnibus ejusdem generis applicari velim, omnibus inquam in toto hoc tractatu obviis: Sub cujus initium, si meminissem, quidpiam haud ab simile proposuissem: Paucis itaque respondeo varia eorum exemplorum de quibus agimus proponi tantum ut illustrationes, aliáque utilia esse posse quamvis analogia tantum forent: Cum exempla ducta à corporibus artefactis distinctius concipi possint à vulgaribus ingeniis: minùsque dubitationi obnoxia sint in eo in quo comparatio ipsa consistit: Ejusmodi autem exempla eò libentiùs utor, quòd *Aristoteles* ipse, ac nonnulli alii è doctioribus ipsius assèctis variis utantur comparationibus ductis à figuris aliisque rerum artefactarum accidentibus, quibus rerum Physicarum rationem reddunt atque etiam generationis, corruptionis, formarum corporumque Naturalium. Interruptam præmissis hoc monito dissertationem prosequor, addoquæ illud manifestè confirmari quod aliàs observabam, scilicet quamvis mechanicis principiis hujusmodi Phænomena explicari non possent, non propterea nobis confugiendum esse ad illud principium quod homines *Naturam* dicunt, aut ei acquiescendum cum neque hujus ea ope explicari clarè queant. Sed ingenuè fateamur oportet nescire adhuc nos quæ fiant, hancque ignorantiam ab imperfectione intellectuum nostrorum oriri potius, quàm ex eo quod *Naturam* juxta communem acceptionem

mechanicis principiis non præferamus, dum Phænomena Univerſi explicamus. Cum enim Cartesius aliique acuti ingenii viri magna fiducia doceant vix ullius eum Phænomenon verè atque intelligibiliter à principiis *Aristotelicorum* fuiſſe deductum, negari vix poterit ab ullo qui diſciplinæ phyſico-mathematicas noverit, cujuſmodi ſunt optica, aſtronomia, hydroſtatica, mechanica, magis propriè ita dicta, varia Phænomena, quorum quædam hoc in tractatu commemoramus clarè explicari poſſe principiis mechanicis: Quibus propterea *Aristoteles* ipſe sæpe utitur in quæſtionibus mechanicis atque alibi: Quocirca quia è corporuſculariorum Philoſophorum principiis rerum corporearum ratio reddi nequit, ſi propterea iis acquieſcere non debeamus, merito ſanè, cum difficiliùs ad hæc, obſcuriùſque earum ratio ope *Naturæ* reddi poſſet, poſtერიorem non minùs, quàm priorem hypotheſim rejiciemus, nec meliorem utraque invenire conabimur. Jam autem ſi quis inquireat quid utilitatis percipere lector poſſit ex axiomatis in præcedente ſeptima Sèctione explicatis, atque in genere ex moleſta, non minùs quàm *libera diſquiſitione*, cujus non poſtrema pars ſunt: Reſpondeo ſperare me futurum ut hæcenus propoſita tum Philoſophiæ naturali tum Religioni ipſi perquam utilia futura ſint. Quod ad naturalem Philoſophiam ſpectat; tractatus hic utilis eſſe poterit ejus ſcientiæ cultoribus hoc nomine quòd in cauſa futurus ſit cur homines in ſcriptis Philoſophicis non adhibeant abſque magna neceſſitate *vocem, Naturam* ſcilicet, quæ ob ſummam ejuſdem ambiguitatem, negligentiamque eorum qui ea utuntur in variis ejuſdem acceptionibus diſtinguendis obſcura admodum reddit hominũ circa res corporeas ſcripta, dictæ, variâſque controverſias gignat in quibus de voce tantum apud homines lis eſt, cum de rebus diſputare ſe putant: De quibus fortè nulla foret opinioſum diſcrepantia ſi ſublata ambiguitate homines ſeſe exprimere poſſent: Præterea ſuperior diſſertatio ex hoc capite perutilis hominibus futura eſt, quòd inde facilè diſcere poſſint inceptè admodum Phænomena corporea explicari hinc quòd aſcribantur *Naturæ*: Cum *Naturæ* quidvis aſcribere ruſticus quivis æquè ac Philoſophus poſſit: Hic loci animadvertere me oportebit imperitam vocum minùs latè patentium, minorisque quàm ſit *Naturæ* momenti, & ambiguitatis uſurpationem, fuiſſe hæcenus atque etiam nunc eſſe: non levem Philoſophiæ ſanioris remoram: Neque enim plerique tantum Medici quamvis alioquin viri docti, Chymicique, ſed plerique etiam Phyſiologi ſat ſæpe dixiſſe putarunt cum *Phænomenon* aſcripſerunt iis rebus quæ *reales qualitates* eſſe creduntur, aut à quibuſdam *Naturales facultates* vocantur, aut ab aliis compendioſiore voce *facultates*. Quorum cuilibet nomen ſcopo ſibi propoſito idoneum fingere ſolent: Licèt intelligibiliter non declarent quid hæc *facultas* ſit, & quo modo operationes eidem aſcriptæ ab ea fiant: Ita attractivam facultatem homini aſcriptam, quam *putatiſſimè Naturæ* à Vacuo horror juvat, per multa homines ſæcula admiſerunt, ut veram aſcendentium in ſuccionè liquorum cauſam: Cujus tamen hodierni Philoſophi, qui explicationes à meris *facultatibus* derivatas ut hæcenus declaratum eſt, deſpexerunt mechanicas, atque intelligibiles

elligibiles etiam causas assignarunt. Potentia magnetis attrahendi, ut loquuntur altero extremo septentrionale acus magneticæ extremum, altero repellendi, habetur è præcipuis ac nobilissimis illius lapidis facultatibus: Alibi tamen doceo qui in exiguo admodum, sed vero genuinóque magnete mera, atque inconspicua sæpe texturæ mutatione, extremo magnetis meridionale prius acus extremum attrahenti vim indiderim attrahendi septentrionale, oppositóque extremo vim illud repellendi: Aded mirabilis hæc attractiva facultas, ut loquuntur à mechanica lapidis structura; pendet, congruitatèque cum aliis corporibus inter quæ collocatur, ac præcipuè cum Globo Terrestri, magnéticisque ejusdem effluviis.

Sed quia alio in tractatu consultò ago de eo quod *Naturistæ facultates* vocant, in genere animadvertam vocem hanc *facultatem*, admitti posse ut orationis compendium, sed non ut reale, distinctumque agens, cum re ipsa *facultas*, aut *potentia* rei, sit saltem sæpe *materia* tantum ejusdem quam *operativam* mechanicæ quædam ejusdem modificationes fecêre: Dixi, *quædam*, quia omnes simul sumptæ peculiarem ipsius *Naturam* constituunt; & facillè loquantur homines de *facultatibus*, quantumvis ut distinctis, activisque principiis, hæc tamen conditio ad eas necessariò non spectat. Sæpe enim, sin minùs frequenter, effectus ejus quod *Naturalis facultas* reperitur, oritur à textura, figura atque ut verbo dicam, mechanica agentis dispositione qua actionem agentis remotioris ad effectum producendum determinat: Ita in horologio ut libræ vibratione indicetur hora, ut statis temporibus malleus campanam feriat, diversi tantùm effectus sunt ponderis, aut elateris, quo machinæ motus imprimitur, & conservatur: ita clavis acquirere potest, aut amittere suam aperiendi ostii *facultatem*, quam fortè Scholastici quidam *facultatem aperiivam* vocarent, mutatione non in ipsa facta, sed in *seris* quibus applicatur, aut in manus morticis motu. Ne autem quis objiciat hæc exempla desumpta omnia esse à corporibus artefactis, subjungam cum lucida nativæ Crystalli particula consecuta est, ut sæpe contingit, figuram prismatis, debitóque insitu Soli exposita est ipsius figurationem quod eam aptam reddat ad eos radios refringendos, reflectendósq; certo quodam modo, tribuere eidem *qualitatem colorificam*, qua exhibere possit atque æmulari, sin minùs superare varios illos, pulcherrimóque iridis colores: Atque hæc in concavo vitro metallino licèt videantur multæ esse distinctæ *facultates*, ut invertendi, augendi varia objecta, liquefaciendi, urendi, &c. varia corpora, &c. omnes tamen illæ potentie ab ipsa figura tantùm oriuntur, capacitate, aut lævitate quæ mechanicæ materiæ speculi affectiones sunt: Atque re ipsa, si rite judico (licèt quod dicturus sum paradoxum videri possit) *varia tamen plurimorum corporum qualitates, durabiles tantùm dispositiones sunt ut hoc vel illo modo actione externorum agentium afficiantur*. Et fortè ut hæc ipsa actio modifictur: Facultas enim illa qua fit *Echo*, quæ in variis locis concavis observatur, nihil aliud est quàm mechanica dispositio eorundem quam à figura habent, resistentiæque ad sonum reflecten-

dum : Ut exemplum clavis superius allatum resumamus, addere licet mera positione alterarum illius extremitum maximè si clavis longa fuerit, acquirere posse, aut deperdere transeuntem magneticam facultatem ab effluviis magni illius magnetis, *terrae* scilicet, eandemque clavim posse paucis momentis durabilem acquirere magnetismum mechànica mutatione à magnete recepta ut norunt ii qui in Philosophia mirabilis illius *mineralis* sese exercuerunt : veròque simile mihi videretur, idcirco præcipuè viros doctos tam inhærentes, activasque facultates tot corporibus tribuisse, quòd cum res naturales, artefactasque non sat intelligerent, non sat attentè perpenderit quantum discrimen esse possit inter corpus absolute consideratum & idem corpus consideratum in iis circumstantiis, in quibus esse potest : Quibusdam enim in casibus corpori Physico quædam meritò tribui possunt non quia tale corpus est, seorsim ab aliis consideratum. Sed quatenus inter congrua quædam corpora situm est, estque præcipua, aut maximè activa pars compositi corporis, aut complexi ex corporibus quibus jungitur, quæque idoneæ sunt structuræ ad Phænomena quædam exhibenda : Hoc analogicè videri poterit ex eo quod elateri contingit; si enim incurvus manu cuiuspiam tenetur, aut in pyxide comprimatur, simplex tantum quid est quod extensivo conatu comprimantia remove corpora nititur. Sed in horologio artefacto vi fabricæ illius machina poterit evadere principium necio quot discrepantium ac fortè contrariorum motuum ipsas inter partes, variorumque insignium effectuum inde provenientium: Hæc observatio illustrabitur fortè si addidero variis in corporibus fluidam substantiam ad convenientes motus determinatam æquivalere posse interno elateri; maximè si eam juvent amica agentia externa : Res ulterius exponi poterit si animadvertamus eum qui fistula harmonica peritè ludit, si ore apertum aërem afflet, aërem inconditè tantum percussurum, si tamen ea, quam ore efflat, aura, transeat in instrumentum, modificturque illic musici digito, artèque, simplex prius aura in variam abibit harmoniam. Ita pulvis nitratus ex arte temperatus licèt, si flammam concipiat apertò in aëre subitum tantum cum sonitu, confusumque lumen quod citissimè evanescat, emittat; peritè tamen in pyrobolariis, aliisque affabrè factis instrumentis dispositus, ac tum accensus variam, gratamque lucentium corporum varietatem exhibebit, eaque Phænomena quæ meritò in pyrotechnicis miramur. Physicum quoque exemplum quibus illustrentur *analogici nostri, ac vicarii*, ut ita loquar, *elateres*, suppeditant capæ, radicisque aloës, quæ vulgò *semperviva* dicuntur, aliæque quædam vegetabilia; nam hæc tempore verno aëri exposita si fuerint, succi, spiritusque in iis contenti aded agitantur peculiari structura solidiorum partium ut licèt: neque terra cooperetur neque pluvia; virides emissura sint per varias septimanas cauliculos, seu folia invidua quasi in optimo consista solo forent.

Licèt materiam viridiam harum frondium radicales ipsæ partes subministrant, ut colligi potest ex manifesta radicum quoad molem diminutione, *gradualique* ponderis decremento, ut in faciendis hujuscemodi experimentis observavi,

servavi, atque in aëre etiam qui externum fluidum est, concurrēnsque cum succis, spiritibusque variorum insectorum, aliorumque frigidorum animalium morum admittere poterit, eumque ita determinatum eorum organizatione, ut tempore verno, aut æstivo novam quasi vitam resumant cum per hyemem motus expertia, aut quasi mortua jacuissent. Mulcæ enim, ut videmus, incalescente aëre motum, sensumque facile recuperant, postquam utrumque amiserint per multos fortè menses. Atque hæc mutatio longè citius in iisdem observari poterit calidioribus anni tempestatibus cum aër iis subtrahitur in *antlia pneumatica*, rursumque restituitur, ut iterum resurgant: Atque ut aliud quod fortè gratius fuerit, exemplum afferam, quia ut merè physicum est, ita & simplex, maximeque conspicuum: Quamvis Solis radii lucem primariò producant, aut fortè calorem; dum tamen debito modo in roridam nubem incidunt, estringunt ibi ingentis arcus figuram, eamque variè reflexam, & refractam variis iis coloribus, quos miramur in *Iride*, pingunt.

Sed prosequi me oportet ulteriùs observationem casu commemoratam, tanquam exemplum quo ostenderem veræ Philosophiæ progressum impediri posse ipsa hominum consuetudine assignandi *res imaginarias*, aut arbitraria nomina tanquam veras effectuum Physicorum causas: Hæc autem inter arbitraria vocabula nullum videtur malignioris, ut ita loquar, fuisse *Natura*, plusque Physiologiæ nocuisse quàm vox hæc *Natura*, cum nulla alia toties & tam diversos in scopos usurpata fuerit. Quare quamvis omnem omnino vocis *Natura* usum affiniùmque ipsi locutionum tolli nolim in vulgari sermone, atque etiam in Philosophicis quibusdam dissertationibus, in quibus aut summus rigor non requiritur, aut ambiguitas ipso contextu præoccupatur, aut, ut verbo absolvam, quoties adhiberi potest tanquam sermonis compendium absque veritatis, veræque Philosophiæ præiudicio quibus in casibus ipsemet hanc vocem usurpo, futurum tamen spero ut libera nostra disquisitione nonnihil saltem conducatur ad peritiorē investigationem, felicioremque Physicarum veritatum inventionem, si hac induci homines possint, ut minùs sæpe, magisque circumpectè, tam ambigua malèque sæpe adhibita voce hæc *Natura* utantur, sibi que deinceps non ampliùs fingant verè se Physiologi partes implese, donec methodo clara particulatim à principiis quæ intelligi possint, Phænomena deduxerint. Quod aut quis præstare meminerit, aut se non præstitisse animadvertet, si neglectis generalibus, ambiguisque vocibus conetur res explicare iis locutionibus quæ ab attentis quibuscumque lectoribus, communique intelligendi facultate præditis intelligi queant, perspicuamque hanc *Philosophandi* methodum ingeniosi qui que amplecti debent hoc præsertim nomine, quòd ii qui eam secuti sunt, varia rerum difficultium investigatione explicationeque, curioso hoc sæculo non solùm plurima feliciter detexerint circa varia Phænomena vulgò ad fugam *Vacui* relata, sed multa etiam in *Hydrostaticis*, *Opticis*, *Anatomia*, *Botanica*, aliisque variis, quibus immorari jam nequeo, *realis Disciplinæ* partibus: Atque hæc sat fuerint de utilitate è *Doctrina* nostra ad Philosophiam redundante.

Quod ad Religionem spectat, si, quod superius in ipsius defensionem dixi, attentius perpendatur, rectéque applicetur, superior dissertatio eidem neque adversa, neque inutilis videbitur. Quare hîc in compendium reduco quod illic fusiùs dixi, quibusdam, quæ hunc in locum servanda erant, additis.

I. Ac primò quidem Doctrinâ nostrâ cohiberi ii poterunt qui nimia *Naturam* veneratione prosequerentur, cohiberi inquam hi poterunt, ne in sacrilegos eos errores inducantur quos speciosas ob causas non Ethnici tantùm Philosophi amplexi sunt, sed & varii etiam Christianissimi professores qui impios Gentilium errores novorum nominum tegmine haud ita pridem induxerunt; hoc ausim dicere, quòd multi ex Ethnicis Scriptoribus, ut in quarta Sectione ostensum est, agnoverint quidem, ut hi ipsi faciunt, Deum, sed vix à *Materia*, atque etiam à *Mundo* distinctum: atque omnino discrepantem à Deo *Judeorum*, ac Christianorum: * Deus enim noster primò infinitè perfectus est, tum & incorporeus & perfectior quàm ut *materiam animam* Ethnicorum *Mundane* instar animet, aut ut *anima* propriè dicta corporis cujuscumque sit: Deinde ut possit dividi, ex eoque humanæ animæ, quasi decerpi, exculpi, aut aliter separari queant, ita ut sint veræ partes, aut portiones propriæ ipsius substantiæ.

Cùm idololatræ, atque infideles de quibus ago nomine Dei ens conceperint de quo dogmaticè multa afferebant, à se invicem, & magis adhuc à veritate discrepantia. † Primò enim eorum plerique Deum suum existimarunt merè corporeum, ut, præter, ea, quæ *Diogenes Laertius* aliique referunt, memini originem multis locis affirmare: Si *Eusebio* * fidem adhibere vis, Veteres

* Stoici in *Laertio* describunt mundum hoc modo; *Diog. Laert. l. 7. in vita Zenon. Mundus est qui constat ex celo & terra atque ex illorum naturis, sive qui constat ex Diis, & humanis ut que rebus quæ horum gratiâ conditæ sunt. De Chrysippo* autem è præcipuis illius Sectæ fundatoribus idem Historicus eodem libro ita loquitur; *Purissimum dixit ac liquidissimum aëthera, quem etiam asserunt Stoici esse Deum sensibilibus veluti insensum per ea, quæ sunt in œre per cunctas animantes & arbores, per terram autem ipsam secundum habitum: Quibus convenit non tantùm celeberrimus ille Virgilii locus principio Cælum, &c. Sed alius quidam quem miror à viris doctis aded inobservatum legi, cum illic aëtherem, Deum omnipotentem vocet; Tum pater omnipotens fix. undâ in orbibus aëther, &c.*

† Error hic rejectus opinio fuit multorum Ethnicorum Philosophorum, & speciatim Sectæ Stoicæ de cujus auctore ait *Laertius* in *Vita Zenonis*.

De divina substantiâ Zenon ait mundum totum, atque cælum; variique Ethnici Philosophi etiam postquam Evangelium fulgere cœpisset, adoptarunt argumentum veterum Stoicorum, qui mundum concludebant animatum, & rationalem ex *Natura* humanæ animæ, quam partem intelligentis mundi partis parabant. mundi inquam quem eorum quidam Deum dicebant: Stoicè enim in *Laertio* de *vita Phil. l. 7. Affirmant mundum esse animale quid, & rationale, & intelligibile, & μὴ ἄλογον.*

Addeiturque, mundum animatum esse inde manifestum est quòd anima nostra inæ veluti avulsâ sit; *Ira Seneca Ep. 92. Quid est autem cur non existimes in eo divini aliquid existere quæ Dei pars est? Ita Plinius loquens de anima, in quest. Non opus solum Dei, sed & pars est, neque de ipso, sed ex ipso nata est, & Epist. dist. l. c. 14. Anima ita alligata, & conjuncta Deo sicut ut particula ejus sint. * Præpar. l. 3 c. 4.*

Ægyptii

Aegyptii Theologi non tantum affirmarunt, Solem, Lunam, Stellas esse Deos, sed & negarunt incorporeas substantias, invisibilisque *Naturas* fabricasse mundum, sed Solem tantum oculis nostris obvium; hæcque Dei corporeitas videretur esse manifesta *Hobbii*, ejusque non degenerum discipulorum opinio quorum principiis tam congrua est quam adversa Religioni: Sed secundo alii sunt qui *animam* mundo concesserunt, *rationale, providensque ens*, junctum corporeæ Univerſi parti, maxime Cælo; quod, memini, *Aristoteles* ipse, † *divinum corpus* aut ut aliqui reddunt, *corpus Dei* vocat. Sed insuper tenuerunt hoc ens propriè informare hanc magnam Univerſi massam, atque revera fuisse animam mundi; & quamvis quidam ex nuperis nostris *Atheis* superiùs indicatis in hoc tractatu, magnam se huic negotio lucem afferre putent, quantum tamen de eorum doctrina rescire porui, affinis admodum est, aut ferè eadem cum illa quam superiùs Lactantius declaravit assertam esse à Stoicis expositamque à *Maximo* pagano, sancto *Augustino*: *Equidem unicum esse Deum summum, atque magnificentissimum, quis tam demens, tam mente captus ut neget esse certissimum: hujus nos virtutes per mundanum opus diffusas multis vocabulis invocamus, quoniam nomen ejus cuncti proprium ignoramus*; idem ferè assertitur à celebri, doctoque illo Romano *arrone*, qui dicitur ab *Augustino de civi. Dei*, l. 7. c. 6. dixisse, *Deum se arbitrari animam mundi, & hunc ipsum mundum esse Deum, sed fecit hominem sapientem, cum sit ex animo & corpore, tamen ab animo dicimus sapientem, ita mundum Deum dici ab animo, cum sit ex animo & corpore.*

Doctrina à nobis proposita, poterit, spero, multum conducere ad defendendam divinam Providentiam contra eos cavillatores, qui audacter eam condemnant ob quædam quæ Physicas ipsi anomalias credunt, (morales enim huc non spectant) cujusmodi sunt monstra, terræ motus, inundationes, ignium eruptiones, fames, &c. nam juxta nostram doctrinam.

Primo, Deus est agens maxime liberum; mundumque creavit non necessitate, sed voluntate libera, cum eum fabricaverit, prout ipsi visum fuerit sub rerum initia cum nulla esset præter ipsum substantia, nullaque proinde creatura, cui aliquid debere, aut à quo limitari posset.

Secundo, Cum Deus intelligendi vi humanum intellectum infinite superaret latitudine, claritate, aliisque dotibus, non immerito quis sibi persuaserit magnum & mirabile mundi *automaton*, subordinatasque ejusdem machinas varios eum in scopos condidisse, quorum quidam spectarent præcipue ad corporeas, aliisque ad rationales creaturas; quorum quidam quosdam rationi nostræ pervios reliquit, alii verò probabiliter penetrari ab ea nequeunt, utpote qui profundissima infinitæ ejusdem sapientiæ abyssu contineantur.

Tertio, incongruum non videretur concipere excellentissimum hoc gloriosissimumque Ens ita res ordinasse, ut & ipsius opera & actiones signacula quædam attributorum ipsius forent, quibus humanus intellectus sapientiam divi-

† *De Cælo*, l. 2. c. 3.

nam discerneret. Quod attributum nobis seipfam deregere poterit plurimarum rerum productione ope principiorum paucissimorum, simplicissimorumque, modoque quam maximè uniformi proportionari aliis attributis congruitate servata.

Quartò, juxta hanc suppositionem videtur quòd divinum Universi Authorem deceret eo modo Mundum fabricare, iis facultatibus instruere, atque ejus inter partes constantes, generalésque leges constituere ejusmodi quæ propositis ipsi in Mundi creatione consiliis meliùs congruerent, eásque leges catholicas, particularésque partes ac corpora ita sibi invicem subordinare, fabricæque magni systematis mundani, originali ut in omni particulari casu tandem tantum privatis ejusdem portionibus consuleretur, quamdiu earum bonum constitutis à Deo catholicis in Universo legibus congrueret, finibusque quos ipse sibi in eo fabricando proposuit qui bono *particularium creaturarum* præferendi sunt.

Hinc, si miracula seponamus, ut res supra *Naturam*, eaque exempla in quibus providentia magni Rectoris Universi, negotiorumque humanorum specialiter intervenit, Rationi conformiter dici poterit, Deum cum infiniti sit intellectus cui omnia simul ac semel præsentia sunt, clarissimè vidisse quid ex legibus ab ipso constitutis secuturum foret in omni, quæ esse posset earum combinatione, atque in omnibus creaturarum circumstantiis: Hæc autem omnia contempletus cum constituisset corporea inter opera generales, statásque motus leges sapientissimis suis finibus conformes, consilium admodum ipsius sapientiæ videtur præferre, præterquam in casibus modò exceptis, Catholicas leges, altiorésque fines subordinatis quibusdam, uniformitatémque regiminis, mutationi ejusdem pro quovis rerum eventu: Non debuit itaque à generalibus legibus primum sapientissimè constitutis recedere ut particularium quarundam bono consuleret, aut quasdam anomalias præveniret, cujusmodi sunt terra motus, inundationes, fames, &c. Quæ quidem omnia ipsis creaturis noxia admodum sunt, eaque ipse, quæ futura prævidit, ut Eclipses Solis & Lunæ, imbrium in mare, atque arenosa loca prolapsum vi originalis rerum dispositionis futura prævidit, & decrevit, seu permisit utpote congrua cuiuspiam sapientissimorum finium quos sibi ipse omnium præsciis proposuit, qui vel ut Creator, conservatorque Universi, vel ut Rector creaturarum rationalium fines sibi proponere poterit sive physicos, sive morales, aut politicos si ita distinguere liceat quorum plurimi uni fortè Deo noti sunt; unde varia Phenomena quæ anomaliam nobis videntur, existimare debemus maximè esse congrua secretis iis finibus, de quibus cæci nos mortales idcirco pronuntiare non debemus.

Atque ex re ipsa admirabili sapientia, peritiæque divini Opificis conspicuis quibusdam exemplis manifesta, divini inquam Opificis peritia in adaptandis rebus, ejusmodi finibus usibusque merito colligimus, non minorem esse ipsius artem circa reliqua corporea ipsius opera, si horum, ut illorum particulares discernere

discernere

discernere causas possemus. Ut si Epistolam ponamus ingeniosissimam variis super argumentis scriptam, ac varios in scopos, cujus aliquæ partes planis characteribus scriptæ forent, aliæ *Cypris*, aliæ mixtis variè characteribus, ponamus inquam hanc Epistolam accuratè legi à viro docto, si partes Epistolæ quas intelligit, propositis iisdem finibus summè congruas reperit, is & rationi & æquitati conformiter iudicavit eas partes quas non intelligit, aut etiam minùs congruum continere sensum putat, non minùs præstantissimo scriptore dignas, quàm sint aliæ Epistolæ partes clariores, si peculiare ipsarum fines æquè lectori paterent.

* Neque ingratum fortè fuerit si addidero hac rerum constitutione fieri ut in quibusdam Dei operibus fines manifesti sint, conspicuæque mediorum aptitudo [ut oculus ad videndum factus, partesque ex quibus constat mirè factæ sunt ad excellentissimum visionis organum] utque in aliis designati fines ultra captum nostrum esse videantur: neque inquam ingratum fuerit si addidero hac rerum constitutione fieri ut sapientissimus earum Author intellectus nostros illustret, nosque doceat quàm re ipsa imperfecti sint.

Si hæc Providentiæ hyporhesis utilis fuerit, ut spero fore resolvendis quibusdam circa eam scrupulis, eam, scio, Religioni non inutilem, existimabis: Quamvis autem scopum non assequar, cum nihil hac de re dogmaticè pronunciem, sed liberè rem aliorum iudicio permittam, fore spero ut coarctatus saltem meus non minùs quàm illorum qui peritius scripserunt, ipsa argumenti difficultate veniam obtineat: Ut ut sit quod circa Providentiam proposui cum eo consilio scriptum sit ut Theologiæ potius inserviat, quàm ut rationem reddat cur recepta *Nature* notio displiceat, quæ Philosophicis præcipuè objectionibus nitentur. Spero *liberam nostram Disquisitionem*, licèt secundus ipsius usus negligenter, Religioni non inutilem fore cum primus ipsius usus suprà memoratus non pendeat à meis circa Providentiam notionibus, ut neque tertius, quem, quòd priori nimium iminoratus sim, paucis expediam.

III. Postrema, sed non minima è doctrina nostra ad Religionem redundans utilitas hæc est ut homines inducat ad solvendas Deo directè iunctas admirationi laudes, gratiæque Deo inquam ut vero, & soli Creatori Solis, Terræ, aliarumque illarum creaturarum quæ vulgè *Nature opera* dicuntur: Huiusque modo nostram exprimendi erga Deum *verenerationem*, qui in Scripturis *Exod. 20. 5. Deum se Zelotem* vocat, gratitudinèque declarandi: favent exempla veteris Dei populi, *Israëllitarum*, neque inspirari tantùm Veteris Testamenti Prophetæ, sed Novi etiam promulgatores, Cælestesque adeò Spiritus, qui, *Rev. 4. 2.* introducuntur laudantes gratiæque agentes Deo ob mundana ipsius opera, ne verba quidem uspiam factò de fictitia ejusdem vicaria, *Natura*.

* Vid. Dissert. de Cause finibus.

Totius Operis Conclusio.

Habes jam, dilectissime *Eleutheri*, pleraque, neque enim omnia sunt, quæ hac super re scripsi, pleraque inquam *Libera mea in recepta Natura notionem disquisitionis capita*: Sub finem tamen hujusce tentaminis, non ægrè, puto, feres si duo triæve de eo tibi proposuero.

I. Cùm tractatus hic *disquisitio* tantùm sit, si alicubi dogmaticè mentem eloquar circa *questiones magni momenti, aut difficultatis*, sumendum id est congruenter conformitèrque expresso hujus tractatus scopo: Pro tua enim, *Eleutheri*, benignitate, prudentiæque, facilè animadvertes difficilè admodum fuisse in ipso disputationis calore non oblivisci eorum limitum quos titulus ipse suggerere potuisset, cùm præsertim non potuerim eum in loquendo rigorem servare dissertatione ipsa non enervata variis restrictionibus, exceptionibusque tædio plenis quæ & tibi ipsi, & mihi molestiam creassent: Sed hoc ut dicebam de rebus *magni momenti est intelligendum*: Alioquin variæ sunt locutiones, suppositiones, explanationes in recepta vulgò *Natura* doctrina, ejusque Phænomenis quæ sunt aded precariæ, obscuræ, incongruæ, rebûsque explicandis aded ineptæ, ut facilè fatear eas mihi displicere, nec à me admitti.

II. *Quamvis*, cùm obiter hunc tractatum percurrerem varias schedas primùm obvias comperi simul alligatas, ne perirent, quod aliis nonnullis factum obtigerat, priusquam in alias inciderem; earum nonnullæ locis maxime idoneis non sint inventiendæ: præ festinatione tamen, & ægritudine à tua benignitate, venialis culpæ mereri veniam potius volui quàm mutato harum schedarum ordine novas substituere transitiones, connectionesque iis quibus aliàs vacuitatem tractatus quem jam habes, implevi. Et si notionem ipsam, ratiocinationesque sint solidæ accuratam methodum non exigunt, ut perspicaci lectori, cujusmodi tu es, assensum extorqueant; tua pariter benignitate fretus futurum spero ut superior admonitio apologiæ etiam loco sit, si fortè idem quoad substantiam, plus *vice simplice* occurrat in tractatu diversis temporibus, & diversis in circumstantiis scripto: Præterquam enim quòd apparentes eæ repetitiones rarè ni fallor, occurrent, remque ipsam plerumque elucidare, ac roborare poterunt, ac præterquam quòd novitas ipsa, difficultasque argumenti impulerint me ad hæc non tantùm proponenda, sed inculcanda, præter hæc omnia, inquam, fieri omnino potest ut eadem notio variis explicandis, aut probandis veritatibus interserviat: Ac proinde non inutiliter repeti poterit. Si autem *nostra disquisitio* secunda vice prælum occupet, tibi que rursus offeratur, posteaquam eam inspexerim, audierimque factas contra objectiones, examinarimque quid tu & ipse peccatum offenderimus, fortè,

fortè, si per vires, & orium liceat, hic tractatus quem intueri te tantùm velim ut apparatus ad accuratiorem, pleniorèmque, meliore methodo tuo se coram tribunali suster: Atque ita secundæ meæ cogitationes correctiores fortè futuræ sunt, maturiorèsque, ac fortiores quàm fuerint primæ.

III. Cùm argumentum *hujus disquisitionis* non magni tantùm momenti sit, sed & latissimè pateat, impulit me ut agerem de multis argumentis *Philosophicis, Medicis, Theologicis, &c.* atque ex illis de non paucis difficilis admodum speculationis. Opus autem eò laboriosius expertus sum quòd cùm tentamen hoc novum omnino esset, continuandùmque rationationibus communi humani generis opinioni sæpe repugnantibus, nihil auxilii nisi à veritate & ratione expectare possèm. Quare, ut non ausim dicere tua me non indigere indulgentia, ita facilem te mihi, ac propitium fore puto, si hoc primo in tentamine & tam multiplici è capite *difficili*, veritatem quam summa sinceritate quæsi, fortè non attigerim, at si animadvertas, ut probabiliter animadvertes, quosdam me in errores prolapsum, hos ut indicaris, deferam: Idque eò facilius mihi futurum est, quòd ne stylus ipse intentioni oblit hanc dissertationem conscripserim, ut *dubitans potius veritatis indagator, quàm instar hominis ejusdem inventæ fiducia intumescens.*

Veniet tempus quo posterì nos tam aperta nescissimirentur. Senec. l. i. q. nat. c. 25.

F I N I S.

SVMMA VENERATIO
DEO

A B

HVMANO INTELLECTV,
DEBITA,

Ob Sapientiam præsertim ac Potentiam.

Auctore

ROBERTO BOYLE


NOBILI ANGLO, & SOCIETATIS REGIÆ
Membro Dignissimo.




GENEVÆ,

Apud SAMUELEM DE TOURNES.

M. DC. XCIII.


 TRADVCTORIS
 PRÆFATIO
 AD LECTOREM.



HABES hîc , Amice Lector , Philoso-
 phi verè Christiani aureum planè de ea,
 quam Deo ob sapientiam , potentiam-
 que debemus , reverentia , tractatum.
 Quem Nocturnâ versare manu , versa-
 re diurnâ , operæ tuæ pretium futurum
 est longè maximum : eo enim pietatis
 sensu ni saxeus omnino sis , animum
 percellet tuum , ut in alium te , verum hîc descriptarum
 frequenti lectione , mutandum omnino confidam. Sed ne-
 que tantum ubique ferè hîc invenies quibus cor etiam ada-
 mantinum emollium cedat , at plurima etiam passim spar-
 sa quibus intellectus non recreetur modò , sed & rapiatur in
 admirationem : quam multa enim scitu digna de Cœlis , de
 stellis cæterisque Dei operibus positurus tibi est ob oculos hîc
 tractatus ; quædam etiam complectitur omnino ad rem , de mun-
 dorum multiplicitate , de novarum creaturarum , quoad om-
 nia ab iis quæ nunc existunt , discrepantium creatione , qui-
 bus omnibus vel ipsi etiam curiositati fiat satis superque. Ceterum

P R Æ F A T I O.

quam doctè , acutèque scribat prænobilis hic author novit Anglia , novit Gallia , novit Italia , nec Europa tantùm tota sed & orbis prope universus : quàm verò Christianè pièque vocatum alia ejusdem lucubrationes fidem faciunt, tum hæc ipsa que tuis jam præ manibus est, locuples erit de novo testis plurima enim de Dei & sapientia , & potentia ne obiter quidem ab aliis commemorata exhibet, quibus & syncerior divinorum attributorum idea in nobis generetur , & amor noster fortius alliciatur, & eadem concitetur admiratio non quæ ignorantiam agnoscat suam causam, sed quæ ab ipsa clariore jam, altioremque Dei notitia ducat originem.

Porro monendus hinc, amice lector, es, me quidpiam præter authoris opinionem hoc in opusculo ausum esse, non tamen temerè ni fallor , nec præter tuam : quædam enim , frequentius quàm parerat , existimarat is inculcata , aut quod non iisdem omnia temporibus conscripta forent , repetita etiam interdum , quæ quidem prætermittere omnino, aut certè contrahere statuerat ; sed quorum ego seu contractionem, seu omissionem in lectoris emolumentum minimè fore ratus , Authorem oravi, atque exoravi demum ut meæ rem decisioni permitteret. Cum itaque perpauca animadvertentem repetita, ac simili in argumento , quædam etiam, ut aliis insideant animis , necessariò contenderem esse repetenda, id tandem effeci ut author exemplar Anglicanum relinqueret prorsus immutatum: quod ubique proinde exprimere impigrè conatus sum eo scriptiois genere quod proposito hinc argumento maximè conveniat. Vale itaque & nobilem hunc magni ingenii fætum veste à me Latinâ donatum amplectere, ama, fove.

Tibi addictissimus

D. A. M. D.

PRÆMONITIO.



NON erit, ut spero, cur abruptum nonnihil hujusce tractatûs exordium quisquam demiretur, ubi resciverit, integrum hoc opusculum nihil esse aliud quàm quoddam dissertationis cujusdam fragmentum, à qua quibusdam de causis hâc separatam formâ fuerat; sub qua inchoatum tantum rudimentum haberi debet: Ea enim est hujusce argumenti nobilitas, ac sublimitas, majestâsque tanta ut non existimarit author prima sua de eo cogitata publici juris esse faciênda, donec accuratè eadem recastigarit emendaritque, paucosque aded in iis nexos reliquerit quàm per argumentum tam latè patens, ac sublime suoque aded impar ingenio liceret. Dissolutæ, ex quibus hic tractatus constant, schedæ, dissitis & temporum, & locorum intervallis exaratae fuêre, præcipitantèrque, ac raptim quasi consuta; aded ut dum posteriôres implerentur, priores sæpe ad manum non adessent. Si qua igitur è multis minùs aptè collocata fuerint, aut etiam fortè repetita, digna, spero, veniâ futura culpa est, utpote quæ excusari faciliùs possit, quàm ab authore in tali rerum situ vitari poterat. Postremò præmonitum te velim duos illos aut tres longiores locos* parathesibus inclusos, authoris consensu, atque etiam consilio, præteriti posse, quòd conjecturæ tantum quædam sint, eorûmque in gratiam scriptæ, & hic insertæ, quos *virtuosos* vocant, ac audaciores ejusmodi speculationes amant.

**Parathesium nota ejusmodi sunt. (.)*



DE SUMMA
VENERATIONE
QUAM HUMANUS INTELLECTUS
DEO debet.



INGENUÈ hîc loci dicam ac indignabundus nec ab-
sque stupore aliquo, esse quosdam homines, & Theo-
logos quidem nonnullos qui non animadvertentes vel
quid Deus, vel quid ipsimet sint, de divinis attribu-
tis non minùs liberè, ac impræmeditatò, quàm de
Geometricis mechanicisque figuris garrire audent:
adèò ut etiam ii qui minus sibi arrogant, loquantur
quasi naturam, perfectionèsq; incomparabilis illius,
supremique *Entis* comprehendere intellectu suo possent: de quibus quan-
tumvis abstrusis non aliter opinari, ac differere audent; quàm de iis re-
bus, quæ aut intellectùs humani acumen unanimi omnium hominum con-
sensu non transcendunt, aut inter familiaria, obviâque quotidie sensû ob-
jecta reperiuntur.

Hæc autem eorum hominum incogitantia, aut arrogantia potiùs va-
riis quidem modis, si per otium liceret, demonstrari posset: duos autem
hosce tantùm impræsentiarum adhibebo. Docebo itaque primùm
verosimillimum esse varia existere in Deo attributa, adèoque & perfe-
ctiones adhuc nobis incognitas; tum eorum attributorum, quæ aliqua-
tenus novimus, effectus esse adèò abstrusos, ac proprietates adèò subli-
mes ut captum humanum longè multùmque transcendant: unde authorem
nec mirari fatis, nec pro meritis venerari possumus.

Ut igitur ab altero propositorum exordium ducam; Cùm geminis
præcipuè modis divinorum notitiam attributorum assequi possimus, con-
templatione scilicet ipsius operum, *verbi*que divini studio, pro du-

bio omnino haberi posse puto, utrum alterutrum, an utrumque horum omnes illius perfectiones indicare nobis possit.

Ac primò quidem licèt Philosophi sat conformiter rationi potestatem, sapientiam, bonitatemque Dei ex characteribus, conspicuis ejusdem operibus inscriptis, deduxerint, verumtamen cùm ipsorum divinorum attributorum, quæ creaturæ indicant, participatione aiquâ licèt imperfectâ similitudinèque ipsamet gaudeant, cùmque divinæ, ut ita loquar, fecunditas naturæ ea sit, cujus excellentia participari, aut exhiberi nescio quot modis possit, qui nobis constare queat non inesse *enim* ad eò perfectò, ad eò exuberanti, ac pleno, dotes plurimas perfectionesque, quas ne adumbravit quidem, aut expressit in aspectabili hoc mundo ullavè illius parte nobis notâ. Quod eo faciliùs is admiserit qui perpenderit secum quædam divina attributa nobis nota, ad creaturas relata, vix aut ne vix quidem, ab imperfectò intellectu nostro detegi posse, nisi earum rerum consideratione quas Deus reipsâ fecit: ut, si ponamus non majorem in Angelis ante facta aspectabilis hujusce mundi fundamenta, quàm in hominibus jam notitiam, vix existimarent si inesse Deo creandæ materix potentiam [de qua perpauci si omnino ulli, Peripateticorum, Epicureorum, ut alios antiquos Philosophos omittam, vel somniasse quidem videntur,] producendique in eadem motus localis; si præsertim attentius perpendamus quàm graves conceptum naturæ, ipsiusque *esse* utriusque comitentur difficultates: longèque adhuc minùs, quantum quidem conjecturâ assequi licet, potuissent rescire præmemorati Angeli qui anima rationalis, corpùsque humanum in se matuò agant. Unde verò sanè non absimile fit, si Deus alios creavit mundos, aut potiùs vortices præter eum in quo vivimus, & quo ambimur (quis enim scit annon alios reipsâ condiderit) quibusdam creaturarum eos componèntium varia fortè impressisse, inscripsisseque attributa, quorum nos ne minimam quidem notitiam attigimus, eorum operum ope quæ novimus: sed de his plura inferiùs.

Facile equidem admiserim (ut alterum, quo divinorum cognitio attributorum acquiritur, modum exponam) revelationes, quas Deus sacris in scripturis dignatus est nobis impertiri (quas exploranti omnia spiritui etiam à *B. S. P. in Or. profunda Dei* acceptas referre debemus,) distinctè dilucidèque docuisse nos de adoranda authoris majestate non pauca, quæ merum naturæ lumen, aut non omnino, aut perobscurè nobis indicasset. Sacra quidem scriptura asserit Evangelii præcones declarasse hominibus totum Dei consilium (quantum ad eorum salutem necessarium erat) sed insubvum ait totam eos Dei naturam aperuisse, qui lucem *inaccessibilem* habitare dicitur, quam humanæ speculationes penetrare nequeant; quam fortè ob causam Judæi proprium Dei nomen ineffabile esse

esse voluerunt ut naturæ ejusdem *incomprehensibilitatem* significarent quorum quidem opinioni licet manus non dem, animadverti tamen oportebit non esse eam traditionem merè talmudicam, cum neque ipse mundi servator, neque ejusdem Apostoli (quos toties de Deo loquentes novum testamentum inducit,) expresserint inter loquendum, aut cum ipso, aut de ipso, *nomen Tetragrammaton*, aut quatuor literarum: sed ne conjecturis immoremur, scriptura ipsa quæ res divinas ad eò illustrat, ut evangelium, lux ipsa dicatur, scriptura inquam nos docet * res à nobis ex parte tantum hæc cognosci in ænigmate ac quasi in speculo, tantumque abesse ut divinam comprehendere naturam possimus, ut ipsam etiam ejusdem providentiam assequi nequeamus.

His ferè moveor ut credam possidere Deum incognitas nobis perfectiones: quæ quidem opinio confirmabitur non parum ex objectionis cujusdam præcipui momenti solutione: objici enim scio poterit, præter duos mox propositos modos quibus attributorum divinorum notitiam assequi possimus, tertium quendam excogitari posse his præponendum: si nimirum *entis* summi, aut infinitè perfecti ideam nobis ipsi exhibeamus, quæ cogitabiles quascunque perfectiones complectatur, ita ut nova nulla superaddi possit: at quamvis non ægrè concedam, hanc maxime genuinam esse quam fingere mihi possim Deitatis ideam; nihil tamen impedit quo minus varia possint esse attributa quæ licet hac generatim ideâ contineantur, nobis tamen peculiariter non sint nota: fateor equidem, quoties quocunque denuo modo divina quæpiam perfectio nobis innotebit, concludi à nobis non immeritò posse contineri eam in amplissima illa *entis* summè perfecti notione: fieri tamen potest ut sola *generalis* illius ideæ contemplatione perfectionis illius notitiam nunquam assecuti fuerimus: hanc enim *particularia* tantum pepererunt; quare detectæ de novo perfectiones reducuntur veriùs ad eam, de qua agimus, notionem, quam ab eadem derivantur.

Ex hæcenus dictis, exploratum, ni fallor, habes, varia posse esse in Deo attributa, variasque perfectiones, ac excellentias nobis ignotas: non abs re nunc fuerit docere, diversorum quæ in Deo novimus attributorum, imperfectam admodum homines habere notitiam, si præfertim ea divinæ eorundem cognitioni comparata fuerit: quod nemini mirum videri debet cum ea peculiari sibi modo possideat, longèque exuperante eum, quo nos ea possidemus, modum, aut adumbrata potius quadam eorum vestigia.

Nec per propositam mihi brevitatem, nec per ingenii mei vires id peculiaritè de omnibus divinis perfectionibus aliquousque nobis notis efficere licet: sat itaque, spero, fuerit rem totam ex geminis divinis attributis maxime notis illustrare, potentiam scilicet Dei, ac sapientiam:

B quæ

* 1. Cor. 13. 12. Job. 11. 7. Röm. 11. 35.

quæ duo attributa idcirco seligo, quòd ea homines intueantur ut præcipua, ac primaria, quæque magis reveantur, & suspiciant; quòd ea nobis ipsi conferre nequeamus ut varias alias virtutes, perfectionesque conferre nobismetipsis posse nos existimamus: nemo enim est qui non credat posse se esse æquè castum, temperatum, justum, atque ut verbo dicam, æquè bonum ac ipsi placuerit: cum hæc virtutes à proprio uniuscujusque arbitrio pendeant, contra nemo est qui nesciat in sua non esse situm potestate, ut tam doctus, sapiens, potensque sit, quàm esse cuperet: unde non immeritò quivis concludit hanc *potentiam*, *sapientiamque* & oriri à natura superiore, & eandem indicibus haud obscuris indicare: sapientiam Dei, potentiamque, prodentibus ipsis circa creaturas tum corporatas, tum corporis expertes, opetibus.

Multiplicium potentia divinae effectuum per propositam mihi brevitate duos tantum tresve commemorare licebit, qui licet oculatis sat pateant, attentius tamen observari non solent; sunt autem duo hi, *imensa scilicet substantia corporatae quantitas* quem potentia divina in fabricam universi pararat, & magna vis motus localis eidem impressa, atque in ea *ordinata*, seu *regulata*.

Ac primùm quidem vastissima illa ponderosissima materia massa, ex qua mundus hic corporeus constat, peritum, oculatumque contemplatorem non potest non rapere in admirationem: ea universi pars, quam dioptrarum ope oculus humanus detegit, infinita propemodum: capacitatis extentionisque est, quod sanè non admodum ægrè is admiserit, qui aliquam iis, quæ optimi Astronomi, tum antiqui, tum recentiores tradunt, fidem adhibet. Fixæ primæ magnitudinis stellæ, quæ vulgaribus oculis lucentium instar bracteolarum apparent, juxta peritiorum supputationem centies & amplius integrum terræ Globum, mole superant: quantumvis autem exiguæ, scintillantes illæ stellulæ nudo oculo videantur, apparebunt, quod verosimiliter mirabere, longè adhuc minores per telescopia inspectæ, quæ discussio falso illo die, quo inermi oculo, prout pingi solent, objiciuntur, easdem nobis totidem quasi maculas, aut puncta luminis physica, spectandas exhibent. Quinetiam Sol, quem aliquot milliarium millionibus, nobis propinquorem esse aliis stellis fixis omnes admittunt, licet in minore hac distantia conspectus vix semipedalis videatur, à communi tamen Mathematicorum turba creditur centies plusquam & sexages terrâ major: quid quod juxta recentiorum quorundam accuratiorum supputationem octies, deciesve milies Globo terraqueo habetur major: quem & ulterior fortè observatio vastiorem adhuc ostendet.

Constatque omnino ex parallaxibus, aliisque probationibus, Globum hunc terraqueum quem incolimus, ac sæpe mundum dicimus, licet in tot
ingentia

ingentia divisum imperia, regnâque, & maria, complexumque conformiter opinioni magis receptâ circuitu suo milliarium Germanicorum 5400. hoc est cubicorû solidorum 10,882,080,000. cujus etiam peripheria juxta recentiorum observationes major sit, crescâtque ad miliaria, 26000. constat inquam hunc Globum non modo non esse notabilem universi partem, ut Physici instar puncti sit, si ei comparetur: quin etiam majorum illorum orbium solis, fixarumque stellarum, omniumque præterea solidarum in mundo massarum simul congestarum in unam, minor fortè ad fluidas universi partes proportio foret, quàm nucis ad oceanum: quod revocat mihi in mentem præstantissimi cujuspiam ex recentioribus astronomi sententiam. Asserit itaque is omnes firmamenti stellas, si unum in corpus coalescerent, ac in eodem in quo nunc terra loco, collocarentur, si Globus hic convenientem ad distantiam disponderetur, futurum ut non majores stellâ primæ magnitudinis viderentur. Quamvis autem hæc ita se habeant, monendus es locutum hæctenus me esse de conspectâ tantum à nobis *universi corporis* parte: addam itaque insuper, quantumvis vasta hæc videatur, quicquid oculus opticis etiam tubis præstantissimis adjunctus detexit, nequaquam id mundum nobis adeò latè patentem amplumque exhibere, quàm perfectiora deinceps telescopia haud dubiè exhibebunt: atque etiam tum visibilis hæc mundi pars ab ipsa totius *universi* mole plurimum distabit: cui Cartesiani, ac nonnulli alii recentes Philosophi nullos præscribi limites volunt: Mundum enim corporeum, ut ipsi quidem loquuntur, indefinitum, ultrâque omnes terminos ab hominibus assignabiles productum tenent.

Ab immensa universi extensione gradum nunc facio ad contemplandam stupendam omnino *motus localis* quantitatem quam divina potentia ejusdem partibus impressam tuctur ac conservat: qua de re judicare aliquatenus poterimus tum ex majorum corporum velocitate, tum ex motu licèt nonnihil discrepante plerorumque aliorumque universi corporum.

Quod autem ad prius spectat: Minima commemoranda à me velocitas ea futura est quam Copernicana hypothesis admittit: cum juxta hanc ab occasu in ortum suo super axe terra moveatur [alii enim ejusdem motus huc non spectant] horarum quatuor supra viginti spatio: hic tamen Globus terraqueus quem magnum adeò putamus ut *mundum* plerumque dicamus, quisque, ut superius observatum fuit, juxta recentiorum Mathematicorum calculum milliarium sex septémve supra viginti millia circuitu suo complexus est, hic inquam Globus terraqueus, vel certè pars ejus aliqua, tanta pernecitate gyrat ut doctissimus *Gassendus* fateatur punctum in terra æquatore situm, *minuti secundi* spatio ad ducentesimam ferè hexagesimam, hoc est, ducentesimum supra millesimum pedem moveatur: adeò ut Globus è tormento bellico emissus vix tantâ per acrem cele-

nitate voliter.

Sed ut aiebam terræ motus omnium tardissimus est, cùm fixarum pernicitati comparari nequeat, si cum omnibus ferè astronomis viginti quatuor horarum spatio eas circa terram gyrare posuerimus: si enim admitterimus distantiam à celeberrimo *Tychone* accuratiore multò antiquis mathematicis observatore, nos inter ac firmamentum quatuor supra decem millia semidiametrorum terræ complecti; *fixa* in æquatore, ut *Mullerius* supputat, horâ unâ milliarium 31 53333 percurrit, adeoque unico horæ minuto ducenta quinquaginta quinque supra quinquaginta duo millia, unicoque secundo, quod simplici arteriæ in sano homine pulsui respondet, milliaria 875. qui motus ter millies ferè velocior est motu Globi è tormento bellico emissi. Fateor equidem juxta Ptolomaicam hypothèsim fixam in æquatore percurrere uno secundo tres tantùm terræ diametros; at juxta eruditorum, accuratam, doctùmque *Ricciolum* * hæc *fixa* velocitas quinquies major est in Ptolomaica hypothèsi: ex mente enim *Riccioli*, ejusmodi *fixa*, de qua hîc loquimur minuto secundo, aut unico arteriæ pulsui milliarium Germanicorum 157282 percurrit; hoc est Anglica milliaria octo & centum millia supra sexcenta & viginti novem.

Superaddam autem hîc loci, quod minus fortè à te observatum est, eam *universi* portionem quæ vulgo quæta habetur, cui tamen motus reipsâ impressus est, tantam esse, ut quantitas *motûs localis*. Corporibus illis in speciem quiescentibus distributi æquare fortè possit, aut etiam superare quantitatem motûs à primo motore stellis ipsis fixis impressi, licèt circa terram eâ stupendâ eas velocitate volvi ponamus, quam Ptolomaici, & Tychoniani ipsis ascribunt: omnino enim ea sum in mente stellarum fixas, & planetas, aut si mavis omnes mundanos Globos, sive lucidos, sive opacos, quibus terram ascribo, exiguam admodum cum *interstellari universi* parte habere proportionem. Quamvis autem hos omnes Globos solidos admitterem, licèt vix cujusciam ex iis soliditas probari possit; Cartesiani enim existimant solem, [quem fixam ipsi stellam putant, ac ejusdem proinde probabiliter naturæ cum reliquis] esse summè fluidum: quamvis inquam hoc darem, animadverti tamen oportebit unumquemque illorum orbium fluido ambienti seipso longè capaciори innatare, quare fluida *universi* portio solidam longè multùmque mole superabit: si autem attentius perpendantur quæ sit fluidi natura, fluidi inquam ut fluidi, comperiemus in eo eam esse positam quòd minutas partes perpetuo in motu habeat, variòque hac & illac, huc & illuc: quare licèt ipsum liquoris integrum corpus quiescere videatur, minutæ tamen constitutentelque liquoris partes, perpetuo in motu sunt, permutato inter se invicem semper situ, ut fusè non ita pridem probatum est in tractatu, *Historia fluiditatis & firmitatis*, inscripto.

Quia

* *Almag. lib. 9. Sect. 46.*

Quia autem quantitas motus à corpusculis fluida corpora coimponentibus participati vulgo minùs observatur ab ipsis etiam Philosophis, non abs re fuerit hic loci superaddere quàm magnus, vehemensque partium fluidi corporis motus sit [cum fortè aggregatum ex his particulis quietum apparet] suspicari nos posse ex disturbatis ordinariis earum motibus, aut insolitum in modum concitatis : hoc observare licet in summa vi, mirisque effectibus furentium ventorum, turbinumque, qui tamen quasi rivuli tantùm quidam sunt, vorticésque inconspècti aeris, cujus singulæ insensibiles partes à causis accidentariis determinantur ad motum, aut per lineam rectam, aut ferè rectam, aut quasi commune circa centrum: sed exemplum longè magis conspicuum suppeditabit nobis cuniculus pulvere nitrato instructus, in quo flamma, aut subtilis quædam substantia ætherea, quæ, in aere nunquam deest, licet utrumque corpus fluidum sit, pulvisque fortè unica ignis scintillula accensus, rapido adè, vehementique cietur motu, ut ejus vi ingentia ædificia, spissisque muri momento temporis in aera succutiantur, solùmque ipsum firmissimum, aut ipsæ etiam quibus, imposita fuerant fortè rupes funditus subvertantur.

At cum de velocitate illarum flammarum, quasi è tormento bellico explosarum, pronunciare possimus ex pernecitate Globo ferreo ab eodem pulvere nitrato impressâ, quem accuratus *Mersennus*, qui variis rem experimentis exploravit, spatio unius *secundi* percurrere ait hexapedas ferè 75. hoc est pedes 450. per sexagesimam scilicet *minuti* partem: si non absumiliter verò cum Cartesianis sentiamus terram, variósque alios mundanos Globos, puta, planetas suis super axibus motu æthereorum vorticum quibus innatant circumvolvi, facillè admiserimus motum Cælestis materiæ prope remota terrestris vorticis confinia motæ, longè esse rapidiorem motu terræ ipsius superficièi.

Superiùs tamen observatum à nobis est locum sub æquatore situm, si terra suam circa axem gyrat, celeriter æquè moveri, atque Globus è tormento bellico explosus moveri solet : Si jam Tychonianam seligamus hypothèsim, quæ *firmamentum* lucidósque illos, quibus ornatur, Globos commune circa centrum viginti quatuor horarum spatio rotat, Cælestis materiæ motus longè major futurus est, atque ejusmodi quem vix quispiam concipiat.

Hæc eo consilia commemoravimus ut majores, ac nobiliores, de Creatoris tum potestate, tum sapientia, ideas effingamus : qui tam mirabilem motus quantitatem universali materiæ impressit, impressamque semel tuitur semper ac conservat ; qui non modò furenti oceano terminos præscribit, cui cœu Dominus imperat dum ait, huc usque venies nec ulterius progredieris, hic confringes tumentes fluctus tuos ; sed quod majoris multò potentia indicium est, motus illos Globorum mundanorum, ac intercurrentium fluidorum stupendum adè in modum rapidos, ita moderatur,

ac regit, ut nec molis vastitate, nec motûs rapiditate, vel latum unguem à præscripta sibi orbita per tot secula declinaverint: quo toto tempore, nullum rotatile horologium vel per pauculas horas æquè accuratè, ac ordinatè periodos suas descripsit. Sol, puta, sub eadem circulari linea, quam *æclipticam* vocant, constanter curriculum suum peregit; nec deflexit unquam. Si autem firmamentum ipsum cujus motus juxta hypothese[m] vulgarem longe omnium rapidissimus est, non omninò accuratè ad eò viginti quatuor horarum spatio periodum suam complet, hæc ipsa ipsius mora regularis ad eò, ordinariâque est, ut ab *Hipparco* qui ab annis jam bis mille floruit prima *Arietis* stella, quæ tum temporis prope ejusdem initium erat, nondum postremum hujus signi gradum atigerit.

His itaque de potentia Dei expositis, superest ut de sapientia ejusdem paucis agamus: hanc enim sublimiori præditi intellectu summè venerari solent, quoties eam in hominibus animadvertunt, in quibus tamen adumbrata tantùm, imperfectâque admodum reperitur.

Dei sapientia, quæ alicubi à Divo *Paulo*, multifaria, *πολυποικίλος*,* merito appellatur duobus diversis exprimitur modis, interdum enim obviis in objectis ad eò manifesta est, ut spectatores etiam negligentiores, minusque attentè, eam observare possint: alia autem multa sunt in quibus thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei contegi possint, atque re ipsa absconditi ad eò sint, ut non nisi à sagaci attentoque speculatore detegi queant. Licet autem hanc mihi distinctionem adhibere liceat, ei tamen non nimium immorabor: variis enim aliis, in rebus utroque isto modo, divinam exprimi sapientiam liquidò constat.

Gemina autem hujus sapientiæ objecta contemplaturi impræsentiarum sumus, materiales scilicet, ac conspectas, atque inconspectas, ac immateriales Dei creaturas.

Ac quoad priores quidem, quarum collectio mundum corporeum, universum vulgò dictum, constituit, paucis differam de summo, quo particularia corpora constructa sunt artificio, de magna eorum varietate, numeroque; de earundem Symmetria, ut mundi partes sunt; de connexionè, mutuâque à se invicem dependentia. Licet autem duobus primis capitibus, non minus quàm duobus postremis comprehendere possim corpora plurima tum inanimata, tum vegetativis, ac sensitivis animabus, ut Naturalistæ loquuntur, prædita, brevitatis tamen studio, de iis tantùm creaturis quas animalia dicimus, dissertationem instituiam.

1. Cujusvis animalis, ac humani præsertim corporis structura curiosa ad eò est, ac exquisita ut nemo nisi oculus dissectionis ex arte factæ, atque anatomicè considerata testis præstantissimura mirabilis hujusce machinæ artificio concipere, vel fingere sibi animo possit.

Hâc autem de re cum alibi fusiùs disseruerim, verbo hic tantùm dicam, neque

* *Ephes* 3. 10. *Coloss* 2. 3.

neque hyperbolem, quod dicturus sum sapiet ullam, ut Divus Paulus, alium in scopum dixit, [*stulta Dei sapientiora esse hominibus, & infirma Dei iisdem fortiora,] ita minimas, constructas à Deo artifice creaturas operis ipsius artificio, sapientiæque, humana quævis artefacta longè multumque superare: quin etiam horologium rotatile nullum quantumvis affabrè factum usquam reperias, cujus structura quoad exquisitissimum mechanici artificium, vel aselli, ranæve corpori comparati queat.

2. Sed divinam sapientiam non ipsa solùm animalium fabrica commendat, sed varietas quoque summa, numerusque humanorum enim Architectorum peritia angustis cucumferibitur limitibus, atque ad unum fortè tantum artefactorum genus, aut certè perpauca extendit sese: idem enim Architectus domum ex arte ædificat, qui construendæ navis artificium ignorat: atque ut quotidiana docet experientia majoris horologii rotatilis conficiendi peritissimus quis esse poterit, qui minoris fabricandi artem nesciat, multoque adhuc minùs noverit qui scopum aviarium, aut molendinum aquaticum construui oporteat.

Jam autem summus naturæ author non quatuor tantum præcipua viventium Machinarum genera creavit, bestias scilicet, aves, pisces, & reptilia insigniter à se invicem discrepantia, prout varietas locorum ac regionum in quibus partes suas actura erant, exigebat, sed sub quovis horum genere reperiuntur quàm plurimæ subordinatæ animalium species, quæ pro particularium naturarum exigentia ab aliis ejusdem generis notabiliter differunt.

Non solùm enim structura bruti, ut leonis, multum discrepat à structura avis, aut piscis, sed particularium etiam animalium ejusdem speciei structura aut mechanismus est admodum dissimilis: cujus rei luculentum sit argumentum vastum illud animalia inter ruminantia, ac non ruminantia discrimen, atque inter porcum, & leporem, maximè quoad eorum viscera, pittacum inter ac vespertilonem, cetum & pisces stellarem, cammarum, & ostream, ut alia jam exempla tacitus præteream. Jam si variis Philosophis tum recentibus, cum tanto ea numero sint, ut sex ultra eorum millia jamdudum numerata fuerint, multiplicia divini mechanismi, sapientiæque opera, magnâ hâc animatarum machinarum varietate eo conspicua magis futura sunt.

3. Nihil autem præstantissimum illorum automatum artificium magis commendat, quàm ipsa variarum, ex quibus constant partium Symmetria: animal enim licèt in integritatis suæ statu spectatum, tanquam machina unica meritò reputetur, *integralis* tamen hæc, ut ita loquar, *machina* ex variis conflata est partibus, quarum quælibet seorsim, subordinata machina huic, vel illi usui destinata dici meritò possit: oculus enim quo homo

conspi-

conspiciendorum capax objectorum redditur, mirandum prorsus instrumentum opticum est, manus quoque varios adeo tam aptè fabricata in usus est, ut *Aristoteli*, instrumentum instrumentorum sit: quare *ioser habbeloc* *Jerem. 10. 16.* rerum omnium formator summam suam ob sapientiam omninò laudandus est, ob sapientiam inquam, quæ inde vel maxime elucescit quòd quodlibet hominis membrum, aut alterius cujuscunque animalis ita fixerit, ut nihil prohibente impenso unum in membrum artificio, & illud, aliàque omnia nec minora, nec majora, atque ut verbo dicam, non aliter fecerit quàm ipsa totius animalis perfectioque integritasque requirebant: quo manifestum omninò fit magnum hunc artificem totam uno intuitu fabricam contemplatum esse, intellexisseque simul ac semel, quid potissimum ad perficiendum animal atque unumquodque illius membrum requireretur, cui simul utrique necessaria sapientissimè procurarit.

Cùm plurimi præstantissimi artifices, qui unam aliquam machinam perficere possunt, nequeant eandem aptam efficere, idoneamve multarum machinarum aggregatarum partem: neque etiàm quivis Antliæ fabricator, commodam nautarum usui Antliam efficere poterit, neque quivis Chymicus qui in officina pistoris construendi artem furni novit, firmum qui navibus usui sit, ritè construct: quinetiam, pendula, ut nemo nescit, horologia, ponderibus mota, & quorum regulata adeo in *continente* periodus est, dem obire manus, hoc est, accuratiùs tempus metiri navibus imposita nequeunt.

4. Quarto insuper modo suam patefacit Deus corporeis in creaturis sapientiam, mutuà scilicet utilique alterius ab altera dependentià, ac coordinatione: utilis autem hæc dependentia spectari potest, vel quatenus partes animalis referuntur ad se invicem, integrumque quod constituunt, corpus, vel quatenus distincta, discrepantiàque corpora ad se invicem referuntur, vel à se mutuò dependent: ad primum itaque utilitatis genus partium exempli gratià humani corporis usus spectat; quæ ita confictæ sunt, ut præter publica ea officia, functionesque quas earum quædam in *totius* commodum obeunt, stomachus, puta, concoquit alimenta, cerebrum spiritus animales restaurat, artus movet, aliàsque partes, renes superfluum à sanguine serum fecernunt, alia etiam sint plurimæ sibi mutuò subservientes quæ non contemnendam librorum Anatomicorum paginam implent: varios autem partium consensus, mutuàsque utilitates ulterius si morbi detegunt, qui dum primariò quidem unam corporis partem afficiunt, sæ aptè ostendunt alterius etiam ab eadem parte dependentiam licet minùs hæctenus observatam: secundum utilitatis genus ad eas spectat partes quæ sexuum discrimina constituent, quæ in mari & fœmina adeo ad se invicem referuntur, ut facile sit pronumque conjicere in utriusque eas conjunctionem, speciei que propagationem à natura esse ordnatas. Temporis fortè dispendium foret hic differere de conveniente solis distantia,

distancia, situ, de obliquo ejusdem sub Ecliptica motu, de compensatione unius rei per aliam à natura factæ, cujus qualitatum excessus noxius aliquin hominibus foret: nimii enim calores siccitasque, in variis zonæ torridæ, adjacentibusque plagis, regiones eas tum steriles, tum inhabitabiles, ut veteres censabant, redderent, nisi obstitarent Etesia, quæ regulariter licet non eodem semper modo per maximam calidioris tempestatis partem spirant: accedunt insuper præter longitudinem noctium, copiosa, constantisque pluvia stas temporibus deciduæ, fluviorum limites suos transcendentium incrementa, atque inundationes vasta etiam per spatia, ventique insuper variis in locis spirantes noctu quidem, à continente versus mare, interditi verò, contra: hæc enim atque alia quædam ita humefaciunt, refrigerantque terram, atque aerem contemperant, ut iis ipsis in locis quæ antiqui verè torrida, atque inhabitabilia existimabant, amplissima etiam æmœnitate perquam insignes: sed, ut superius aiebam, dispendium foret temporis foret, nec prosequi licet nunc ea omnia quibus ostendi posset quam utilia sint homini divinorum operum longè nobilissimo, alia quam plurima sensibilia Dei opera: sat itaque habuero indicare tantum paucis adhuc, quam multa Deus alia ad hominis, aliorumque animalium felicitatem ordinavit: ita juxta consuetum naturæ cursum, agni, hœdi, aliæque animalia quam plurima nascuntur ineunte vere cum herbæ teneræ sunt, plantæque aliæ facilius in pabulum cedunt: idem observare licet in generatione bombycum, quorum ova juxta naturæ institutionem, excluduntur, cum Mori germinare incipiunt, cæque excludunt folia, quibus prætiosa hæc insecta pasci oportebit: alimenta itaque ipsa tenera sunt, cum teneri, & vermes ipsi, substantiæque plus, & virtutis acquirunt, prout ipsa viribus & mole insecta crescunt.

Aliud insuper est, quod licet aptiorem inter priora locum obtinisset, hic præmittendum minimè puto: præter dicta enim de excellentia corporis humani, aliorumque animalium, meritò perpenderimus attentius, quantum mirabilius sit structurâ provecti corporis, semen ipsum animatum.

Omnes siquidem futuræ partes, solidæ non minùs, quam molles, functiones, actionesque pro re natâ variabiles animalis producendi, durabiliter etiam delineari, ac quasi describi in exigua materiæ in speciem homogeneæ, & reipsâ certò fluidæ portione debent; quod autem hoc naturæ miraculum illustrius efficiat, unaquæpiam latentium harum facultatum, plastica scilicet, aut prolifica virtus, & ultra ad trigessimum, aut quadragesimum fortè anuum consopitur, evigilaturò tum ad productionem multarum ipsi animali perquam similium. [Inter corporea hætenus Dei opera de iis tantum sapientiæ ipsius, potentiaque effectibus disserui, quos in vi-

C sibili

a Hanc parathesim lector præterire poterit,

visibili mundo observare est:) Insuper autem perpendere liceat, non Peripateticos modò , sed alios etiam fere omnes Philosophos , mundum finitum credere : licet autem Cartesiani id affirmare nolint , sed indefinitum potiùs esse velint , hæc tamen opinio , ut alibi effectum est, quandam in exprimenda sententia modestiam potiùs , quam veritatem sapit: mundus enim reipsâ vel certis circumscribitur limitibus atque ita finitus erit , vel nullis uspiam , adeoque & infinitus futurus est : si autem suos mundus limites habet , qui Deum profitentur , cujus solius est infinita potentia , fateri oportebit eum potuisse , ac posse adhuc alios à nostro condere mundos: ipsi porrò Epicurei qui omnipotenti mundi factori, casum , ato. òsque substituerunt , hanc præcipuè ob causam , quòd cum causâ condendo mundo pares , atomi scilicet spatiâque non decissent , casus multos reipsâ mundos , quorum unus noster est , fecerit : ipsos autem Cartesianos , si corporeâ substantiâ , ut docent , indefinitâ sint , admittere necesse erit mundum nostrum visibilem , aut si lubet , *vorticem* , quâ voce id omne spatium quod visu simul ac semel attingimus , comprehendendo ; nihil aliud esse quàm partem , ac minimam etiam totius universi: quod remotissimas , quæ aspectui pateant , ultra stellas maximo intervallo longiùs extendi poterit, quàm ultimi visibilis mundi limites à terra nostra distent.

Si jam cum recentioribus quibusdam Philosophis admiserimus , alios Deum præter nostrum condidisse mundos , verosimillimum erit eum multiplicem suam illic sapientiam patefecisse operibus multùm diversis ab iis in quibus hic eam suspicimus : atque quamvis unicum tantùm ponamus universum : ut enim ingens illa quæ oculis nostris patet ejus portio , nihil aliud est quàm pars *aggregati* illius ex omnibus corporibus latissimè extensi : ita si posuerimus cœlestium Globorum quempiam sive conspectum à nobis , sive ultra aspectum , peculiaria esse systemata , non futura est ea diversa multùm speculatio. Cum stellarum fixarum plurimæ longissimo intervallo remotiores à nobis sint , quàm planetæ , non omninò abs re fuerit , si dixerimus , ut circa solem , è fixarum numero nobis proximum integrum Planetarum systema movetur , ita quamlibet aliarum fixarum posse alterius cœlestium Globorum systematis esse censurum : cum præsertim constet quosdam etiam circa planetas : etiam juxta Astronomos stellis fixis de quibus quoad molem multò inferiores , alios moveri Globos qui ab ipsis quodammodò pendeant : atque ut nihil dicam de terra , quam comitatur luna , nec de Saturno , qui suos etiam habet comites , omninò constat quatuor circa Jovem gyrare satellites : neque prætermittendum videtur , nullum ex secundariis illis minoribusque , ut ita loquar , planetis , circa Saturnum , ac Jovem motis oculo esse conspicuum : quapropter antiquis Astronomis , qui ante inventa telescopia floruerunt , ignoti omnes fuere : jam si alia sint systemata , ut
ita

italoquar, mundana, præter nostrum, non absque summa veri specie quis existimârit Deum peculiaria præbuisse inexhaustæ suæ sapientiæ exempla in condendis, regendisque iis systematis, quæ fortè & creata sint, & gubernentur modo diverso prorsus ab eo quem in cognita nobis universi parte observamus: præterquam quod *magnes* est minerale quoddam quoad varias dotes, affectionesque non ab omnibus tantùm aliis lapidibus, sed ab omnibus aliis corporibus non *magneticis* adeò diversum, ut vix ex hoc mundo nostro oriundus videatur, sed in eum ab alio quasi prolapsus; qui primùm memini Americam detexerunt primo suo in illas oras adventu animadverterunt, licèt animalia plurima, plantasque offenderint, paucissimas tamen posteriorum, ac, vix ulla omnino priorum, ejusdem cum animalibus, Europæis speciei.

Jam in aliis hisce mundis, Præterquam quod cogitare possimus primordiale fabricam, eamve secundum quam omniscius Architectus partes materiæ ipsorum primùm contexit, à nostri systematis structurâ, admodum fuisse diversam: præterea inquam latissimum meritò quis concipiat discrimen subsequencia inter phænomena, effectusque in quopiam illorum systematum productos, eosque quos in systemate nostro vulgò intuemur, licèt admitteremus duas tantùm tresve motus localis leges in mundis iis ignotis, à legibus in *nostro* vigentibus diversas. Si enim exempli gratiâ supponamus integrum quodque corpus, sive simplex, sive compositum, magnum. aut parvum, motivam semper facultatem retinere, ut Philosophi perierumque de anima censent, cum humanum corpus movit, utque Epicurei, aliique multi de atomis, ubi semel sese mutuò impulerint, sentiunt, vis hæc ciendi alio in corpore motus, conservato interim *moventis* motus tanti videbitur momenti iis, qui animadvertunt causarum secundarum, quæ naturæ phænomena producant, primam ac principem esse motum localem, ut statim admissuri sint, ea phænomena mirum in modum diversa esse oportere, utpote à causis primariis insigniter adeò discrepantibus orta.

Næque abs re fuerit, ut alium variandi motus modum addamus, si conceperimus Deum creasse quasdam materiæ partes ex se quiescentes, ut Cartesiani, aliique plurimi Philosophi materiam naturâ quietam volunt, atque ad quietem determinatam, donec externi agentis vi compellatur ad motum, alias tamen materiæ partes facultate quadam donasse non ab simili ei quàm principiis suis ascribunt Anatomistæ, quæ perpetuò moveri ipsi volunt proprium ipsorum motum nihil prohibente eo quem quiescentibus excitant in corporibus: Legesque hunc in modum propagandi motum per corpora aliæ fortè fuerint ab iis quæ in mundo nostro sunt constitutæ, ita ut media tantùm pars, aut minor etiam, puta tertia motus *hic* ab uno corpore talis molis, & velocitatis alii, quod quietum offendit, aut lentius motum communicati, transferenda sit *illic* à moyente, ad

corpus quod impellit licet reliquæ omnes circumstantiæ præter leges motus eadem supponantur : neque absurdum quid adeò est quam prima statim fronte videtur , ejuscemodi suspiciones fovere : in vulgari enim Philosophia præterquam quòd motus localis Theoria imperfectè admodum proposita sit non modò nullæ ipsius leges benè, sed ne constitutæ quidem adhuc ullæ omninò sunt.

Quod autem ad Cartesianas motus leges attinet, licet nòrim à multis eas doctis esse receptas , eos tamen suspicor summâ potiùs præstantissimi illius Mathematici autoritate motos , quam ullâ , quæ convincat , ipsarum regularum evidentiâ : cum mihi quidem earum quædam ob rationes ad aliud locum spectantes nec manifestæ experienciæ , nec solidarum rationum testimonio confirmari videantur : quod jam ad regulam motus Cartesianam maximè utilem spectat , quæ scilicet asserit *eandem semper in mundo motus quantitatem esse cum corpus movens quodcumque, tantum omninò motus sui deperdat, quantum in alio producit* : ejusdem allata à *Cartesio* probatio ab immutabilitate Dei cum ducta sit, metaphysica mihi nimium videtur , neque multum valida , vereor enim nè latitudo , proprietatesque divinæ immutabilitatis non sint nobis adeò notæ ut hoc in casu ab his argumentum, & à priori quidem ducere *Cartesio* liceat : quò autem regula hæc à posteriori demonstrari queat, non video : præterquam enim quòd in dubium revocari potest utrum conveniat necne experienciæ variis in exemplis quæ afferri possent communicatarum in hoc orbe sublunari motionum, nescio quo noscamus experimento regulas eas quibus motus in cœlestibus mundi regionibus propagatur, inter omnia ea corpora, quæ ætheream, facillè sanè maximam *universi* partem constituunt : cum itaque Cartesianarum regularum veritas, neque à priori, neque à posteriori demonstratur, non video cur rationi dissentaneum fuerit peculiare quasdam alias leges motus aliis in *systematis* & esse posse, & concipi, idcirco tantum quòd à Cartesianis discrepent, quarum pleræque, ut verissimè dicam, necdum sunt demonstratæ.

At licet, si hypotheses, & conjecturas admittamus quales eæ sunt quas superius commemoravimus, nequaquam sanè absurdas, non parùm conducere poterunt ad augendas nostras de rebus divinis ideas ; nihil tamen causæ est cur ad spatia imaginaria ultra mundana confugiamus, ut certi simus effectus potentia, sapientiaque Dei, suis dignos esse causis, neque adæquatè à nobis intellectos, si attentius observemus innumerabilem illam ac ineffabilem corporum varietatem, ex quibus vastissima hujus universi moles constat. Cum enim maximus omninò eorum numerus sit, quæ tot distinctarum instar machinarum haberi possint, harumque plurimæ admodum complicatæ utpote subordinatæ non paucas complexæ : dum advertimus hæc omnia, reliquamque mundanam materiam, quovis momento, sustineri, regi, gubernari conformiter naturæ suæ, legibusque

busque catholicis universi, dum advertimus inquam *ens* existere quod & abique & sen per hoc præset omniaque tum absque errore, tum absque intermissione gubernet: dum inquam hæc omnia attentius perpendimus & summe venerari, & submissime adorare supremum hoc numen cuius hæc omnia nutu sunt, omnino par est.

Non profus immerito olim Epicurei audacter divinæ providentiæ fidem ex co capite convellebant, quod concipi nequeat, atque adeo incredibile videatur, tot discrepantibus distrahentibusque Deos occupationibus posse esse pares, ut scilicet exigente rerum natura solem uno in loco lucere juberent, in alio decidere cælo pluviam, in alio spirare ventos, in alio micare fulgura, in alio ruere fulmina, aliaque denique corpora tum agere, tum pati suis conformiter naturis: nos itaque qui certis argumentis convicti credimus Deum reipsâ facere quæ isti Philosophi fieri à quocumque demum agente non posse existimabant, nostro planè desumus officio nisi pervadentem omnia sapientiam suspiciamus venerabundi, quæ ad extremos universi fines extendat sese, reipsâque efficiat quod ne concipere se quidem Philosophi arbitrabantur: hæc itaque omnia id omnino à nobis exigunt ut his difficultatibus quas ipsi quidem ineluctabiles, justamque proinde infidelitatis suæ excusationem arbitrabantur, alliciamur nos moveamurque vehementius, ad supereminentis illius *sapientie* venerationem, quæ nullo eas negotio superat. Quædam divinæ sapientiæ potentiaque vidimus vestigia in iis quæ corporeas circa Dei creaturas observavimus.

At facile quis admiserit divinas quasdam perfectiones non tam accurate exprimi, aut desumi potuisse ex corporeis creaturis quàm ex rationali, ac immateriali animâ hominis, aliisque *entibus* intellectu præditis: ut imago pomi, aut cerasi, aut character numeri non tantum artis admittit, quantum pictor exhiberet in imagine, passiones animæ legesque opticas, proportionésque plenius exprimente: nec à ratione alienum fuerit, existimare si æque prope incorporeas Dei creaturas, ac corporeas, inspicere-mus, observaturos nos, quemadmodum spiritus corporibus longè nobiliores sunt, ita sapientiam Divinam eorum regimini intentam, esse luculentiorém, splendidiorémque eâ quàm in fabrica, regiminéque corporeorum ejusdem operum merito profus miramur: portio enim materiæ quantumvis subtilis, affabrèque contextæ, nihil futura aliud est quàm machina intellectu, ac voluntate destituta, intellectu inquam ac voluntate propriè dictis: ejus porro excellentia, distinctiôque, aliis à corporibus etiam crassioribus, minúsque perfectis è mechanicis tantum affectionibus, putâ mole, figurâ, motu, connexionéque partium repetendæ erunt: quæ neque seipsas movere, neque regere, sistereque proprium motum queunt, cum veri spiritus, quo hic nomine immateriales substantias intelligo, præditi sint largitore Deo, intellectu, voluntatèque suam ad-

naturam spectantibus, internisque principiis quibus hoc vel illo agant modo, vel ab agendo desistant pro arbitrio: licet autem habeat Deus, ut solus omnium creator substantiarum, ac siquidem ipsi visum fuerit, absolutum in omnes creaturas, tum materiales, tum spirituales exercere Dominium possit, cum tamen voluerit spiritus conformiter indita ipsas naturæ, (quæ voluntatem simul ac intellectum comprehendit,) regere, ac creare ejusmodi potentia, libera, intelligentiæque entia bonos puta & malos Angelos, ut nihil jam de hominibus dicam, quos ita gubernet, ut quocumque se gerant modo, gloriæ suæ instrumenta sint, cui eorum plurimi non minus subtiliter quam pertinaciter sese opponunt: hæc inquam omnia sapientiam requirunt, providentiæque longè superiorem cā quæ in *entium* merè corporeorum formatione, regimineque elucescat: inanimatorum enim machinæ ita fabricari queunt, ut nostro tantum pro arbitrio agant, cum Angeli, animæque rationales agendi pro arbitrio plerisque in casibus libertate gaudeant: unde facilius multo peritus horologii rotatilis artifex horologii periodos quam filii sui affectiones actionesque reget.

An in advertendum autem hæc loci Angelos sive bonos, sive malos, esse entia admodum intelligentia, atque actiosa, eorumque quemlibet præditum esse intellectu innumerarum pene notionum, graduum, ac variationum cognitionis capaci, ac voluntate pariter non paucioribus actibus producendis pari: quæ cum intellectum variè afficiat, variè quoque contra ab eodem afficitur: quod ut præsentis scopo applicemus, cum quilibet Angelus successivè capax tot discrepantium *moralium statuum* sit, haberi potest ut distincta quodammodo sub genere intellectuâli species.

Vel unius autem *Dæmonis* regimen, tam arduum fortè opus futurum est, nec minus sapientiam, potentiæque Dei illustrabit quam regimen totius speciei inanimatorum corporum, puta lapidum, aut metallorum: quæ naturâ suâ ad strictam cum primordialibus motûs legibus à creatore semel constitutis conformitatem determinantur: à quibus ut declinent, nulla propria sua, quâ carent, voluntate moveri possunt.

Sacra nos Scriptura docet in œconomia *salutis* nostræ tantum multiplicis divinæ sapientiæ elucere ut ipsi etiam Angeli hæc scrutari mysteria desiderent: quando *Servator* noster, cum dixisset discipulis suis neque diem neque horam futuri sui adventus ad iudicium (utrum Judaicæ nationis, an totius mundi, non hic inquirere) cuiquam adhuc innotuisse, subjungit ne Angelis quidem ipsis in cœlo, sed patri tantum suo, iudiciis haud obscuris insinuat eos summâ præditos esse notitiâ, longèque humanâ scientiâ superiore, quam fortè etiam ob causam eos *Angelos lucis* alibi scriptura appellat, docemur quoque sacris in codicibus bonos Angelos esse numero prope infinitos, at ut diversorum ordinum sunt, cum quidam
sint

sint Archangeli, quidam particularium imperiorum, ac nationum Principes, ita etiam diversa admodum ipsis assignata tum in terra, tum in celo, officia, atque ejusmodi interdum, quibus teneantur ut in positam sibi provinciam tueantur, oppositas promovere partes: ex iisdem sacris codicibus, dum disserit de Diabolo ejusque Angelis, de dracone magno qui tertiam stellarum partem è Cælo caudâ suâ traxit in terram, de integra Dæmonum unicum hominem possidentium legione, variisque aliis, quibus hic non immorabor; ex sacris inquam scripturis concludere meritò possumus esse politicum quoddam in regno tenebrarum regimen, ejusque monarcham esse præpotentem, undè princeps hujus mundi dicitur ac quidam è subjectis ipsi ducibus, * *principatus, prestantes, rectores* tenebrarum hujus mundi, &c. Hinc etiam patet ipsius subditos esse multitudinem innumerabiles, esse summos Dei, hominumque inimicos, undè *Diabolus* adversarius nominatur, tentator, homicida ab initio, eos pariter fallaces esse, ac subdolos, undè *Diabolus* pater mendaciorum audit, antiquus serpens, ejusque strategemata dicuntur, astutiæ, fraudes, *profunda satanæ*: constat quoque ipsorum malitiam, ut magna est, ita maximè actuosam esse, undè * circuit *Dæmon* tanquam leo rugiens quærens quem devoret: cum hæc ipsæ nos doceant scripturæ, licet conclusiones meum in scopum inde natas subjungere jam non liceat, non immeritò existimare possumus, si divinæ sapientiæ in mundis Diabolicis, ac Angelicis, aut *magnis* ut loquimur *communitatibus* introspiccremus in admirationem nos rapiendos, dum intelligeremus quæ intelligentia ejusmodi libera, præpotentia, atque immortalia *agentia* nulla illatâ naturæ suæ vi, jam variè conspirent ad leges implendas, præscriptaque à magna illa *theocratia* munera, quæ non tantum ad omnia corporum genera extendit sese, ad homines, ad hunc illumve spirituum ordinem, sed totam, quanta est, complectitur creationem, aut ipsum creaturarum Dei *aggregationem*. Nec minus reipsâ in laudem divinæ sapientiæ cedit, quod voluntarias etiam, astutasque fortè vel maximè malorum hominum spirituumque ipsorum nequam actiones ad præscriptos sibi sapientissimos, æquissimosque fines dirigat, quam in honorem fabri navalis, aut Navarchi cederet, qui navem eo genio construeret, eaque arte dirigeret, ut non tantum collateralis vento, ut vulgò fit, sed vento etiam contrario, furentique propositum ad portum navigaret.

Non omnino abs re fortè fuerit præoccupare hoc loco quod certissime futurum est, atque hic paucis disserere de diffusa illa, illustrique divinæ tum sapientiæ, tum justitiæ, misericordiæque manifestatione quam tremenda illa extremi ac generalis judicii dies effectura est: cum probi cujusque Christiani oculis patentius latiusque proponetur objectum quam Christo ipsi proponebatur, dum simul ac semel, unòve quasi intuitu omnia mundi

mundi regna contempleretur , cū numerosiorem , nè dicam numero quovis majorem intuebimur cœtum , quam is erit qui conlatus dicitur , ex omnibus populis , nationibus & linguis ad dedicandam auream *Nabuchodonosoris* imaginem confluentibus.

Die illo decretorio , die illo magno cū tota *Adami* propago terribili tubæ clangore ab Archangelo convocabitur , à remotissimis sæculis , maximèque distitis mundi climatis : cū inquam præter collapfos Angelos humani omnes qui unquam vixere actores , simul in Theatrum prodibunt , cū mortui resurgent , librique aperientur , hoc est Cœli , conscientiaque testimonia , tum *sapientia* Dei meridianâ clariùs luce fulgebit : constabit tum Divinam providentiam non ea tantum quæ privatos homines , privatas familias , minorèsq; hominum societates spectant , accuratissimè curasse , sed fata etiam regnorum , ac rerum publicarum , revolutiones nationum , ac imperiorum , sciemus *ineffabilis sapientia* præscripto contigisse . Magni porro *politici* qui divinæ quasi imposituros providentiæ , subtilitate se suâ existimârunt , iisdem , quos paraverant , laqueis irretitos sentiant , consiliaque sua omnia stultitiæ nomine damnata : neque in eorum situm erit potestate , prohibere ne omnes homines sciant , dum suos ipsi perquam astutè fines prosequerentur , divinis re ipsa vel nesciôs consiliis inserviisse .

Subriles autem ii Hypocritæ , quī religionis pallio ambitionem , *seculariâ*que desideria , ac consilia contegebant , eo religionem modo quem ipsi sibi nunquam proposuerant , his everfis promoveri comperiant .

Non immeritò magnæ opus peritiæ reputatur , complicatam admodum machinam , regere puta per celebre *Argentinsense* horologium , aut navem bellicam , licet nulla hujus aut istius pars , quod nulla adsit anima , ob finem agat : cōque difficiliùs hoc negotium est , magisq; in laudem conductoris cedit , quo intricatior structura , numerusq; partium , ex quibus machina constat fuerit . Quam mirabilis itaque in oculis nostris futura est ea sapientia , providentiæve , quæ tot mille machinarum miliones , machinarum inquam voluntate præditarum ita regat , dirigatque ; ut , quod extremus denique rerum eventus probabit , dignis divinâ providentiâ , sanctitate , justitiâ , bonitatèque consiliis subserviant .

Ut verbo dicam , ubi omnes actores , qui suas in Theatro hujus mundi personas egerunt , prodierint , omnisque dissimulatio sublata fuerit , fraudes detectæ omnes , cordaque & consilia patefacta , tum ubi viderimus totam hanc tragediam , ab ipsis temporum initiis super terram actam , ita excogitatam fuisse continuatamque à magno illo mundi , hominūque creatore , ut infinitè penè variæ earum actiones , oppositæque consilia ,

(ple-

(plerumque absque consensu , at sæpe etiam contra) ad dignam Deo conspirationem concurrerint ; ubi hæc inquam omnia inspexerimus paulò attentius , pervadentis omnia , adeoque profundæ sapientiæ partus ea dicemus ut mirabundos fateri nos necesse futurum sit divino tantum omnisciòque intellectu comprehendi ea potuisse.

Observâris fortè inter varia à me divinæ sapientiæ allata exempla, œconomiam salvatorum à Christo hominum obiter tantum à me fuisse commemoratam : quare præmonendum te censeo , licet ob rationes voce vivâ si libuerit tradendas , argumentum quod tot à Theologis tractatum est , à me , qui Laicus sum , non attingendum censuerim ; non idcirco tamen illud à me prætermissum , quod inferius illud putarem aliis divinæ sapientiæ manifestationibus de quibus consultò hîc differui.

Plura enim , ut mea fert opinio , quàm plerique animadvertant divina attributa , ad humani generis redemptionem peculiari quovis , distinctoque modo concurrunt : quorum cooperationem tam mirabiliter divina direxit sapientia , ut redemptionem Apostolus meritò dixerit magnum pietatis mysterium , nec minus gratitudinem nostram , quam stuporem præmeritam.

Non equidem nescio plurimos non ineruditos Theologos fusè hoc de argumento , ac quosdam laudabiliter quoque egissè : verum est cur dubitem num eorum plerique in vitandis circa idem erroribus feliciores fuerint , quàm peritiores in recludendis , quæ continet , mysteriis ; magno redemptionis humanæ operi characteres quidam , vestigiâque divinæ sapientiæ , adeò conspicua , nè dicam fulgentia impressa quædam sunt , ut ea *fidelis* quivis nec lynceus admodum discernere queat : sed quædam pariter in hoc altissimo , amplissimoque Dei opere profunda Dei , ut phrasi scripturæ utar , *עֲלֵי טַהֲרֵם* reperias , tantumque divinæ sapientiæ mysterio involuta , ut omnino perarduum existimem , quantumvis illustrata mens fuerit , fusè dignèque tam vasto , abstrusòque super argumento agere : cum enim mecum ipse perpendo , plurima quempiam , ut hoc præstet , scire debere de natura spirituum in Genere ; deque ipso etiam eorum parente Deo ipso ; de intellectu , voluntate , &c. De anima hominis ; de statu *Adami* in Paradiso ; de sequenti ipsius lapsu ; de hujus in posteros influxu ; de naturali , aut arbitraria ulciscantis se Dei justitia ; de causis consiliòque Dei pœnas infligentis , instar creditoris , rectoris , aut utriusque ; de admirabili , ac incomparabili Christi mediatoris persona ; de dotibus officisque ipsi ut hominis lapsi redemptori competentibus ; de naturis fœderum , conditionibusque eorum quæ Deus cum hominibus iniit , sive operum , sive gratiæ ; de divinis decretis ad ultimum hominis statum comparatis ; de arcanis potentissimisque divinæ gratiæ in mentem operationibus ; de modo quo Dei spiritus in animas hominum agit , hominum

D inquam

inquam quos conversos , primùm *sanctificat* , tum *glorificat* , ut paucis dicam tot sunt hîc myſteria , (multa enim intacta reliqui) arduæ aded speculationis ; apta tamen quæ diſcutiantur ab eo qui fuſè ſolidè- que de redemptione hominum per Chriſtum tractare voluerit , ut cum hæc omnia in mentem revoco cum Divo *Paulo* has in voces erumpam , *quis in iſta ſufficiat ?* tantùmque abeſt ut demirer pleroſque hoc ſuper argumento ſcriptores , ac Theologos quosdam divinam non fatiſtâſſe ſapientiam , magno in hoc opere contentam : ut quòd ea opus hoc perfecerit eo admirabili quem Deus elegit excogitavitque modo , præcipuam ferè mihi , & maximam ſapientiæ ipſius ſuſpiciendæ anſam præbeat : atque exploratum mihi omninò eſt luculentiffimum eſſe ſapientiaſpecimen quòd Deus inflexibilem ſuam juſtitiam , exuberantem miſericordiam cæteraque omnia designatæ hominum ſalvationi contraria in ſpeciem , reconciliarit eò uſque ut ad humanam omnia redemptionem concurrerint : nullum ſiquidem eſt problema , aut in *Diaphanto Alexandrino* , aut *Apollonio Pergeo* , in Algebra , aut Geometria tam difficile ſolutu , nec quod requirat ſimul attentum ad plures proportiones , congruitatèſque eidem ſcopo ſubſervientes , animum quàm requirat magnum hoc problema ab infinita Dei bonitate divinæ ſapientiæ propoſitum ; redemptio ſcilicet perditæ , perversique generis humani conditionibus in Evangelio declaratis quæ , promovendæ ſimul ac ſemel cum divinæ Gloriæ , tum humanæ felicitati aptiffimè quadant.

Licet quæ hæcenus de divinæ potentiaſapientiæque magnitudine dicta ſunt , meritò nobis perſuadeant attributa hæc divina proſus eſſe , venerationemque proinde noſtram promereri , omninò tamen fateri me neceſſum eſt , factam eorum à me deſcriptionem varias ob cauſas mutilam eſſe ac imperfectam : primò enim non ea omnia allata ſunt , quæ ad declarandam eorum excellentiam afferre ipſe potuiſſem , quia aſibi , eodem de argumento egeram , fatiùſque ducebam , in medium quæ prius non dixeram , adducere quàm paginam hanc ſuperſuis , moleſuſque repetitionibus implere : quanvis autem alius quiſpiam me longè aptior , aut hominum omnium eloquentiffimus , vel Angelus etiam aliquis *divinam ſapientiam* , pro merito declarandam exponendamque ſuſciperet , imparè longè humeris ſuis provinciam hanc ſentiret , cum divinum hoc attributum nativis depingere coloribus minimè poſſet. Quam enim , quanàmque *ens omniſcium* adhibuerit ſapientiam ab infinito tantùm comprehendere , adeoque & deſcribi intellectu poteſt : præterea ſapientiam Dei in operibus creationis , providentiæque lucentem , comparatè ad ipſas , non ad nos contemplatus ſum : ſunt enim hæc attributa ex ſe excellentiffima , eoque nomine *entium rationalium* quæ talium admirationem , laudèſque promerentur : ut merito *Zenxis Apellæ*

Apellis peritiam celebravit , recentioresque Geometræ , ac Mechanici Archimedem suspiciunt : at in hac *irrelativa* divinorum operum contemplatione cum humana mens , iis tantum quas detegit , excellentiis intentata sit , non eo inscitia suæ si divina cum scientia intellectuque comparatio instituat , sensu afficitur , quo haud dubiè afficeretur , si attentius perenderet , quantam eorum quæ speculatur , partem ignoret , quinque obscura mutilaque , quæ detexit , cognitio existat : sed præter paucissimorum imperfectam hanc , ad quam coactus sum , mancâque tantum esse immoratum , cum sat nobis perspectum sit , varias in Deo alias existere perfectiones , ut præter incommunicabiles has , *aseitatem* , *dependentiam* , bonitatem erga creaturas omnes , misericordiam in peccatores , justitiam , veritatem , &c. Atque ut dudum observavi , non immeritò cogitare possumus , diversa in eo attributa , adeoque & perfectiones esse posse : quorum nullam nos habeamus jam notitiam , imò ne levissimam quidem conjecturam : cum inexhausta divinæ naturæ fecunditas tanta sit , ut minimam fortè tantum infinitæ potentia operum partem attingamus , potentia inquam quam infinita comitetur sapientia , quam ad liberalem sui communicationem æqualis exuberansque bonitas excitet , moveâtque : atque equidem nondum video cur dicere non liceat , notione , ideaque Dei in nobis , ac quorundam quæ jam noverimus attributorum ope posse nos in genere concipere alias in eo quas speciatim ignoramus perfectiones : cum eorum quæ novimus attributorum licet *irrelativa* , sicut ita loquar , qualia sunt aseitas , aternitas , simplicitas , independentia , &c. Merè speculatione , ac simul quodammodo innotescere possint ; diversa tamen relativa attributa , seu perfectiones sunt , quæ gradatim tantum ac *successivè* cognoscuntur , ac quasi experientia eorum quæ re ipsa erga creaturas Deus præstitit : ut ipsa etiam Dei misericordia *Adamo* ante lapsum incognita fuit : divinæque in servandis promissis fidelitas , (ut cum *Messiam* se in *plenitudine* missurum promisit) non innotuit , ne dicam innotescere non potuisse , nisi temporis progressu , cum promissorum quodpiam impletum est : quare cum quædam Dei perfectiones requirant , aut supponant ipsas creaturarum naturas , ac conditiones , actusque aliquarum ex illis erga eum , non minus quam ipsius erga ipsas : eum nos quibus certum omnino esse nequit ipsum varia creaturarum genera non fecisse , variasque ad eas habuisse relationes juxta varios earum status , ac conditiones , nobis prorsus ignotas , nescire non possumus , attributorum quædam quæ circa creaturas Deus exercuit , nostræ fortè notitiæ esse adhuc subtracta .

Sed sive nota , ignotæque attributa , pauciora , aut plura putanda sint , nemo inficias ierit , naturalem ac genuinum omnium divi-

narum illarum perfectionum cumulum quas sub distinctis nos notionibus apprehendimus , quia eandem uno quasi intuitu divina in essentia intueri nequimus , gloriosissimam constituere majestatem , quæ quàm maximè demissam magni illius creatoris operum venerationem exigat : colligere porro licet è nonnullis præcatorum textuum , Angelos inter meras creaturas , longè excellentissimos , scientissimòsque , sacris in codicibus exhiberi , ut assidue occupatos non tantùm in obsequendo , serviendòque , sed in laudanda , adorandàque etiam divina majestate : quinetiam ipsum Angeli nomen in linguis primitivis novi veterisque testamenti , ministerium sonat : Hebraicum enim *Malach* , Græcumque ἀγγελος nuncium propriissimè significat : ipsèque Christus in præstantissimo suo illo precum omnium exemplari insinuat demissionem summâ , lætitiâque divinam in Cælo fieri voluntatem.

Cùm Christiani moncantur , diriganturque , ut optent ut Angelorum in Cælo obedientiam imitentur ipsi in terris : ut autem conservos seipfos vocant , ita Cœlestes hi , ut ita loquar , legati minima etiam quævis , quod fortè quis non existimaret , munera obeunt , considerant enim potiùs , à quo , quàm ad quem , aut circa quid missi sint : primus igitur , quem quidem sciamus , ad privatam quempiam missus Angelus is fuit , qui ad *Hagar* legatus est , mancipium , & fugitivam mulierem sitique in Eremo jam penè confectam , qui eam ad puteum aquarum limpidarum dirigeret ac quidpiam ipsi de filio suo nunciaret : alius Angelus exhibetur afinam contra falsum Prophetam quasi protegens. Quinetiam de Glorioso hoc creaturarum ordine in Genere docet nos scriptura , eos omnes administratorios esse spiritus missos ut iis qui salutis hæredes futuri sint , ministrant.

Quamvis Angeli summâ hîc appareant interdum Gloriâ , stuporem tamen , venerationem , aut terrorem etiam incutere solent viris etiam præstantissimis quibus apparent , ut ex variis scripturæ locis colligere est ; ubi docemur eorum præsentiam mirabilem comitari plerumque Fulgorem , atque in *Apocalypsi* 18. 1. eorum unus inducitur gloriâ suâ terram illuminans : licet autem eorum multitudo tanta sit , ut myriades interdum , interdum legiones eorum commemorentur , atque alibi scriptura inducat *millia millium* , & decies milles millia decem , Cœlestes tamen ii aulici , qui si cum hominibus comparatio instituatur , Gloriosi adeò sunt , nôsque tum rerum intelligentiâ , tum innocentia tanto superant intervallo , cum circa Thronum Dei apparent , juxta visionem Prophetæ , qui duobus regibus *Judææ* , & *Israëlitarum* , asseruit , vidisse se Dominum sedentem in throno

throno suo , totumque Cœlorum exercitum stantem à dextris , & à sinistris , astabant non contemplabundi tantum sed , ut *Daniel* disertis verbis ait , ut ministrant , atque in ipsa *Isaia* visione Seraphini exhibentur velantes facies suas coram magno suo factore in sublimi suo solio sedente , quorum haud dubie munus est summam demissione venerari , ac celebrare tam fulgentem majestatem ; dum autem sibi invicem inclamare dicuntur *Sacellus , sanctus , sanctus est Dominus Deus exercituum , plena est terra majestatis Gloria ejus* , non est cur summam hanc Angelorum venerationem miretur quisquam , eum , quoties honorifica de re quapiam opinio non ab ignorantia , sed ab ipsa rei cognitione oritur , quo major est hujusce cognitionis augenda opportunitas , eò majore veneratione , id , quod miratur , objectum , *ens intelligens* prosequetur : hæ perfectiones ejusmodi sunt ut Angelicus etiam intellectus capere eas nequeat : ut enim linea quantumvis secundum longitudinem protracta superficies fieri nequit : ita creatæ perfectiones quantumvis crescant , nec divinæ unquam , nec divinis æquales evadere queunt : ac creaturæ quidem umbratiles tantum , ut ita loquar , atque arbitrariæ magni creatoris imagines sunt . Quædam fateor perfectionum ipsius quasi sigilla in iisdem reperias , quibus quidem ad divini exemplaris contemplationem intellectus excitetur , sed quæ vix veræ , ac genuinæ ejusdem imagines dici queant : ut imago horologii , hominis , &c. Aut nomen ipsum , calamo atramentoque conscriptum , veram perfectamque rerum ideam non exhibet , quarum internam constitutionem superficies exhibere nequit , sed intellectum tantum ad cogitandum de iis , ideamque perfectius effingendam movet : quod autem de creaturis in genere dixi , de ipsis etiam Angelis dictum putata : qui multis quidem partibus cæteris creaturis superiores sunt ; at earum tamen ordinem quia non transcendunt , infinito intervallo à divina natura distant : ut licet *mille* , numerus major sit longè quàm *decem* , *mille*que major numerus quàm *mille* , hi tamen omnes numeri ab infinito infinities dissident ; cum alioquin numerus finitus , quo major differt à minore , sui accessione numerum finitum efficere possit infinitum : ut autem quæ de Angelis dicebam , resumam , non abs re fore putavi si commemorarem , & naturæ eorum nobilitatem , & splendorem apparitionum , summamque eorum venerationem , ac pietatem erga creatorem : remota enim ex quadam cum aliis comparatione æstimare solemus .

Quemadmodum recentiores Philosophi docent , Solem & Lunam sub ortum , & occasum videri nobis majores , magisque à nobis distitos quàm cum meridiano propiores sunt : quando enim

in horizonte sunt eos intuemur tanquam ultra montes, longòsque terrarum aut marium tractus constitutos, quos vastissima esse objecta scimus, nos inter tamen ac Cœlestes Globos interpositos, adcòque & nobis iisdem propinquiores: Cùm itaque Angelos nobis imitandos sacra scriptura proponat, exhibita suprèmo enti ab excellentissimis iis spiritibus, nobis teste Divo *Petro* potestate superioribus, reverentia, mortales admoneat summæ illius, quam eidem debent venerationis, doceâtque nos, quoties aut de Deo loquimur, aut Deum alloquimur, interiùs agnoscere, verbisque exprimere, distantiam illam infinitam, perfectissimum inter, ac omnipotentem creatorem, ac creaturam imperfectissimam, arque adcò infimam; Deùmque summè sanctum inter, hominèmq; summè peccatorem.

Si quam propositæ superiùs de diversis mundis conjecturæ probabilitatis speciem præse ferant, non fuerit quoque absimile vero in iis systematis, varias creâsse Deum creaturas quarum fabrica motùque, adcòque & proprietates & operationes plurimùm discrepent ab operationibus earum creaturarum quæ nostrum *mundum* incolunt: varia autem artificia, ex quibus diversa illa noscuntur discrimina tot futura sunt exempla, ut & effectus, multiplicis sapientiæ, magni rerum omnium creatoris, aut juxta textum hebraicum, *Yotzer haacol* totius universi factoris. Sed ut nunc quidpiam addam quod propiùs spectet ea quæ de divino spirituum regimine postremò differuimus: quantum *architectonica* hæc, ut ita loquar, *sapientia*, creatrix, reëtrixque, adcò innumerabilium, ac discrepantium creaturarum extollenda est, si mundos alios aut vortices, de quibus haud ita pridem, partèsque nostri in conspectas, aerem puta, & æthera intelligentes incolant licèt non visibiles populi: licèt enim scriptura videatur disertis verbis duplex tantùm spirituum genus agnoscere, bonos scilicet aut Angelos qui totius sibi generis nomen vindicârunt, & malos, aut Apostatas, qui vulgò *Diaboli* dicuntur: horum enim spirituum notitia homines propiùs spectat.

Ipsamet tamen scriptura, quæ in historia creationis Angelorum creationem ne insinuat quidem disertis verbis, atque alibi tum bonos, tum malos ut diversorum ordinum exhibet, quantum ex diversis, quæ ipsi impertitur, nominibus conjicere licet, scriptura inquam non negat nullos alios esse spiritus præter eos quorum mentionem facit: quare nullâ scripturæ illatâ injuria, existere ejuscemodi affirmare licebit, si quando id nobis aut ratio, aut experientia probabile reddiderit: neque omninò simile vero videtur, dum terrarum nostrum Globum, aeremque spiritus plurimi frequentant, omnes cœlestes Globos, quorum plurimi mole nostrum exsuperant, omnemque ætheream, aut fluidam mundi partem Globis omnibus tum cœlestibus, tum

terre.

ab Humano Intellectu.

terrestribus majorem, incolis omninò carere: non vacat hìc antiquorum tum orientalium, tum Græcorum Scriptorum, maximè Pythagoræorum, ac Platonicorum opiniones proponere: quorum magistro hæc de Dæmonum multitudine sententia ascribitur, [quo nomine non malos tantùm spiritus intelligebant] qui in superiore mundi regione viverent. *Δαίμονες αἰθέρων γένος*: non pronunciabo audaciùs de genuino duarum illarum scripturæ phrasum sensu, ubi de regni fanatici capite Dæmone agit, quem vocat principem potestatis aeris; vox autem aer apud Hebræos latissimè accipitur, ac sæpè pro *Cælo* usurpatur, & quando agit de magnis Evangelii adversariis, quos vocat *spirituales nequitias*, aut potius, ut textus Syriacus habet, spiritus nequitiae hoc est spiritus nequam, non in locis excelsis, ut explicant nostri traductores, sed in Cælestibus: licèt autem, ut insinuabam, duos hosce textus ad directam conjecturarum mearum confirmationem detorquere nollem, videntur tamen ii sin minus exigere, certè admittere posse interpretationem proposito mihi scopo convenientem: quidquid autem sit de Ethnicorum Philosophorum, ac poetarum assertionibus, magni sanè momenti est, quod ab excellentissimo Grotio observatur, qui varios authores Hebræos in hanc rem citat: asserit itaque is opinionem fuisse Judæorum omnia loca à terra ad Cælum etiam stellatum plena esse spiritibus: si sic se res habeat sapientia Dei ac potestas opinione nostrâ potentiores futuræ sunt, cum creavit regatque, tam innumerabilem variorum entium diversorumque generum multitudinem; quorum unumquodque & intellectu ac voluntate præditum sit: cum præsertim eorum fortè prurima, aut pleraque, atque integri etiam fortè ordines in *vita* adhuc sint: in qua libero gaudent arbitrio: qualis erat *Adami & Evæ* status in *Eden*, omniumque Angelorum, antequam eorum quidam primum suum, ut scriptura loquitur, statum ac mansionem dereliquissent: Angelicis autem hisce cœtibus, si addamus turbam puerorum, idiotarum, atque mente captorum, seu insanorum, quibus licèt omnes sensu quodam creaturæ rationales audire possint, primum tamen plenum rationis usum ætatis defectu non attigerunt, postremi verò hanc exserere facultatem nequeunt ob imperfecta admodum organa, aut malè disposita, sapientia potentiâque Dei in regimine tot tamque variorum cœtuum creaturarum intellectualium eò illustrioris, magisque mirandæ videbuntur homini hæc propius omnia inveniendi.]

Distantia creatorem infinitum inter ac creaturas, limitatos tantùm ac arbitrarios potentiæ ipsius ac voluntatis effectus, tanta est, ut divina attributa, seu perfectiones infinito transcendant intervallo levia hæc earum vestigia, quæ vel aliis creaturis, vel nobis etiam ipsis impressit: Tantæ est Dei natura excellentiæ, ut qualitates quædam sint, quæ licèt

perfe-

* *Ephes. 2. & 2.* † *Grot. in Eph. 2. & 2. Eph. 6. & 12. Epif. Jud. 106.*

perfectiones in homine Deo ascribi nequeunt. Ejusmodi sunt temperantia, fortitudo, humilitas, aliaque quam plurimæ: quod eò minus mirum videbitur animadvertenti virtutes quasdam, castitatem puta, fidem, patientiam, liberalitatem, ad hominem tantum in hoc mortalitatis, ac infirmitatis statu pertinere: quæcunque autem perfectiones simplices omnino, impermixtæque fuerint, nullamque in natura illa incomparabili imperfectionem præsupponant, quales sunt, æternitas, independentia, vita, voluntas, &c. Has certissime omnes possidet: cum primordiale is & exemplar, & author, sit ejus omnis, quæ nobis inest, earum similitudinis: valet enim ratiocinatio hæc Psalmistæ, qui plantavit aurem, non audiet? qui formavit oculum non videbit? qui docet hominem scientiam, non cognoscat? Cùm omnes perfectiones communicatæ creaturis, sive Angelis sive hominibus, aliiisque quibuscumque sint divinæ excellentiæ emanationes, non minus ad Deum spectent, quam fulgente splendidiùs Sole, dispersi per aerem radii ad Solem spectant in quo uniantur, & à quo emanant: magnum ergo discrimen perfectiones inter magni creatoris, analogasque iisdem in creaturis perfectiones, ad omnes quæ in utriusque modo admodum diverso reperiuntur, extenditur: ut tamen humanus intellectus plurimi seipsum facit ob sapientiam, ac scientiam, ita nihil aliis in entibus pluris facit, aut in quo minus vinci velit.

Quapropter ut in priore hujus tractatus parte variis modis inculcavam summam divini intellectus supra humanum, eminentiam, ita non abs re fuerit idem nunc prosequi argumentum, quibusdam, quæ hanc præminentiam manifestam faciant in medium adductis. Perperdamus itaque, innumera Deum nosse, quæ nos omnino nescimus, cùm non possit non nosse omnes, quas fecit, creaturas, sive visibiles, sive invisibiles, sive corporeas, sive incorporeas, & quas ipsis indiderit facultates, juxta illud *Jacobi*, cognita sunt Deo omnia opera ipsius ab ipso mundi initio: quin etiam cùm non possit non rescire infinitæ suæ potentæ atque activitatis suæ spheram, multa haud dubiè novit quæ esse possunt, quæ nec fecit nec fortè facturus unquam est: sed ne res actu existentes prætergrediar, præter corporatas, atque immateriales creaturas, earumque facultates, aut potestates, quarum aliquam habemus notitiam, ac præter multitudinem aliarum rerum, quarum particularem nullam habemus ideam, res novit, quas nos aliquatenus etiam novimus, sed modo sibi omnino speciali: quod enim nos ex parte cognoscimus, plenè perfectèque penetrat, quod nos obscure, dilucidè distinctèque cognoscit ille, quod nos fallibilibus tantum novimus mediis, is novit certissime: sed præcipuum divinæ cognitionis privilegium est quod perfectè seipsum Deus cognoscat; hæc enim cognitio non humanum modò, ut inspiratus etiam quispiam fatetur, sed Angelicum etiam superat intellectum: cùm infinitam Dei naturam

naturam infinitis tantum intellectus comprehendere possit: quod autem attinet ad opera Dei etiam merè corpora, ac minima, nostra eorum notitia, longè inferior est divinà: licet enim recentiores quidam Philosophi conati sint perquam ingeniosè rerum corporatarum naturam explicare, allatæ tamen ab iis explanationes præsentem mundi fabricam præsupponunt, legesque motus in eo constitutas: at Deus speciètim novit & quare, & qui in *universum* hoc planè stupendum efformata *universalis materia* fuerit potius quàm in mundum alterius ex innumeris quos condere potuisset, textura, & cur hæc potius motus leges quam aliæ constitutæ fuerint, & qui intrensibilis materia, ad cuius naturam motus non spectat, moveatur aptaque fiat, quæ eundem juxta regulas determinatas, quas ipsa non intelligit, transferat, ac propaget: at cum attentius homines contemplantur particularia, & magis elaborata naturæ opera, ut semina, ovæque animalium, aut texturam mercurii, venenorum, antidotorum, &c. sèntur suam ingenui ignorantiam, circa peculiare eorum aut producendi, aut operandi modos, suam verò audaciores produnt: sed fortè nosmetipsos, meliùs quàm quæ extra nos sunt, novimus, sed quàm rerum nostrarum ignari simus etiam si finiendæ nunquam disputationes *Aristotelis*, ac commentariorum ejus, aliorumque Philosophorum circa animam humanam medicorumque & anatomicorum circa mechanismum, & Theoriam humani corporis, id ipsum, fati superque non declararent; facile ostendi possit, ut alio in tractatu ostensum est ex ipsis conditionibus ad unionem corporis animæque requisitis: quæ cum arbitraria primùm Dei institutione constitutæ sint, nihilque his comparandum natura proferat, modus, terminusque mirabilis hujusce unionis ænigmata sunt Philosophis: sed innotescunt haud dubiè luce clariùs meridianâ uni insistenti, ac quamdiù perseverat, ejusdem conservatori: variæ insuper sunt divinæ humanam supra cognitionis præminentia quas hic prætermitti non oportebit: primo enim homines pauca tantum simul ac semel percipiunt, paucisque tantum rebus animum applicare simul possunt, juxta vulgatum illud, *Pluribus intentus minor est ad singula sensus*: miraculi siquidem instar habetur antiquorum nonnullos, duobus tribusve simul Amanuensis dicere potuisse: divina autem cognitio simul se extendit ad id omne quod attingere potest; lyncei ipsius oculi omnia creationis opera unico intuitu introspiciunt: atque ut inspiratus quidam asserit nulla est creatura quæ ipsius aspectum fugiat: omnia ipsius aspectui oculisque patent, aut si vocem Græcam, *τετραχλισμεία* ita reddere liceat, ad oculos ipsius extraversa sunt: longè plura uno etiam intuitu objecta semper inuenitur, quàm Sol ipse facultate videndi præditus intueretur: detegit enim introspicitque Deus omnes creaturarum suarum visibilibus, aut invisibilibus cogitationes, actusque omnes: neque secundò

E discurs-

discursiva est divina cognitio, illius instar quam nos ratiocinationibus nostris acquirimus, sed intuitiva: licet enim homines, ob finitudinem, imperfectionemque intellectus, unius rei notitiã utantur tanquam gradu ad aliam cognoscendam, quæ nobis minùs nota sit, ut in ipsis syllogismorum formis observare licet; Deus tamen cujus cognitio, non minùs quam reliqua ejusdem attributa, infinita est, ac infinite perfecta, nullius rei notitiam, alterius ope adipisci compellitur: unumquodque enim, ut ejusdem author, in seipso novit: cum itaque omnia ipsi æquè innotescant, in seipso tanquam divino ac universali speculò, quicquid sub cognitionem cadere potest, distinctè ac simul introspicit: tertio, intimos hominum sensus, cogitationesque Deus novit, unde dicitur *καὶ δειψὺς ὤφθη*, & scrutator cordium, qui actu omnes tum imaginatricis, tum intellectricis facultatis novit, hominùmque etiam distitorum cogitationes nec unquam expressas, quas nullus homo sciat: neque enim tantùm sanctus *Johannes* dicit, si cor nostrum nos condemnet, Deum majorem esse corde nostro, ac omnia scire: sed Deus *Daniellem* docuit qui *Nabuchodonozori* exponeret totam Prophetici somnii seriem quam Monarcha ille revocare in memoriam non poterat: hïc autem non fuerit inutile observasse quidpiam, quod fortè jam mentem non subit, ea etiam quæ homini cuipiam contingunt, maximèque eum feriunt, penitus à Deo, quam ab ipso homine cognosci. Cùm Divus *Paulus* de suo in Paradisum raptu agens ubi bis dixisset, utrum in corpore, utrum extra corpus nescio, toties addat Deus scit; quandoquidem cognitio nostra tum nostri, tum aliarum extra nos creaturarum adeò imperfecta est, deficientisque, non prohibebit quorundam audacia, qui lumine rationis agnoscere se Deum perfectè posse putant, ne hanc quæstionem moveam quam imperfectam scilicet divinæ naturæ cognitionem Philosophi habeant, cùm eum tantùm ex operibus norint, horùmque adeò ignari sint.

Quantum conspicuùmque divinæ cognitionis privilegium est futurorum contingentium præscientia, quæ à determinationibus, actionibusque liberorum agentium pendent; tantùm enim abest ut nos homines ejusmodi eventus assequi possimus, ut doctissimi etiam quique variis ingenia sua modis contorserint, ut intelligerent quæ demum ratione hos Deus ipse præsciret: unde fit, ut nimium multi, etiam Christianos inter, hanc Deo præscientiam negent: licet variæ impletæ in scripturis prædictiones hanc nos in eo admittere compellant. Cùm mecum ipse perpendo supereminentem excellentiam innumeræque Deitatis privilegia, non possum non mirari ac molestiã quadam affici dum animadverto homines ratione præditos

* *Ps.* 129. 2. * *1. Chron.* 29. 9. § *Johan.* 3. 20. † *Dan.* 11. 5. 31. * *2. Cor.* 12. 8. 12. 3. 4.

ditos ac Christianæ religionis professores , ac studiis etiam plerumque deditos , deditâ operâ , atque etiam non sine contemptu aliquo ea negligere quibus pleniorẽ Dei cognitionem acquirere possent , qua ad majorem ejusdem venerationem allicerentur : ad ulteriorem Dei cognitionem , ut profundius eam adoremus , aspirare & tenemur , & præcipua sælicitatis nostræ pars est. Deus qui desiderium scientiæ hominibus ingeneravit , ac facultatem quandam discrepantes cognitionum excellentias distinguendi , eisque quæ præstantiores sunt pluris aestimandi , quique hominem ad investigationem , amorẽque Dei super omnia teneri voluit , Deus inquam hæc omnia non præstitisset , nisi probè nosset , eos qui ritè facultatibus utuntur experiri se omnium intellectus objectorum præstantissimum , quod maxime omnium ipsorum mereatur stuporem , ac admirationem : quid porro à creatura rationali convenientius fieri potest ? quàm si suam ipsa rationem divini entis contemplationi applicet , *entis* inquam & authoris sui , & nobilissimi circa quod versari poterit objecti. Notitia linguæ cujusdam jam exoletæ , aut rubiginosi cujusdam numismatis , aut opinionum , consuetudinũque nationum quarundam , aut sectarum , quæ fortè nec melius vixerunt , nec ratiocinati sunt quàm nos , operæ pretium habetur , laboriosaque eruditorum hominum industria , studiumque rerum merè corporearum honorificam Philosophi appellationem conciliat : quidquid autem hæc objecta in seipsis spectata sint , certum omninò est profundissimas eorum cognitiones excellentiæ ac nobilitati Dei cognitionis , quæ tantum cognitionem operum ipsius superat , quantum eadem ipse transcendit , excellentiæ inquam cognitionis Dei comparatas , nullius esse momenti : suæ autem naturæ privilegio Deus infinito superat intervallo quicquid fecit ; sive opera naturæ spectemus , sive artis , quorum priora alio sub nomine immediata ipsius opera sunt , posteriora effectus ab uno ex operibus ipsius producti , ab ipsoque proinde oriundi licet hominis interventu producti : quamvis autem verissimum sit corporeo Deum mundo eos potestatis , sapientiæ , & bonitatis suæ impressisse characteres qui Philosophorum admirationem merito excogitant , magnus tamen mundi author infinitis partibus superior est omnibus suis artefactis ; adeò ut , licet facere potuerit , ac facere semper possit , creaturas creatis longè perfectiores , naturæ tamen suæ privilegio creaturas quantumvis excellentes transcendat , cum creatura vel quæ talis , ut divina alia attributa præteream , nec *ascitatem* , nec independentiam assequi queat : quapropter lugubre quid mihi omninò videtur quod non nisi coacti , aut quodammodo invitati pauculas impendamus horas contemplationi , internæque gloriosissimi ac perfecti illius entis adorationi , quæ ipsos continuè Angelos occupatos tenet : idque

vel ex eo, verò non abfimile puto quòd beatissimi illi spiritus exhibeantur nobis in sacris scripturis, lætissimis canticis acclamationibusque orbis natalitia celebrantes: quos facillè crediderim ardentissimo teneri desiderio Dei ulteriùs cognoscendi: quandoquidem teste quodam *Apóstolo* ardentissimè cupiunt contentas in Evangelio veritates intueri, divinæque bonitatis munificentiam fragiles erga mortalesque homines.

Scio objici à quopiam posse *scrutatore* *majestatis* *opprimi* posse à *Gloria*, periculosaque plenum opus esse alex divinam scrutari curiosius naturam: sed ut, omittam Latinam hanc sententiam ex libro Apocrypho esse desumptam, responsio in promptu est, arcana Dei ipsi soli relinquenda, videri mihi, abstrusam esse ipsius substantiam, aut essentiam, decretaque nondum revelata, quorum fateor cognitio ad nos non spectat: sed aliud longè est *Deum* ex superba curiositate contemplari, eo tantùm consilio ut quidpiam de eo non commune noscamus, aliud est summa animi demissione illud præliare, desiderioque nostræ circa ipsum cognitionis promovenda, quo nostræ erga ipsum pietas, reverentiæque crescant, summa quidem arrogantia est, sperare divinas nos comprehendere perfectiones posse, ita ut nihil superiùs inquirendum superfit: si verò ad ulteriorem earum cognitionem eo consilio aspiremus; ut nobis mirandæ magis, nostræque magis dignæ amore videantur, curiositatis quidem genus quoddam erit, ac non veniã tantùm, sed & laude dignum: Scriptura alicubi hortatur nos, ut non tantùm credamus gratiã, sed & Cognitione Christi ac ubi ut virtuti *scientiam* addamus cùmque *Moyès* rogaret ut propior Dei simul bearetur, licet pars eorum quæ petebat, denegata fuerit, repote mortali ipsius flatui minùs conveniens, funestaque forte ipsi tum futura; id tamen à Deo responsi accepit quo manifestum fieret supplicantis petitionem non ipsi fuisse ingratam, piæ enim ipsius curiositati illustriore tum spectaculo, quàm alias unquam sive ageret, sive pateretur, factum est, satis. Quod autem aspirare possimus ad perfectas admodum cognitiones eorum objectorum etiam supernaturalium, quæ assequi penitus nequimus, ex *Paulo* discere licet, qui precatur ut *Ephesii*, omnesque boni Christiani comprehendere possint, quænam sit latitudo, longitudo, profunditas, ac altitudo, quidque sit amor Christi, qui, statim addit, scientiam superat.

Si igitur posuerimus licere Deum contemplari non eo consilio ut libera ipsius decreta exploremus, neque ut nova eudamus dogmata circa ejus naturam, ac attributa inter doctiores, sed ad excitandos in nobismetipsis eos perfectionum ipsius sensus, quos revera ipsæ in *contemplante* attentiore producere queant: devota Dei contemplatio, ita se habet.

* 2. *Pet.* 3, 19, 2. *Pet.* 1, 6. † *Exod.* 34, 5, 6. & c. *Eph.* 3, 18.

habet. Præter alia magna quæ secum affert commoda, ita ut humanus intellectus *Moyſis* inſtar in Monte aſſiduâ cum Deo familiaritate conſtantem acquirat ſplendorem ; præter hoc inquam felicemque hujus commercii in animi virtutes influxum , ea omninò ſum in opinione nullius animam exercitii capax eſſe , quod hocce delectabilius ſit in regione hac ſubiunari : in conſeſſo apud omnes eſt *admirationem* unam eſſe è gratiſſimis mentis affectionibus , quæ interdum cum objectum eam promeretur , adeò-eadem abripitur ac poſſidetur , ut aut cætera omnia oblivifcatur , aut non animadvertat, ut contingit sæpè in publicis , ſtuporémque cientibus ſpectaculis , utque potiores ob cauſas accidit *D. Petro* cum glorioſâ Chriſti tranſfiguratione in monte *Tabor* raptus exclamavit , *bonum eſt nos hic eſſe, faciamus tria tabernacula* , &c. Adeò enim ſplendidiffimo hoc ſpectaculo abſorptus eſt ut Evangeliſta diſertis verbis dixerit neſciſſe cum quid diceret : cum jam voluptas ab admiratione orta , naturæ vulgò respondeat inſolita rei quam admiramur , cujus demum rei admiratio eam parere voluptatem poterit , quam ea pariet , cujus objectum Deus ipſe eſt, hoc eſt entium omnium tum primum , tum maximum ? Stupor in nobis ab humili , attentaque Dei contemplatione productus , duobus maximè cum ſuperat , quem vel ipſius , vel noſtra ipſorummet opera movent ; cum enim primo corporea miramur , quantumvis nobilia , ac pretioſa , puta ſtellas , Gemmâſque , comitantem ſtuporem noſtrum delectationem immittit quidpiam ab ipſo ſtupore noſtro ortum ; aut potiùs ſtupor ipſe noſter , cum ſummam intellectus noſtri imperfectionem denotet , ut , quem meræ detineant vincantque creaturæ , quòdque pejus adhuc eſt , creaturæ nobis multò inferiores: cum nihil mirum ſit ſi humanus intellectus rapiatur in admirationem ex contemplatione Glorioſiſſimi illius entis ac infinite perfecti quod neceſſariò adæquatam intellectûs cujuſvis creati comprehensionem exuperet. Sed alio etiam ex capite *Dei admiratione* aliarum rerum admiratione prior eſt : cum enim alia objecta finita tantùm naturæ ſint, atque ob unum tantum quidpiam admirationem noſtram promerita, noſtra ipſorum admiratio conſtans non eſt , ſed poſt nonnullam cum iſdem familiaritatem languet primùm , tum deſinit : porò , Deus eſt objectum , cujus natura ſingularis admodum eſt , cujus-perfectiones adeò immenſæ ſunt ut nulla in eo contemplando perſeverantia, aut temporis mora ſtuporem noſtrum immittat , quo enim magis eum cognoviſſimus, eo miramur magis : quare perpetua novarum cognitionum viciffitudo futura eſt, ac deſiderium : quia autem unico eam nomine appellamus , unicum tantùm ſpeculationis objectum eſſe forte exiſtimamus : quamvis autem unica ſit Dei eſſentia, tanta tamen ipſus eſt immenſitas,

E 3 aut,

* Exod. 34. 29. 30. &c. † Luce. 9. 29.

aut, ut ita loquar fecunditas, ut *objectum* sit varium maximè, ac multiplex: ita unicum Cœli nomen est, sed tot fixas sine suo scellas ac planetas complectitur, quorum diversis motibus tot exhibentur phœnomena, ut licèt occupatos per plurima sæcula astronomos tenuerint, recentiores tamen non minùs conspicua, sin minùs numero fortè æqualia detexerint: ut autem opticorum ope tuborum *fixis multis*, variòque planetas antiquis incognitos deteximus, ita noui ultra zonationem navigatores varias integras in meridionali hæmispherio constellationes detexere: quare Cœlum licèt *objectum* sit perpetuò ac conspicuè hominis aspectui patens per aliquot jam annorum milia, novam tamen in dies admirationis materiam suppeditat: neque ullatenùs dubito quin perfectioribus adhuc posteritas telescopiis ignotas nobis tum scellas, tum constellationes detectura sit etiamnum.

Non est ergo cur metuamus ne nostra Dei admiratio *objectorum* de novo excitantium, ac percipientium defectu expiret, aut deficiat: infinitus hic oceanus, excellentium *objectorum* varietatem continet, quæ longè difficiliùs exhaureris omnia, aut percurreris, quàm viventes in sublunari nostro oceano creaturas, aut in littore jacentes numeraveris: mirabili itaque profus Dei excellentiæ ex merito nostro applicari poterit, quam *Aristoteles* veint quandam infiniti definitionem proponit, *ex quo scilicet accipientibus semper restat accipiendum*. Si intellectus humanus novas quotidie divinæ naturæ cognitiones acquireret, novâ semper digna admiratione detegeret: quemadmodum in infinita numerorum crescentium serie progredi semper poteris ad majores ac majores numeros: sed interim à primo tantùm minimòque progressionis termino, qui minimæ cognitioni nostræ Dei nostro in casu respondet, longius semper ac longius progredieris, quam assequaris nunquam, imò, quod sanè permirum licèt verissimum sit, videri possit, quamvis ne propius quidem accedas ad numerum infinitum, siquis ejuscemodi existeret, aut etiam ad omnium numerorum maximum: ut facilè ii aduimadverterint, qui progressionum in infinitum indolem examinarint.

Ex his duobus mox commemoratis, quibus quoad delectabilitatem potior est quavis aliâ Dei admiratio, ceterisque potioribus contemplationis Dei conditionibus tibi jam satis superque constat, & sibi & officio dæesse suo eos qui cogitationes suas tam nobile circa gratumque *objectum*, vel nolint exercere, vel negligant: atque hoc in casu omnino existimo longe utiliore esse aliis hominibus *rationem*, quàm Atheis, qui quamdiu tales remanent eam circa Deum occupare nequeunt, nisi quadam cum dissidentia, ac terrore: quare vel hoc nomine *Epicuro* felicior longè *Plato* fuit, quandoqui-

doquidem, cum hic Dei interdum contemplatione absorberetur, nullum ejusmodi gloriosum aderat objectum, quo rationalis æquè in illo, jucundæque admiratio excitaretur.

Quod jam ut totius hujusce dissertationis scopo applicemus, licet tam purâ, spiritualique delectatione non immeritò aliciamur ad elevandas cogitationes nostras ad gloriosissimum, maximèque amabile objectorum omnium, scopus tamen admirationis nostræ Dei, & effectus hic esse debet, ut nobiliores summi illius entis ideas effingamus: quod quò diutius contemplamur, eo magis cognoscimus omnibus ipsius operibus superius, ac nobis præsertim ipsis qui non sumus ordinis supremi, quique quatenus meri homines vix quidquam aliunde nobilitatis trahimus, quàm ex eo quod Dei cognoscendi, amandi, adorandi capaces simus: hanc autem occupationem qui abjectam minùsque beantem putaret, ipso etiam in Cælo foelicitate carere posset, si disposita hunc in modum mens isthuc admitteretur: genuinus autem attentioris nostræ circa excellentiam infinitam contemplationis effectus hic sit oportet, ut nostram sub eâdem tenuitate sincero nihili nostri sensu agnoscamus, præstemùsque eam quam debemus venerationem ac reverentiam huic, ut cum scriptura loquar, glorioso, tremendoque nomini (hoc est, *objecto*) Domino Deo nostro: quare cum Deus *Iobum* ex turbine allocutus esset, ac quidpiam ipsi de divina magnitudine declarasset, pius hic Philosophus priores suos de deo sermones mutavit, fastusque est effutiisse se quæ non intelligeret res scilicet nimium stupendas, quas non caperet: cum itaque doceri à deo cupiisset, exponit quàm facile ex propiore ipsius cognitione, ad humilem demissamque de nobis ipsis opinionem progrediamur: *audivi de te*, inquit is de creatore suo, *auditu auris*, sed oculus jam meus videt te, quare, infert ipse *abhorreo à me ipso, & pœnitet me in pulvere & cinere*.

Non equidem ignoro præcipuam hujus excursionis partem quamdam videri posse digressionem: quam citò mihi condonabis si tam facile quàm ipse queam hanc in quæ sit excusare culpam volueris: cum enim in eo forem statu in quo Propheta regius cum dixit, *cor meum ardebat intra me, in meditatione mea exarsit ignis, tunc locutus sum*, ut tum ipse dixit, *linguâ meâ*, nec illibenter tam nobile circa argumentum styllum exercebam, conabarque in memet saltem ipso excitare eam divinæ majestatis admirationem, quæ *obsequii rationalis* ipsi à me debiti pars fortè aliqua esse queat: deo placuit declarare ab offerente laudes, aut, ut mea habet editio, sacrificia glorificari se; nostraque pietatis in deum officia scriptura disertis verbis

verbis precum sacrificia nuncupat : éstque sané cur pro certo habeamus , cum *vituli* labiorum nostrorum , ita enim nostra dei eacomia interdum appellantur , commendantur à deo , mentales has oblationes , quibus sublimè de tanta excellentia nostra vilitati comparata honorificèque , de nobis verò metipsis humiliter demissèque sentimus , non minus ipsi fore gratas : ejusmodi enim reverentia , pitulque timor , ut cum Apostolo loquar , quadam sunt rei adoratio in spiritu & veritate : quisquis enim hunc sese in modum exercet , non absque aliqua animi voluptate comparate se *Zacharia* poterit cum dicebatur fore ipsi obagillè ut thus adoleret , ut deo offerret sacrificiorum legis nobilissimum , ac purissimum genus : ne autem longius digrediar ; addam tantum hic loci , videri mihi nobili me in munere , jucundòque versari , dum ea simul colligere honor , quibus stuporis venerationisque divinorum attributorum sensus , qui quidem profandi satis esse nequeant intendantur , ac crescant : qui inquam profandi satis esse nequeunt , cum quò propius infinitam hanc excellentiam , exuberantèque omnis bonitatis fontem cognoscimus , & adoramus , eo majora ab ea pluraque derivemus beneficia : hinc est quod deus in sacris codicibus de quodam è cultoribus suis cui eodem in Psalmò , varia alia promiserat benevolentia suæ testimonia , hunc in modum loquens introducatur : *quia suam in me cor & amorem collocavit , idcirco liberabo eum , exaltabo eum quoniam cognovit nomen meum* ; incogitantia , quadam aut vitio potius præjudiciisque , aut certè adè ipsà argumenti majestate profunditatèque inepti redduntur qui magis in nobisipsis dei , divinorumque attributorum sensus foveamus ut omninò necesse visum fuerit , varia adhibere non semel argumentata variis è locis posita , quibus tum nos ipsi , tum alii afficiantur ad exercitium & ipsis ignotum , & fortè etiam ingratum : quod quidem Apologiæ mihi loco futurum est , si hoc in tractatu toties hoc officium commendem , quod non proponi tantum , sed & inculcari debuit : excursionem tamen hanc potius quàm digressionem non continuabo ulterius , memor ejus quod initio dicebam , quàm circumpectè reverentèque de deo loqui nos oporteat.

Tædii plenum opus foret his omnibus insillere argumentis quibus immensa , divinum inter , humanumque intellectum distantia demonstrari posset , rem tantum ulterius illustrabo ductà quadam à majore , & minore luminari comparatione : humana enim ratio , divino intellectui comparata , instar Lunæ tantum est , si cum Sole comparatio instituitur : namque ut Luna comparata Soli exigua tantum stella est , obscuro alienòque lumine luccas , suis tan decrementis ,
quàm

quàm incrementis nec non & eclipsibus obnoxia , nigrisque semper maculis aspectu deformis : ita humanæ rationis lux perexigua est divina comparata cognitioni , seu cognitioni Dei qui verè in scripturis dicitur , *fons* , ut *pater luminum* ; hoc autem ipsam humani intellectus qualecunque lumen , à quadam à Deo irradiatione oritur , in *cujus lumine videmus lumen* : hoc autem lumen quia participatum tantùm imminuitur , aut augetur , ac sæpè deficit penitus , ac evanescit , aut obscurantibus passionum rubeulis , aut suspensis provocati irradiationis radiis : quin etiam optimè etiam in statu variè deficit ut uniformiter , pleniusque illuminare nequeat.

Quare omnibus ritè perpensis omninò par est , decetque nos homines omninò circumspicè agere non tantùm cum Philosophicas de Deo quæstiones proponimus , hoc est cum de eo differere audemus , sed tum etiam vel maximè cum eum laudare volumus : aliud enim est de Deo vera , aliud digna Deo loqui : quam enim perfectissimam illius ideam effingere possumus , ea aptius nostram tantæ majestatis venerationem , quàm tantæ perfectionis immensitatem exprimere poterit : quin etiam pares , maximè omnium hominum lynceo notiones , incomprehensibili Deo , impares futurae sunt : nobilissima , simillimaque quam de Deo cudere possumus , idea infinito longius intervallo ab ipso aberit , quàm quodvis à Sole parelium : licet enim meteorum illud splendidum quid , ac sublime videatur , Solique , sine cujus Radiis non producitur adeò simile , ut statim illius imago cætera inter meteora appareat , quia tamen nubi , cujus statio prope terram est inhaeret , infinita penè distantia sub Sole depressa intelligitur , quoad splendorem , ac magnitudinem , variæque alia attributa : is meo quidem judicio Deum excellentius , veriusque veneratur , qui etiam perfectissimas intellectus sui ideas , infinitis creatoris sui perfectionibus infinitis inferiores libens agnoscit , verius inquam quam is qui ipse dotes singulares , ac attributa magnâ verborum pompâ descripsit.

Atqui justa hîc me movet indignatio : ut hîc insnuem cum nostrorum etiam hymnorum , laudumque supremi illius entis pudere deceat , quanto obviandi sint ii pudore quondam , qui non tantùm negligentius , sed aliquo etiam cum contemptu ac fortè etiam dubitatione de infinito illo , perfectissimoque ente loquuntur , cui ipsasmet quibus abutuntur facultates ingeniumque uni debent : divinarum sanè præ eminentia perfectionum meritò nos ab earum celebratione deterreret nisi infinita ejusdem bonitas earum una foret : non igitur Dei quasi panegyrim tentabo , aut suscipiam , cum de eo facile nimium , fatis nunquam loqui possimus : fat itaque habuero eas

F *humi*

humiliter perfectiones adorare, quarum laudes meam potius impotentiam, quam ipsarum excellentiam exprimerent: cum, quæ summa de ineffabili hoc *objecto* verbis exprimi queunt, vel idcirco eidem exprimendo imparia sunt, quod verbis exprimi possint: quæ quidem assertio licet inter paradoxa numerari queat, hyperbole tamen non est: neque enim vel cogitatione numerorum omnium maximum assequi possumus cum omnis assignabilis duplicari, aut multiplicari possit per alios numeros, aut radix esse quadrati numeri ac cubici; quo ignoto fortè hæcenus tibi exemplo discere poteris quemcumque divinæ, puta, immensitatis conceptum, ut cætera nunc præteream attributa, quia finitum eidem exprimendæ esse impari: æquum igitur est ut dissertationi tandem meæ limites præscribam, cum argumentum ipsum nullos admittat.

Totius Operis Conclusio.

Ex dictis in præmissa excursione, eorum, ut opinor, veritas fatelucebit, quæ sub initium hujus dissertationis diximus de summa quam intellectus humanus Deo debet veneratione; cum enim plurimas haud dubiè perfectiones possideat, quarum nullam nos habemus notitiam, aut etiam ne suspicionem quidem, atque obscuram admodum earum quæ nobis magis patent, potentiæ inquam, ac sapientiæ, cùmque liquidò constet incircumsriptos harum limites à nobis attingi non posse, quam ob summam multiplicemque imperfectionem nostram inepti sumus, ut de Deo præcipitanter, aut audaciùs loquamur, tanquam de objecto quod finitus intellectus, aliorum instar objectorum complecti posset, quam profundis autem humilitatis nostræ sensibus affici nos par est, cum perpendimus quantum à supremo illo ente distiti sumus? aut potius sub eodem deprimamur, cum & nostra ipsius ignorantia, & cognitio, nostræ in eum pietatis fontes esse debeant: nostra enim necessaria ignorantia, perfectionum illius quarum etiam quædam nondum detectæ sunt, infinitudinem matrem agnoscit, nostræque cognitio id unum præstat ut minùs ignari conspiciarum Dei perfectionum sumus admiratores.

Hæc & ejusmodi alia si ritè perpendamus seriòque ac sedulò, statim dilucidè animadvertemus non levem nos tum ignorantia, tum arrogantia non am incurfuros si de divina natura, divinæque cognitionis amplitudine differamus, tanquam de rebus quas introspicere possimus, ac metiri: cum debeamus quoties de Deo loquimur, ejusque attributis, vereri ne vel minùs rectè apprehendamus, aut expe-

exponamus ipsius perfectiones , néve nimia propria cognitionis opinionone sat superque credamus ea nos in Deo noscere , quorum qualemcumque demum habemus notitiam , cum quasdam tantum tenemus notiones , facultatum potius nostrarum limitationi , quam divinarum perfectionum infinitudini respondententes.

Quinetiam Angeli ipsi adeò licèt illuminati , dicuntur in scripturis velle libenter introspicere Evangelii mysteria : unde conicere licet , quantum ab iis , quæ Scriptura *profunda Dei vocat* , intimè cognoscendis absint , & quantò longiùs adhuc ab infinita istius naturæ comprehensione distent : hinc est quòd , cum in visione illa majestate plena inducuntur tanquam administratorii spiritus , aut præstolatorii circa Dei Thronum exhibeantur facies suas alis suis cooperientes , ut qui vel nequirent , vel non auderent percellentem divinæ majestatis intueri gloriam : qui igitur mortales nos & peccatores infinito sub eo depressi intervallo non morum tantum perverfitate , sed & humilitate naturæ irreverenter temerèque de divina essentia loqui audeamus , dum non perpendimus inmensam nos inter , Deumque distantiam , quantumque nostras supra vires sit meritæque , inscrutabiles , ac adorandos illius naturæ penetrare recessus ; quantò satiùs foret , cum de objectis tantoperè supra nos elatis agimus , justam inspirati istius poëtæ imitari humilitatem , qui dixit , *cognitio hæc mirabilis nimium visa mihi est , altior est quàm ut assequi eam possim* ; quantò inquam satiùs foret erumpere in sublimem hanc Dei Laudem , sublimem inquam sed in speciem tantum , *quia scilicet gloriosum nomen ejus supra Laudes omnes dicitur exaltatum* ?

1. Cor. 13. Isai. 6. Isa. 6. 2. Psa. 136. 6. Nehem. 9. 5.

FINIS.

DE
AMORE SERAPHICO
SEU
DE QVIBVSDAM AD DEI
AMOREM STIMVLIS
ROBERTI BOYLE

NOBILIS ANGLI, SOCIETATIS REGIÆ SOCII,
EPISTOLA ad Amicum conscripta.

*Observemus alii alios , ut nos acuamus ad charitatem & bona
opera. Heb. 10. v̄. 24.*



GENEVÆ,
Apud SAMUELEM DE TOURNES.

M. DC. XCIII.



AD
COMITISSAM
VARVICENSEM.



HARISSIMA SOROR,

Miraberis fortè , cùm hanc Epistolam totos undecim annos privati tantùm juris esse voluerim, quamvis ut publici facerem & tuis, & aliorum primæ notæ importunis ferè precibus provocatus fuerim, miraberis inquam eam nunc prodire in lucem, & tuis etiam sub auspiciis. Quocirca cum de his schedis tamdiu, & amicè sollicita hæctenus fueris, mearum esse partium judico, ut tui causam stuporis tollam, tibi paucis indicare quid potissimùm me impulerit, ut Epistolam hanc hoc tempore prelo committerem : cum enim ne cogitarem quidem de eadem in lucem edendâ contigit, ut mancum quoddam mutilumque illius exemplar nescio quo infortunio in manus cujusdam cui res erat angusta domi incideret, qui præsentis, quâ premebatur, inopiæ consulturus, pecuniæ illud summâ bibliopolæ vendendum proposuit : sed cum nomine saltem tenuis

EPISTOLA

huic notus essem, sanè perquam humaniter de tota re certiozem me fecit, convenitque postea ipsemet admoniturus duo quoque insuper alia circumferri passim exemplaria quæ haud dubiè prelo brevi committerentur; quod quidem ægrè admodum tuli: Præterquam enim quod quædam Epistolæ publici juris faciendæ oriretur hinc necessitas, & probe nossem, cùm alterius omninò indolis, generisque scripta à me expectarentur, futurum ut hæc minus grata forent multis, quamvis perfectiora essent, quam reipsâ sunt; præter hæc, inquam, oculorum acies quâdam in oculis intemperie adeo imminuta erat, tantillûq; temporis argumentis Philosophicis suffurari poteram, ut vix Epistolâ hæc priusquam imprimenda traderetur percurrere possem. Cùm tamen mecum ipse perpenderẽ repositum apud me exemplar reliquis, quæ quidam in lucem emittere voluerunt, & plenius esse & purius à mendis, publicandum illud potiùs censui quàm permittendum, ut aliud surreptitium alienas etiam, aliasque, quàm quas ab auctore traxisset, præ se ferret maculas. Cum itaque id iis commisisssem quos perspicaciores hujus Regni meritò mirantur, severioremque eorum censuram expectissem, quibus & quidlibet eradendi copiam feceram: quia tamen rara erat eorum censura, eaque tantùm quæ eorum diligentiam indicaret, commendationemque operis mei non merè aulicam ostenderet, Epistolam hæc prelo, ne relectam quidem, permisi: eò quidem faciliùs, quòd nonnemo cujus iudicium, pietatemque magnifacio, seridò me seduloque monuerit absque crimine subtrahere me Reipublicæ non posse, quod nutriendæ in hominum animis divini amoris flammæ peridoneum ipse sentiebat. Quin etiam ex ipsâ festinatione id me commodi ducturum existimabam, quòd quamvis citiùs libellus hic meus non ederetur, à tenerâ tamen quâ scriptus est, ætate excusationem petere possem, & si quid alicubi minus limatum occurrerit, id iis imputandum foret, qui intactum illud reliquerunt quod permissu meo pro arbitrio expungere poterant. His aliisque rationibus inductus ut hæc schedas publici juris facerem, hæere diu non potui cui eas potissimùm offerrem: cum enim *Lindamorius* ille omnibus absolutus numeris ad quem præcipuè spectabant, fatis cesserit, præcipuam

† *Tractatus quidam ad Philosophiam experimentalem spectantes.*

DEDICATORIA.

tu, dilectissima Soror, harum paginam imple. In loco illo deliciarum
cujus tu domina jam es*, scripta est hæc Epistola; otium ipsum scri-
bendi tu concessisti; quamlibet tibi priusquam dimissam paginam
ostendi; si quid in eâ peccatum sit nemo te facilius excusarit, utpo-
te quæ omnium optimè nôris quàm variè distractus eam scripse-
rim: ab eo tempore tu me invitare, ac tantùm non impellere solebas
ad illius editionem, eòque fortiùs quod hinc non tantùm propitiâ
te mihi, meoque huic Scripto cognoscerem, sed etiam quod dissi-
mulato nomine meo honorificam aliorum, nec suspectam de fœtu
hoc meo opinionem obtinueris. Ut verbo dicam totuplici è capite
tibi hæc lucubratio mea debetur, ut nulli nisi tibi exhibere eam po-
tuerim. Novi equidem, dilectissima Soror, libros non solere adeo
propinquis inscribi, esseque in more positum in Epistolis quas dedi-
catorias dicimus, ut tenuitatem eorum quæ scripsimus profiteamur,
& eos quibus scribimus meritis laudibus extollamus, si præsertim
cuiquam è teneriori sexu scribimus: sed probè nosti me consuetudi-
ni non multum esse devotum. Quare nequaquam mirabere si non
minùs jam huic conformiter agam, quam aliàs agere solitus fuerim;
eùm enim eo vivamus sæculo quo pauci absque adulatione laudari
queunt, necessitatem adulandi aut in leges urbanitatis peccandi de-
vito cùm iis meo offero, quos pro re natâ absque mendacio laudare
queo, aut non laudare absque omni in urbanitatem peccato. Neque
enim mendacium existimem desinere esse peccatum quod Epistolæ
Dedicatoriæ insertum fuerit; quemadmodum olim noxia animalia,
postquam aræ illata, noxiâ exuère naturam. Huc accedit quòd libri
qui de rebus piis agunt, minùs grati sint iis qui magis illorum monitis
indigent, quàm qui minùs. Quod ad hanc, quam tibi exhibeo, Disser-
tationem attinet, meam de eâ opinionem inde quis conjecerit, quod
eam tandiu mihi & privatam servatim. Quia tamen utin re Medicâ,
Medici & Medicamenti fama, ita in libris pietatem spectantibus, qui
quædam animi medicamenta continent, conceptâ de opere, & Scri-
ptore opinione inducimur ut præscriptiones attentius observemus;
Unde fit ut plus inde utilitatis percipiamus. Propterea nihil dicam in
extenuationem hujus operis quod praxim potiùs lectorum, quàm

* *Leæze* videlicet.

EPISTOLA DEDICATORIA.

veniam ambit; neq; molestè feram in publicos hominum Coetus eodem illud favore admitti, quo in privata haectenus musæa admissum est. Superest jam, dilectissima Soror, quod tamen minimè à te expectari scio, licet illud pro more lector expectet, ut tuo hanc Epistolam encomio absolvam: tam enim insolitum est in Epistolis Dedicatoriis laudes omittere, quam iisdem fidem adhibere. Quamvis autem & meo tui eulogio & ipse crederem, & alii etiam haud dubiè qui te norint, credituri forent; attamen præterquam quòd consanguinitatem nostram, amicitiamq; id Scriptionis genus minimè deceret, tuâ præterea modestiâ, pietateque vel hoc nomine id rejiceretur, quòd panegyrica dedicatio non futura esset idonea ad hoc argumentum introductio. Ipso itaque thematis hujusce genio, atque virtutis tuæ austeritate amicitiaque nostræ præscripto prohibeor ne aliter te laudem quam si manifestum fecero, etiam in Epistolâ Dedicatoriâ abstinere me posse, te non invitâ, ab omni tui laude. Jam si quis petierit cur etiam non abstineam ab inscribendâ tibi hâc Epistolâ? in promptu ratio est, quòd hanc lubens opportunitatem arripuerim palam profitendi, quia id mihi honoris contigit, ut & frater tuus sim, & amicus, hoc ipsum me inter primos fœlicitatis meæ titulos meritò numerare: cum præsertim ipsamet perquam humaniter asseras consanguinitatem nostram occasionem potiùs fuisse quam fundamentum amicitia nostræ: cui ne unquam desim, absque verborum exquisitorum blandimentis, *Tui,*

CHARISSIMA SOROR,

*Amantissimus semper ero Frater, servusque
Obsequentissimus*

ROBERTUS BOYLE.



PRÆVIA QVÆDAM
AD LECTOREM
Monita,

Prout aliquot ab annis Scripta fũere, cũ hanc Epistolam Viri
quidam eruditi inspecturi erant.



*T*is obviam eatur dubiis, qua hanc dissertationem legentibus occurrere possent, tria, quatuorve pramonitum Lectorem velim.

I. *Quamvis* pauci adeo Nobilium, praesertim juniorum, gravioribus animum studiis hoc saeculo excolant, ut incongruè admodum quadam sequentis dissertationis ad juniorem Nobilem conscripta videri possint: cum tamen is, cui ea offeruntur, plerasque Europa regiones peragravit, & linguas didicerit, & ingenuas artes; nihil hic à ratione alieni, aut incongrui commissum putem.

II. *Hac* Epistola postrema aliarum plurimarum erat qua amorem profitebantur, propugnabant, celebrabantque; qua receptam amoris declarandi methodum exponebant, defendebant, & oppugnabant; qua constantiam, inconstantiamque amoris impugnabant, & oppugnabant; qua amorem Platonicum describebant, & commendabant; quaeque remedium amoris multis proponebant; quae denique, ut verbo dicam, varias de amore controversias methodo argumentorum varietati genioque, & principis suppositorum Scriptorum congrua discuteret: hi tamen omnes tractatuli in gratiam pulcherrima cujusdam Dominae conscripti, quanquam nihil modestia, aut pudori contrarium continerent, non habitum sunt ab authore adeo graves ut aut solitarii in lucem ederentur, aut huic juncti dissertationi, in qua suas author opiniones exposuit, quemadmodum in tractatibus prae memoratis aliorum exposuerat.


III. *Hanc* dissertationem aut comitatura erant quae proprietates, mutataeque Amoris Seraphici multis exposuisset: sed prius quam hanc author absolvisset,

MONITIO AD LECTOREM.

solvisset, casu incidi in librum quemdam Gallicum^a qui licet nihil eorum de quibus differuerat attingeret, multa tamen ab ipso designata praeciparet, praecipuaque meditationum designatarum argumenta ferè exponeret. Quare verebatur, ne injuriam sibi, aut Lectori faceret, si aut notionum non suarum, transcriptor evaderet, aut optimos circa thema suum conceptus pratermitteret, ut qui minoris momenti forent, absque omni suspitione ipsius haberentur.

IV. Hac Epistola, quod raptim, & abruptim, variaque inter negotia, neque ibi ubi librorum esset copia conscripta foret, eruditorum censura, Theologorum maxime liberè permittitur; quos author rogat, ut sibi persuadere velint, si quid hic peccati offenderint, illud minimè fuisse intentum: quod simul ac manifestum fecerint, retractare paratus erit; cum Dei ope nulli nota veritati resistere velit, ut dicere semper possit, errare possum, hareticus esse nolo; utque lubens aliorum censuram admissurus est, ita hanc à Lectoribus gratiam sperat ut cum privatam tantum Epistolam conscriberet, consuetos hujuscemodi scriptorum defectus condonent. Vulgatas temporum leges transgredi se posse putavit; cum praesertim de aeternitate, qua has non admittit, ageret. Liberiores circa amorem, & consueta ipsius objecta locutiones excusandas putat, quod has exigeret scopus ipsi circa^b Lindamorium propositus, licet eum, quod tamen fecit, non detexisset. Erroneas plerumque vulgi traditiones, ex quibus similitudines suas ducit, non sibi adoptat; privilegio enim plerorumque Scriptorum atque eruditorum etiam utendum sibi putat qui populares scriptiones allegoriis illustrant, ac comparationibus à populari traditione ductis. Quod autem ad locos quosdam communes, attinet, quos author ob dissertationis methodum declinare nequivit, ex ipso scribendi modo facile Lector collegerit, his cum uti non ut viatores viâ publicâ utuntur, sed ut venatores; Ubi enim viatores viam regiam semel ingressi sunt, in eâ perseverant, sed venatores aut eam statim praetergrediuntur, aut tandiu tantum eadem incedunt, quamdiu necessarium, commodumque ad prædâ insecutionem fore putant. Denique si quaedam hujusce Epistola, circa initium maxime, locutiones scopi ipsius gravitati minus congrua videantur, confidit author graves sat, seriasque censendas, si quis animadvertat has in liberiori Epistolae parte tantum occurrere, rationemque Scribentis habeat, qui junior erat, dum hac in Nobilis coetanei gratiam exararet.

^a l'Amour Divin de Monsieur du Moulin. ^b In dedicatione Epistolarum praememoratatum ad Dominam. T. J.



AMOR SERAPHICUS
 SEV
 QUIDAM DIVINI AMORIS
 STIMVLI.



ARISIME LINDAMORI,

Non absque summâ animi voluptate ex ipsâ famâ testibusque longe magis fide dignis didici remissiore Hermiones erga te amore remissam esse, ac prorsus dimissam febrem illam quam emicantes ex ipsius oculis radii incenderant; atque quod lubens audio, ubi te destinatum animadvertisti ut ostenderes, quanta ipsius oculi miracula patrare possent, tenestivè omnino tecum ipse decrevisti tuo ipsiusmet comprobare exemplo, quid ratio potius, quam quid amor posset; ac proinde fastuosa Phyllidis tuæ, spes eluisse diceris; suis enim illa te illecebris propalam irretiendum sperabat quamvis mutata ipsa, tuique libera amore tuum in se amorem & irritum redderet, & immeritum. Optarim equidem ab hoc te morbo ratione potius, quam indignatione liberatum, ne ipsa libertatis tuæ origo ignobilior foret. At cum impermixtis, purisque frui gaudiis, hæc mortalibus non liceat, est sane cur tibi gratuler, laterque plurimum hoc etiam te modo ad te ipsum, pristinumque statum rediisse. Ut enim Galli vero perquam similiter dicunt, *les plus*

A COMTES

courtes folies font les meilleures, & quia libertas nullo modo boni naturâ spoliari potest, ego quidem cum illius vices minimè miserari solearm qui amissâ *Phyllide* se sibi ipsum servat, ac restituit, ita omnino sentio *Hermionem* præter mentem, quid tibi reipsâ pergratum præstitisse, tuoque melius respondisse amori, tui tibi ipsi restitutione, quàm si cor suum, tuo, ut ita loquar permutasset. Sed tua mihi libertas non mediocrem parit hoc etiam nomine lætitiã quod dignis fide testibus acceperim eam mihi quoque aliquatenus deberi, cum propositis à me rationibus ad eam saltem desiderandam sis impulsus: neque enim necesse est ut hoc loco tibi dicam nihil me vehementius cupere, quàm ut optato fruar exitu quoties tui quidpiam causâ aggredior: Sed quia nullum par voluntati præstare tibi obsequium queo, nullum tamen exiguum possum si comparetur voluptati mihi inde resultanti, quod ullum omnino tibi præstiterim. Atque hæc ex ratiocinationum mearum successu lætitiã non parum hinc augetur quod præter spem victoriã obtinuerim; vix enim eum rei eventum sperabam, quæque dixi, non tam victoriæ spe certâ dixi quàm ne quem lapidem immotum relinquerem: te enim ad speranda etiam majora spe meâ excitandum putavi, instar supremi exercitus Ducis qui quantumvis de prælii successu dubitet, apertis orationibus certam militibus victoriã pollicetur eo consilio ut id futurum ipsi sibi persuadeant, de quo interim ipsemet dubius hæret: quamvis enim conarer tibi persuadere, cum ratio passionum nata domina sit, licet hæc nimia ipsius lenitate aut negligentia imperium interdum usurpent, eam tamen nativis eò usque nunquam destitui viribus, ut imperium quoties ipsa voluerit resumere non possit, & quamvis libenter tibi inculcare inchoatam indignatione victoriã tam facilè plenam obtineri posse, quàm facilè est velle; quamvis inquam hæc omnia ita se haberent, tantum non mihi persuaseram amantem suscipere curandum, & amare idem esse infirmitatis, & insanix genus. Utque ut ingenuè tecum, *Lindamori*, agam nonnulla obtentam à te libertatem comitantur, quæ in causâ sunt cur verear, ne rursus in servitutem incidas, priusque tantum amoris tui idolum deserueris, cum interim ipsam ad amandum animi propensionem non deposueris. Scio equidem ab homine, qui, quod nullis hæcenus Cupidinis telis læsus fuerit, eum dicitur temnere, ac severiùs habere, expectari ut Satyris quibusdam homines ab ejus servitute deterreat: atque ingenuè, *Lindamori*, fatebor me aliquando hoc super argumento ea scripsisse quæ, quã fruerer libertate sat indicarent, eoque omni ope contendisse ut iis oculos aperirem qui licet ad rationis usum nati, adeo eadem abuterentur, ut *passionis* prædominio duram servire se servitutem gloriæ ducerent, beatitudinemque suam, vel infortunium à mulierculæ arbitrio pendere existimarent: quæ quidem omnia liberius mihi eloqui licebat, quòd, cum
in

AMOR SERAPHICUS.

in aliis tantum amoris tormina expertus essem, quæ in eum declamarem, rationi, non vindictæ ascribi deberent. At *Lindamori* quanquam insolitâ quorundam hominum insaniam impulsus fuerim ut eos risu, Satyræque exciperem, amorem tamen nisi aut nimium, aut inordinatum non adeo odi ut fucatis coloribus nobilissimam animæ passionem tanquam teterrimum ejusdem morbum depingere tibi velim.

SECTION I.

Vehementius amare eam quam ducturus es in uxorem non licet tantum sed etiam expedit, cum id necessarium videatur ut ea constanter ametur, cui uni amor noster promissus est: limites enim nisi à seipso non patitur sibi præscribi amor: ii enim fere tantum nullius nisi uxoris legitimæ amore incenduntur, qui ante contractum matrimonium reipsa amarunt. Cum itaque viri sapientis conjugium is comitari amor debeat qui sapientis ei nomen relinquat, moderatum tamen amorem, ne qua matrimonio in juria fiat damnare non ausim, matrimonio inquam quod facilius aliis permitterem, quam ipse contraherem: quis enim graviore censurâ notet, ac quasi nulli necessarium illud vitæ genus, sine quo etiam in Paradiso hominum primus beatus esse nequit? Hinc liquidò, *Lindamori*, liquet, non quemlibet indiscriminatim rejici à me amorem; sed eò tantum me comiti ut quidpiam summè verum tibi inculcem. Illud autem ita se habet, apud Judeos peculiaria quædam odorifera erant unguenta quibus & seipso, & consanguineos inungere licebat, sed aliud quoque peculiare quoddam ac pretiosum unguentum apud illos extabat rebus tantum divinis impendendum, hoc alium in finem uti nefas erat: ita ordinatus quidem est, & legitimus in amicum, in *Phyllidem*, in uxorem amor: sed quidam pariter est altioris, ordinis & quasi heroicus, qui uni debetur. Uxor proba suos maritique consanguineos amare dicitur, quamvis & ipsum toto corde verè amare possit, quia peculiarem ei, quem nulli, debet amorem: ita Christiana, piaque anima, huic præcepto, *Deum tuum ex toto corde amabis*, facere poterit satis, quamvis aliud etiam quid simul amet, modo plus nihil amet. Porro summus ille in Deum amor oritur ex vehementissimo cordis in eum affectu, summæque ab eodem dependentiâ. Eo reipsa incendimur quoties minimam vel in speciem illius offensam pertimescimus, & quæ illius sunt, diligentius quam nostra curamus, certi interim beatos nos fore si ejus amicitiam possideamus, miserosque si indignationi obnoxii simus, adeo ut hæc una nos infœlices, illa sola beatos nos facere queat.

Quotiescumque quæpiam illarum proprietatum in *passione* quæpiam elucescit; hanc si Deo consecramus, neque Deo injuriam, neque nobis metipsis inferre possumus: tam nobilis passio ob ipsam excellentiam, no-

bilitatemque Deo uni debetur : quemadmodum in quibusdam regnis ac præsertim hîc in Angliâ , licet vilioris metalli venæ ad Dominum loci pertineant, perfectiora tamen metalla , aurum putà , & argentum lex vel ipsum ob pretium Regi adjudicat.

Peculiari hac amoris notione facile poteris *Lindamori* indefinitas hac in dissertatione obvias passim locutiones interpretari: huncque amorem *Seraphicum* voco , non ullo verborum grandium studio , at, si Romani Theologi cœlestem exercitum rectè dividant , mutuatus hoc nomen * à nobilissimis illis cœlestis Hierarchiæ Spiritibus, quorum nomen flammæ eos esse naturæ indicat. Quò autem hæ flammæ ascendant Propheta visio ^b fat ostendit, ad Deum scilicet inflammantem divini amoris igne. Atque equidem ita omnino sentio , *Lindamori*, Seraphico eo te faciliùs amore urendum quòd ejus ope & rivalis , & amicus beatis illis Spiritibus futurus sis: si præsertim à generosissimi illius adolescentis. alienus non sis mundi domitoris indole , qui ludis in Olympicis currere noluit quod deessent Monarchæ quibuscum curreret.

Sed forte longiùs æquo digressus sum cum paucis tibi indicare potuerim non me hoc in scripto in amorem generatim spectatum dicturum, aut mulierum fragilitatem descripturum : ut enim cum juniores amantes è quorum tu numero, *Lindamori*, es, amoris sui prodigi sunt, eorum amici ejus quod Italus ille ait, fat gnari

*Honestà contra amore
E troppo frate scherma
In giovinetto cuore*

eos aut conjugio ad sobrietatem retrahunt, aut ad eas saltem eorum corda convertunt , quæ illorum affectus aut detinere, aut legitimos reddere queunt ; ita omni ope jam conabor ne ea deinceps ames , quæ tam syncerum purumque cujusmodi tuum animadverti , amorem promerita non sunt , sed ut ad verum tantùm *passionis* objectum te convertas , quò nullum sit nobilius , quo nullum cumulatius possessum bect. Cum enim *Lindamori* , hætenus eò omnes ingenii nervos contenderim ut oculos aperires, nunc quo maxime spectaculo delectari magis te oporteat, pro virili docebo; fat enim intelligo altiores in anima tua , *Lindamori*, egisse amorem radices, quàm ut evelli possit, aut debeat.

Eum itaque extingui non conabor, sed mutato nobiliorem, objecto reddere: translatum quidem ab Hermione optabam non ut destruerem, sed ut transfigurarem : eum enim amorem, qui solo objecto à Seraphico dif-

* Nomen Seraphim Hebræicum oritur à radice *Saraph*, quæ *flammare*, aut *urere* sonat : unde Num. 21. 6. perniciosa illa animalia quæ traductores Anglici igneos serpentes vocant, dicuntur in Originali textu, *Hannechasin hasseraphim*.

^b *Ies. 6. 2. 3.*

crepat, nollem communi hominum vulgarium fato definere, sed immortalam potiùs evadere, *Enochi* instar, *Eliaque* qui in cœlum translati vivi è vivis excefferunt.

SECTIO II.

HAstenus dicitis, à tuo, *Lindamori*, errore in securiorem jam reditus es tramitem: cordis enim tui aberrationem atque ad aliena indignaque homine libero objecta propensionem indicavi; quòd operam me perdere non animadvertam ulteriori spe successus progrediar, memorque verissimi illius cujusdam è Patribus dicti, *nemo aliquem amat, quem non vult esse meliorem*, summopere contendam ut passio tua ei adhaerescat objecto, cujus serria attentaque contemplatio inflicta à mortali quacumque pulchritudine plagas faciliùs curet, quam serpentis olim præalto trunco impositi aspectus vulnera ab ignitis serpentibus inflicta curabat^a. Cum enim constans exterioris pulchritudinis aspectus, quamvis eandem semper faciem intucamur, amorem tantâ violentiâ accendat, quod Græci fat lepidè his verbis insinuant, *ὅτι τὸ ὄραν γίνεται τὸ ἐρᾶν*, quantò majore in Deum affectu effervescemus, in quo licet fulgentissimo plura semper ac plura, quæ mirère, detecturi sumus? Unde Deum Angeli omnium perfectissimè amant de quibus ita Christus, *semper vident faciem patris mei qui in cœlis est*, iique beatissimi, quorum beatitudo in eo sita est, quod^c *Agnum sequantur quocumque ierit*: quid quod mulieribus impermixti perhibentur, ut inde intelligamus clarissimam illam Dei visionem, qui passionis ipsorum objectum erat, non fuisse ejusdem causam, sed præmium, ac mercedem, eosque dum inter mortales degerent, eadem prorsus, quam tibi propono, contemplatione, ut *Mosis* verbis utar, vidisse quodammodo eum^d *qui invisibilis est*, quem semel contemplati caducam omnem pulchritudinem oculis non minùs irretortis dispiciebant quàm aquila à solis intuitu noctilucam.

SECTIO III.

UT te, *Lindamori*, altissimi hujus objecti incendam amore, quæcumque dicta sunt ut priori te servituti subtraheres, & quæcumque ad detegendam profani amoris turpitudinem dici queunt, accipi tantùm à te velim quasi quædam prævia quorumope libera mens de objecto tibi à me proponendo judicare possit. Atque hæc maximè methode quodvis tibi præjudicium subtrahemus, cum hac in re Platonicos imitemur, qui quasdam præmittebant virtutes, quas apto fat vocabulo,

^a Num. c. 21. v. 8. 9. ^b Matth. 28. 20. ^c Revel. 14. 4. ^d Hebr. 11. 27.

purgativas dicebant, quibus mens ad sublimiores veritates paulatim disponeretur. Ita Medici, quò visum acutiorem reddant, caput cathartici evacuare solent, ut sic oculus noxiis humoribus liber objecta sibi distinctè discernere possit; atque eum equidem amorem persuadere tibi volo quem oculi ipsius perspicacia, summaque objecti illustratio plurimum augeant, objecti inquam quod nullo meliùs quam rationis clarissimo lumine intueri quis potuerit. Nosti haud dubiè ingeniosæ istius puellæ dictum quæ præter intellectum laudabiles omnes amatis suis apprecabatur, quod inquietabat, hoc si pollerent, amare me illico desinerent. Sed quod, amori tuo, *Lindamori*, objectum propono ejusmodi non est: neque enim necesse fuerit ut aliorum, quæ amari possunt, vilitatem exaggerem, ut in kujus te amorem rapiam: illustrior enim est Creator quam ut creaturarum oppositione illucescat: priusquam illæ forent, summè amabilis in se ipso is erat: neque quòd passionem illam, quam *Amorem* dicimus nobis ingenuerit, minùs propterea idoneus est qui ejusdem objectum fiat. Amare Deum idcirco tantum quòd quosdam in *Amasiâ* defectus effendas deformitas est major eà obquam eam derelinquis: idemque est in amorem Seraphicum peccatum quòd hominis *Perfarum* religione, (hæc enim ut ab oculatis testibus accepi etiamnum in *orientè* extat) professi foret, qui propter *Lunæ* maculas *Solem* adoraret. *Hermionem*, vel ob nobilissimos ejusdem propinquos non possum non honorare plurimum, eamque vel inter primas emicare inde conjicio quòd suis te nuper illecebris iretiterit, & quamvis jam *Phyllidis* tuæ titulo inconstantia suâ exciderit, quæ tamen hunc ipsi conciliavere dotes, adco meam ipsi ut & aliorum benevolentiam conciliarunt ut jam agrè feram eam desisse esse quòd priùs fuerat. Quocirca quidquid contra eam mihi deinceps exciderit, de eâ tantum intelligendum ut erat, vel esse poterit, *Seraphico* quem in te accendi velim, *amori* obex. Quòd ut certiore successu fiat monendus es Deum summam amoris tui extasum mereri, quamvis eum *Hermione* admisisset, aut non rejecisset. Fuerit enim non tantum tam formosa quam ipse tecum reputabas, sed tam constans etiam quam optabas, ceteraque omnes ipsius dotes colligantur; Deo tamen infinitis partibus inferior futura rivalis erat. Atque in ipsâ etiam fruitione quantumvis tuæ respondisset passioni, non eam tamen omnem promerita fuisset. Angeli qui mulierum nec fraudes, nec severitatem experti sunt unquam, *Conditorum* suorum omnium maximè amant: atque is, quem *Johannes*^a adorare voluit, non passus est se adorari, ut solum Deum supremo cultu prosequamur. Annon, *Lindamori* formosam *Hermionem* existimasses, quamvis nullius oppositione *Mauri* pulchrior evasisset, annon tum deformitas tam ignota, quam ingrata huic sexui fuisset? Ita tamen, fa-

^a *Revo.* 22. 4. & 19. 1.

teor, constituti fumus, ut quemadmodum Israelitæ servitute Ægyptiaca cogendi erant ad regressum in terram Canaam, haud aliter Amasiarum contemptu, aut neglectu sæpe fit ut amantes ad pulchritudinem illam semper novam, semper antiquam confugiant, eique liberi jam inferiorum creaturarum amore suavissimè adhærescant. Fuerint itaque Hermiones defectus occasio tibi quædam *Seraphici amoris* excellentiam propiùs contemplandi, sed eur ei te de voveris præcipuam fuisse causam minimè admittendum est. Deus enim illius objectum pro vili haberetur si confugium tantùm elanguida extinctæque passionis foret, cum interim peculiari perfectionum suarum eminentiâ, summè vividum, ac ferventissimum hominum amorem requirat. Neque necesse est comparari Deum evanidis quibuscumque & caducis objectis ut nostra in eum pietas exardescat: nihil enim inde ipsi pulchritudinis utpote summè in se pulchro, & amabili accrescit. Fateor equidem quasdam primarias mulieres mihi quoque peculiariter notas iis donatas esse à naturâ dotibus quæ totum sexum nobilitarent: earum tamen dotes illius perfectionibus, cujus dona sunt, collatæ evanescent prorsus, ac longe magis inconspicuæ sunt quam languidiores vulgarium hominum virtutes; ut orto sole, & splendida quæ Hemispherium nostrum exornant sydera, & obscuriores umbræ evanescent. Ac proinde non abs re fuerit hîc te, *Lindamori*, admonere, quamvis variorum Dei attributorum divinâ bonitate creaturæ participes sint, *Scripturas* tamen tantum interponere discrimen perfectiones inter hominî ascriptas, easdemque in Deo spectatas, ut res creatæ hæc sibi attributa nullâ ratione arrogare possint, quia modo ea possident adeo infra Divinum ea possidenti modum. Huc spectat quod Christus dixit cuiquam qui hominem eum ratus, bonum vocabat, *a Cur bonum me vocas? nemo bonus nisi solus Deus?* Ita Divus Paulus Deum vocat, aut Christum *b solum Dynastam*: licet terra varios inter Dynastas distributa sit: atque etiam pius Eunuchus in *Actibus*, *c depositique potentes* à beatâ Virgine in ipsius Cantico commemorati, in originali textu *d dicuntur Dynastæ*, seu *Potentatus*: ita quamvis virgines sapientes sint, non minùs quam fatuæ, *e dicatque Christus filios hujus mundi prudentiores esse in generatione suâ filiis lucis^f*; attamen Divus Paulus conditorem suum solum sapientem vocat *g* atque alibi, eum *qui solus habet immortalitatem*, licet tum animæ humanæ, tum Angelî immortales sint: modo adeo speciali, atque ut ita dicam incommunicabili superior Dei natura eas ipsas possidet dotes quas pro genio Boni sui semper diffusivi inter creaturas distribuit. Eo majore studio tuum, *Lindamori*, amorem in pietatem seu amorem Seraphicum converterem, quòd passionem tuam nullis circumscribi posse limitibus

a Mat. 19. 16. 19. *b* 2. Tim. 6. 15. *c* Act. 8. 17. *d* Luc. 1. 52. *e* Mat. 25. 5.
f Luc. 16. 8. *g* 1. Tim. 1. 17.

§

AMOR SERAPHICUS.

animadverterim. Pauci igitur magis indigent, aut merentur ejusmodi amoris objectum quod nimis magnum esse nequeat. Ejusmodi autem Deus est qui ob summam perfectionem suam nimium amari nequit. Aliæ passionēs, fluviorum instar gratiores sunt, cum solitis sese limitibus continent, sed *Seraphici amoris*, ut Nili, ipsæ etiam inundationes magis placent: Noster in perituram pulchritudinem amor nobis ipsis similis est. Si statura nostra quandam forte molem excedat, monstra sumus: at pietas instar adamantis est omnis maculæ expertis, moles ipsa tum pretium, tum pulchritudinem adauget. Deum ex omnibus animæ viribus amare præcipua est tum *Legis* tum *Evangelii* lex, ut quæ reliquas omnes complectatur: Nec plura à nobis exiguntur, quia nihil quod exigatur, superest; tam nobilis enim adeo indolis pietas est, ut defectus in eâ quidem, excessus reperiri nullus queat; mediocritas enim quæ ab extremis removet, necessariam aliarum passionum excellentiam indicat, hujus verò imperfectionem, ac defectum. Aut certè si mediocritate *passiones* aliæ virtutes evadunt, hujusce amoris mediocritas in ejusdem illimitatione consistere debet, cum hæc maximè virtus fiat. Vir secundum cor Dei suum in Deum amorem ipso fitis ardore exprimit a eâque siti quæ languidum cor, quod *Naturalista* sic cum valde quid esse observant †, desiderio refrigerantium illarum aquarum conficiat: *Ipsa* inquit † *anima me Deum sitit*. Porro quis nesciat tantam esse fitis violentiam ut non multùm miremur Regemillum frigidæ potu regnum vendidisse; solâ enim fruitione siti fieri satis potest: Indiarum opes sitientis ardorem non extinguerent si earum dominus eo torqueretur appetitu qui potu tantum sedari possit: quodque ad rem nostram etiam facit, fitis, ut ferè aliis in rebus non contingit, adeo tempore non imminuitur, ut violentior in momenta evadat. Idem Propheta Regius zelo domus Dei non tantum inflammari se, sed quasi devorari ait: doletque plurimum quod eodem alii zelo non incendantur. *Intuebar* inquit † *transgressores, & ingemui quòd verbum tuum non custodirent: quin etiam insuper addit aquarum rivulos ex oculis suis fluxisse quòd legem tuam Domine non servarent* †. Atque ut manifestum faceret quantum summâ hac amoris illimitati teneritudine eos odisset aut amaret, quos Dei amicos, aut hostes crederet, in hæc verba mentem aperit e oculi, inquit, *mei super fideles terra, ut mecum habitent: qui perfectus ambulat in viâ serviet mihi: † Annon eos Domine odi, qui odierunt te? & annon affligunt me qui insurgunt adversum te? odio perfecto odi eos, & inimicos meos reputavi*. Hoc ferè ardore pius Propheta conditorem suum amabat; quem tamen adeo remissum, inoparemque Deo sentiebat, ut non tantum suas omnes facultates ad Dei laudem excitaret: † *Benedic Domino, anima*

† *Cervina caro sicca est* &c. Sannert. de Alimentor. facultatib. a Ps. 42.1. b ver. 2. c Ps. 119.153. d ibi. v. 136. e Ps. 101.8. f Ps. 139.21.22. g Ps. 103. 1.

mœa, & quicquid in me est, benedicat nomini sancto ejus: Sed omnes etiam sanctos ad idem officium persolvendum invitaret, h diligite Dominum omnes Sancti ejus, & rursus laudate Dominum omnes gentes, laudate Dominum omnes populi: quicquod ipsos etiam Angelos, aliosque Dei exercitus ad idem munus hortatur: concluditque demum Psalmorum librum his verbis, quicquid spirat, Deum laudet.

SECTIO IV.

NEquè dictorum vim quidquam imminuit quod nimiam etiam pi- quidam in quibusdam pietatem reprehenderint: excessu enim amoris non peccabant, sed à prudentiæ regimine aberrabant. Nostrium in Deum amorem dirigere debet non nostra ipsorum, sed revelata Dei voluntas; ut enim Christus ait, *si amas me serva mandata mea*. Quare nimium nos esse interdum pios nihil vetat, non quod amor noster Sera- phicus solitariè spectatus nimium fervidus esse queat, sed quia cum varia sint amoris officia, peculiarem quodlibet ardorem requirit qui ni- mius esse poterit, si in causâ fuerit cur necessarium quodpiam munus negligamus. Nequaquam par est nos, ut multi solent, de quorum erro- re alibi fusiùs, geminas legis tabulas sibi invicem impactas diffingere: sed Deum toto corde ita diligere debemus, ut proximos sicut nos metipfos diligamus. Nosti, quid Christus Pharisæis dixerit qui decimas persolvebant, judicium verò, misericordiam, & fidem majoris momenti negligebant: *hac oportuit facere & illa non omittere*. Atque tantus hic *Lindamori* in quædam pietatis officia ardor ut perfunctoriè tantum alia quæ minus sapiunt, obeamus, nescio quem in piis etiam viris quasi morbum gignit, non absimilem puerorum Rachetidi quam docti qui- dam medici ab inæquali partium nutritione proficisci aiunt: licet enim nulla corporis pars nimium suscipiat alimentum, quædam alimenti plus admittunt quàm natura requirat, quædam minus, unde partium omnium irregularis oritur proportio. Pater itaque hinc, *Lindamori*, nequaquam ex dictis concludi posse Deum nimium aliquando à nobis amari, sed contingere tantum interdum ut hoc vel illo modo nimium amemus: dum *domos hæcæ luteas*, ut loquitur *Iobus* *b* incolimus multa sunt quæ non minore pietatis affectu peragere nos oportet, quàm ea quæ pro- piùs Deum spectant, ut Paulus docet liberos inter, ac conjugatos dis- crimina intercedere, *c* cum liberi, seu cælibes liberiùs, Deo vacare possint, conjugati contra distrahantur, ut *Adami* ipsius affectus Conditio- rem suam inter & costam, hoc est uxorem. Cum autem directâ, nostri in Deum amoris expressio nulli alii opponitur officio, tunc omnis ex- cessus periculum abest. Licet preces nimium proluxæ esse queant, jeju-

h Ps. 117. 1.

a Matt. 23.

b Job. 4. 19.

c 1. Cor. 7. 32. 33. 34.

niaque etiam nimum diuturna; Christus integram noctem orationi, & quadraginta ipsos dies absque ullo excessu impendere poterat, cum alia mediatoris munera non inde impedirentur, sed promoverentur potius: atque ita Eliæ diu jejuna licuit^d cum eo non ita frangeretur, ut montem Dei conscendere non posset: Et quamvis justis in hoc sublunari orbe suum in Deum amorem remotiore quodam modo media inter negotia, dum concredito sibi talento utuntur, exprimere debeant; cum tamen aliò translatis variis erga oppressos, propinquosque officiis, quæ hic negligi nefas, non amplius distinentur, jam absque ullo devotionis excessu non tempus tantum, sed & æternitatem ipsam Deo consecrare poterunt, agnumque sequi quocumque ierit.^e Atque ipsa quatuor animalia quæ proxima Throno Dei astabant, quamvis actuosæ admodum naturæ, ut ex multitudine alarum, oculorumq; conjicere licet, nobis tamen exhibent uni tantum officio intenta, dum diu noctuque ingeminant *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Omnipotens, cui Gloria, & gratiarum actio*: atque ii qui vestes suas in sanguine agni dealbarunt dicuntur esse, coram Dei Throno, eique in templo ejus per diem, & per noctem fervire, ^f tantum abest, ut vel minimus amor ille, qui Seraphicus dicitur, nimis esse queat; aut ulla ullius expressio immoderatio, exercitiumve, nisi fortè peculiare quodpiam virtutis officium quod obire quis tenetur, excluderet. Noster in creaturas amor doni instar est, sed in Deum debiti genium induit. Dona itaque nostra prodigere possumus, non item debita; quantæcumque enim summæ sint, si debita, ex justitia solvi debent, neque ullum hic prodigalitatæ crimen intervenit. *Amor Seraphicus* cujus quasi anima vis summè ignea est ad suam tum mensuram proximè accessit, cum omnem mensuram excedit, nec alio finitus sensu dici debet quàm quia infinito par esse objecto nequit: is enim solus Deum, quantum debet, amat, qui quòd ardentius eum diligere nequeat, ægre fert, & dolet. Summus hic divini amoris ardor participem te fecerit plus quàm Johannes meminit foelicitatis: ait enim is alicubi *Deum esse amorem, eumque qui in amore habitat, habitare in Deo, & Deum in eo*:^g quibus sanè verbis omnino inducor ut te ad summum devotionis fervorem incitem, cum ipsam sui abnegationem tam facilem is reddere possit, ut ea jam hoc amplius nomine vocari non debeat; sublimior enim hic amor nulla redundantis emolumenti spe depressus voluntatem nostram intimâ utriusque conjunctione in divinam transfundit: atque ita jam cum eadem utriusque voluntas est, nihil eorum quæ humanitatis contingunt, te non prævisum feriet, & quamvis feriat, non affliget, quòd hoc ipsum divinæ conformiter voluntati prius volueris: cum enim nihil velis vehementius quam ut Conditori tui voluntas fiat, intelligasque eum omnium quæ contingunt esse autho-

^d 1. Reg. 19. 2. ^c Rev. 6. 7. ^f v. 9. ^e Rev. 1. 7. 14. 15. ^g 1. Joan. 4. 16.

rem, nihil contra voluntatem tuam, quia nihil contra ipsius, contingere poterit: cum enim illius voluntati, quam fecisti tuam in omnibus summè conformis esse cupias, ipsius decreta tua quoque reipsâ sunt, sed ab ipso quod & tuum in commodum cedit, directa: unde & quòd rectè velis, & successu certo tibi hinc omnino constat. Cùm itaque Deus sapientissimus sit, & potentissimus, teque plurimùm amet, quàm bene tecum agitur, cum ipse pro te eligat quæ proinde omnium maximè e re tuâ sint? Gratus agit gratias Medico æger, quod cibos quibus nutriri debet eligat, quamvis eos sæpe quos fastidit, præscribat: quoties de petitionibus nostris dicere Deus posset? quod Christus intumescens ambitione discipulis dixit, *nescitis quid petatis*. Pudore certè Christianos meritò suffuderit mirabilis hæc hæc super re Ethnicici cujusdam admonitio.

*Permittentes ipsis expendere numinibus, quid
Conveniat nobis, rebusque sit utile nostris:
Nam pro jucundis utilia quæque dabunt Di,
Charior est illis homo quam sibi: nos animorum
Impulsu, & cæcâ pravaque cupidine ducti
Conjugium petimus, partumque uxoris, at illis
Notum qui pueri, qualisque futura sit uxor.*

Præterea Ethnicus quidam philosophus dicere solebat nihil se à Diis peculiare petere, sed ea tantum quæ magis ipsi expedire, Diï judicarent. Atque reipsa non minùs cæca sunt desideria nostra quam Rachelis fuere quæ liberos adeo vehementer concupiscebat, ut in hæc verba erumperet *da mihi liberos alioquin moriar*, contigitque ut inter parandum vivere desierit. Nec minus sæpe nocent ipsa ardentiora vota nostra, quam olim Israelitis qui manna Angelorum panem fastidientes carniū immoderato usu absumpti sunt. Qui igitur, *Lindamori*, abnegat seipsum nihil aliud quam Patri amantissimo sua omnia negotia permittit, cujus ope peritiamque certum sibi polliceri successum poterit. Quia etiam ni rursus rem attentius perpenderit, subjuncturus eram, cum Deus nihil magis quam voluntatem suam fieri velit, consecuturum te mercedem tuæ cum divinâ voluntate conformitati parem; atque ut oculus optico nervo capiti quamdiu adhærescit, ea non absque voluptatis sensu percipit, quæ separatus quamvis in optimo separationis statu percipere nequit, ita voluntas tua divinæ quodammodo inserta solidioribus longè te beabit deliciis, quàm si omnium, quæ ardentissimè concupiscis compos fores. Unde sui homo abnegatione Deum sibi associat: quid mirum ergo, si illius hic ut suis, rebus prospiciat? Atque idcirco Sancti, Angelique divinæ prope felicitatis participes sunt quòd Dei in omnibus

voluntati conformes sint, cum rebelles Spiritus miseris contra præmantur extremis, quod eidem pertinaciter resistant.

SECTIO V.

Quamvis, *Lindamori*, hæc fidentiùs asserere nolim, ut tamèn superior dissertatio magis illustretur, latum indicabo discrimen Seraphicum amorem inter, ac vulgarem; qui enim cor suum mulierum pulcherrimæ devovet, gravi illud, in ipsius etiam, ut ita loquar sinu, percuti vulnere sentit; quæcunque enim ipsam vexant, ipsam quoque malè habent & contra: nunquam itaque suis tantum malis torquetur, atque ita nisi duo simul beati sint unus esse nequit. Cum itaque fragilem: & caducam pulchritudinem amamus, corda tantùm nostra ad vulnera dilatamus: quamvis enim dilecti gaudia æquè ac dolores sentiamus, beatissimi tamen hominum adversis sapius rebus affliguntur, quam prosperis recreantur: cum exigui etiam accrescentis pedi cornu totius corporis valetudinem perturbet. Quin ipsa etiam amicitia amore longè quietior, quòd inquietos nos habeat, nisi virtutis exercitium esset, vitanda foret: at qui uni Deo cor suum devovet non tantum immutabili ejusdem beatitudine omnis adversi casus securus est, sed vel idcirco patienti adversa quæque animo fert, quòd sciat eum se amare qui & ipse fœlicissimus sit, eumque & possit, & velit aliquando reddere fœlicem. Quamvis autem amor Seraphicus divinæ tantùm fœlicitatis nos reddat participes, efficit tamen insuper ut nostros Deus ipse sentiat dolores. Omnibus ipsorum afflictionibus affligebatur, inquit Propheta de Deo, atque Israelitis^a. Atque ipse Dei filius, (qui diligentibus se adeo unitur, ut ex eo tanquam capite, atque ex ipsis tanquam membris unum consurgat corpus, quod Christus dicitur,) nihil licet à quoquam pati possit, his fere verbis Paulum quod diligentes ipsum, persequi meditaretur increparit, *Saule, Saule cur me persequeris?*^b Atque ut quàm tenero commiserationis affectu moveatur ostendat, conversis Israelitis Propheta de Deo dicit: *qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei.*^c neque divina, Amasiæ instar, commiseratio, molesta tantùm, inutilisque est, quàm amans potiùs affligitur, quod eà illa perturbetur: at miseratur Deus ipse interim immotus, non tam affectu qui turbat, quam effectu qui miseros levat: hunc enim superiùs commemoratum locum hinc proximè sequitur, & *Angelus presentie ipsius servavit eum, in amore, & commiseratione redemit eos, tulitque eos diebus omnibus antiquis.* Dei hæc commiseratio, licet ejusdem fœlicitatem non perturbet, eum tamen non minus allicit ut sentum miseriarum nostrarum exprimat, nos-

^a *Esa. 63. 3.*

^b *1. Cor. 12. 12.*

^c *Zach. 2. 8.*

que inveniamus, ut phrasi Scripturæ utar, *χάρις εἰς Ἐλευθερίαν*, gratiam ad opportunam liberationem; ^d aut ut alius *vertit opportunam tempestivamque liberationem*. Neque enim tum semper liberamur cum maximè cupimus, sed cum magis expedit: quando autem magis expediat nemo certius eo determinaret, qui simul ac semel præsentia, præterita ac futura intuetur: quod Christus discipulis dixit, *non est vestrum nosse tempora, nec momenta quæ Pater posuit in potestate sua* ^e, huc etiam spectat. Mulier è Cananitide æquo animo repulsam pati, & appellationem canis debet ^f: quâ tamen, ut hoc obiter dicam vulgò Judæi Ethnicos designabant: eoque sensu ab hâc Gentili, non Græcâ intellecta est ^g. Israëlita, quo nomine Patriarchas etiam intelligo, quadringentos & triginta ipsos annos expectarunt priusquam in terram promissionis introducerentur ^h: eoque toto tempore, innumeris sed funesto demum ipsismet eventu calamitatibus cos Ægyptii oppresserunt ⁱ. Paulus ter Dominum rogavit ut stimulum carnis suæ amoveret: ^k quin etiam beata ipsa Virgo non nisi tertio filium suum die invenerit ^l: & Lazarus etiam ipse quem ægrotantem nobiliore *Cæsaris* titulo amicum vocavit, unde hac cum Paraphrasi Maria indicat, *quem diligebas*, ^m permittente Domino, mortuus etiam est, valetudoque eoque dilata donec miraculo tantum unâ cum vita restitui posset. Unde patet ut nulla est miseria, quâ ipse liberare non possit, ita nullam esse quantacumque sit, quam ipse compassio, aut etiam amicitia non tollat.

Postremus eorum quos spiritu Deus prophético afflavit, cum ut politorem exhibet ⁿ: neque enim politores metallum ex igne extrahunt statim atque incallescere illud, aut colliquari incipit, sed diu in igne relinquunt, quem & follibus adhibitis per intervalla acuunt, donec debitum obtinuerit nitorem: atque liceat hîc homini fornacibus assueto licet magni conscius arcani haberi nolit, Chymicam promovere metaphoram, atque observare, quamvis publicis præsertim in calamitatibus Deus sæpe videatur amicos hostesque eâdem involvere clade, diverso tamen ambos scopò ferire, ut cum in eundem ignem aurum, plumbum, ac antimonium conjiciuntur, dispari tamen ut consilio, ita & eventu; cum ignobilia metalla aut penitus absumantur, aut in Scoriâ reducuntur, aurum verò purius longè illustriusque evadat.

S E T I O VI.

UT de *Amore Seraphico*, qui reliquas inter passiones principem facile locum obtinet, dicam quod reipsâ vero conforme est.

^d Hebr. 4. 16. ^e Act. 1. 7. ^f Matth. 15. 26. 27. ^g *Textus ducit ejus originem ex Syro-phœnicia.* ^h Gal. 3. 17. ⁱ Ezech. 28. 24. ^k 2. Cor. 12. 7. ^l Luc. 2. 48. ^m 10. 11. 2. ⁿ Mal. 3. 3.

fatebor ingenuè ortam ex eodem fœlicitatem ejusdem sublimitate non nihil imminui, accerrimoque atque inquieto plenioris fruitionis desiderio : hinc has in voces Sponsa Canticorum 2. 5. crumpit, consolare me pomis, quia *amore languo* : hinc Apostolus ^a reverti cupiebat, (ita enim hanc vocem ἀναλῦσαι vertendam puto cum alibi ideam sonet Luc. 12. 36.) & esse cum Christo : atque Propheta Regius sua desideria hunc in modum exprimit ^b, *ut cervus anhelat ad fontes aquarum, ita anima mea ad te domine, anima mea Deum sitit, Deum vivum* : omnino enim *Lindamori*, expediebat, ut cœlum præ oculis haberemus, peculiarem aliquam, quâ hic frui non possemus, manere illic nos fœlicitatem. Optime igitur cum amante Seraphico agitur, quando inde tantum molestiæ quidquam percipit, quod plenioris Dei fruitione non gaudeat : neq; enim ex defectu voluptatis, sed ex defectu majoris dolor hic qualificumq; oritur, cujusmodi res nullum mortales pariunt. Atque hinc, *Lindamori*, animadverti oportebit, in inquieto hoc separationis statu nescio quem vere adesse dolorem : divinus enim divini amoris Doctor cum pronunciat sitim perfectionis jus quoddam gradumque ad eandem esse (has juxta scripturas) *beati qui esuriunt, & sitiunt justitiam*, ipsi enim *siet sietis* ^c : *sitiens veniat & quicumque voluerit, & de aquis vitæ liberè hauriat* ^d) cumque Cœlestia gaudia ejusmodi sint ut sui participes vel spe merâ homines faciant, quicquid certiores eorum possessionem reddit, nova nos spe recreat, licet novo etiam desiderio torqueat : atque inquieta hæc consummata beatitudinis desideria disturbare nos multum non debent, quod zelum arguant, & fœlicitatem aliquando plenam præsignent : hæc enim animæ nostræ inquietior exultatio *spiritus ipsius instar arrhæ* ^e quædam dici potest, quæ licet integra summa non sit, non pars tantum illius, sed & pignus quoque est. Jam, *Lindamori*, quam suavia sunt, quam nulla hæc *Seraphici amoris* tormina ? si cum iis quæ *sensualis* infligit amor, comparatio instituat. Non commemorabo quot immaturâ morte sustulerit : quamvis enim tragicas hæc historias apud fabularum scriptores frequentes reperiam, alibi tamen perrarò.

Quamvis autem calidiores regiones in quibus violentiùs fœvire amor creditur inviserim, si tamen eos qui singulari certamine, aut lue venereâ periere, exceperis, neminem unquam amoris jaculis intectum animadverti : nisi philosophorum quorundam ritu, qui hominis essentiam in ratione ponunt, asseramus amorem dejecta solio ratione, licet amantem in vivis relinquat, occidere tamen amantem. At quamvis affirmare nolim hominum vitæ insidiari amorem, nemo tamen inficias ierit eum multum perturbare genus humanum : quarere enim ex te possem quamdiu non pauci amantes Amasis suis duram servire ser-

^a *Phi. 1. 23.*^b *Psi. 42. 1. 2.*^c *Mat. 5. 6.*^d *Rev. 22. 17.*^e *2. Cor. 5. 5.*

virtutem debeant, priusquam eorum amor innotescat, aut observetur: cui quidem quæstioni, alias sat lepidas addere non paucas ejuscemodi possem: sed satis ipsemet meminisse poteris quæ passim tormenta amor infligat amantibus, quæ *martyria* meritò ut solent, appellarent, nisi causa, non tormentum ipsum, efficeret martyrem. Licet autem amantium conditio à fictarum historiarum scriptoribus iis depingatur coloribus, ut non tantùm illos qui sanguinei sunt temperamenti eorum status commoveat, sed ipsemet aliquando tantam iis inviderim fœlicitatem: cum tamen quispiam è notis mihi, intimisque, amoris retibus irretitus hærebat, invidia mox in commiserationem evadebat: repulsæ enim, zelotypia, timores, absentia, desperatioque amantium licet legentem delectent, amantem tamen reipsa plurimùm excruciant. Præstat itaque *Lindamori* eorum procul esse ab infortuniis, quàm ipsâ experientiâ eloquenter de iisdem conqueri posse, ut aspectu tempestatis ex arte depictæ delectatus sæpe sum, sed cum ex Hollandiâ vi tempestatis haud ita pridem abactus essem, nihil in eâ, mihi crede, voluptatis, sentiebam: ita amantis conditio acutè ingeniosèque descripta licet mirum in modum nos oblectet, cum tamen quispiam reipsa amat duram amori servitutem servit: amantium quippe conditio spectaculo magis quam amplexu recreat, multoque minùs gratas ipsius notiones experientia, quam descriptio suppeditat.

Nolim itaque, *Lindamori*, putes angores inde tuos ortos esse, quòd tua his Amasia non commoveretur; si enim myrtho te coronasset, tuisque propitia votis fuisset, errorem tantùm tuum tibi detexisset, utpote qui veram, ibi ubi haberi nequit, consecuturum te beatitudinem existimares: pleraque enim, *Lindamori*, caducorum illorum bonorum quæ tantopere deperimus, non ineptè comparari poterunt plantæ sensitivæ quam in *Sionis horto* † miratus es, licet enim eam mirabundi intueamur, si tamen tangimus statim quasi tangentibus illudens explicata contrahit folia, novasque & prioribus breviores induit dimensiones, solitæ tamen se dimensionis relicta sibi paulatim restituit: ita quæ procul conspecta & desiderata nos delectant, possessa fallunt, alteriusque omnino indolis esse sentimus quam nobis priùs persuaseramus, quamvis ubi diurnâ privatione eorum vacuitas exciderit, proculque rursus à nobis conspecta fuerint, pristinam hominum oculis pulcritudinem exhibeant, quâ ut priùs eos fallant. Cum autem, *Lindamori*, plantæ sensitivæ evanida mortalia comparo, Amasias nequaquam excipio: quamvis enim non adeo matrimonium oderim, ut quidam, (qui minùs capiunt quæ joco interdum in familiari colloquio soleo dicere) odisse me existimant, meo te consilio ad matrimonium, licet non facilè exemplo invitare vellem; tot tamen hoc in negotio infortunia animadverti, paucosque adeo vidi qui uxores eodem prosequerentur amore, quo easdem

† in *Oxonii Universitate*,

liberas adhuc prosequantur, ut non mirum mihi videatur prohibuisse Legislatores, ne matrimonium, ut duraret, dissolvi posset; atque matrimonium aptè omnino quis comparavit ludo aleatorio; ubique successus incertus, forte in aliquod operæ tuæ pretium præmiumque incidit, forte in nullum. Quod autem ad te *Lindamori* spectat, plurimi & plurimum decepti sumus ni Hermionis indoles à tuâ adeo sit aliena ut, ne hic immorer, si amoris tuo respondisset, eam quidem sed non felicitatem consecuturus fuisses: quare non minus te vel liberâ sui donatione decerpisset, quam ipsa prius amoris mutatione deceperat.

Sed quia, comparationibus immorari multum non statui, *Lindamori*, plura non dicam de utilitate amoris Seraphici præ vulgari; superaddam tantum vulgarem etiam amorem ad Seraphicum conducere non parum posse: violentus ille tuus, quo ardebas in Hermionem amor ad devotionem te paratiorem reddet, quod primum te uni tantum nec beanti præ omnibus objecto addixerit, quod deinde affectus vehementia cor tuum ad concipiendam amoris Seraphici flammam disposuerit: qui enim amat, seipsum penitus abnegat, fortunam, quietem, honorem, vitam negligit, cæteraque commoda sua omnia flocci pendit, si eorum jacturâ, aut neglectu gratum quid dilectæ præstare possit: cujus iudicio bona sua, & mala quoque æstimat. Præclara sanè hinc eruuntur documenta: cum enim amore difficillimæ tui ipsius abnegationi assuecas, mutato tantum objecto amor tuus in devotionem evasurus est: quædam enim ad hanc nec postrema dispositio est: sicut qui lascivis prius liberioribus vocem cantilenis ex arte exercuit, cælestes illos cò facilius, suaviusque hymnos occinet, quibus Ecclesia militans triumphantem imitari videtur dum sollemnes Cælestium Spirituum laudes sollemni cantu quasi remittit. Quemadmodum venatione quamvis imbellem tantum leporem insequamur, ad exantlandos tamen Martis labores quibus Imperium propagaturos nos speramus, aptiores evadimus: ita licet amore devotionis tyrociniò cæcutiamus penitus, ineptaque cæci prosequamur, & eligamus, eos tamen paulatim induimus habitus qui nos ad cælestem etiam devotionem virè disponant: atque re ipsa ardentior amor devotiò quædam, sed non ad verum objectum directa, videtur; quod ipsis loquendi modis amantes insinuant: cum enim Anasiam tuam Deam vocas, cui cor offeras, quam adores, pro qua Martyrium subeas, hinc liquidò liquet Deum ipsum amoris genuinum adeo esse objectum, ut neminem vehementius amare possimus, cui divina quædam attributa non illico tribuamus: quemadmodum pueri innatum sibi in matres, & nutrices affectum declarant, dum imaginuculas quibuscum ludunt, carissimas matres, aut dilectas nutrices vocant: atque ut Aaron, rebellesque Judæi, cum idololatriam suam excusarent quod Dei nomine id quod adorabant, insignissent, tacitè adorationem soli

foli Deo debitam agnoscebant, ita amans, qui quam veneratur, Deam vocat, sat insinuat Deum præ reliquis omnibus & super omnia amandum.

SECTIO VIII.

Ipsaque, *Lindamori*, amantium inconstantia hujusce rei veritatem manifestam facit; hæc enim quid aliud est, quam perfectæ pulchritudinis quasi venatio, quam nullo hic in objecto reperimus? Levia enim admodum illius obscuraque creaturis impressa vestigia sunt quibus appetitui nostro ad Deum etiam præter voluntatem aspiranti nunquam satis fit: quem verum esse amoris objectum inconstantia hominum in amandis mulieribus, constantiaque Angelorum in eo amando sat apertè declarant: ut suam ad polum acus magnetica inclinationem tum motu inquieto, tum ipsâ quiete ostendit. Dolent homines quod rebus hujusce caducis sibi non satisfaciat, cum gaudere potius deberent, cum id ipsorum privilegium sit ut finito non fatientur, ut, nec fistulis, equis factitiis aliisque ludicris delectentur, quibus pueri recreentur plurimum. Atque hinc, *Lindamori*, colligere poteris quàm suave, jucundumque sit nostrum uni Deo devovere amorem, cum inquietam omnium aliorum bonorum possessionem voluerit esse meram ad Amorem Seraphicum dispositionem.

SECTIO IX.

Atque hætenus, Carissime *Lindamori*, Amorem tibi Seraphicum commendavi, expositis quibusdam ipsius proprietatibus, quæ ad amorem potius ipsum, quam ad divinum ipsius objectum spectare videntur; sed vereor, ne hætenus dictis nimium immoratus sim, quæ præterquam quod non sint præcipui hac in re momenti, minùs ea præ festinatione accuratè scripsi, eoque ordine quo primùm se se obtulerunt, nec eâ methodo qua exhiberi tibi debuere.

SECTIO X.

Quo circa, *Lindamori*, cum nobilissimi, ac præcipui ad Dei amorem stimuli sint infinitæ ejusdem perfectiones, cumque Dei amor nobis magis profit, quam noster ipsi, cum eo Deus non accendat modo nostrum, sed & foveat, & n̄ ipsi nosmet extinguamus, amorem coronet: quo circa, inquam, *Lindamori*, ad altiora jam quædam progrediendum mihi censebis, ut ostendam quamplurima quæ hominum sibi affectus devinciunt, peculiari, ac superiore modo in Deo colligi. Hermionem tibi

C conciliarunt

conciliarunt variæ ipsius dotes, pulchritudo, constantia, amoris ipsius magnitudo, commodaque etiam quædam tua ex illius possessione nascitura: quòd hæc omnia eminentiori longè modo in Deo contineantur, jam utinam, eo quo vellem successu, exponere tibi possim.

SECTIO XI

Primò itaque summum amorem nostrum Deo debemus ob singularis illius naturæ prærogativam: sed dum methodi necessitate divinas celebrare perfectiones debeo, imparem omnino tanto argumento me profiteor cui nec Seraphini ipsi pares forent: & si ut Scriptura loquitur *nec oculus vidit nec in cor hominis ascendit* †, quæ Deus diligentibus se reposuit, quàm ineffabilia, quàm incomprehensibilia ea sint oportet, quæ sibi uni reservat? Ipsa enim naturæ ipsius immensitas latum supponit discrimen ea inter quæ nobis communicat, eaque quæ ob infinitatem communicare nobis nequit.

Non est igitur quod mireris, *Lindamori*, si diu huic objecto non immerer, cum oculis illud irretortis præ fulgore intueri nequeam, neque mirum videri debet si hyperbolas usurpem in commemorandis iis perfectionibus, quas nulla sat extollere hyperbolâ possumus, cum Deus ipse & naturâ, & suo ipse testimonio *supra omnem benedictionem, & laudem sit*. Si, de conspicuis, *Lindamori*, Dei attributis differendum nunc esset tot in iis immenæ potentiæ, atque infinitæ sapientiæ, exuberantisque bonitatis vestigia offenderemus ut præ stupore obtumesceremus. Fateri enim, *Lindamori*, necesse est, cum Telescopiis veteres novasque in superiore mundi regione stellas intueor, cum Microscopiis inconspicua quædam objecta, miraque naturæ subtilissimæ arte facta, contemplor, cumque ut verbo dicam, cultris anatomicis, luceque furnorum Chymicorum, librum naturæ aperio, consuloque Aristotelem, Epicurum, Paracelsum, Harvæum, Helmontium aliosque hujusce voluminis expositores, fateri, inquam necesse est in has me cogi cum Propheta regio erumpere voces: *b quam multiplicia sunt opera tua Domine, sapienter omnia fecisti!* atque miratus aliquamdiu quæ mirari quidem, comprehendere nequeo, seposita ulteriore indagatione, operibus Dei ea applico quæ de ejusdem providentiâ Paulus dixit *c, ô altitudo divitiarum, sapientiæ, & scientiæ! quam inscrutabilia sunt iudicia ejus, & impervestigabiles viæ!* atque hoc nos stupore cujuscumque divini attributi consideratio pariter perculerit.

Sed cum hoc de argumento alibi egerim, hîc tantum velim, *Lindamori*, animadvertas, quantum ipsemet, alii que qui quam ipsi possident,

† 1. Cor. 2. 9. a Neh. 9. 5. b Ps. 104. 24. c Rom. 11. 33.

in aliis virtutem magni faciunt, Catonem, Scipionem aliosque Heroas humani generis ornamenta ob eorum virtutes ament; quamvis nihil ad nos emolumentum ab iis redundet, cum pluribus ante nos natos sæculis vixerint. Cum igitur adumbratas quasdam virtutes, nobisque inutiles tantopere veneremur quo non amore eum prosequi debemus qui omnes perfectiones easque infinitas possidet? Si ego & tu, *Lindamori*, nos ipsos creassemus, nec divinam egeremus bonitatem, nec quidquam ab eâ speraremus, nativæ illius dotes, collataque in alios beneficia, in ipsius nos haud dubiè amorem raperent: quamvis tanta ipsius beneficia nostrum ipsi amorem non conciliarent, essentia ipsa divinæ fons liberalitatis eum à nobis summo jure exigeret: quamvis id quod reipsâ furus ipsi non deberemus, cor tamen nostrum, affectusque omnes meritò sibi vindicaret id quod naturam ipse est. Ab eo tanquam sole splendidissimo creatæ omnes perfectiones fluunt, eique tanquam centro inhaerent: atque ut nihil dicam de summâ illius majestate quam nec amari mortalibus liceret, qui & multò minùs redamandos se ab ea sperare possent, nisi hunc ipsemet amorem solemni præcepto exegisset, nihil inquam dicam de sublimi illius majestate, intueamur paulisper peculiarem illam amoris nostri illecebram, ejusdem *amabilitatem*; quam si oculis contemplari possemus, reliquas omnes creaturas contemneremus, neque in nostrâ tum positum esset potestate ut eas diligeremus plus Deo: quem creatis rebus præferre summæ sane injustitiæ scelus est. Visiones quinti Evangelistæ, ipsos *Seraphicos* fulgentissima Cœlestis Hierarchiæ ornamenta exhibent nobis velantes, facies in conspectu Dei, quod vel deformitatis suæ tantæ pulcritudini comparatæ eos puderet, vel quod tanti luminis splendorem sustinere nequirent. Unde forte mos apud Judæos, quod è variis eorum scriptoribus colligere licet, ut caput, faciemque oraturi velent: licet caput tantum non faciem in synagogis tegant albis illis vestibus quas solemnioribus diebus gestant.

Jam, *Lindamori*, si facies Moïsi paucorum dierum cum Deo colloquio adeo radiavit ut oculos mortales percelleret: & si Angeli celeres illi Dei ad nos nuntii corporeis etiam ut fragilitati nostræ familiares se redderent, vestimentis cincti, terrestria omnia adeo transcendunt, ut ii etiam, teste scripturâ qui eorum imitabantur virtutes, eorum aspectum, ferre non possent, & si translucens per vilem adeo habitum eorum pulchritudo mortalem omnem longè multumque transcendat; quid de Deo ipso cogitabimus? de quo Scriptura: *qui plantavit aurem non audiet? qui creavit oculum non videbit?* ^d hoc est qui creaturæ perfectionem quampiam impertit, annon ipse eandem eminentiore modo possidebit? atque reipsa creata quævis qualiscumque demum pulchritudo illius tantum abumbratio est.

† *Is. 67.* d *Psal. 94. 9.*

Sparfis illis pulchritudinis suæ per creaturas Scintillis elevari cogitationes nostras, non distineri affectus Deus voluit: his enim metas amori nostro poni noluit, sed ut harum ope fides nostra ultra tenderet, statuit, utque conspicuis rerum perfectionibus plures in Deo inconspicuas cogitaremus: instar igneorum Eliæ curruum^e, qui licet clari forent, fulgidique, illius tantum sursum vehiculum Deus esse voluit. Atque ut Patriarchæ Oeconomus, tam numerofo stipatus fuit famulatio, non sui gratiâ sed ut Rebeccam Isaaco conciliaret, ita omnis creaturarum amabilitas eò spectat ut altius quid de summè pulchro, Deo scilicet concipiamus; ne caducâ, mortaliq; pulchritudine abutaris, eam intueri te oportet, ut amariæ tuæ imaginem, crysallumq; quâ tegitur intueris: quamvis enim nativum hoc vitrum, purum, politumq; admodum foret, non illud tamen præcipuè aspicias, neque ultimum visionis tuæ objectum est, sed avidè ultrâ aspicias ad translucenstem per solidum illud velum imaginem. Seraphici, vulgaresq; amantes videntur mihi exteriorem intueri pulchritudinem puerorum instar atque astronomorum optica Galilæi vitra aspicientium (eorum uno quod Florentiæ vidi non illepidè jactabat invenisse se *Jovis curiam*, *Trovato la corte à Giove*) quæ hi magni faciunt, propter id, quod detegunt, illi verò ob id quod exterius sunt: pueri enim? longitudinem mirati, & artificium, tubique inaurationem inerudito oculo vitra contemplantur: cum per ea Astronomi prospiciant, parumq; solliciti de consuetis Tuborum ornamentis, aut figurâ, eadem adhibent, ut nova in cœlo sydera, inconspicuas stellas detegant.

SECTIO XII.

Fateor equidem, *Lindamori*, Deum pulchritudinis suæ, amabilitatisq; atque aliorum attributorum vestigia quædam creaturis impressisse; sed longè leviora, minusq; eum exhibentia quàm sol interdum *apparens* verum exhibeat, cujus reflexis, refractisque radiis juxta acutos quosdam *Naturalistas* producitur: quamvis enim derivatus hic sol insigni radiet lumine, si cum obscurâ nube comparatio instituat: attamen verò soli non altitudine tantum, & splendore cedit, sed mendicatio tantum, alienoq; splendet lumine, eoq; diu nunquam. Quapropter qui hebetes quosdam pulchritudinis radios supremo splendoris omnis fonti Deo anteponit, non præpostero minus modo se gerit quam si Persa Parelis sacra sua faceret, neglecto interim, quem ex religionis suæ præcepto adorare debet, vero sole. Atque haud dubiè, *Lindamori*, si instar servi prophetæ qui montes prope *Dorban* equis &

^e 2. Reg. 2. 11. † Gen. 24. 10. 57.

curribus igneis coopertos vidit: inconspicua intueri objecta possemus, rapti in admirationem eam in Deo pulchritudinem intueremur quæ has à nobis cum Prophetâ voces extorqueret, ^b *quæ magna est eius bonitas, & quanta pulchritudo!* Hinc proinde observare licet, ut magnes acus nitidissimas, eque chalybe purissimo fortius attrahit, ita Angelos maximè rerum omnium creatarum lyncæos, clarissimèque Conditozem intuitos eum per quinque & ultra amorum millia à mundo condito constanter adeo amasse, ut nihil intra, nihil extra Deum reperire potuerint quod eos à tantæ bonitatis amore averteret. Dei amabilitas, quæ ejusmodi est ut æternâ sui fruitione beatus sit, rarissimæ instar musicæ, licet omnes auditores oblectet, eos tamen plurimùm qui illius artis peritiores sunt, eamque penitiùs norunt. Spiritus quidem Apostata primam deseruere stationem, non quòd ullam in Deo maculam, defectumque observarent, sed quòd quandam cum eo, paritatem ambirent, cujus perfectiones quia sibi, summâ arrogantia concupiscebant, sine crimine intueri non poterant: quod autem ad præsentem eorum separationem attinet iusto Dei judicio illa contigit. Atque ingenuè, *Lindamori*, hoc loco fatebor sublimibus illis quas fovebant mecum, divinarum perfectionum idcirco induci me ut credam, idcirco Deum edixisse Moysi ^c: *faciem meam videre non poteris, nemo enim me videbit, & vivet*, quod ut objecta nimium illustria sensus destruunt, ita Gloriosus illius aspectus, qui nos in cælo beaturus est, ea quæ mortalitas nostra ferre nequiret, Gaudia in animam introducturus esset.

Rapta enim tantæ pulchritudinis aspectu anima sui à corpore solutionem omnibus votis exoptaret, jamque angustior quam ut tanta gaudia caperet ipsâ sui nimia dilatatione obrui se torrente voluptatum pateretur: transfusa enim intimâ unione in Deum anima, feliciter defuisse videretur. Nec minùs forte vitæ futuræ privilegium est quòd Deum tum conspiciamus, quàm quòd superflites futuri simus eo viso, quem mortales oculi intueri nequeant, donec ut Pauli verbis utar ^d mortalitas nostra immortalitatem induerit. Sed diutiùs huic argumento non est immorandum, de quo facile multa dici possunt, satis nunquam: quòd iis, nî fallor contingit, qui divinam se definire posse naturam putant, quam nullo meliùs modo definierimus, quàm si accuratè describi non posse dixerimus: iique omnium meo quidem judicio minùs aptè Deum descripserint, qui fidentiùs eum describendum suscipiunt: cum enim voces nostræ cogitationum tantùm nostrarum notionumque imagines sint, quas pariter finitas esse nemo nescit, nemo faciliùs à vero divinæ naturæ conceptu aberrarit, quàm is qui describi eum posse putat: Neque ipsâ speculationis diurnitate constantiâque scopum hîc attingimus: attentior

a 2. Rois 5.27. b Zach. 9.17. c Exod. 33.30. d 1. Cor. 15. 54.

enim divinæ naturæ contemplatio densioribus nos involvit tenebris, unde Paulus Judæis dixit ^f non potuisse videre se ob gloriam, aut lumen quod de celo circumfulsit ipsum; quod pariter celeberrimus Simonides expertus est, qui rogatus quid Deus esset, petiit ut sibi unius diei spatio de responsione meditari liceret, vocatus ad respondendum duos adhuc dies expetiit, & tum quatuor; donec rationem silentii reddere coactus, ingenuè confessus est, quò diutiùs de divinâ cogitaret naturâ cò minùs se eam comprehendere. Atque quotidianâ docemur experientiâ eos minùs quid sol sit discernere, qui eum in meridiano constitutum intuentur, quòd nimio ipsius fulgore cœcutiant potiùs, quàm videant. Neque tantùm, *Lindamori*, ardui nimis laboris opus est incomprehensibilem Dei naturam explicare, quam infinitus tantùm intellectus capiat, sed & divinas etiam nemo dignè laudes celebret, qui hoc se indignum officio non priùs putet; quas enim laudamus dotes, perfectionesque, eæ nostras transcendunt laudes: ipsaque rerum dicendarum copia deterret, potiùs, quam invitat ad scribendum, & si materia argumenti deesse nequit, pro meritis illud tractare non possumus. Quod autem, ad me, *Lindamori*, attinet, licet argumentum meum has à me Dei laudes exigeret existimassem satiùs esse methodi regulis renunciare quàm vel ipsâ laude rei laudatæ derogare, nisi divinas commemorare quantumque cum excomio perfectiones, cosque pro merito non laudare idem plane foret quod ipsam quidem ad divinam magis gloriam facit, quàm nostrâ qualiâcumque eulogia. At cum rationem methodi meæ exposuerim, jam Perfas velim imiteris qui solem adorabant, quamvis lucis ope eum mirari quidem, intneri intime nequirent. Quamvis autem, *Lindamori*, plura adhuc multa de divinis perfectionibus dicere possem, silentio potiùs, quem eloqui non possumus, laudare Deum expedit: taciti enira meliùs stuporem exprimimus: quid enim potiùs nisi Deum miraremur? solâ enim admiratione apprehendi potest incomprehensibilis naturâ suâ Deus.

SECTIO XIII.

CUM hætenus, *Lindamori*, contemplati simus quàm jure merito nostrum Deus solitariè etiam & in se spectatus exigat amorem, examinemus nunc quantum idem ob innumera collata in nos beneficia amari debeat, ut gratitudo ratioque simul certent, ultra nostram magis accendat devotionem. Ubi autem nobiscum ipsi perpenderit quantumtopere, quam liberè, quàm nullius spe commodi, quàm constanter, quanto nostro emolumento nos anarit, parem nos reddere non posse amorem statim agnoscemus.

^f Act. 22. 6. 11.

Quoad magnitudinem ipsius amoris ubique diffusam, conspicuamque, de eâ seorsim agendum non est: quàm liberè igitur immeritoseque nos Deus amavit, examinemus, quâ de re facile fuerit vel inde pronuciare quòd nos antequam essemus diligeret, priusque quàm natos ad beatitudinem nos prædestinavit, pluribus antè sæculis quàm natus esses dilexit te Deus, solaque bonitate suâ motus quæ tuæ etiam creationis causa extitit.

Hoc solo beneficio nostrum sibi conciliare debet amorem, quamvis severiùs nos haberet: ut enim Persæ solem etiam radiis suis eos torrentem adorabant, ita parentes amare tenemur, & honorare, licet nobis adversos, & parum propitios: qui tamen ut subordinata tantùm Deo instrumenta nos genuère, & tales tantùm, quales Deus nos esse voluit: sed Deus ut idem in nos conferret beneficium quod Populo suo promissit, cum dixit ^a se eos liberè amaturum, nos non tantùm nondum natos, & nondum conceptos, sed etiam cum inimici essemus dilexit. ^b *Si cum inimici essemus, inquit Sanctus Paulus, reconciliati sumus Deo morte filii ejus* &c. quamdiu quidem non eramus, nihil in nobis erat, quod Deus diligeret, sed inimicitia nostra dignos etiam ipsius nos odio reddebat: ita Deus & absque omni amoris illecebrâ amat, & omnes amoris sui obices submòvet. Unde meritò Apostolus ^c: in hoc *sum Deus nobis commendavit amorem, quòd cum peccatores essemus Christus pro nobis mortuus fuerit*: hoc est cum nihil in nobis ipsius accendere posset amorem; nisi idcirco fortè nos amarit, quod nullam in nobis amabilitatem reperiret. Summ Deus in nos amorem ipsa filii sui traditione manifestum fecit ^d *ita enim Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum pro eo daret*: hunc autem in modum, docente Apostolo, ^e *mundum Filius dilexit: Cum in forma Dei esset, non arbitratus est rapinam esse se aequalem Deo, sed factus vilis formam servi assumpsit, factus in similitudinem hominum, habitus inventus ut homo, humiliavit semet ipsum ad mortem, mortem autem crucis, hoc est, ad mortem usque amare nos voluit, eque sublimis gloriæ fastigio in vilissimum se se statum redegit, ut nos exaltaret: vulneratus est transgressionibus nostris, contritus est iniquitatibus nostris, castigationes nostræ super eum erant, & ipsius flagellis sanati sumus inquit, Prophetæ ^f: nostris enim gratiam domini nostri Jesu Christi qui licet dives esset factus est pro nobis pauper, ut paupertate suâ vos ditesceretur, inquit Apostolus ^g. Cum homines Deo displicuissent, omnique proinde ad beatitudinem jure excidissent, suarumque etiam miseriarum sensu quasi privati remedium nullum nec quærerent, nec excogitare possent, etiam tum amoris sui assiduo impulsu Methodum excogitavit quæ justitiam inter se;*

^a Hof. 14. 1.^b Rom. 5. 10.^c Rom. 5. 8.^d Johan. 3. 16.^e Philip. 2. 6. 7. 8.^f Isa. 53. 5.^g 1. Cor. 8. 9.

mifericordiamque, reconciliatis sibi peccatoribus, conciliaret: hocque opus Filii incarnatione divinis adeo modis, tantoque nostro emolumento profecutus est ut minimè mirum esse debeat, si Angeli, ^h religiosâ haud dubiè curiositate inducti, hæc introspicere mylleria desiderarint. Acriter disputant Theologi non Socianiani tantùm, & Orthodoxi sed ipsos etiam inter Orthodoxos lis non exigua est, utrum, illibatâ, justitiâ alio, quàm Christi morte, modo peccatum expiare Deus potuerit? Sed ut non hic definiam, utrum aliâ nos methodo redimere necne Deus potuerit, tutò omnino asseremus eam selectam esse ab eo methodum quæ ipsius in nos amorem maximè ostendat, summamque firmiter & justitiam & misericordiam, immensum in peccatum odium, & ardentissimum in peccatores amorem, cum severissimis tormentis, quibus filium etiam suum, qui verè dixit, *ego & Pater unum sumus*,* subjecit, ostenderet & quàm odisset peccatum quod tam graviter in dilecto suo illud hominum gratiâ quasi adoptante puniret; & quantum peccatores amaret, dum quem ipse adeo amabat, redimere eos voluit, qui rei illius erant, quod tantopere ipse oderat.

Quocirca licet tot se Christus miraculis *Messiam* probaret, mortem tamen ut eos convinceret, declinare noluit, & quamvis sæpe ea quibus in eum crederent, præstitisset, de cruce tamen descendere noluit, licet præcipui Scribæ, & Pharisei dixerint ⁱ *descendat jam de cruce, & credemus in eum*: Christusque, ut ostenderet homines emergere non posse ex illa abyssò in quam peccati pondus eos detrusisset, post elapsa tantùm prope quatuor annorum millia hominem induit; unde Chronicus jam morbus, nullaque remedii spes mortalibus affulgebat: hinc fiebat ut tam inveteratâ obstinaciâ Deus ab homine longius divideretur, hincque nullam debiti persolvendi methodum invenire posset. Ita Christus e muti corpore dæmonem eiecit, in cujus gratiam non nisi silentium perorare poterat: verèque dicere potuit, ^k *eos ardentier amari qui me non quesierunt*: cumque Christus in mundum venit, nullum in sui liberationem miraculum patravit: atque ut ostenderet se tanta propter nos passum esse, ut suis ipse *flagellis nos sanaret*, ^l ita quicquid gaudii admittebat, ad nos illud omne spectabat: neque, quod observatum dignum est, in Evangelio legitur letatum eum unquam esse nisi tum cum reversi discipuli ipsi dixerunt se dæmones, morbosque e miseris mortalibus depulisse, ipsiusque nomine, & tentatorem, & peccati poenam morbos, ab hominibus profligasse. Virtutibus familiaris vixit, quibus quid esset, non minùs quàm Prophetis, & miraculis ostendebat: atque ut hominem doceret quantum eum in creaturis quibus adeo se devovet, anteponeret, naturæ sæpe cursum in hominis documentum aut li-

^h 1. Pet. 1. 12. * Iohan. 10. 30. ⁱ Matth. 23. 7. ^k 4. 68. 1. ^l Ija. 53. 5.

berationem stitit, ac stabilitas in mundo leges ut divinas homo servaret, evertit, tot tantisque patratis miraculis ut Judæorum infidelitas miracula inter numerari debeat: hæc tamen miracula eorum gratia facta sunt qui Dæmoni ea tribuerunt^m, adeoque se erga Christum ingratos præstitere, ut mirum sic voluisse eum ullum eorum causâ patrare miraculum, qui verè erant, ut quidam posteriorum Judæorum eos vocant, *Chomet* & *ben iain*, acetum filius vini, hoc est, à sanctis patribus suis planè degenerarant: tot pro iis ipsis qui eum torquebant, passus est, ut merito etiam pati creditus fuerit: & *annumeratus est transgressoribus*ⁿ. Quamvis autem vita ipsius miraculum videri possit, vilis tamen adeo contemptusque inter homines interdum habebatur ut Deum tantum ex infinitâ, Dei que proinde propriâ bonitate dignosceres. Licet autem quondam dixerit Christus, ^o *majorem charitatem nemo habet quam ut animam suam ponat pro amico suo*; quod tamen hic de amore dicitur, non est intelligendum de amore in genere spectato, sed de peculiari tantum quodam amoris actu, dum mutuis amicorum amor comparatur: quare locus prædictus hoc tantum innuit nullum esse amoris actum nobiliorem, aut sublimiorem eo, quo quis etiam vitæ amici causâ renunciat: non itaque hic locus ita accipiendus quasi nullo sensu majorem quis erga amicum affectum prodere possit quam si ejus causâ mortem obeat: qui enim non vitæ tantum, sed opibus, liberis, famæ renunciat amici causâ, majorem in eum testatur amorem quam si vitam tantum expendere: qui autem pro iis mori paratus est qui eum oderunt, aut ialtem non norunt, ardentiorum profitetur amorem, quam si eorum causâ quos diligeret, mortem subiret: atque ita hîc Christus intelligendus est, nisi plus fecisse quam reipsâ docuit, quis dixerit: venit enim pro inimicis etiam suis mortem subiturus, atque instar balsami è cujus, ut ita loquar, vulneribus lacrymæ fluunt, quæ ipsa infligentium vulnera sanant, pro iis qui ipsum occiderunt, sanguinem fudit: adeo parum hominum commovebatur injuriis, ut postquam, eorum causâ pro quibus ut pati posset, cælum deseruerat, æquo animo tulisset ea quibus mera puni-tio misericordia, crudelitasque ipsa, justitia tantum videretur; adeo parum inquam illatis sibi injuriis commovebatur, ut cum veniam sperare vix possemus, amoris etiam sui participes nos esse, voluerit. Neque abs re fuerit *Lindamori* huic tandiù argumento immorari, hoc est iis quæ Christus pro nobis tulit, scribendis, cum ipsemet nobis dicat, ^p *ego & Pater unum sumus*; atque ex quibusdam locis jam commemoratis colligere possimus Deum suo in nos amore motum, filium suum unigenitum in mundum misisse, ut mundum redimeret, ^q *Denique suum in nos commendare amorem, in hoc quod cum peccatores essemus Christus pro nobis*

^m *Matth. 11. 24.*
Rom. 5. 6.

ⁿ *Ier. 53. 12.*

^o *Isam. 15. 13.*

^p *Iohan. 10. 30.*

^q *Iohan. 7. 16.*

*mortuus sit*¹. Quo circa animadverti hic oportebit Christi dilectionem adeo esse liberam ut præcipua felicitatis nostræ conditio fides nostra sit, quæ credamus eum ad nos beandos dispositum, modò non tantùm ipsi adeo honorifico, sed nobis etiam tam utili, ut penè dixerim vix fidem ipsam ad beatitudinem nostram, fuisse exigendam nisi beneficium augetet quadam ejusdem in hac miseriarum valle præpossessione: cum enim fides teste Apostolo sit substantia rerum *sperandarum*, & *argumentum non apparentium*, cœlestia huc transfert gaudia, atque instar speculatorum olim inter Judæos, ² in desertum hoc quosdam gratissimos, suavissimosque terræ promissionis fructus ad nos affert. Fidem dixi, *Lindamori*, ut beatitudinis nostræ æternæ conditionem à Deo requiri, non quòd meræ absque operibus fidei vim ullam ascribam, eamve flocci faciam quæ ab Apostolo dicitur *πιστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη*, fides quæ per charitatem operatur, cum Jacobus doceat fidei & operum divortium tam contrarium esse religioni, quàm contraria est vitæ corporis & animæ separatio; commonitum tantùm te volebam, licet vera fides, quæ Rachelis instar clamat, *da mihi liberos alioquin moriar*, bonorum operum mater sit, hæc tamen opera causam non esse, sed effectus, signaque divini in nos amoris, quamvis eam postea nutrire possint, ut liberi parentes interdum alunt: ut licet acûs magnicæ ad *polos* inclinatio, eam ostendat, à magnete, aut quopiam alio magnetico corpore animatam, hæc tamen ipsa causa non est, sed operatio ferri magnetem sequentis: *bonus es; & bonum facis* inquit Psalmographus ³ Conditori suo: quia summè bonus est, ideo suæ nos participes bonitatis esse voluit: sua enim in nos beneficia confert ob suam ipsiusmet bonitatem non ob nostram, ut sol radiis suis etiam sterquilinum perlustrat quia conformiter naturæ suæ lumen diffundit: quod tamen hoc ad negotium spectat, latissimum Deum inter, solemque discrimen intercedit; nullas enim à nobis gratias sol promeretur quod eâdem necessitate radios suos in nos emittat, quæ fontes in rivos effluunt, cum affluentes in momenta aquas continere nequeunt. Deus contra quamvis necessario benefaciat, liberè tamen & mihi, & tibi benefacit: quamvis enim quædam communicatio Dei utpote summè boni necessaria sit, sua tamen pro arbitrio in hunc, vel illum privatum hominem beneficia confert: ut illius in electorum Angelorum Chorum amorem tacitus præteream, amoremq; illum internum atque infinitum quo tres Trinitatis personæ se invicem ante rerum creationem amarunt. Sed de his tantùm obiter; observandum itaque insuper est, cum homines liberaliùs plerumque dent iis quibus nihil ante dederant, ac dare deinceps desinant, vel eam ob causam, quod jam dederint, longè se diverso modo Deum gerere, dare enim solet, vel

¹ Rom. 5. 8.

² Num. 13. 23. 27.

³ Ps. 119. 68.

quia jam dedit, atque eo consilio ut det adhuc plura. His conformiter, cum Israelitæ rebellassent, eo ipso tempore quo Moyses tabulas legis ad eos afferebat paratus jam ad tam rebellem populum excindendum, his inquam conformiter observare licet, cum Deus quasi pristinae suae in eos bonitatis immemor esse vellet, Mose eum dixisse ut vocaret Judæos *populum quem tu ex terrâ Egypti eduxisti*^t: Moyses tamen ut Deum novam ad misericordiam alliceret, pristina Dei in eos beneficia commemorat, vocatque Dei populum quem eduxit *e terra Egypti magnâ popestate & potenti manu*^v. Atque hæc commiserantis patris misericordia in æterno tam conspicua filio erat ut illius opem ægrotantis *Lazarî* sorores non nisi hisce verbis implorarint, *Domine ecce*, non qui eum diligebat, *sed quem diligebas, ægrotat*^s. Atque ut sua propter se beneficia confert, ita prioribus beneficiis ad alia & majora etiam danda inducitur: cujus quidem rei hæc ratio est: cum enim non alio, ex capite quàm ex purissimo ipsius amore, bonitatis ejusdem radii ad nos deriventur, æquum sanè est ut divino divina beneficia amoris respondeant; infinitaque illa liberalitas, & modum sibi & causam motricem statuatur.

SECTIO XIV.

NEquè nos Deus minus liberè amat, quàm absq; ullius spe commodi. Eò collimat, ut participes nos, instrumentaque Gloriæ suæ faciat, atque ad æternam beatitudinem perducatur eo modo qui non minus naturam nostram elevet, nobilitetque, quàm reservatus nobis status nobilitaturus est. Si methòdo, qua ipse nos salvare vult, obediamus, *apti futuri sumus ad hereditatem sanctorum in lumine*^a: cum ut inquit Divus Petrus^b *divina facti sumus consortes naturæ, ubi effugerimus corruptionem quæ in mundo est per luxuriam*: quare ea in quibus præcipuam Philosophi beatitudinem collocabant, quædam tantùm ad promissam diligentibus Deum beatitudinem dispositiones erant: cui pretium addunt tot gratiæ, virtutesque hominibus hîc infusæ, ut tantæ beatitudinis capaces in cœlo forent: se ipso quidem antequam creaturæ ullæ existerent, beatissimus erat; cum iis ipsis ut beatus foret, non indigeret, earum quoque operibus egere non poterat; neque ulla spe emolumenti mundum condidit, sed bonitate sua impellebatur, ut ita gloriam suam manifestaret, immensosque divitiarum suarum Thesaurus.

Si quopiam egere Deus posset aut quidpiam à creaturis emolumenti recipere, mundus hand dubiè citiùs fuisset creatus. Deus ab Apostolo in Epistola ad Timotheum dicitur *Μακαριος* hoc est benedictus, aut

^t Exod. 32. 7. ^v vers II. ^x Iohan. 11. 3. ^a Coloss. 1. 12. ^b 1. Petr. 1. 4.

aptius adhuc beatus, atque alibi eum verè beatum, æque ac solum potentem vocat: *Deus* inquit, ^c *Apostolus qui mundum condidit, omniaque quæ in eo sunt, cum sit dominus cæli, & terræ, non habitat, &c. quasi quopiam egeret; cum omnibus, vitam, & spiritum, & omnia det, in eo vivimus, movemur, & sumus.* Atque, adeo rationi congruit, ut si Deum credimus, beatum putemus: ut Lucretius etiam ipse ubi divinam negat providentiam, quod molestum Deo mundi regimen foret, fatetur divinæ naturæ æternam supremamque connexam esse beatitudinem: hæcque insuper quæ ad rem nostram faciunt, addit

*Privata dolore omni, privata periculis,
Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri:*

nobilior longè Vates, nos docet, ^d *terram esse Domini, & plenitudinem ejus, mundum & qui habitant in eo:* his conformiter, magnus ille Deus, qui omnia creavit in quodam psalmo ^e dicit, si esurirem, non tibi indicarem, meus enim est mundus, & plenitudo ejus. Cum ubique sit, excludi ipsius essentia loco, aut moveri nequit: quò enim se conferat, qui ubique est? adeo sibi sufficit ipse ut nulla intueatur bona quæ non aut possideat, aut det, aut potius quæ non simul possideat, & impertiat: tanta rerum apud eum omnium abundantia est ut perpetuâ liberalitate pauperior non evadat: quemadmodum nec sol radiando obscurior, nec doctor docendo imperitior fit. Quamvis autem Jacobus ^f meritò Deum patrem luminum vocet, à quo omne donum perfectum est, *Dei tamen Amicus*, ut Scriptura Abrahamum vocat, Regiusq; Sacerdos, quem Apostolus docet fuisse illius typum ^g, qui dicitur ab eodem Regius Sacerdos professionis nostræ ^h, in eodem capite ipsum vocant possessorem Cæli, & terræ ⁱ. Deus itaque cum omnium bonorum fons sit nullis eget. Eò collimare curæ omnes nostræ debent ut officio nostro fungamur, non ut aliquid ipsi emolumentum largiamur, qui infinitè beatus non esset, si aliquid ipsi felicitatis addi posset: summa etiam nostra in Deum obsequia *tributa* re ipsa non sunt, cum nullam inde utilitatem recipiar, sed instar potiùs levium quorundam munusculorum quibus suam à dominis suis dependentiam homines agnoscunt, quos interim iisdem ditiores non reddunt. Nostra solis contemplatione soli lumen non addimus, sed nostrum illud intuendo efficimus: cum solem non intuemur, aut oculos claudimus, nullam idcirco patitur is ecclipsim, nosque tantùm illius lumine privamur, non ipse. Horum applicatio obvia est: *Si peccas*, inquit, *Elihu* ^k *quid contra eum facis? si justus es, quid ipsi das, aut quid e manu tuâ recipit; nequitia tua hominem cujusmodi tu es ledere po-*

^c Aët. 2. 7. 24. 25. 26. ^d Psal. 24. 2. ^e Psal. 50. 12. ^f Iacob. 2. 23. ^g Hebr. 7. ^h H. b. 3. 1. ⁱ Gen. 14. 18. 22. ^k Job. 35. 6. 7. 8.

test, *justitiaque tua filio hominis utilis esse poterit.* Atque re ipsa qui in Deum insurgunt dementes imitantur qui caput nuro allidunt, quem nec quaerunt, nec diruunt, cerebrum sibi interim comminuunt: neque enim Deus *lucem* tantum, sed & *felicitatem inhabitat* ut ita loquar *inaccessibilem*: nihil ipsius tranquillitatem utpote in sublimi positam turbare potest: instarque syderum, quæ quos infligunt morbos, non sentiunt, inflicta à se tormenta non percipit. Tam necessaria est Deo justitia, quam misericordia; si enim Sanctorum ac reproborum numerus spectetur, mille isti victimæ illius severitati cadunt, ubi unū hujus lenitate dignatur Deus. Dixit honorem se ducturum ex Pharaone, omnique ejus exercitu^l cum utriusque in mari rubro interitum præordinasset, & dixit Moses *gloriosè eum propterea triumphasse*: atque in Ezechiele^m dicit, *Ecce contra te sum, o Sidon, & glorificabor in medio tui, & scient quòd ego dominus sum, cum omnia judicia mea fecero in eà, & sanctificatus fuero in eà.* Itaque cum scintilla, divinæ indignationis duos Araonis filios nimium arrogantes absumpsisset, dicitur *sanctificatus in illis qui accedunt ad illum, & glorificatus coram omni populoⁿ*: tam insignia illius severitatis exempla sanctitatem ipsius tantumque in leges suas zelum ostendunt ut ministri etiam altaris impune eas violare nequeant; quem experiuntur, ignem, ut Apostolus eum vocat^o, *consumentem*: gloriam enim manifestam reddere suam coram populo omnino decrevit aut obedientiam accedentium ad se, aut interitum. Atque ut pateat Deum non minus irritatæ exercitio justitiæ, quam emotæ misericordiæ delectari, hæc à Sacro Oratore prolata observentur^p, & erit, *ut quemadmodum gavisus est dominus, cum benefecit vobis, & multiplicavit vos, ut letetur cum destruet, & ad nihilum reducet*: Ita, quamvis verè de Deo à Propheta Jeremia^q dictum sit eum non libenter affligere, nec vexare filios hominum (quare decretum totius terræ excidium, quod Anglica nostra Biblia vocant opus Dei, mirabile illius opus^r, alii traducunt opus alienum suum) cum tamen peccata hominum qui corrigi nequeunt, omnem misericordiæ locum præcluserint, quantum tunc sibi complacet in destruendis iis, qui servari volebant, conicere licet ex Ezechiele ibi, cum prædixisset quantam indociles, & dispersi Israelitæ gladio, fameque expectaturi essent cladem; instar epinicii hæc verba subjungit, *hoc modo^s ira mea complebitur, & faciam ut furor meus quiescat super vos, & confortabor.* Non minus illius laudes præcinnunt damnatorum ululatus, quam beatorum Cantica: obscura inferiorum claustra ad divinam æquè gloriam faciunt, atque æternus cælorum splendor: ut enim cum nigras, terra, tetrasque in nubes emittit exhalationes, cælum hæc non attingunt, nec cælestes illic Sphæras, sed mutata in tonitrua, procellasque terram sæpe ipsam ciadibus afficiunt,

^l Exod. 14. 17. 18. ^m Ezech. 28. 22. ⁿ Lev. 10. 3. ^o Hebr. 1. 12. ^p Rom. 18. 63. ^q Am. 3. 13.
^r Isa. 2. 8. 28. ^s Ezech. 13. 5.

ita suis peccator sceleribus sibi tantum nocere potest, quæ idcirco præcipuè Deum affligunt quod vindictam ipsi invito extorqueant; quæ enim maximè Deum irritant, minimè ei nocent: impius, ut superius *Eliphaz* dicebat, hominem lædere poterit, nunquam Deum cujus infinitas perfectiones infinita quoque comitatur beatitudo, ei tam intima, quam ipsa essentia. Accidentalem ut vocant, Dei gloriam offensis nostris imminuere, *essentiali* nihil detrudere possumus: aut potius magnis peccatores criminibus iustitiam divinam illustrant si misericordiam illustrare nolunt; seriùs enim aut ocycùs divinæ homines gloriæ inservient, aut debito officii exercitio, aut iustâ criminum punitione. Hinc patet quam parùm tibi debeat Deus quod ab inferis te ipsum serves, neque multò magis tibi astrictus fuerit quòd Cæli incola assiduis precibus fieri desideres. *An homo inquit Eliphaz utilis esse Deo poterit, ut qui sapiens est prodesse sibi poterit, an ullam inde omnipotens voluntatem percipit quid tu iustus sis? quid inde lucratur quòd vias tuas perfectas feceris?* cui conformiter sententiæ ait Psalmographus: *bonit. mea ad te non extenditur.* Accensus super Dei altaria ignis nos calefacit, illuminatque, non Cælum adeo remotum, nec solem. Odore accensi thuris soli nos fruimur, fumus, priusquam cælum attingat, evanescit, & quamdiu non dispergitur, aerem obnubilat. Non magis Deo obsequia nostra profunt, quam patri morituro allata à filio cera, qua ditior non fit sed ab eo tantum quæritur, & accipitur ut magnas filio divitias consignet. Quapropter quamvis re ipsa nostra Deo obsequia placeant non tamen idcirco ipsius in nos amor quoddam quasi præmium inde recipit cum propterea tantum ei placeant quòd ad conferendam nobis mercedem ipsam alliciant.

Nullum igitur bonis nostris ex operibus emolumentum ducere potest, cum eo consilio præcipuè eadem benigno vultu aspiciat ut novis postea nos beneficiis cumulet: quemadmodum Isaacus de eo quod venatione ceperat filius, manducare cupiit id circo ut sapidi ejuscemodi cibi gustu ad benè precandum ipsi quasi moveretur.

Atque ut quam nullius spe emolumentum sua in nos conferat beneficia Deus clariùs aperiatur, paulisper perpendamus in nostrâ nequam positum esse potestate ut illis respondeamus, aut par pari reddamus, nihil enim ipsi nisi suum dare possumus, neque illud etiam omne ipsa serviendi ipsi voluntas, facultatesque omnes nostræ tot nominibus illius sunt ut omnis nostra, si de Deo quæstio sit, retributio, sit quasi mera rei alienæ restitutio. Cùm David, Præfectique ejus ac Duces ad magnificentum illud templum, quo cælum æmulari quodammodo volebant, sua dona obtulissent †; rex liberaliter dedit tria milia Talento-

† *Iob. 22. 3.* † *Psalm. 15. 2.*

† *1. Chron. 29. 6. 7. 8.*

rum auri, septemque argenti purgati, Principes populi quinque millia Talentorum auri, præter decem millia drachmarum; decem millia talentorum argenti, octodecim millia talentorum æris, centum millia talentorum ferri, (cujusmodi Theſaurum non memini me ullibi legere) præter lapides pretioſos innumeros omnis generis, qui vel Indiam ipſam exhaurirent; cum inquam hæc dona, obtuliſſent, ſolemnem Deo quaſi panegyricum, muneribus omnibus prænominatis forte ipſi gratiorem, his ferè conceptum verbis dixerunt: *Tua, inquit cæterorum nomine Regius Propheta^x tua Domine eſt magnitudo, poteſtas, & gloria, & victoria, & majeſtas; quacumque enim in cælo & terra ſunt, tua ſunt: tuum eſt regnum, Domine, exaltatus eſt ut caput ſuper omnes, & divitiæ & honor à te venerunt, tu regnas ſuper omnia; in tua manu eſt poteſtas, tu magnos facere potes & dare omnibus robur. Nunc igitur, Deus noſter, agimus tibi gratias, & laudamus glorioſum nomen tuum. Sed quis ego ſum, aut quis eſt populus meus ut tam libentes hoc modo offeramus tibi? omnia enim à te veniunt, atque ex tuo dedimus tibi; alienigenæ enim ſumus coram te, & inquilini, ut erant omnes patres noſtri: dies noſtri ſuper terram ſunt velut umbra, & nulli eorum remanent. Domine Deus hæc omnia quæ præparavimus ut edificaremus domum nomini ſancto tuo, à te ſunt, & tua omnia ſunt. Quis, ut ait Apoſtolus^y, prius ipſi dederit, & ei rurus dabitur? ex ipſo enim & per ipſum, & ad ipſum ſunt omnia. Quin etiam amor ipſe noſter, quò pauperrimus quiſque omnia debita ſua ſolvit, noſtris hæc ſatis facere nequit, cum divini amoris præmiũ utpote ejuſdem effectus eſſe nequeat.*

Atque non immeritò haud dubiè dixit dilectus diſcipulus^z: *in hoc eſſe amorem, non quod nos ipſum, dilexerimus, ſed quod dilexerit nos: atque ut idem Apoſtolus alibi^a loquitur, diligimus ipſum quia ipſe prior nos dilexit: ſi re ipſa tantisper perpendamus quàm non omnino, aut quàm parum divino homines amori reſpondeant, agnoſcere nos cum Davide loco præcitato, neceſſe eſt noſtrum in Deum ob accepta beneficia amorem, ſummum eſſe beneficium, propter quod etiam ipſum amamus: tantum abeſt ut divino reſpondere amori poſſimus, ut ipſo amore noſtro, qui tantum quoddam divini præmiũ eſſe debet, beneficium creſcat: eoque impotentia hæc in re devenimus ut ne deſideriis quidem noſtris, vorisque par Deo quidpiam reddere poſſimus: tantam enim bonorum omnium affluentiam Deus poſidet ut nihil ipſi ne apprecari quidem, aut optare ipſo dignum valeamus, niſi edocti priùs quid jam re ipſa poſſideat, fuerimus. Atque hæc amoris Seraphici moleſta admodum amantibus proprietatis eſt, quod nihil acceptis dignum beneficiis velle Deo poſſimus: in hoc enim noſtro cum Deo commercio dare nihil, re-*

^x 1. Cron. 29. 11, 16. ^y Rom. 11. 35. 36. ^z 1. Ioan. 4. 19. ^a 1. Cor. 13. 19.

cipere tantum possumus : libenter micam etiam nostram conferremus, Deoque cui omnem nostram debemus, felicitatis, si fieri posset, incrementum optarem: quin etiam non pauci sanctissimi viri, ac praesertim Augustinus, quadam gratitudinis, ac devotionis exuberantia in eas erupere voces quae à nimio potius affectu, quam ab intellectu fluere: quibus manifestum facerent se nosse quantum Deus à nobis mereretur, ac minus animadvertisse quam minimè nostrarum indigus rerum foret. Si tamen rem maturius nobiscum ipsi consideremus, gaudendum potius nobis est, quam dolendum, cum ipsa nostra desideria quibus aeternam Deo summamque apprecamur felicitatem scopum re ipsa suam attigerint : si quae enim divinam ad beatitudinem votis nostris fieri accessio posset, summè beatus non foret; major enim haud dubiè ea felicitas est quae incrementum non admittit quam quae ulterioris capax incrementi est.

SECTIO XVI.

J Am ad Divini amoris constantiam accedamus, nemo enim sine crimine, & errore impio Deum inconstantiae obnoxium dixerit. Amor ipsius tam aeternus, quam ipsa essentia, tempore prior omni fuit, & posterior futurus est: *cum dilexisset suos qui in mundo erant, in finem dilexit eos*, inquit Evangelista^a: cumque Jacobus nobis dixisset *omne bonum datum, & omne perfectum donum descendere à Patre luminum^b*, subjungit, ut plenius sit gaudium nostrum, *in quo non est variabilitas, neque vicissitudinis obumbratio; voluntate sua genuit nos in verbo veritatis*: atque cum Deus propter se tantum nos amet, ipsa naturae ipsius immutabilitas, amoris quoque, & beatitudinis immutabilitatem constituit: *Ego enim dominus & non mutor; qui propter vos filii Iacob consumpti non estis*, inquit ore cujuspiam e prophetis^c: & apud Jeremiam ait, *amavit te amore aeterno*. Quod autem Deus Generosissimo Josuae dixit^d, *numquam derelinquam, neque deseram te*, ab Apostolo applicatur credentibus; dona enim Dei, inquit idem, *sunt absque poenitentia*^e. Neque ira ipsius, immutabilitatem amoris tollit, cum ipsius amoris partus sit; amoris inquam neque rugam, neque maculam in dilecto patienter ferentis: ut pulverem e veste non ex ira sed quodam ejusdem conservandae desiderio succutimus. *Quos amo castigo*, inquit Christus^f, & scio Domine, inquit Psalmographus^g, *quod judicia tua recta sint, & quod in fidelitate afflixeris me*: igne enim afflictionis purgandi ab omni terrestri scoria sumus, molliendique quodammodo ut suam nobis imaginem facilis Deus imprimat. Magnus Ecclesiae architectus, artifexque Deus ut ab Apostolo

^a Io. 13. 1. ^b Iacob. 1. 16. ^c Mala. 3. 6. ^d Jos. 1. 5. ^e Revel. 3. 10. ^f Ps. 119. 73. ^g Rom. 11. 29. dicitur

dicitur, non adhibet malleum ut conterat nos, lædatve sed ut corda nostra in idoneos spiritualis ædificii, ut ita loquar, lapides effingat: neque tantum immutabilis Dei amor est sed & amabilitas quoque eadem semper permanet. Mulierum pulchritudo non minus incerta, fluctuansque est, quam mens ipsa: quamvis nulli eam morbi tollerent, provec-tior in dies ætas necessariò immutabit, tolletque: unde fluctuant semper amantes dum nec de Amasiarum affectu nec de pulchritudine diu certi esse queant; nemo tamen cui de utroque non constet beatus esse potest: interdum enim si Amasia constanter amet, ipso extinctæ pulchritudinis deliquio, fit ut extinctum quoque illius amorem amantes sæpe vellent, ut quãdam in speciem æquitate aliò cor suum transfere possent: sed utriusque, si devotioni dediti, periculi securi sumus; cum Deus suo semper nos amore beat, & summum semper nostri mereatur ardorem: neque enim tantum nos constanter amat, sed ut mutuo in se ardescamus amore, omni ope contendit. Quocirca non tantum nos in momenta amat, sed quam cupiat redamari ostendit. Quòd divinum redamando non reddiderint amorem Adamus Paradiso, cœloque Ange-li exciderunt: objectum enim amoris nostri instar centri, non trahere tantum ad se, sed & sistere ac retinere nos debet.

Obstinatæ adeo mentis summus, nostrique adeo commodi negligent-tes ut nullis beatitudinis nostræ illecebris allici ad eam possimus, nec ipsa etiam ejus possessione adeo beati simus, ut statum mutare nolimus: tractandi itaque sumus puerorum instar, qui cum ob inharentem palato amarorem, salutarem gustare cibum nolunt, cogendi sunt; quique ne ex ædibus per plateas vagabundi oberrent, prohiberi debent: splendida enim ipsi palatia ut totâ urbe vagarentur, desererent. Tres illas divina constantiæ proprietates Magnetis operationes adumbrant; cum enim plurima hoc circa minerale experimenta fecerim, aliquas ab eo ducere similitudines mihi licebit. Primò itaque suam ad chalybem inclinationem nunquam exiit: dein ei unitus attractrices constanter qualitates retinet, unde nihil causæ subest cur eum unquam acus deserat: tertio quoties chalybem tangit, aptum reddit ad eum magneti-cum situm, quo melius novas acquirat virtutes: hæc quoque insuper observari potest divinam inter in nos, & magnetis in ferrum operatio-nem similitudo, quòd magnes ferri ad se attractione non sibi sed ferro profit, cui tam mirabiles virtutes impertit. Præterea, absentia, riva-lesque, cæterorum amantium beatitudini quotidiani obices, tuæ nihil obesse queunt: absentiam enim, quam non ineptè amantes mortem vo-cant, si hæc tantum sit animæ & corporis separatio, Dei ubiquitas pro-hibet, ubique enim nobiscum est, aut potius in nobis est: tu qui nuper quamcumque cum *Phyllide tua* pauca quædam momenta transigendi opportunitatem tantum faciebas, cum Deo tuo etiam rogatus, & invita-

tus quovis tempore familiariter agere poteris : quavis horâ eum invifere poteris , & quamdiu volueris absque omni illius tædio ; quin etiam gravior ille Deo est , qui sapius cum eo agit , & diutius : nemo ei importunus accedit. Quot cumulavit donis veterem illam vatem , quæ e primis Evangelistarum fuit , quæ per multos annos e templo non exierat , sed Deo infervit jejunis & precibus per noctem , & per diem , sub initium , Evangelii sancti lucæ ^g discere poteris. Cantatos mediâ nocte à Paulo , & Sila hymnos ^h non tantum non offendisse eum quem laudabant , sed miraculo etiam approbatos fuisse liquet ; cum missus à Deo Angelus eos libertate donarit : *ambulaverat Enoch cum Deo* ⁱ tot annis , quot diebus constat annus ; nullo tamen hac quasi importunitate affectus est tædio Deus : sed peculiari eum privilegio morti eximit , arctiorique secum adhuc commercio junxit : cumque Moses quadraginta ipsos dies , & quadraginta noctes in familiari , si ita loqui licet , cum Deo colloquio fuisset , inde illustri admodum divinæ benevolentiae indicio circumfulgens radiis quibus Judæorum oculos percelleret , regressus est ^k. Jam quàm superbiunt amantes , cum quæ Amasiarum causâ patiuntur , Amasis innotuerint ? at nullum *Seraphici amantis* votum , gemitus , desiderium , cogitatio nulla , quam ipse non intueatur , qui *servorum suorum lacrymas in lagenis reponit* ^l : si quæ enim ipsius amor pariat infortunia , in solida ea gaudia convertit. Amans anima cum Davide Deo dicere poterit ^m : *Tu intelligis cogitationes meas procul , tu circumcinxisti gressus meos & decubitus meum , omnes vias meas tu cognovisti*. Christus pariter tam attento amantem animam oculo respicit , ut in Apocalypsi dicat Rectori Ecclesiæ Smyrnæ ⁿ *novi opera tua , & tribulationem , & paupertatem , & Angelo Ecclesiæ Pergami , Scio opera tua , & ubi habitas , ubi Satana sedes est , & retines nomen meum , neque negasti fidem meam , etiam illis diebus quando Antipas fides mihi martyr erat , qui occisus est inter vos ubi Satana habitat*. Nihil itaque eorum quæ ipsius causâ patimur , ipse non observat , nostraque licet ipsimet erga cum obsequia obliviscamur , ipse tamen non obliviscitur : ^o *quando vidimus te oppressum , & liberavimus te* : quæstio hæc eorum futura est qui cælum consecuturi sunt , quod Redemptori suo cooperati fuerint , qui temporibus pessimis cujusmodi , *Lindamori* , nostra sunt , eorum desient peccata , qui sua non desient , latèque dominantem tempore suo impietatem deplorant , licet verosimiliter impendentia ipsis ab ipsâ quàm desiebant impietate pericula ad privata eos ne obaudirentur colloquia coegerit ; memorabilis tamen , nec mediocris solatii hic ex Scripturâ locus extat : ^p *Auscultavit Deus , & audivit , liberque reminiscens scriptus est coram eo . iis qui timebant dominum , & cogitabant de nomine ipsius , tum redibit , discernetque inter justos , &*

^g Luc 2.39. ^h Act 6.15.16. ⁱ Gen. 5.22.23.24. ^k Exod. 34.30. ^l Psal. 56.8. ^m Ps 139.2.3.
ⁿ Rev. 2.8.9. ^o Matth. 25.37. ^p Mat. 3.16.17.

injustos, inter eum, qui servit Deo, & eum qui non servit: Scio, inquit Christus⁹, non tantum Angelo Smyrnæ, sed omni afflicto, opera tua, & tribulationem, & paupertatem: nihil metue eorum qua passurus es: esto fidelis ad mortem, & tibi dabo coronam vita. Nostra sæpe acceptat, irrita licet, desideria Deus: licet David designatum à se templum non construxerit, dixit tamen Salomoni Deum Patris sui consilium hac dignatum approbatione, *quod cogitaveris de edificanda domo Nomini meo, bene fecisti quod ita cogitaveris^t*: dicitque Christus ipse de Patre, *⁹ Pater vester qui videt secretò: neque rivalium hic ambitum metuere possumus cum nullos devotio admittat; neque enim eò illa collimat ut plus cæteris nos Deus amet: cum enim Dei in te amor, aliorum tibi affectus meritò conciliet, non possunt non bene ei apprecari quem Deus diligit; nihilque utiliùs ipsi optare queunt quàm ut Deus ipsum magis ac magis in dies amet, utque is se ad nova debitâ gratitudine beneficia disponat: Christus ipse ait *Gaudium esse in conspectu Angelorum ob conversionem peccatoris^t* solusque præter eum quem Visio memorat, quem quidem repererim litteris proditum, Cœlestis Chori hymnus de humano genere fuit. *v nobis enim hominibus natus est infans^x nobis datus: qui non assumpsit naturam Angelorum sed semen Abrahæ^y*. Amore divino amor noster adeo dilatatur, ut præter Deum ipsum, nihil magis quam eos qui nobiscum Deum amant, diligamus; idcirco forte quòd ad persolvendas Deo laudes nos juvent, quibus pro merito ipsius persolvendis impares omnes omnino sumus.*

SECTIO XVII.

Necessè non est, ut tibi h'c suggeram, *Lindamori*, varia superiùs commemorata eorum doctrinam supponere veram, qui æternum, immutabile, absolutumque electionis aut reprobationis decretum esse volunt: Quid interim sententiam de controversiâ *Calvinistas* inter, & *Remonstrantes*, de Prædestinatione consequentibusque eam dogmatis supersecedo hoc loco indicare. Pii viri utriusque partis gratiores forte Deo sunt, quàm sibi invicem: contendere enim tantum videntur, quodnam Dei attributum principem obtinere locum debeat: alii enim ut divinam extollant bonitatem minùs congrua Deo videntur affingere decreta, alii verò eadem eo consilio rejicere ut divinam tueantur justitiam: atque adversarios hos dum idem etiam venerantur attributum, bonitatem scilicet, non immeritò rivales dixeris; cum hi hanc maximam ipsius laudem esse velint, quod ei resisti non possit, alii verò, quod om-

⁹ Rev. 2. 9. 15. † 2. Cron. 6. 8. † Malch. 6. 6. † Luc. 15. 7. 10. † Luc. 2. 13. 14. † 1. Sa. 9. 6.
^y Hebr. 2. 16.

nem hominem, si modò hic voluerit, beatura fit. Gratia itaque Libertas utrimque deprædicatur, hinc latè patenti dominio, illinc certà victoriâ. Quamvis autem nec per otium liceat, nec hujus loci sit de controversiis Prædestinationem spectantibus agere, cùm tamen propugnans eam doctrina non tantùm à reliquo humano genere, sed à plerisque etiam Ecclesiis Reformatis, variisque eruditis Theologis Ecclesiæ Anglicanæ non rejiciatur tantùm sed blasphemiam etiam proxima habeatur, (nec fanè immeritò qui hanc doctrinam, errorem putant summè periculofum, ob ea quæ praxim inde consequuntur, pronunciant,) cum inquam hæc ita se habeant non abs re fuerit hinc te monere doctrinam Prædestinationis necessariam non esse ut divini amoris libertatem, magnitudinemq; propugnemus: Deum enim humanæ fœlicitatis authorem esse tam conspicuum est ut non de re ipsa Calvinianos inter, & Arminianos, sed de modo tantùm disputatio sit. Isti enim gratiæ vim ineluctabilem ascribunt, hi verò hominem gratiæ resistere posse dùm affirmant, simul concedunt summè eam esse liberam, nec sub meritum cadere, exhiberique simul iis quibus offertur potestatem quâ eandem admittant, ut ad suam hominæ fœlicitatem sat conferat, si vel obstinatè eam non rejiciat, magisque eam acceptam debeat referre Deo quàm Mendicus liberatori suo acceptam elemosynam debet, licet manum ad eam recipiendam porrigat, quàm non porrigere potuisset, si sponte ultroque injuriam sibi inferre voluisset. Christus fateor pretium redemptionis nostræ solvit, *propterea Dominus dicitur, qui emit nos*^a sed liberrimâ Deus bonitate & hunc nobis Christum donavit, & lytrum accepit, cum neutrum facere potuisset. Quòd itaque Deus Filium suum unigenitum, ut mundum redimeret, in mundum miserit, non divinæ *Scriptura* justitiæ ascribit, sed divino in homines amorib:^b & Divus Paulus in eodem textu dicit & *justificari nos, δωρεάν τῆ αἰτῆς χάριτι*, liberè & tamen διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως, redemptione in Iesu Christo^c: vox Anglica sonat pretium redemptionis pro Captivis persolutum.

In confesso apud omnes est nullum admittendum esse meritum; quique sibi quid à Deo deberi aiunt, debitum illud ab ipsius promisso, non ab actione suâ oriri fatentur, divinæque se debere misericordiæ quod jure quodam suo quidpiam ab ejusdem justitiâ expectent. Divus Paulus, *qui bonum certamen certaverat, cursum consummaverat, servaverat fidem, sperabat coronam justitiæ à Domino tanquam iusto iudice*^d: & tamen idem dicit, *Gratiâ per fidem salvari nos, non ex nobis metipsis sed libero Dei dono*^e. Cum enim nobis jam cælum Deus promiserit, meritò, & jure quodam æternam beatitudinem ab illius justitiâ expectare nobis licet, *tam magna tamen, & pretiosa promissa*, ut Sanctus Petrus^f meritò ea vocat, Li-

a 2.Petr.2.1. b.Ioan.3.16. c.Rom.7.24. d.1.Timoth.4vers.7.8. e.Ephes.2.8.
f.2.Petr.1.4.

berrimæ, quamque minimè meremur ipsius comitati, ascribenda sunt: quàm faciliè infinitam agnosceremus, si paulisper perpenderimus quantum interfit æternam gloriam inter, minimaque nostra obsequia, quæ licet veniã non egerent, nullam certè mereri possent à Deo mercedem, qui ut Creator noster quamlibet à nobis exigere servitutem nullo proposito nobis præmio posset: adeo ut cum omnia ipsius mandata quàm maximâ sollicitudine impleverimus, fateri nos oporteat *inuites nos tantum esse servos*, qui *tantum quod nostrum à nobis exigebat officium fecerimus*^b: cui si de fuisset à Deo irritato verè meritò puniri poteramus. Atque re ipsâ plerisque hominum adeo insitum est ut Deum fœlicitatis suæ authorem agnoscant, ut ii etiam ipsi qui non intelligunt qui ipsis beneficiat, quandam tamen excogitaturi notionem sint, qua Deo se ob accepta beneficia debitores concipiant: quod ipsos inter Catholico-Romanos magis sobrii non tantum ascribant merito propriè dicto, nec tam parum Gratia, quàm turbulentiores quidam eorum scriptores, unde severiores nostri in ipsos invehuntur, non ardui fortassis opus laboris foret, si per otium liceret, ostendere. Quòd *Arminiani* liberam maximè esse gratiam divinam, eamque sub meritum non cadere velint, demonstrantium Apologia^h fat, superque indicat: atque ipsi etiam *Sociniani*, quo successu non desinio, magnâ sollicitudine contendunt, ut erroneam, quam tuentur *de justificatione* doctrinam, ab hac objectione expediant, quod homines suam ipsorummet promoveri fœlicitatem insinuare videatur. Subit hoc loco animum locus quidam quem nuper in *Schlichlingio* recentiore quodam illius sectæ defensore legi, qui meo quidem iudicio, ubi per argumentum licet tam omni liber præiudicio ratiocinetur, quàm ullus illius sectæ scriptor. *Sociniis* doctrinam conciliare nititur divinæ gratiæ libertati iis rationibus quas ipsiusmet tibi verbis exhibeo: *Ad retundendam verò*, inquitⁱ (contra doctum Meisnerum disputans): *arrogantiam justificatorum & ne dicant se meruisse gratiam, non est necesse servum in homine arbitrium inducere, non debet. Virtus tolli ut tollatur arrogantia: sufficit 1. quòd, nec velle, nec perficere possint nisi Deus voluntatem excitet, & vires augeat 2. quòd ea quæ divinis adjuti viribus faciunt, nullo modo dignitatis, & pretio divina gratia respondeant, sed infinito intervallo ab ea absint.* Quidquòd licet recentes, degeneresque *Judæi* quòd acres liberi arbitrii propugnatores sint, liberæ Dei Gratia non immeritò refragari credantur, celeberrimus tamen eorum Rabbinus, doctusque familiaris meus *Menasse Ben-Israel*, variique alii e præcipuis illorum Scriptoribus hac super re tantum non Orthodoxa dixerunt: tanta est hujusce veritatis lux! Atque hîc memini *Judæum* linguæ *Hebraicæ* Professorem, qui hujusce me linguæ mysteria docuit, acrem pro

^g Luc. 17. 30. ^h præsertim. C. 17. c. 5. 6. ⁱ pag. 97.

more gentis liberi arbitrii defenforem dicere, i. hanc ipsam libertatem quæ homines minùs Deo devincire nobis videtur, summum esse Dei in homines beneficium quo maximè ipsi devinciantur: quondam enim cum de rebus ad religionem spectantibus familiariter ageremus, magis dixit divinæ debere bonitati homines quàm Angeli debeant; cum enim, aiebat ille, Deus absque ullo ipsius merito, sed sua merâ bonitate, ac liberalitate liberum homini concesserit arbitrium cujus legitimo usu Deum honorare queat, ut ejusdem abusu offendere, summum homini confert privilegium, quo scilicet suæ cooperari fœlicitati possit.

SECTIO XVIII.

J Am postremam, *Lindamori*, divini amoris proprietatem attigimus, summam scilicet illius utilitatem tum hinc tum post-hanc vitam: ac primò quidem etiam hinc non minùs Deo debemus quàm omnia quæ possidemus: illius est & quod habemus, & quod sumus; verè enim de eo cum Psalmographo^a dicere licet *ipse fecit nos, & non ipsi nos* neque tantùm inter manus ipsius, oramus, ut lutum in *manibus figuli*^b ut pro arbitrio nos effingeret, sed purum eramus nihil, inque nihili abyssò, si ipsi placuisset, adhuc delitesceremus. Ipsius amor est prima omnis fœlicitatis origo, cætera omnium instrumenta tantùm sunt, & quasi canales quibus ad eum ducimur: ingenio, per me licet, hominum tibi laudes concilias, industriâ Thesauros colligis: sed quis hoc tibi ingenuit ingenium? quis industrium te fecit, & fœliciter industrium? Deus haud dubiè omnia quibus utimur, & fruimur æquè nobis dat, atque ille qui mille libras Mendico donaret, & vestimenta, & cibum, eidem dedisse censeretur. Sed præter obvia magis divinæ bonitatis munera aliis divinæ bonitatis donis fruimur, quæ licet ob constantem possessionem minùs conspicua videntur, cum iis tamen privamur, aut caremus nihilo minoris æstimantur.

Si mecum tantisper, *Lindamori*, trèemes cogitatione adires, ibique intuereris miseros illos captivos catenis remigiis alligatos, qui irati maris procellis licet expositis duriorè saepe sentiunt in Continnente, quàm in ipso mari servitutem suam: si diducto sipario luctuosam illam morientium hominum Scenam oculis subjecerem, quorum quidam variis morbis omnibus vitæ commodis priùs quàm ipsâ vitâ privantur, quidam dubiam ducunt, miserrimamque vitam non morbis tantùm sed & medicamentis etiam pæne extortam, alii cum morte luctantè minùs adhuc morte ipsâ commoventur quàm præteritorum memoriâ criminum illegitimarumq; voluptatum quas jam de relinquere se non dolent, sed aliquando gustasse: Si te, *Lindamori*, in Ptochotrophia

^a *Psal.* 100. 3.

^b *Isa.* 64. 8.

ducerem, quæ non illic humanæ miseriæ spectacula occurrunt? in pulverem enim illic homines paulatim vivi reducuntur, mediâ plerique sui tantum parte superflites: si, inquam, ut paucis expediam, obvias ubique humani generis miseras, inundantesque orbem terrarum Calamitosorum lacrymas oculis-objicerem, non minus forte Deo te debere agnosceres quod tot malis singulari privilegio exemptus sis, quam quod tot tantaque Dei beneficio bona possideas. *Quis enim discrimen posuit?* quæri potest de *externis*, non minus quam *internis* bonis: unde non minus Divino in te debes amori quod à vitiiis animam maculantibus, quam quod à morbis corporis non tam periculosis, sed magis ferientibus, immunem te servarit.

Ambitio enim, *luxuria*, *avaritia*, *vindicta*, libertasque illa familiaris cum mulieribus *colloqui*,† quam innocuam adeo Nobiles juniores existimant, morbi quidam sunt iis perniciosiores qui homines ad diætam medicam, ac nosocomia reducunt: cujus rei veritas ut innotescat, necesse non est ut in memoriam tibi revocem de imminente à morbis periculo judicandum esse ex parte quam afficiunt, cum is qui errare non potest, hanc quotidie assertionem probet, quod Charissimos etiam sibi filios & morbis, & gravissimis calamitatibus, ut peccatis purget, affligere soleat. Quocirca cum matrem intuemur collo filii ne apoplexiâ corripatur causticum applicantem; meritò inferimus causticum æstimari ab ipsâ levius apoplexiâ malum; ita cum Pater cœlestis variis quos amat, morbis, calamitatibusque affligit, ut à peccati labe mundet, inde tutò colligemus pœnam minus reatu malum ab eo reputari. In octavo Deuteronomii monentur Israelitæ ne prosperitate, quæ oblivionem omnium, præterquam eorum quibus fruimur, inducit, seducti dicant, *potentia mea, & virtus manûs meæ has mihi divitias compararunt*: Sed inquit textus, *recordabuntur Domini Dei sui: ille enim est qui potestatem dat comparandi divitias*: Non de rebellibus tantum Israelitis, qui Divinæ nesciiti limitate erant, conqueri potest Deus, ut re ipsa conqueritur ore Prophetæ: *ego docui Ephraim ambulare, ducendo eos brachiis, sed nesciebant quod ego curaverim eos*: nimiumque multi sunt, de quibus posset, ut ore ejusdem Prophetæ dixit *⁹*, *nesciebat enim quod ipsi dederim frumentum, & vinum, & oleum, & multiplicarim argentum ipsius & aurum, quæ preparaverant Baal: quare resumam tempore suo frumentum meum, & vinum meum & lanam & linum quibus suam tegetes nuditatem*. His omnibus patet quanta sit divini amoris utilitas, cum spiritali hic gaudio omnes carnis delicias longè superante suos Deus recreet, hæcque æternæ felicitatis quasi arrhâ, illius hic absentiam quodammodo suppleat. Sed quis divina omnia collata nobis hac in miseriarum valle beneficia

⁹ 1. Cor. 4. 7. † 1. Petr. 1. 18. * Deut. 8. 17. 18. d Hof. 1. 3. e Hof. 1. 8. 9.

enumeret? Divinus tamen in nos amor non extinguitur nobiscum, nec ritu humani amoris concluditur tumulto, aut inutili in amore superstes remanet: Deus enim hominum more non tantum nos ad tumultum comitatur, ibique relinquit, sed instar Angelorum qui tulerant Lazarum in Sinum *Abrahae*, tum maximè suum in nos amorem prodit, cum mortali anima carni exempta est: ita ut sanctus quilibet de Deo dicere possit quod Naomi dixit de Booz ^f, quod non deserit benefacere viventibus, & mortuis. Jam quidem inquit Johannes ^g filii Dei sumus, necdum liquet quid futuri sinus, sed scimus, cum aptarebit, nos fore ei similes: æterna jam hæc beatitudo dicendorum argumentum erit, quia proposita mihi brevitatis in differendo de Divini amoris utilitate de cœlesti tantum beatitudine differere jam patitur.

SECTIO XIX.

Sed *Lindamori*, prius quam manentem nos in cœlo beatitudinem exponamus, monendus es licere tibi eam concupiscere: multi enim fat celebres Concionatores populum docuere cœlum sperare, ac concupiscere, mercenarium redolere, filioque indignum esse. Fateor equidem si quis expectet cœlestem gloriam ut mercedem operis, aut meriti stricti debitum, illud meritò à Theologis à quibus dissidemus rejici, quod & ipse quoque omnino condemnos; sed divina inter stimulos divini amoris numerare beneficia, eum imitari est, qui dixit, ^a diligo Dominum quia audivit vocem meam, & supplicationes meas: gaudiorumque spe cœlestium nostros hic dum solamur labores Mosem imitamur, qui dicitur ^b, opprobrium Christi majores assumasse divitias omnibus thesauris Egypti: respiciebat enim, ἀπειθεὶς mercedem: Deum quidem *Lindamori*, absque ulla proprii emolumenti spe amare generosæ admodum mentis est. Quamvis autem negare non aulam ejusmodi in hominum animis accendi posse amorem, hunc tamen censeo, licet in quibusdam reperiat, ab omni homine non exigi. Si pietatis præmia terrena forent, hæcque recipienda, tum ut ad debitam tantam mercedem ad ea aspirarem: at ob cœlum idcirco speratum quod ibi Deo, Christoque etiam fruamur, aliisquillo gaudiis, quæ nisi animam à corpore à hæc malsâ separatione obtineri nequeunt, ob cœlum inquam ita consideratum, omnibus hic renunciare deliciis, nobilis tantum, generosique, & credentis animi est. Si afferrem formidine pœnæ etiam æternæ deterri nos à malo debere, paradoxum forte illud, si quibuscum disputo, reputarent: nihil tamen dicerem quod ipsa etiam Scriptura non asserat: Timeamus ergo inquit Apostolus ^c ne cum promissum nobis fuerit nos in ipsius requiem intraturos, quispiam nostrum eam excludatur: eminentissimusque Evangelij

^f Ruth. 1. 1. ^g 1. Jo. 3. 2.

^a Psal. 1. 6. 1.

^b Hebr. 11. 16. ^c Hebr. 4. 1.

præco Paulus qui Evangelium feliciter contra legem defendit, de se ipso ait ^d: *corpus in servitutem redigo, ne cum aliis predicavero ipse reprobos efficiar.* Neque mancipia, & mercenarios tantum hæc Christi verba ^e spectant dico vobis, amici mei, nolite timere eos qui occidunt corpus, sed nihil amplius possunt, sed præmoneo quem timere debeatis, timete eum, qui postquam occiderit vos in gehennam conjicere potest; etiam dico vobis, (quam repetitionem hæc controversia ostendit non fuisse inutilem) illum timere. Quæ quidem paraphrasis non indicat tantum, quem timere debeamus, sed etiam quas ob causas insinuat. Et cum Paulus dicit, Scio cui fidam, intelligit, quis sit, quam fidelis, ut S. Petrus alibi ^f Deum vocat, ut quam omnipotens, unde statim subjungit, certus sum posse illum servare quæ illi commisi, in illum diem ^g. Plures in eundem scopum afferri textus possent nisi proposita hic veritas ex his satis elucesceret, quæ quidem hisce aliisque Scripturæ locis Novi Testamenti, ut apud quosdam adversariorum majoris autoritatis sint, satis apertè demonstratur ^h: *Estimo ad signum præii sublimis vocationis Dei in Christo Jesu* ⁱ: *beati qui faciunt mandata ejus, ut jus habeant ad arborem vitæ, intrentque per portas civitatis* ^k, *ponentes bonum fundamentum in tempus venturum, ut possint suscipere æternam vitam: deque Christo ipso dicitur, cujus haud dubiè in Deum amor filii amor erat* ^l: *aspicientes in Jesum auctorem, & finitorem fidei, qui proposito sibi gaudio crucem tulit, despexit opprobrium, & sedet ad dexteram Throni Dei: nec video quid indignum filio sit eos excitare in se affectus quos cœlestis Pater in eodem easdem ob causas excitavit: cumque spem nostram allicere videatur Scriptura cum Paulo his verbis* ^m, *omnis homo certans pro victoria temperatus est in omnibus: illi autem illud faciunt ut corruptibilem coronam accipiant, nos incorruptibilem: quid quòd Christus ipse alicubi dicit* ⁿ, *gaudete & exultate quia merces vestra magna est in cœlo: atque alibi* ^o *esto fidelis ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ: Cum inquam nostras ita fovere spes Scriptura videatur, annon ea nobis illuderet, dum acerrimis passiones nostras stimulis excitat, si non liceret eas alere passiones quæ circa objecta ab ipsamet proposita versantur? Atque haud dubiè, Lindamori, cum Deus, qui, ut creator noster, humanæ animæ temperamentum novit, multò meliùs quam homo ipse, tum spe, tum timore ad suum allicere obsequium dignetur, minimè decet nos minùs probare methodum ipsius operandi in animas nostras, aut oblatum pietati nostræ subsidium rejicere, quam etiam optimi quique oppugnari in se sentiunt. Nullum itaque prætermittendum subsidium quod à superstitione illam removeat. Si enim nullâ spe conatus nostri animarentur, nulli prorsus eva-*

^d 1. Cor. 9. 27. ^e Luc. 12. 4. 5. ^f 1. Pet. 4. 19. ^g 1. Tim. 1. 12. ^h Phil. 3. 14. ⁱ Revel. 22. 14.
^k 1. Tim. 6. 19. ^l Hebr. 12. 2. ^m 1. Cor. 9. 25. ⁿ Matt. 5. 12. ^o Rev. 2.

derent, si mercedem, seu cœlestem gloriam sperare nobis non liceret; cum hâc etiam spe incitati lentius, quàm par foret, in viâ virtutis progrediamur.

SECTIO XX.

Sed, *Lindamori*, licet non indiligentem controversis Theologicis operam navarim, ægrè tamen renitensque de iis scribo, impulsus scilicet hîc hujusce veritatis studio, quæ ad sequentem dissertationem necessaria erat. Facilius itaque mihi tu, quam ipse mihi ignoscam quòd tandem superfederim disserere de divini amoris utilitate, quatenus jus hic nobis ad cœlum tribuit, ipsam quondam possessionem collaturus: ad cœlum inquam tam multiplicis beatitudinis sedem ut vix cœlum ipsum inter gaudia nostra numeraturi simus, illic possessorum excellentia bonorum tantum suâ ne cogitatâ quidem priùs plenitudine nobiliter decipiet, quantum terrestrium fructio voluptatum sua nos vacuitate decipere solet: *Neque oculus*, ait Apostolus, *vidit, neque auris audivit, neque in cor hominis ascendit, quæ Deus diligentibus se preparavit*, tam puræ, sinceraeque deliciae nostros longe sensus transcendunt: quas cumque felicitatis ideas fingere nobis possumus, longe his in cœlo majorem experiemur ipsa beatitudinem: in cœlo inquam tot gaudiorum quasi feraci solo, ut decepta, quia superata, spes nostra beatitudinis nostræ pars futura sit, quæ divinæ adeo immensitatis particeps est, ut meris eam negationibus Apostolus describat, & ne quid impar huic statui concipiamus, beatitudinem nostram tanquam quidpiam supra omnem cogitationem nostram concipi à nobis velit. Neque mirum, *Lindamori*, si tecum ipse perpendas in cœlo omnes nostras facultates gratissimis aptissimisque objectis & beandas, & satiandas omni absque tædio. Clausus adhuc in utero matris pusio nullam sibi earum voluptatum ideam effingere potest quas soni harmonici splendorque objectorum nato, subministrabunt: idem quamdiu puerili non excessit ætate licet delectari possit pictorum ex arte Emblematum aspectu aut characterum fulgentium Bibliorum Græcè, aut Hebraicè pulchrè impressorum, ne cogitare tamen tum poterit, quantam ex iisdem adultus jam, & edoctus voluptatem percepturus sit: tunc enim tantum capiet quæ moralia præscribant hæc emblemata præcepta, quàm profunda suggerant Biblia mysteria, *originalem* præsertim textum intelligenti.

Ingressi cœlum, *Lindamori*, geminum hoc metemus emolumentum: Præter ea enim objecta, de quibus priùs ne cogitatio quidem animos subire nostros poterat, præter hæc inquam, perspicacior jam, amplior-

que ingenii nostri acies ea nobis summâ nostrâ voluptate in objectis etiam notis deteget, quæ nunquam priûs detexeramus: unde nova deliciarum Scaturigo. Non est quod mireris, *Lindamori* quòd, dum cœli & gaudia commemoro quàm maximè congruas tanto argumento locutiones adhibeam: licet enim floridæ nimium videantur, aptioresque quæ à laudante potiùs quàm ab asserente usurpentur, has tamen lubens usurpo cum nemo beatissimum Sanctorum in cœlo statum dicendo exequare possit. Cœli siquidem gaudia, *Lindamori*, cœli stellarum adinstar sunt, quæ quia à nobis procul distat exiguæ admodum videntur, licet reipsa tantæ molis sint ut etiam non maximæ terram ipsam magnitudine superent: Quare si mecum Planetas aspiceres, ejusmodi telestocopiis tibi ostenderem, quæ majores eos quam reipsa nobis apparent, exhiberent, ut cœlestia Gaudia iis describo locutionibus, quæ majora ea, quam nobis hîc videntur exponant ut minùs imperfectam eorum tibi fingas ideam.

SECTIO XXI.

IN cœlo itaque magistrâ experientia felicitatis definitionem addiscemus: illic rerum omnium inde pretia æstimaturi sumus quòd ad beatissimum hunc statum dirigant, ubi erit quicquid voles, & non erit quicquid noles: neque enim cœlestis patriæ beatitudo philosophica est, in limitatione, sed in fruitione desideriorum posita: tum enim digna nobis objecta eligemus quibus & semper, & abunde fruamur: atque juxta rationis nostræ tunc illuminatæ judicium, quòd in electione objecti errare non possimus felicissimos nos existimaturi sumus: illic similes erimus Sanctis quos hîc miramur: quique eorum heroum virtutes longe superant, eos Ethnici immeritâ Apotheosi donarunt; præstantissimi ii qui humanum genus & nobilitarunt, & docuerunt summo mortalium emolumento, & honore, quorum gesta Sacri etiam Codices referunt; Spiritus inquam justorum qui perfecti evaserunt, ut scriptura loquitur, ^a familiares nobis, perpetuique futuri sunt socii: quibus etiam non grati tantum futuri sumus, sed & eorum numerum ipsi augebimus: familiariter in cœlo cum gloriosissimis illis Spiritibus agemus qui etiam in peregrino ut apparent hîc nobis vestitu adeo refulgent ut eos non miremur tantum, sed & Divino pæne cultu prosequamur: illic gratissimum nobis erit spectaculum Christus ipse, de quo tam multa sacri codices, qui tot nos cumulavit beneficiis, ut non ob infinitas tantum ejusdem perfectiones, sed hoc etiam nomine amare eum omnibus animæ facultatibus, & venerari debeamus: illic inquam intuebimur divinum illum honorem, quæ

^a *Hebr. 11. 23.*

cum inter nos ut loquitur discipulus quem diligebat, ^b *tentoria fixisset* & cum hominibus super terram vixisset ut ad cœlestem eos habitacionem exemplis suis idoneos redderet, Majestatem mansuetudine adeo contemperavit, humanæque naturæ imbecillitatem Divinitatis suæ potentiâ adeo roboravit, vitam denique tot virtutum & mansuetudinis exemplis tam illustrem egit, ut de ipso Judæi dicerent ^c : *omnia bene fecit*, ipsique invadentes eum apparitores confessi fuerint ^d *numquam ita hominem esse locutum*. Quidquod ipsi Apostoli qui ipsius gesta propius aspiciabant, nec educatione ad magna facti, quamvis ab ipso sæpe varios ob defectus corripentur, cum tamen medios per labores innumeros ad mortem usque secuti sunt, vitam ipsam absque ipsius confortio morte duriolem rati: *eamus & nos & moriamur cum eo* ait infidelis Thomas sociis discipulis ^e. Sed *Lindamori*, ibi Filium Dei videbimus non *in forma* Servi quam ut pro nobis pateretur, induit, munusque hîc Sacerdotale exerceret, sed in regiâ majestate quàm Regium ipsius officium requirit: unde *Rex Regum*, & *Dominus dominantium dicitur*, ^f cum ut ipsemet loquitur ^g *omnis potestas in cœlo, & in terrâ data sit ipsi*. Quàm nobile nunc Divinum hunc Monarcham in Cœlo comitatur famulitum, cum hic in deserto Angeli ei ministrarent, fasciisque in præsepe circumligato multitudo cœlestis exercitus ipsius nativitate celebrarent, juxta illud Scripturæ ^h *cum eduxerit filium primogenitum suum in mundum omnes Angeli ejus adorent eum*: tam nobiles tamen Angeli creature sunt ut eorum unus una nocte centum & octoginta, hominum milia in blasphemi Senacheribi castris interfecerit; tantaque est Angelicæ naturæ majestas, ut cum intrepidus Joshua eorum quempiam qui vestitu humano ipsi apparuerat, à quo stare interrogasset, cum eum Angelum rescivit (nisi forte cum promissum *Messiam* supponeret qui alibi *Angelus fœderis*, ⁱ ut in originali textu habetur, atque in eodem, *Dominus*) summâ statim submissione dixerit, *quid ait Dominus meus servo suo*^k: atque Daniel ipse potestate à Rege secundus, sapientiâque tot provinciarum Governatores, artisque magicæ celebratos magistros longe exsuperans, Angelo tamen qui ipsi apparuerat confessus est se ipsius præsentia pone exanimari additque *qui potest servus Domini mei cum hoc Domino meo loqui* ^l? Christum itaque visuri sumus non passionis suæ nube ut hîc obductum, sed gloriæ in cœlo circumamictum: Spinæ jam ipsius coronæ non amplius pungentis, sed decorantis splendidius ipsius e capite radiabunt, quàm Spinæ ardentis rubi in quo Deus Mosi apparuit: neque vilem illam formam intuebinur, de qua Propheta, dum contemporarios Messiaë Judæos exhibet, ^m *Neque habet formam, neque pulchri-*

^b Ioan. 1. 11. ^c Matth. 7. 37. ^d Ioan. 7. 46. ^e Ioan. 11. 16. ^f Revel. 19. 16. ^g Matth. 28. 18. ^h Hebr. 1. 6. ⁱ Malac. 3. 1. ^k Iosh. 5. 13. 14. ^l Dan. 10. 17. ^m Isa. 53. 2.

audinem, cumque videbimus eum, nulla est in eo pulchritudo quam quis desideret, sed tanta cum fulgentem Majestate visuri sumus, ut meritò eum Nephle^c admirabilem existimaturi simus, animæque nostræ attentiore ipsius contemplatione raptæ tunc imitabuntur Sponsam in mystico Solomonis Epithalamio; qui cum pluribus variam Divini illius Sponsi pulchritudinem descripsisset in hoc exumpit Epiphonema omnino contrarium phrasi superiùs memoratæ, totus est desideria, ^p aut Hebraisimo, maxinè desiderabilis, quod Angli sic reddunt, est omnino amabilis. Ipsius oculi, ut describit Johannes, ^q instar ignium apparebunt, purasque ac sanctas in avidorum spectatorum pectora flammam immittent, flammam inquam puram, ac æternam similes fortè iis ex quibus ii e Patribus qui Corporeos Seraphinos volebant, eisdem constare existimabant: Neque in cor hominis ascendit, qua Deus in cælo præparavit diligentibus se. Hanc gloriam minimè expresserimus, si dixerimus concipi non posse quibus Deus præmiis passionem, obedientiamque Filii remuneratus sit, cuius unius gratiâ æternam tot hominum millibus gloriam retribuit: qui servos suos stellis etiam splendidiores fecit, ^r Filio haud dubiè unigenito majorem addet lucem, quem ut verbis Scripturæ ^s utar, heredem constituit omnium, per quem etiam condidit & mundum, qui cum esset splendor Patris, & imago persone ejus omnia sustentans verbo virtutis sue; cum ipse peccata nostra purgasset, sedit ad dextram Majestatis Altissimi supra omnem potestatem & principatum potentatum & dominatum, & omne nomen quod nominatur nunc tantum in hoc mundo, sed & in eo qui venturus est. Ex quibus patet exaltatum esse non modò supra omnes terrestres Principes sed etiam supra altissimos cœlestium Spirituum ordines.

SECTIO XXII.

Sed non est timendum, *Lindamori*, ne sublimis in folio Gloriæ Christus minimum Sanctorum despiciat, aut cum iis etiam familiaritatem: asserit enim Divus Paulus fuisse eum in *forma Dei*^a, cum formam servi, ut nos liberaret, induit; atque haud dubiè qui eousque descendit ut nos in cœlum duceret, læto nos illic vultu excipiet: dum inter nos viveret Lazarum etiam in tumultum invisit, cumque in vili eo statu etiam amicum suum dixit: cumque descendens de monte olivarum lætis populi acclamationibus, viisque palmis, vestibisque stratis exciperetur, non potuit lacrymis etiam urbis Hierosolymitanæ proximum non deplorare excidium^b: ita medios ipsos inter triumphos ardentis-

^a Isa. 9. 6. ^p Cant. 5. 10. ^q Revel. 1. 14. ^r Dan. 12. 3. ^s Hebr. 1. 2. 3. ^a Philip. 2. 7.

^b Luc. 19. 37. 38. 41.

simum in acerrimos hostes suos testabatur amorem.

Et ne quis crederet se de mortalibus tantum fuisse sollicitum quamdiu ipsorum ipsemet miseriarum particeps esset, monendus es, *Lindamori*, statim ab ipsâ resurrectione subitâque illâ conditionis suæ mutatione, cum non posset non meminisse desertum se ab Apostolis suis fuisse, eos tamen ipsos Apostolos à quib. derelictus fuerat, nobiliore donasse titulo quâ cū inter eos viveret: *Fratres enim vocavit*^c: Quidquod de Petro peculiariter sollicitus videbatur, qui^d quamvis paratū se cum Christo ad mortem jactaret eum tamen non dereliquit tantum, sed & pernegavit. Inter cœli delicias suorum hinc calamitates adeo observat ut expirantem Stephanum per jactorum in eum lapidum acervum intueri voluerit^e, exclamaritq; cum Saul Christianum populum persequeretur, *Saule, Saule cur me persequeris*^f? quasi ipse, iique qui eum diligunt unum quid essent. At nunciis, ad Angelos, aut Gubernatores septem Ecclesiarum missis fat declarat, ^g se de quovis Christiano perinde sollicitum esse, ac cogitare, ac si de nulla aliâ re cogitaret: ipsius sublimitate amicitia ejusdem non minus familiaris nobis futura est, sed magis benefica: non dedignatur dicere etiam post suum in cœlum ascensum^h, *ecce ad ostium sto., & pulso, si quis audiat vocem meam, & ostium aperiat, veniam ad eum, cenabo cum eo & ipse mecum.* Idem ille Rex, in Parabola quæ ipsummet exhibet, fidelem quæ iemque servum hac amicâ salutatione excipit, ⁱ *Engeserve bone*; atque aliâ in parabola meminit quantâ familiaritate Dominus fideles vigiles servos remuneraturus sit, dum discipulis dicit *beatus ille servus, quem Dominus cum venerit, invenerit vigilantem: amen dico vobis, quod succinget se, jubebitque illum sedere, ut comedat, venietque & serviet ei*^k: quem quidem loquendi modum minus miraberis si tecum perpendas eum continere & parabolam, & hyperbolam, adeoque non esse stricto sensu sumendum. Familiariter egit ut in Evangelio habetur, Christus cum publicanis, & peccatoribus, adeo ut discipulorum etiam suorum pedes lavare non dedignaretur. Cum itaque tam familiarem se præbuerit iis etiam qui facile ipsius beneficiis abutebantur, nemini mirum videri debet si tam benevolè, familiariterque cum iis agat; qui jam ab omni levissimæ etiam offensæ periculo ipsâ statûs sui conditione securi sunt. Cave, *Lindamori*, me quidquam abs re facere putes quod tantâ sollicitudine gloriosissimi in Cœlo Servatoris beatitudinem tibi ob oculos ponam, sublimibusque Sacrorum Codicum phrasibus tibi demonstram *Solem justitiæ* non posse ampliùs ecclipsim pati: cum purrissimis splendescat radiis: *in cœlo enim*, ut Apostolus ait, ^l *videbimus Jesum, paulo, aut ad breve tempus, Βραχύτι, minorem* Angelis, quod mor-

c *Math.* 28.10. d *Luc.* 22.31.32. e *Act.* 7. f *Act.* 9.7. g *Apost.* 1.2. & 3. h *Rev.* 3.10. i *Math.* 25. k *Luc.* 12.37. l *Hebr.* 2.9.

tem passus fuerit, *gloriâ, & honore coronatum*. Suavius itaque futurum nobis est cœlum, quod ibi is regnet, qui pro nobis passus est & pro quo pariter, si quando illuc veniamus, multum passi fuerimus: Cum enim amor, ac reliquæ superstities ibi gratiæ in Cœlo perfectiores longè futuræ sint; beatitudo summa Salvatoris nostri pro ipso amoris nostri ardore ad nostra haud dubiè gaudia accessio quædam erit.

Præterea cum Regiæ nomine dignitatis quam ut Mediator possidet, Salutem illius sententiæ non minùs quam meritis debeamus, nova inde gaudii origo nobis erit. Necessè non est ut hîc tibi indicem quanti Amantes minima accepta ab Amatis suis munuscula faciunt, vitam putâ, capillum, armillam aut quidpiam ejusmodi; quæ quidem idcirco tantùm æstimare queunt quod ab ipsis ea acceperint: præcipuis interim naturæ, & fortunæ muneribus frivola hæc anteponunt: quanto igitur fœliciùs nobiscum, *Lindamori*, agetur, qui gaudia nostra ei accepta relaturi sumus, ei inquam adeo dilecto, ut cœlum nos magis beaturum sit sui in nos amoris argumentum, quam quâ ejusdem munificentiæ liberale donum: quemadmodum Sponsa multò pluris facit anulum pronubum à redamante Sponso sibi datum, quatenus is amoris pignus est quàm quatenus aurum & gemma est magni pretii. De Apostolis oppressis dictum^m est: *Gavisi sunt quod digni habiti essent pati pro nomine ejus*, at si meritò gauderent quod pro eo paterentur, quantò magis gaudebunt qui cum ipso regnant? Quòd nostros ipse tulerit labores, quibus ipsâ mortalitatis conditione obnoxii sumus, adeo nostrum alleviat onus, ut hoc sensu etiam verè dici possitⁿ *castigationem pacis nostræ fuisse super eum, & ipsius vulneribus sanatos nos esse*: Cujus autem crux adeo nobis benefica fuit, ejus haud dubiè corona utilior longè futura est, cum omnem servum fidelem invitet ut intret in *gaudium Domini sui*. Tantam nobis in quovis statu suo beatitudinem conferre Christus voluit, ut tum in cœlo, tum in terrâ aut gaudiis nos animet, aut dolorum nostrorum particeps futurus sit: unde aut miseras nostras passione suâ imminuit, aut beatitudinem fœlicitate suâ auget.

S E C T I O X X I I.

HAc, *Lindamori*, de Christi beatitudine dissertatione ne latum quidem unguem à Scopo digressus sum, cum de beatissimo eorum ibi statu qui illum diligunt, hîc agam. Nullâ igitur digressionis, quæ reipsâ nulla est, petitiâ veniâ, ulterius jam monendus es in Cœlo non senior tantùm fratrem Christum visuros nos, sed verosimiliter etiam amicos, & consanguineos, qui transectâ hîc conformiter virtuti vitâ ipsius

^m Mat. 5. 41. ⁿ Isa. 53. 5. ^o Math. 23.

moriendo gratiam promeriti sunt: Cum enim Christus dicat ^a *filios resurrectionis Angelis aequales fore*, qui tamen in visionibus Danielis, & Sancti Johannis sibi invicem noti videntur; quando quidem in parabola ^b divitis Heliuonis, & beatissimi illius Mendici, Pater fidelium videtur non tantum nosse Lazarum, & quo in statu sit, sed & præteritam ejusdem Historiam; atq; ipse etiam Gentilium Doctor conversos Thesalonicensis *futuros suam eo de coronam confidit* ^c, qui enim *multos ad justitiam converterint stellarum instar* teste Scriptura ^d *fulgebant*; cum, quod præcipue considerandum venit, cognitio intima particularium actionum, hominumque ad Divinæ extremo illo judicii die manifestationem justitiæ, sive in puniendo, sive in remunerando necessaria sit; cum inquam hæc præter alia quam plurima sacri codices argumenta subministrant; tutò hinc inferemus verosimillimum esse futurum ut in Cælo nos invicem ipsos noscamus, cum nihil ad nostram illic felicitatem deesse queat. Quin etiam, *Lindamori*, omnino ita censeo nostros in cælo amicos quasi obviam nobis factos latissimo illic, ut ita loquar, vultu nos excepturos. Cum enim Christus doceat ^e ipsos etiam Angelos non modo nobis non consanguineos sed ne ejusdem consortes naturæ, gaudere plurimum ac delectari peccatoris ad Deum conversione, cui mirum videatur, ibi ubi charitas teste Paulo ^f perfecta evadit, futurum ut carissimi nobis amici latentur plurimum non tantum quòd ad Deum incipiamus converti, sed quòd ad ipsum reipsa veniamus. Atque equidem non immeritò existimari mutuam nos congratulatione ab amicis excipiendos, quod per tot scopulos & præcellas, & malaciam sæpe non minus periculosam in cæli tandem portum, ubi innocentia, & voluptas, rarissimæ hinc comites, regnant, appulerimus. Atque virtutum in nobis tum, amicisque relucentium cognitio, necessaria futura est ut nos invicem noscamus: adeo enim immutandi sumus ut nec amicos, nec ipsi nos metipsum agniture finis ni cognitio plenior beatissimam illam mutationem comitaretur.

Amicos enim defunctos, quos extremum vidimus mortis horrore adeo nuper mutatos ac deformes, Christi astantes Throno, intuebimur: corporaque eorum quondam adeo vilia, at nunc in similitudinem gloriosi illius corporis transfigurata ^g: qui uni cum tota Cælesti Hierarchiâ immortalis Deo debitas persolvent laudes. Neque hic tibi *Lindamori*, suggeram majore nos, cum simul ibi convenerimus, perfundendos gaudio, quam perfusus fuit olim Jacobus cum in filium Josephum incidit, quem ubi diu mortuum desesset, summum magni Regis Ministrum tandem reperit: cum enim Patriarcha dixerit filio suo ^h *sine me no-*

^a Luc. 10. 36. ^b Luc. 6. ^c 1. Thess. 19. 20. ^d Dan. 2. ^e Luc. 15. 7. ^f 1. Corinth. 13. 6.
^g Phil. 3. 21. ^h Gen. 46. 30.

vi cum viderim faciem tuam ^b. Aspectus nostrorum in cœlo amicorum vitæ nos æternæ securos reddet : nostra enim cum iis illic conjunctio nullo tolli divortio poterit, ipsique animæ, corporisque unioni par prope futura est. Hic quidem ni nostrum imminuant amorem amici aut neglectu, aut aliter, adeo sæpe eos deperimus, ut Deus hæc nobis idola, & rivales suos præmaturâ subtrahere morte soleat. Sed illic majores utrinque perfectiones, non merebuntur tantum, sed & gignent arctiorem amicitiam: ipsâ enim Dei contemplatione, fruitioneque omnis noster in creaturas amor origine, & Scopis Divinus erit : ut animæ a virtute magnetica acus cum sibi invicem adhærescunt suam magneti unionem debent ad quem proinde violentiùs utraque, quàm ad se invicem propendet.

SECTIO XXIV.

Illuc verosimiliter intelligemus profunda illa religionis nostræ mysteria, quæ perspicacissima etiam hic ingenia minimè se capere agnoscunt; cum post tot exantlatos investigatione inuili labores dicere tandem cum Apostolo debeant: *ô altitudo!* Illic obscuriores Scripturarum locos intelligemus, quos nulli adhuc commentatores omnes sat illustrarunt: Illic observantes quàm mirè quadrent variæ Scripturæ partes variis temporibus, locis, personis, juxta omniscii authoris scopum perfectam ubique harmoniam agnoscemus, eos inter textus qui jam pugnare videntur, necessariamque fuisse eorum nunc obscuritatem tunc percipiemus: Peculiarem illum Scripturæ stylum quem non nisi summo labore conformem rationi comperimus, admirabilem tum suo dignum authore dicuri sumus: Illic ænigmata providentiæ, quorum difficilis solutio probos etiam viros dubios aliquando fecit, an Deus necne mundum regeret, luce clariùs meridianâ nobis exponentur. *Dubios* inquam probos viros fecit quod bonorum calamitates ab eo probari viderentur, qui scelestos interim prosperis rebus bearet: Illic nobis constabit apparentes omnes anomalias quas inconstanti Deæ cuiusdam Ethnici tribuebant, non divinæ tantum bonitati, justitiæque non repugnare, sed & ab iisdem emanare; quod perspicacioribus credere difficiliùs fortè fuerit, quàm renunciare vino, auro, & amasiæ, in cœlo tamen id ipsum credere tam rationi conforme erit quàm hæc captu difficile judicatur: ut enim Biddad loquitur apud Jobum, *ab heri tantum sumus, nec scimus quidquam; quia Dies nostri super terram sunt velut umbra*: cumque vitæ brevitate prohibeamur ne diu hic spectatores simus eorum quæ hoc in sublunari Orbe geruntur, minimè mirum si minus rectè de iis consiliis judicemus, quo-

^h Gen. 46. 30. ^a Rom. 11. 33. ^b Job 8. 9.

rum neque originem neque scopum intelligimus. Quod adhuc æquè ferè injurium est, ac si sublimem illum Poetam Senecam censuræ quis subjiceret cum unam tantùm Tragediæ partem cujus postremam partem nunquam vidisset, legisset. At cum divina semel in administratione mundi omnia potuerint consilia: frequentes Imperiorum ortus & occasus, familiarumque, ac hominum etiam privatorum clades, quæ homines adeo sollicitos habent, adeo tum justæ videbuntur, ut ea ipsa, quibus ad negandum Deum hic inducebamur, illic in illius laudes concitatura nos sint: suavissima, tum divinæ providentiæ contemplatione in extasim quodammodò rapiemur: sed maximo præterea gaudio perfundemur summoque incendemur affectu gratitudinis cum dignabitur Deus nobis aperire quas potissimum ob causas nos sæpe afflixerit, ostenderitque eas non justitiæ, tantùm, sed suæ etiam erga nos misericordiæ fuisse partus: neque enim graviùs ferit Deus, aut citiùs, quam occasio exigit. Servis suis itaque ostendet eorum se spes idcirco tantùm sæpe elusisse ut majora speratis bona ipsis procuraret. Omnes itaque intellectus nostri tenebras *æterna illius diei*, ut cum Petro ^c loquar dissipabit ortus.

Tum illarum omnium difficultatum solutio quibus fides hïc nostra exercebatur, & premebatur illius futura merces est. Fatebor hïc tibi ingenuè, *Lindamori*, quamvis hoc in homine nondum viginti & duos annos nato, sat insolitum quid videri possit, me studium Verbi Divini, providentiæq; tam arduum, & simul tam gratum arbitrari ut vcl ob dilucidam harum rerum intelligentiam, quamvis nulla alia secum afferret bona, desiderari à me cælum deberet; atque equidem ut tam abstrusa comprehenderem mysteria caducis omnibus vanisque voluptatibus facile renunciarem, quibus temerarii sæpe mortales seducuntur, ut pro his suam ad æternam hæreditatem jus sæpe dimittant.

SECTIO XXV.

NEque cum Sanctis tantùm, Angelisque familiariter agemus, sed cum eo ipso, qui nihil inde pauperior factus, creavit eos omnes, gloriæ fonte Deo. In Cælo Cæli conditorem intuebimur, & videbimus Deum sicuti est ^a qui ut Scriptura loquitur erit *tum omnia in omnibus* ^b: Eminentius enim omnia Creaturarum bona possidet quàm Sol scintillantem illam astrorum lucem.

Si quispiam non postremus ^c Philosophorum quærenti cur natus esset? respondit *ad Solem contemplantum*, si perspicacissimi Naturalistæ, licet obtusam intellectus humani aciem, quam aptè Aristoteles nocturæ sub me-

^c 2 Par 3.8.

^a 1. Joan 3.2. ^b 1. Cor. 15.28. ^c *Anaxagoras*.

ridiem comparat, pauca tantum sapientiæ, potestatis, & bonitatis vestigia in rebus creatis discernant, incredibili tamen delectatione ac stupore tam divini artificii operâ intueantur : si sapiens illa Regina quæ à tam remotis regionibus Salomonem invisura venit, obstupuit cum quâ quidque sapientiâ, quæ humana tantum erat, ageret aspexisset : Si Angeli ipsi, ut Petrus loquitur, ^d in ipsa Dei mysteria introspicere desiderant ut mysterium Redemptionis humanæ intelligant, quantis, *Lindamori*, inebriandi fumus deliciis ad ipsum Dei aspectum admissi in Cælo? cum præsertim futura nostra beatitudo præcipue posita sit in beatificâ, ut loquuntur Scholastici visione ^e, Christusque ipse Cœlestem nostram felicitatem hac ipsâ beatificâ visione describat ^f ubi dicit *beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt* : ut contra Apostolus privationem visionis beatificæ ut extremam miseriam exhibet ibi ubi cum hos ad quos scribit ut *pacem*, & *sanctitatem* sequerentur hortatus esset, ut illos ab exhortationis suæ neglectu deterreret, addit, *sine quâ nemo Deum videbit* ^g. Hac autem visione Angelorum etiam beatitudinem describere Christus videtur, ubi cum prohiberet ne quis parvulis in se credentibus Scandalo esset, ut vim dictis adderet, hæc verba subjungit, ^h *Angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in cælis est*.

Contemplatione, fruitioneque gloriosissimi illius objecti omnia finu suo bona complexi adeo rapiemur, ut per innumera etiam sæcula alia nulla re delectari possimus. Gaudia autem nostra illic tam plena futura sunt ut nihil illic quod velimus desideraturi simus, præter plures quibus Deo accinamus, linguas, majoresque semper ob accepta bona gratias ipsi agamus : atque hæc etiam desideria suâ ipse Deus acceptatione complebit. Quidquod desiderare ulterius quidpiam Sancti nequeant, cum desideria omnia sua Dei possessione quasi præpossideant : tempus illorum instar ignis, cum obvia omnia devorarit, mutabitur in æternitatem; quæ ejusmodi est, ut licet gaudia nostra postquam aliquot annorum myriadas ætatem quasi attigerint, nova tamen semper futura sint, hoc præcipue nomine quod finiri nequeant. In cælo beatitudo nostra eadem semper erit, semper nova ; fastidium enim oritur vel ex imperfectione objecti vel appetitus nostri : nulla autem hoc in objecto imperfectio esse potest : Atque extinguetur in cælo omnis ulterioris boni appetitus : ubi tanta futura est beatitudo nostra ut nulla eam varietate jucundiozem reddere necesse sit. Si quæ autem gaudiorum in Cælo varietas adsit, ea in ulteriore Dei cognitione posita erit ; quæ plurimum delectabit instar variantium in collo Columbæ colorum, aut scintillantantis adamantis refractionum. Tam varia ut ita loquar in Deo *Identitas* est, ut ipsius fruitio, & impleat desideria nostra & nova generet;

^d 1. Pet. 1. 12. ^e 1. Joan. 3. 2. ^f Mat. 5. 8. ^g Hebr. 12. 4. ^h Mat. 18. 10.

quæ nec fatient nos, nec inquietos reddant. Aliæ voluptates, vestium instar, quasi deteruntur, atque evanescent subito, cum cœlestes deliciae, instar Judæorum in deserto vestium^a, ipso usu fruitioneque non pereunt: ut enim excitata magnete acus, magneti semel juncta eum nunquam nisi vi deferit, sed post multa secula ei non minus arcte adhæret quàm primo unionis momento, ita Sancti in Cœlo, sui cum Deo unionem non magis imminuta sua hauriunt gaudia, quàm si quodlibet momentum possessionis primum foret: Et si illorum beatitudo ipsa duratione non angeatur id inde oritur quòd nulla ad eam accessio fieri possit: Aut si quæ reipsâ accessio fiat, hinc fiet quòd totâ Deum æternitate celebraturi simus, & amaturi, nec ulla passuri unquam mala, nec acturi. In cœlo, ut verbo dicam, gaudia nostra innumera futura sunt, atque adeo immensa, ut ipsa iis gustandis æternitas necessaria sit, & par tantùm.

SECTIO XXVI.

Sed, *Lindamori*; non statueram peculiarem quamdam Cœlestis *Canaan* exhibere tibi topographiam, sed tantùm paucis tibi ostendere: *terram esse lacte & melle finentem*, & quamvis obscurè admodum & poeticè interdum potiùs quàm chorographicè, *hereditatem sanctorum in lumine*, ut loquitur^a Apostolus, descripserim; cum tamen perquam utile sit nostra hic accuere desideria, ipsa enim cœlestium fructio voluptatum in cœlo tantùm nos manet, cumque revelata à Deo de Paradiso obedientiam potius excitent, quam curiositati nostrâ satisfaciant; his conformiter scopis cœlestem qualemcumque proposui Topographiam, meis quidem parem viribus sed cœlo ipso longè inferiorem.

Hanc tantùm h cœternæ beatitudinis proprietatem commemorabo, quòd multitudo fruendum nihil de privati cujusque portione detrahat, nec minùs uniuscujusque hæc felicitas sit, quòd omnium, & ad omnes pertineat; cum tam immensa sit hæc felicitas ut nec à Sanctis nec ab Angelis omnibus exhaustiri possit; ut nec ejus inter illos communitas impedit quin singuli totam ut sibi propriam possideant: tam enim fieri nequit ut finita infinitum exhauriant, quàm ut maximus punctorum mathematicorum numerus corpus constituant. Vicinæ gentes luminis, solari beneficio æquè ac nos fruuntur, non minore tamen fruimur luce, quam si nullâ ipsi fruereutur: discrimen intercedere fateor, solem inter justitiæ, & solem cœli, quòd cum hic præsentia suâ cæteris astris tenebras obducatur, ille licet longè splendidior, Sanctis suis fulgore circumdatus sit; juxta illud Apostoli^b: cum *Christus qui est vita nostra appa-*

^a Deut. 32. 5. ^a Col. 1. 32. ^b Col. 3. 4.

ruerit, tunc apparebimus & nos cum eo in gloriâ. Quare electi, si cum sole comparatio instituat, non erunt instar stellarum, quæ solis ortu evanescent, sed politi instar argenti, aut fulgentium armorum, vel majorum Globorum ex ære deauratorum, quibus fastigia templorum interdum decorantur, qui non lucent, nisi lux in eos prius incidat: unde suum omnem fulgorem solis radiis debent; *ego dilecto, & dilectus meus mihi*, Redemptori suo dicit ^c cum Sponsâ Canticorum quivis Sanctus. Propheta Regius dicit ^d de iis qui Deo fidunt, futurum ut *hos Deus saturaret plenitudine domus sue, jubeatque potare de fluvio voluptatum*, quasi insinuare vellet, cum multi de eodem fluvio bibunt, à nullo eum ex hauriri posse: de quo proinde quis bibere poterit, quantum voluerit, perinde ac si solus de eo biberet. Quisquis igitur fruitur Deo, toto fruitur, aut si toto non fruitur id immensitate tantum objecti, non rivalium præpossessione contingit. Angeli licet diversæ à nostrâ naturæ, nostrarumque infirmitatum nescii, & inexperti, quadam tamen nobiscum sympathiâ adeo coalescunt ut conversione peccatoris plurimum latentur ^e: Quamvis autem toto cælo distent incolæ triumphantis, ac militantis Ecclesiæ, magis adhuc conditione, statuque quam loco: Paulus tamen ^e unam eos tantum in Cælo & in terra conflare familiam vult. Si igitur locorum distantia, conditionumque discrepantia impedire jam nequeant, ne qui Deum diligunt, se invicem ament, deque suis mutuo rebus solliciti sint: quanto ardentior, profusiorque eorum futurus est amor, cum & perfectus is in cælo fuerit, omnesque aderunt ex gratiæ quæ ipsum fovere possunt? Idem enim Apostolus ut doceat nos quanta sit unio Christum inter & Sanctos, Sanctosque etiam inter invicem, ait ipsum esse caput, eosque esse membra, & corpus ^f: unde infert, ut ipsius verbis *utatur, si membrum unum patitur, omnia membra compatiuntur ei, si unum membrum honoratur omnia membra letantur.* Cum enim, *Lindamori*, in beatissimo eo statu voluntates nostræ illius omnino voluntati conformes sint, nullus Sanctorum aut Angelorum amari ab eo potest à nobis non amatus: cumque perfecta amicitia adversam, prosperamque fortunam communem faciat (ut *Barzillai* plurimum se Davidi debere censuit ob ipsius in filium suum, benevolentiam) cujuslibet in cælo beatitudo nostra quodammodo futura est. Ut Astronomi docent terram solis radiis ab astris, lunâque in illam reflexis illustrari. Et quia tot ipsi gaudiorum capaces futuri vix sumus, mirabili quadam amicitia Metamorphosi, ac Arithmetica multiplicamur quodammodo pro numero Angelorum & Hominum beatorum in cælo: nostra enim cum capite communio, reliquisque Sanctis unio communem omnium beatitudinem privati cujusque propriam facit: amicâ enim mutuâque sympathiâ ut omnes nostra ita nos omnium gaudia sentimus. Sed dum de Beatorum in Cælo


^c Cant. 6.3. ^d Ps. 36.6. ^e Luc 15.7. ^e Eph. 3.15. ^f 1. Cor. 12.

foelicitate, *Lindamori*, ego, tempus illud quod negotiis ut tibi scriberem; suffuratus eram, elabitur: Quare ne tibi molestus sim & vocantibus aliò negotiis desim, huic Epistolæ finem imponam: fortè tamen aliquando de naturâ, officiisque *Seraphici* hujus *Amoris*, ad quem quibusdam te stimulis incitare conatus sum, pluribus tecum alias differuero: quibus addere postremò possem nostrum in creaturas amorem esse arrham, in Deum verò esse jus quoddam: altero nos objecta evadimus, altero objectum nostrum fit. Cum itaque amor noster amantem in objectum ipsum quodammodo mutet, attentius omnino considerare nos par est quid potissimum amemus; quòd amore nostro natura nostra nobilis aut ignobilis evadat, juxta objecti quòd diligimus dignitatem, aut vilitatem.

Superioribus ad amorem Seraphicum stimulis superaddere alios non paucos possem: sed de his in tractatu de divini amoris proprietatibus, ad quem nullis potentiùs incitari stimulis possumus, quam ipsâ objecti ipsius naturâ. Cum itaque ut superius indicavi verear ne tuâ abutar patientiâ, cumque negotia mea crastino die ad Tusculanum meum occidentale me revocent, plura nunc scribere superfedebò. Tibi tantùm velim persuadeas, quòd, ut tuo respondere amori valerem, eò collimaverim ut summum tibi bonum procurarem, dum te ad Dei amorem alligere conatus sum, ut purissimo Beatæ Mentis gaudio quondam perfunderis; quòd solum non cedit voluptati: quâ sibi gratularetur, si tibi hac in re aliquatenus utilis esse posset,

Ex Lectio sexto
Augusti 1648.

Tibi, dilectissime Lindamori, addictissimus,
ROBERTUS BOYLE.




ADMONITIO.



VM quarta hæc editio absoluta pæne foret, contigit, ut pius ingeniosusque Authoris Amicus inter varias ejusdem de rebus obviis meditationes, in hanc sequentem meditationem incideret. Is ubi animadvertit illius argumentum idem fere esse cum eo de quo obiter tantum in paginâ sextâ; ubi quam Divinis impares laudibus homines sint, ostendo, voluit omnino ut meditationem hanc, que ipsi placuerat tractatui subjungeretur: quamvis contra opponerem & eam vel ob ipsam argumenti sublimitatem necessario, esse minus accuratam, & quòd sibi tantum, non aliis eam author scripserit.

MEDI-



MEDITATIO

Quadam super

EPISTOLA SCRIPTA,

Mense Aprili 1662.

Complexâ eorum descriptionem quæ ipso Regiæ Coronationis die in oppido quodam gesta sunt.



NECESSÉ non est, *Pyrocles*, posteaquam hæc jam legerimus, ut tibi hîc dicam hujusce Epistolæ Scriptorem omnino non humiliter sentire & de iis quæ de Rege dixit, & quæ ad solennitatem ejusdem Coronationis con. ulit. Ex ipso enim Scribendi modo liquet vel eum præmium à Rege diligentia suæ expectare, vel sperare sui in publico Mercurio faciendam esse mentionem: neque enim fortè vir hic solus ita censet: cum enim præfectus sub Domino suo sit, primarius inter paræcianos suos habetur, suiq; fortè irrisores spernit, aut irridet. Ego tamen, & tu *Lindamori*, qui Aulicos nos nō profitemur, ea detegimus in rurali ejus encomio methodoq; sat ineptâ laudandi Principis & quæ corrigi poterant, & quæ risu excipienda sunt. Quare si Rex ipse pro innatâ sibi bonitate, his arrideret, id rerum gestarum cum occasione ipsâ congruitati imputandum non foret, sed animo potius hominis, ruditerque expresso amoris, fideique, quâ Rex delectaretur. Neque Critici tantum qui magnificentissimarum solennitatum, eloquentissimarumque Orationum quibus præcipuæ Regni Civitates suo hac in re officio satisfacere oculati, & auriti testes fuere, neque assidui tantum Aulici, qui quibus Magnates honorandi modis sint, melius norunt, neque inquam ii tantum de rurali hoc Panegyrico ceremoniosæ antiquis, quæ populis centum miliaribus ab urbe Londinensi distans adeo placuerunt, sed & hic etiam qui ruralem degit vitam, si in aulâ aliquamdiu foret, tantum interea quæ ipsemet fecit, & quæ ab homine

homine politiore fieri poterant, discrimen reperiret, ut tum puderet eorum quæ tantopere jam admiratur.

Atque fateri me hîc, *Pyrocles*, oportet, non rarò me alium in Scopum animo voluisse quid sentiant Angeli de encomiis Deo ab homine tributis, de iis autem nihil dico quæ Scriptura suggerit; de encomiis inquam Deo ab homine tributis quæ homines sæpe adeo laudant, & nos ipsi miramur. Multa enim Angelos ad celebrandas Dei laudes juvant quibus nos mortales caremus: primò enim inordinatos nullos patientur affectus, quibus prohibemur ne excellentiam Divinorum Attributorum observemus, aut agnoscamus: dein cum nullis obnoxii sint peccatis, de divinâ nunquam conqueruntur justitia: Tertio, omni ingrati animi vitio prorsus carent, neque moventur unquam ad Divinam sapientiam non adorandam ne rei viderentur quòd de divina liberalitate minùs congrua sentirent: atque haud dubie vitæ immortalis beneficio, Divinæ providentiæ Mysteria longè plura, & distinctius intelligunt, quam nos mortales intricatos tragicædiarum accuratissimè scripturarum nodos intelligamus: Præterea Beatissimi illi Spiritus, de quibus Scriptura ait quòd stent ante Deum, & continuè videant faciem ejus, hujus privilegii beneficio multiplicem in Deo detegunt excellentiam, de qua nisi experientiâ edòcti ne cogitare quidem poterant; atque dum sollemnes audiant laudes, dumque sollemnes aliorum Angelorum intuentur adorationes, animadvertunt Deum peculiari quopiam honorari modo, qui nostrum longe transcendat. Denique cum mecum ipse perpendo quàm minùs Deo indigna idem cogitet, virilem jam assecutus ætatem, & dum puer adhuc esset, & quàm multa in humano corpore peritus Philosophus & Anatomicus discernat, quæ Philosophiæ, Anatomiciæque necicii distinguere nequeunt; cum hæc inquam mihi objicio, dubiamque humani intellectus lucem, clarissimo Angelorum lumini comparo, omnino mihi persuadeo cum & propius ad Deum accedant, propiusque illius perfectiones contemplantur, perspicariorque præditi sint intellectu, longè eos aliter quam nos de Divinis Attributis sentire, qui obtusæ adeo mentis sumus, tantoque sejuncti intervallo ab eo loco, ubi divinæ perfectiones maximè resplendescunt.

Hinc itaque, *Pyrocles*, contingit ut beatissimi illi Spiritus longè sublimiora quàm nos de Deo sentire, & cogitare possint. Quamvis autem nostra Dei encomia ab Angelis contemni non putem, eodem haud dubie modo ea intuentur quo magna & matura jam ingenia suos dum adhuc juniores lapsus, gesta que respiciunt quoque nos ipsi Angelorum societati ascripti in facta hîc à nobis retroaspecturi sumus. Quin etiam, *Pyrocles*, Dei laus perenne, perpetuumque debitum est, quo nunquam ex-

Solvemur, tum quia novis quamdiu sumus Dei beneficiis cumulabimur; tum quia quamvis solvi ipsa tota summa possit, par acceptis bonis pretium reperire nullum possumus. Quidam, fatcor, hoc de argumento longè plura, quàm alii edisserunt, de hoc inquam argumento, de quo nemo unquam satis, quod *justorum Spiritus perfecti jam facti* ^b, perfectè tantùm celebrare queant. Fortè etiam ob laudatum Deum, ab hominibus imò ab ipsis Oratoribus & Panegyristis nos ipsimet laudamur. Quamvis autem existimem futurum nunquam, ut quis pares se Deo laudes accipere posse credat, fortasse tamen ipso conatus nostri ardore, hominumque applausu fieri poterit ut paria nos argumento scripsisse cogitemus; quasi, quòd alia hìc non pauca nimiam commendemus, Deum quoque laudare nimium possemus. Sed quantum, Deus immortalis, decipimur! cum quantacunque demum eloquentià nihil nisi nostras ipsorum ideas exprimamus, quæ perfectionibus infinitis impares profus sunt. Quidquòd, cum omnem eloquentiæ artem adhibuerimus, cum altissimam rerum ideam nobis finxerimus, cum quicquid in creaturis præstantissimum est, collegerimus, cum inaccessiblei *etiam luce* quam is quem adoramus, *inhabitat* ^c, circumfulgentes supra anni, solisque vias resque metipfos everti fuerimus; tum etiam inquam, cæ ipsa locutiones quæ aliter applicatæ Hyperbolæ forent, nostram tantùm exprimerent pietatem, non Divinum ipsius objectum; & declararent potiùs quantum ipsum honoremus, quàm quid verè ipse sit. Atque re ipsa, quid infinita perfectio mereatur, nemo nisi infinitè perfectus eloqui potest: & quocumque zelo, & artificio Deum laudemus injuriam ipsi facimus, si nostris ejus meritum laudibus æquare nos posse credamus.

Non tamen idcirco, *Pyrocles*, à laudando Deo abstinendum nobis est: beatissimæ enim *ille mentes quæ sequuntur agnum quocumque ierit* ^d, ipsam quâ fruuntur beatam æternitatem ei laudando impendunt, qui eos civitate hæc Cœlesti donavit, in quâ nullum nisi sanctum officium est. Hicque quamvis non æquemus, imitamur Angelos divinis excomiis: Idem ergo exercemus officium, non eodem artificio, peritiâque. Quin etiam Cælum ipsum finitas creaturarum vires non supplet; quare cœlestium etiam Spirituum laudes, dum Deum celebrant, etiam veniã, licet nullus illic peccato locus sit, egere poterunt; quas sola suâ bonitate acceptat Deus, cum inde nascantur quòd ipsius participes gloriæ sint.

Quidquòd in Extaticâ Isaïæ Prophetæ visione ^e sibi invicem in Dei laudem acclamantes Seraphini, facies suas alis cooperiunt. At, *Pyrocles*, quòd digna Deo, ut superius dicebam, eloqui nequeamus, turbare nos nimis debet, cum obsequium ei præstemus, cujus Louitas non minus quàm reliquiã ejusdem attributa omni laude superior est: qui creavit nos ipsam

^b Hebr. 10. c. 1. Tim. 6. 16. ^d Rev. 14. ^e Isa. 6. 2.

39

creaturæ conditionem nobis non imputabit; cum enim declaraverit ore Apostoli voluntatem pro facto reputari^f; quod dignè Deum laudare nequeamus, gaudere potiùs nos par est, cum infinitum nos inter, eumque discrimen infinitas ejusdem perfectiones indicet, quem nostris etiam laudibus, tanta ipsius bonitas est, nobis conciliamus: Celsitudinem namq; patris sui ægrè nemo ferret, si certò ipsi constaret hac paternam non esse imminuendam amicitiam: optabilius enim est non posse nos dignas ei persolvere laudes, à quo beatitatem nostram expectamus, quàm sperare ab eo fœlicitatem nostram quo digna eloqui possimus.

Denique, *Pyrocles*, cum Deus in Scripturis dicatur ^g *gloriosus, exaltatus supra omnem laudem*, quamvis ut cum Paulo loquar^{*}, linguis hominum & Angelorum loquerer, nihil, utpote creatura, divinis par perfectionibus eloqui possem: cumque Deus dicat de nobis hominibus, ^h *qui offert laudem, glorificat me*, nostraque quantumvis emineat, acceptare dona velit, debitas, licet impares, ei persolvere laudes non desinam, cum longè minus quàm mereatur acceptare à me non dedignetur. Sed dum eum laudo, hoc argumentum ipsis etiam eloquentiæ viribus majus longè profitebor.

^f 2. Cor. 8. 12.

^g Nehem. 9. 5.

^{*} 1. Cor. 13. 1.

^h Ps. 50. 23.

F I N I S.

EXCELLENTIA
THEOLOGIÆ

CVM

NATVRALI PHILOSOPHIA

(Prout utraque Hominum Studiis objecta proponitur)

Comparatæ,

In Epistolâ ad Amicum datâ, discussa.

Authore

ROBERTO BOYLE,

NOBILI ANGLO, SOCIETATIS REGIÆ SOCIO.

Felicitatem Philosophi quarunt ; Theologi inveniunt ; Soli Religiosi possident.



GENEVÆ,

Apud SAMUELEM DE TOURNES.

M. DC. XCVI.




EDITORIS MONITIO AD LECTOREM.



OST QUAM Lectorem præmonero, sequentem Dissertationem A.D.1665. elaboratam fuisse, dum Eiusdem Author ad Pestem magnam, Londini tunc temporis grassantem, devitandam, cum aliis plerisque rus proficisci, & frequenter huc illuc commutare cogebatur, Librorum suorum satellitio ut plurimum destitutus; nil mirum, credo, videbitur, si in rerum quarundam, ab aliis Scriptoribus decerptarum, recensione, prout memoria sua illas suggesserit, ipsamet Loca, ad quæ relatio habetur, præcise in margine non apponeretur. Quo etiam nomine, mirari nemo debet, nuperas quasdam Inventiones atque Libros, quos ex usu fuisset, tanquam quibusdam Diatribes suæ partibus affines, animadvertisse, ab illo prætermittæ esse, cum res tales quæ omitti videntur, recentius in mundum prodierint, quàm ut ei potuerint, quãdo scribebat, innotuisse. Si quis autem quærat, cur ergo Dissertatio tamdiu ante absoluta, non citius lucem aspexerit? Respondeo, Lectorem monendo, summum ejus Interesse pro studii illius, quod depretiare videtur, compendio, atque quæstu, in causâ fuisse, quòd Chartulæ hæc tamdiu apud Dominum suum delituerint. Per annos enim nonnullos, virorum quorundam, etiam magnæ apud eum Authoritatis, efflagitationibus restitit, Discursum sequentem suppressum, dum metus erat, ne ab Experimentalis Philosophiæ Hostibus, eò temporis adversus illam debacchantibus, malè applicaretur; ideoque, Chartas has non permisit foràs prorepere, donec plurium, etiam eminentium, in partibus Transmarinis Eruditorum Virorum Literæ atque Elocutionia, unà cum eorum votis in Societatem Regiam cooptari, palam fecissent Existimationem famamque ejus ne tantillum quidem Labis accepisset, nec verisimiliter in posterum accepturam, ex hominum quorundam vel invidorum, vel saltem malè informatorum conatibus. Cui etiam rationi promantissa subnecti debet animus Authoris à Tractatùs, tam inusitatæ indolis, excusatione paulò averfior, quã etiam de causâ, inter alias, nomen suum præfigi declinaverit: Tametsi, excuso jam Libro, causa subsit verendi, non diu fore quòd celaretur; cum hic in marginales quasdam relationes, ad Tractatum suorum alios habitas, incidat, quas (cum Chartæ diu fuerint sepositæ) oblitus est, solummodo in privatum ejus usum fuisse descriptas, ac proinde in publicum prodire non debuisse.

AVTHORIS PRÆFATIO.



AVD ita ignarus sum huius ætatis genii, necnon & Eorum In-
dolis, qui Tractatus sequentis ex verisimili Lectores esse queant,
quin facile præviderem, nonnullos probabiliter sciscitatu-
ros, Quæ de Causâ huius naturæ Dissertatio unquam omnino scriberetur non-
nullos etiam stomachatu-
ros, quod à me scripta sit.

Qui scire velint, quid me potissimum impulerit calamum meum
huic Argumento intingere, is maximâ ex parte in Ipsâ Epistolâ satisfactum esse
potest, videlicet, in variis ejusdem locis, præcipue circa Exordium & circa Fi-
nem, ubi hortamenta ad scribendum incitantia abunde declarantur. Quævis au-
tem quamplurima ex istis rebus viro illi (ad quem Epistola missa est) peculiariter
applicite & (si ita loqui liceat) appropriata sint; ea tamen vilitas atque depretia-
tio studiorum Theologicorum, à qua dissuadere satago, minimè est ejus solus crimen,
sed adeo apud plures alios, aliter Ingeniosos homines nunc dierum in valescit, potissi-
mum Medicinæ addictos, ut oprandum esset, sequentem discursum minus tempesti-
vum fore, quam, vereor, reapse sit.

Nullus autem dubito quin Lectores aliquot, qui huius Ingenii Tractatum nec
non necessarium nec inutilem judicarent, minus tamen oblectarentur, quod ab eo scri-
beretur, Cujus conamina Physica gratanter excepta, id committere debere existi-
mant, ut totum ejus Tempus in Physiologiâ illâ excolendâ insumeretur, cuius tamen
prærogativam atque præcellentiam, quam jure merito, præ cæteris omnibus rei lite-
rariæ Studiis, sibi vindicare posse autumant, hæc Epistolâ imminuere satagit.

Sentio equidem, quanto cum favore, quantâque gratiâ Charta Philosophicæ, hæ-
ctenus à me divulgatæ, a Curiosis fuerint excepta; quos tamen spero haud ægrè latur-
os, si representavero, me nec Prælectorem esse neque Professore in Physicis, nec
unquam me pollicitatione quavis Publico obstrinxisse, non alii cuius Argumento
calamum immiscere: Et reverâ abludit à ratione, ut quicquid à me vel jam scrip-
tum vel de futuro scribendum sit, ad aliorum curiositatem gratis andâ, propriâ me
libertate defraudans, uni solum Argumento agglutinaret: potissimum, cum non de-
sint viri alii, etiam summi apud me æstimati summi, æq; gratiæ, qui emulum jus se habere
autumant, ad me in huiusmodi Tractatum, qualem nunc eâi postulant, elucubrati-
onem sollicitandum, ac habent Eruditi ad Diatribas Physicas à me exposcendas. Et
quanquam non me latet, sequentem (particulatim) Dissertationem, quæ Physiologia
studium vilipendere videtur, primâ fronte minus idoneam apparere, quàm quæ ab
Homine scriberetur, qui alibi in suis operibus de Excellentia & utilitate ejus stu-
diò disputavit. Fateor tamen, re attentius perspectâ me imparem planè fore, Eorum
rationibus vel rejiciendis vel refragandis, qui contrâ sentiunt.

Primò etenim, conditio mea, necnon & quòd laicus sum, (ut loquuntur) pro cir-
cumstantiis Amicioribus reputantur, quæque Authori istiusmodi Argumentum, qua-
le

AUTHORIS PRÆFATIO.

*te jam ipse ventilari, tractaturo, compendia quadam esse valent. Nil opus est re-
sunciare, quoad Libros Theologicos in genere, observatum esse, eos à Laicis, & potif-
sumum Generosis, conscriptos (caeteris paribus) majori pretio habitos, magisque effi-
caces fuisse, quam qui ab Ecclesiasticis elaborantur. Et reverà nil mirum videri de-
bet, si suaves ad Pietatem, & dehortamenta à vitiis, cupiditatibus, & Vanitate
hujus mundi, plus plurimum valeant, vel eo ipso nomine, quòd ab hominibus urgean-
tur qui ansam habent, quam tamen minimè arripiunt, voluptatibus iis copiosius fru-
endi, à quibus alios dissuadere satagunt. Porro, (ut rem presentè propius attingam)
tamen si non ausim, cum egregio quodam Theologo, asserere, Quicquid è suggesto con-
sionatorio sonat apud plerosque pro Stultitia Prædicationis reputatum iri; non
est tamen inficiandum, caeteris circumstantiis pari passu ambulantibus, aptissimum
eum esse ad Theologiam commendandam, cujus Professio Theologia non sit. Quid quòd
singularis, pene cujuscunque studii, ac proinde Theologici, famam & existimationem
promovere potest, illud ab iis hominibus laudatum caeterisque antepositum, quorum
conditio, vitæque ratio, à peculiari aliquo munere in Rep. Literaria eos eximens,
illecebras usitatas præripit huic vel illi studiorum generi indulgentius savendi;
quòd tamen alii quasi jure merito obstringantur excolere, vel quòd Ars ipsorum sit,
vel interesse suum eo tendat, vel ab utroque tale quid expectetur; cum alterius census Ge-
nerosi, istis præjudiciis immunes, illud commendare obligentur, quòd reverà diligant
& magnifaciant.*

*Sed aliud est quòd ostendere videtur magis convenire Authori hujus libri quam
alii de simili subjecto differere. Qui enim ex Professo Theologi sunt iis studiis intenti
creduntur, quæ ut sublimioris natura, ita & à rerum corporalium investigatione
aliena esse supponuntur: cum nullum genus hominum doctorum sit, quòd alia-
rum scientiarum studiosos magis despiciat, quam moderni nostri Physici, utpote qui
Excellentiæ scientiæ quam colunt probe sibi consci sunt, verendum est, ne quæ de
præminentia Theologiæ supra Physiologiam, à prædicatoribus dici possent (imo quæ
studium posterioris, vel, ut præparatorium, aut minus necessarium existimant)
ab aliis rejiciantur ut sententia Judicis non solum alterius fori, sed & parti con-
traria addicti; & dicatur eos emolumenta quæ ex creaturarum investigatione pro-
venienti, eodem modo quo voluptates quæ ex earum usu oriuntur despicere, non ob
aliam rationem quam quòd iis frui ipsis non licuerit.*

*Sed hac contra authorem nullum locum habere possunt: ille enim Naturæ studio ex
professo incubuit, & illius investigatione nec inutili nec defunctoriâ ostendit se non
mediocrem voluptatem ex ea capere. Quædam etiam satis satie inveniunt, & ob ea
ab Eruditis non modicis laudibus extolli illi contigit. Nec à re alienum erit addere,
Philosophiæ naturalis amatoribus minus ingratum fortasse fore, reperire eam in hoc
Tractatu, Theologiæ, si non ancillam, tamen inferioris orâinis Matrônâ stanti ab ho-
mine, qui cum id asserit, scientiam naturalem omni studio colere perseverat. Sic ut
quantum ejus exemplo fieri potest apparebit, ut ex una parte non necesse esse homi-
nem, earum rerum quas ex libro Creaturarum edocemur, ignarum esse, aut volupta-
tis quæ ex iis oritur incapacem, quòd ea quæ ex Sacris Scripturis discere possumus
eis longe anteponat, ita ex aliâ, Sacrarum Scripturarum præminentiam, cum libri*

AUTHORIS PRÆFATIO.

Natura sermo honore & assiduo studio optime consistere posse.


Si verò quis hic objiciat, quædam loca hujus tractatus (quæ tamen pauca fore spero) studio rerum naturalium contraria, aut minus æqua videri, eisi causari potest quam difficile sit hominibus duo studia inter se comparando, quæ utraq; magnopere diligat, ita ex æquo de iis decernere, ut neuri injuriam faciat: Tamen satius duco respondere, non sine ratione sperandum esse in hujus generis Dissertationibus, æquum Lectorem, non quid dicatur, sed qua occasione, & quo consilio singula dicta sint consideraturum. Et ex serie hujus Tractatus apparet Physophilum (ad quem potissimum sermo meus spectat,) non solum ut Natura additum, sed à S. Scriptura studio aversum esse, à me supponi. Ideoque cum eo, ut æquo fædore agere non potui, sed secundum consilium hoc in casu à Sapientibus datum, Ramus, ut cum Aristotele loquar, recurvus in contrarium deflectendus erat, ut in rectam posituram reduceretur, idcirco necessum fuit Naturæ studium plus æquo deprimere, ut Hyperbolicum ejusæm estimatorem in judicii æquilibrium deducerem, utque facilius cogitationes meas Ipsi insinuarem, indulsi mihi veniam contemptum Peripateticæ & vulgariæ Philosophiæ in partes meas vocandi, in clausulis nonnullis negligentius subinde de Lila loquens, quam pro usitatâ indole mihi est in more, aut quam, nisi tali ancâ summistratâ, aliter fecissem, ut hujusmodi opinionum ejus Indulgentiâ occasionem caperem liberius inde cum illo argumentandi.

Sed ut ad Hortamenta redeam, jam allegata, quæ me induxerint, ut Chartas hæc publici juris facerem, tametsi non omnia illa recensui, universa tamen vel conjunctis viribus vix tanti fuissent apud me, nisi superpondium aliquod accessisset ex iusta indignatione à me conceptâ, cum viros, vel sagaces solertesque, illud scientiæ genus parvi facere adverterim, quod Homines, quæ sustollit, quæ beat maximè; necnon & nobilissimas sapientissimasque intellectus nostri operationes, pro imbecillitatis ejus Symbolis respicere.

Non est, quod expettem, quicquid dici potest, nedum quod ipse in presenti Tractatu jam dixi, illos in sententiam meam tracturum, qui Profelyti non esse firmiter statuerunt; quique maluerint præclarissimis scientiæ generibus se privari, quam concedere clariorẽ quamque eruditionem dari, quam cujus Ipsi participes sunt ac domini. Non tamen enim despondeo, quin, quod hic preposuerim, Sacrarum Veritatum æstinium in iis consinet, qui jam justam eorundem venerationem imbibebunt, aliosque itidem præmunit, ne ab iniquis, etiam si nonnunquam solertibus, eorum insinuationibus seducantur illud scientiæ genus minoris facere, quod cum in se Tractantissimum, tum ad Hominum Fœlicitatem facit, quam quod maximè. Hocq; propter minus mihi displicet, chartas hæc in molera longè majorem excrocisse, quam vel Epistole tenor requireret, vel Ipse primò designassem. Fateor etenim, quod oblatâ ad scribendum ansâ, ut in statu valde irrequieto deprehenderer, (quod vereor, ne scriptiõnem per totum affecerit) ita longè abfuit ab instituto argumento huic tam diu inhaesisse; Verùm rebus novis sub calamo oborientibus (si ita loqui liceat) contentus fui locum iis in Chartis meis concedere; eò quod tam mei ipsius, quam Amici ergò, ut satis utriusque factum sit, conscribens, non abs re fore existimavi, ante utriusq; oculos considerationes illas ponere, quæ apud me pariter atque illum divinarum Veritatum

AUTHORIS PRÆFATIO.

*ritatum Prærogativam atque eminentiam (præ Physicis) stabiliant, necnon & me-
ipsum in earum æstimo insuper corroborent. Tameſi verò ingenuè fatear, ſequen-
tem Diſſertationem, quæ aliud quàm ratiocinia, comprehendere, ideoque ejuſdem
telam minus uniformem audire; illud tamen, ſpero, non ineptum exiſtimabitur in
diſcurſu tali, qui non ad Evincendum modò ſed & ad Perſuadendum deſignatus
eſt : Quem ſcopum ſi feliciter attingerim, ſpero futurum, ut nec Lectorem tædii in
Legendo, nec me opere in Scribendo unquam penituerit.*



INTRODUCTIO.

DOMINE,

Sperasſem equidem Me meliùs Tibi notum eſſe , quàm ut reapse dubites
quin colloquium illud, quo doctiſſimus Amicus tuus nos ambos heſternâ nocte
excepit, mihi placuerit. Quid quòd & Quæſitum tuum magis adhuc me inquiet-
tat, quòd tuus ſciſcitandi modus, Quouſq; Amici conſabulatio illa calculum
meum obtineret? verendi cauſam ſubminiſtrat, plus eam Tibi, quàm pro vo-
tis meis arriſſiſſe. Priuſquam verò iudicium meum de diſcurſibus iis (circa
quos id requiris) tutò ferre poſſum, monere par eſt , eos nec de uno ſolùm
argumento inſtitutos, nec ejuſdem Indolis , fuiſſe. Quod ad me, addictior
ſum illi, quàm ut citra vel minimam reſtantiam non agnoſcerem, eum in-
genii plurimum oſtendere ſolere, cùm tanquam Phycus, de rebus pure Phy-
ſicis ediſſerit, cumque à vero ſtat rariſſimè Cauſæ bonæ ſuâ tractandi metho-
do præjudicari aut officere ſolet. Quod verò ad clauſulas illas, quibus licen-
tiam Tibi indulſit, Doctiſſimum Dominum N. ſugillandi, eâ tantùm de cauſâ,
quòd Doctor ille tam Theologica quàm Phycica Studia excoleret ; quodque
hæud rarò Libros Religioſos legat ; nonnunquam etiam & ſcribat , non ſum
adeo ipſi Suffenus ut calculum meum apponere obtendam. Verum eſt, illum
non negaſſe, Doctorem fuiſſe hominem quæ doctum, quæ ſagacem, ſapientiſſi-
mâ Dei Providentiâ ita ordinante, ut ad audacia quorundam ora obſtruen-
da, qui facilè inducerentur ut credant, faciliùs ut palàm proferrent, nullos
audire Philoſophos niſi qui, ſibi ſimiles, nil aliud eſſe cupiunt. Gens noſtra
variis hominibus locupletatur, qui tam humanioribus literis nitent, quàm
vacant divinis ; & qualemcunque venerationem Moſi & D. Paulo exhibeant,
æquè tamen in Ariſtotelis & Euclidis doctrinâ ſunt verſati; imò & Epicurum
& Cartesium æquè callent, ac qui iis ſolùm ediſcendis tempus ſuum terunt.
Quamvis verò hæc de cauſâ Dominus N. non ſibi ſumpſit, Doctorem, ejuſque
compares, quorum nomina ex occaſione memoravit vilipendere, nimis ta-
men dilucidè manifeſtauit, ſe ex eorum numero fore, qui tametſi non negent,
quos-

INTRODUCTIO.

quosdam, Theologiae valorem præstantiamque profitentes, viros esse eruditos, ita tamen sermocinantur, ac si istiusmodi homines iis essent dotibus instructi, in animi sui religiosi opprobrium; Cùm illud, suã quidẽ sententiã, tantam maculam ipsis inurat, ut non nisi Ingenii uberioris latice esset ablunda: planè ac si præjudicium ex Sacrarum literarum æstimatione oriundum, literis humanioribus, quasi compendio quodam refarciretur. Quocirca, cùm genius hic fastidiosus inter diversa hominum genera, latius, quàm optarem, prosperere incipiat (quibus utinam Physici nulli connumerari mererentur;) cùmque quæstio à Te proposita, nec non & humanitas amico tuo præstita, id committant, ut verendi causa subfit, ne oculis faventioribus à Te respiceretur; hisce, inquam, de causis, Ansam, à Te sumministratam, non defugiam, cùm huiusmodi Præeos improbationem rennuciandi, tum rationes quædam improbationem hanc suffulcipientes, proponendi: quam quidem provinciam libentiùs suscipio, quia res præstari potest, absque quòd Epistolæ limites nimium transgrediar, aut Festinationis, quã hæc scribere cogor, cancellos dirumpam. Amicus enim tuus non se *opponit* Theologiæ, sed inferiore subsellio eam locat; cùmque Fidem se *Literis Sacris* adhibere profiteatur, (cui eò usque credo, ut se Tibi confidere, quando id asserat, autumarem) circa *Principiis* consentimus; adeoque non est mihi, adversus illum, tanquam Atheum, disputandum, sed solummodo tanquam Physicum, Naturæ studium plus æquo sustollentem. Et Theologiæ veritates, istius census res sunt, ut necessum non sit Argumenta *pro iis* adducere, *ab iis* potiùs depromere par est & concessum.

Etiam si verò, ut jam subinnui, brevitati litare studeo, ne tamen Argumenti hæc ubertas, illinc gravitas res mihi suggerat, methodo alienali confarcinandæ sufficientes (ne indistinctiùs & confusius foris appareat,) Epistolam sequentem in duas partes distribuam: quarum Prior præcipuas considerationes dogmaticè seu positivè comprehendet, quibus studia Theologica Physicis præferenda censeo: In Posteriore vero allegationes perpendam quas Amicum tuum in Naturalis Philosophiæ gratiam, interpositurum prævideo. Ex qua distributione facilè colligere est, hinc *Notamenta*, illinc *Objectiones*, distinctas sibi sectiones, in partibus ad quas respectivè pertinent, vindicatura: Adeò ut de Ordine Rerum seu Capitum huius Tractatus decursu dispositurum, nil opus sit ut quid ampliùs moneam.

EXCELLEN-



EXCELLENTIA
THEOLOGICÆ,
SIVE
STUDIA THEOLOGICA
PHYSICIS PRÆFATA
atque ANTEPOSITA.

PARS PRIMA.



T absque ulterioris Præloquii ambage, res ipsas, ad quas in Dissertatione hac potissimum collimo, attingam, Generatim considero sicut vix ulla dari Hortamenta aptiora aut magis efficacia, ad incitandum Hominem, ratione præditum, studio cuiquam se addicere, quam *quod* Argumentum sit ex se *No-*bile; *Quod* Officium ejus sit, illi invigilare; *quodque* ex profectu in illo studio, magna sint ei accretura commoda & compendia; *ita* ne unum quidem ex tribus istis hortamentis stimulisque desiderari, quin potius copiosissime suppetere ad veritatum Theologicarum studia nobis commendanda.

SECTIO PRIMÆ.

Primò igitur, Objecti Excellentia atque sublimitas in cuius contemplationem invitamur, istiusmodi est, ut nemo sit, qui *Deum* esse verè fateatur, quin eadem operâ simul agnoscat, speculationem nullam dari, cuius objectum, quoad Nobilitatem, cum Dei Naturâ & Attributis ulla tenens certare potuerit. Hominum Sagacium Animi, ad *sp̄ rituum* naturam atque indolem vestigandam, eò curiositatis nonnunquam assurgunt, ut minus avidum desiderium expiscandi, *utrum darentur alia substantiæ spirituales, præter Animas humanas*, ita apud plerosque invaluit, ut in satisfactionem suam hac in re, illicitas nonnunquam semitas calcaverint; nonnullis etiam se dæmonum potentia subicere malentibus, quàm ut ignari diutius perstent, utrum talia sint Entia, necne; prout ex privatis quorundam confessionibus didici, de infaustis istiusmodi incæptis, (tamen si nimis latè succedentibus) à viris quibusdam eruditis, tam alias artes, quàm Medicinam profitentibus, præstitis qui & ipsi rei hujus experimina diversis in locis fecerint, quique homines fuerint nec Timidi nec superstitiosi sed hoc obiter.

Dicam quod res est, necesse est, Hominem illum Deitatis notionem, quâ injuriam, quâ humilem imbibisse quinimò & Entis illius infinitè perfecti naturam atque Attributa perparùm considerasse, nec non Hominiis naturam atque infirmitates minùs perspectas habuisse, qui imaginari valet, Divinas Perfectiones esse Argumenta, quorum investigationem, quispiam hominum (in culpatè) contemnere possit, imò vel quorum disquisitioni plenè sufficere valeret. Non modò Biblia Sacra nos doceat, ^a *Magnitudini ejus non esse per investigationem; &* ^b *Intelligentiam ejus esse infernabilem;* quòd, *se infimè demittat*, respiciendo in *Cælis & in Terra*: quòdque non modò *hic* vel *ille* homo, verùm etiam, *Universæ Gentes, tanquam gutta è situlâ, & tanquam flos pulvisculi ab eo videntur*: verum etiam Ethnicus ille Philosophus, qui egregium eundem *de Mundo* librum, Aristoteli annis adultioribus ascriptum, concinnavit, de Potestate, sapientiâ, & pulchretudine Dei, verbis paulò minùs magnificis tametsi argumento infinities sublimiori necessariò inferioribus, sermocinatur; quod, qui satis se intelligere posse autumant, potissimum absque divinæ relationis ope, nos perparùm seipfos intelligere, censendum est.

Verùm, Amicus tuus forsitan objiciat, *Ad Dei notitiam nil præter Naturalem Theologiam requiri*. Libens equidem concedo suffragante Apostolo,

Stolo, ἡ γυναικὶν τῶν ἑθνῶν Gentium Philosophis, non ignotum fuisse: addo insuper, tantum notitiæ divinæ, ex lumine naturæ debitè impenso, confecti posse, quantum homines excitare sufficeret, ad seipfos, in hoc Studiorum Nobilissimo, plusquam plerique solent, exercendos; quantumque Cellationem suam hac ex parte tam sibi quam Conditori suo injuriosam argueret.

Hoc tamen non obstante, sicut Deus ipse infinitè meliùs se novit, quàm myops homo, ita Informationes de suâ ipsius naturâ atque attributis, quas nobis impertire dignatus est, multis parasangis *ratiunculas* illas superant, quas Ipsi de Eo, absque Ejus ope, nobismet suppeditare valemus. Et profectò, me judice, diversi Cœli aspectus sive Phases, quibus Ens nostrum dispanditur, diversas etiam Indicationes, quas de Formatore ejus fieri possunt, haud perperam nobis adumbrant *sicut* enim, Tametsi homo, nudis oculis, cælum esse objectum perquam gloriosum, radiantibus variarum specierum stellis ditatum, discernere queat, cum tamen oculus, Telescopio bono sit insuper adjutus, non modo numerosas, stellas (quæ Fixas, quæ Planetas) nudo oculo nequaquam aspectabiles, conspiciere valet, verùm & Planetæ, priùs visæ, multò majores apparebunt distinctioresque: Ita, quanquam nuda ratio, debitè administrata, gloriosa plurima Dei Attributa nobis discludere sufficiat; eadem tamen ratio, revelatione adminiculante, multò plures in Deo excellentias dispandet, necnon & pridem contemplatas majore clarioreque lumine manifestabit aggrandescetque. Ut verò palam fiat, quantum oculus vel caligans, Sacris literis illuminatus, de Divinis Perfectionibus detegere valeat, quamque remotiores sint istiusmodi perfectiones, à Philosophorum oculis vel maximè *lynceis* qui lippo solum rationis lumine fruuntur opus est hoc unum tantummodo considerare, quantò aptiores & magis idoneæ de Deo conceptiones & noementa, in Piscatorum aliquorumque monumentis, qui Testamentum novum scriptis confignarunt, inque Christianis illiteratis, qui illud amplexi sunt, comprehendantur, quàm inter Mundi Gentes vel maximè moratas (quales olim eluebant Græci & Romani, nunc dierum Sinenses atque Indi Orientales) atque inter Sapientum, ipsorumque etiam Philosophorum, eminentissimos, Aristotelem putà, Homerum, Hesiodum, Epicurum aliosque.

Præter quod Scripturarum liber plus multò nobis pandit de Dei Attributis, quam liber naturæ, datur & aliud Studii nostri Objectum, quod Theologiæ in solidum, acceptum referi debet: Quamvis etenim aliquid de Dei naturâ lumine naturæ internoscere valeamus, voluntatis tamen ejus sive Legum Positivarum, notitia suæ Ipsius revelationi debetur. Conjectandum est e. im, quàm Curiosi magni Principes, virique Sapien-

tes olim extiterint , ad se , de Legibus à prudentibus & famigeratis *Legislatoribus* Sancitis , informandos ; *partim* ex frequentibus Veterum Sophorum Mystrarumque in Regionem transmarinas itineribus , ad Peregrinas Leges & Regimina observandum æque ac eruditionem suam domum reportandum , *partim* etiam ex regali eo magnificoque sumptu quo , magnus ille doctissimusque Monarcha Ptolomæus Philadelphus *insumere* non dubitavit , ad Exemplar Authenticum Legis Moisaicæ adipiscendum , quanquam Mosen respexit , ceu eminentissimum summomodò Legislatorem.

Et revera , tum Lex illa , tum aliæ Leges in Sacris Bibliis comprehensæ , non possunt non apparere nobis Christianis objecta nobiliora & curiositate nostrâ magis magna , utpote qui novimus , illas à Deo omniscio provenisse ; qui cum humani generis perinde ac reliquæ universitatis Author fuerit , notitiam habeat , Naturæ humanæ multò longè perfectiorem , quàm quivis alius ex legum conditoribus , imò universi simul sumpti inausisse conciperentur.

Verùm enim verò , est & alia rerum Divinarum manifestatio , quâ etiam Theologia nos locupletat. Præter enim id quod Sacra Scriptura nos docet de Dei naturâ atque voluntate , varias etiam Historicas narrationes (si ita vocare liceat) cogitationibus Actisque ejus comprehendit. Alexander ille magnus fructuose se occupatum existimavit , cum Græcorum res gestas versibus Homericis legerit ; Et reverâ , magnorum Sapientumque Hominum sententias exquirere , è re quavis natâ oriundas , curiositas est adedè laudabilis , animoque Indagatorio adedè digna , ut Reginam Austri majori laude quàm miratione prosequamur , quòd ab extremâ Terrâ ad audiendum Salomonis Sapientiam peregrinata est. Literæ verò Sacræ quamplurimis in locis curiositatem nostram nobiliori modo exercent , ac proinde locupletius illi satisfaciunt , voluptate tali nos perfundentes , quâ nec rex Macedonum nec Regina Sabæ frui unquam potuerint : dantur enim nonnulla earundem commata , quæ perspicuitate & solertiâ magnâ nobis patefaciunt , quicquid Deus ipse de cogitationibus suis propriis , quoad viros quosdam , & res particulares declaverit ; quinimo & renunciant insuper , quid ipsi placuerit , qui omnia novit atque moderatur occasionibus particularibus quâ Loqui , quâ Facere. Hujus censûs commata , sunt res à Deo Noachò dictæ , & recensitæ , ^a Gen. 6. Mundi peccantis ruinâ , & Justî illius ereptione : nec non & effatu Dei ad Mosen de Filiabus Zalphaaldi. ^b Num. 27. 7. Ad hanc etiam classem pertinent colloquia illa inter ^c Deum & Abimelechum memorata , de uxore Abrahami : ^d inter Deum & Abrahamum de excidio Sodomorum. ^e Inter Deum & Salomonem , de felici ejus Regis optione : ^f inter Deum & Jonam de Fato Urbis totius orbis maximæ. Sed omnia hæc superant,

^a Genes. 6. ^b Num. 27. 7. ^c Gen. 20. ^d Gen. 18. ^e 1. Reg. 3. ^f Ion. 4.

rant, & binæ illæ miræ ac stupendæ clausulæ, quarum prima extat in 1. Reg. de spiritu pelliciente, qui in se recepit, Achabi Prohetas pellicere: altera, magis adhuc miranda interloquia^h inter Deum & Satanam continet, ubi Deus hominem mortalem non modò laudibus prosequi, sed (si cum reverentiâ ita loqui liceat) de eo gloriari dignatus est. Quid quòd in has alterius mundi res (si ita vocare, fas sit) cooptari, quibus supremo Numini placuerit in tantum se deudare, compendium est à Scripturis sacris nobis suppeditatum, idque tantæ nobilitatis, & summæ rationis nostræ, propriis viribus se exerentis, proveniù adeò inassequive, ut si Biblia nil aliud momentosum continerent, attamen hoc solo nomine curiositatem nostram gratitudinemque insigniter commererentur.

Atque hac datâ ansâ, aliud etiam compendium, ex discursibus quibusdam in Sacris Literis, memoratis, nobis accrescens, nullo modo silentio prætermittam; magis enim nostrâ refert, quam ut non sit valde momentosum, quod sic se habet Scriptura Sacra Judicium illud nobis exhibet, quod Deo Opti. Max. placuerit, de viris quibusdam particularibus, vitis moribusque eorum in calculum vocatis, ferre.

Tametsi enim ratione solâ, Religionis Fundamentis generatim con-
tesserantibus, satis nobis factum esse possit, Deum esse bonum atque misericordem, ideoque *ex verisimili* hominum peccatis & lapsibus condonaturum, nec non & ministeria eorum imperfecta æqui consulturum: nihilominus, præterquam quòd non habemus exploratum, utrum *actu condonaverit*, nisi promissio ejus huc ex parte intercesserit: hoc, inquam, excepto, licet virtute generalis Revelationis, quæ in variis Religionibus venditatur, certi esse possumus, Deum acceptare, remittere, & remunerari iis, qui *sincerè obediunt* ei, & foederis, sive expressi, sive impliciti, quod cum iis pangere dignatur, *conditiones præstant*. Cùm tamen ^k *ille ipse* sit, qui conditionum præstitarum Judex existat, nec non & integritatis ejus qui in pacto perstare satagit; cùmque *ipse*^l omniscius sit & *αὐτοαγνοήτης* adeòque plus mali de nobis scire potest, quam vel nos de nobis metipsis,^m conscientia meditata cum ratione dubitare potest, utrum apud Deum vir quispiam particularis, adeò sincerus existat, ut ab eo acceptetur. Verùm, cum *ipse* met. Elogia (si debitâ reverentiâ ita nuncupare, fas est) Davidi, Jobo, Noacho, Danieli &c. dum adhuc in vivis; aliisque post mortem (ac proinde, absoluto vitæ curriculo in statum immutabilem transiitissis) largiri dignatus est, in solatium nostrum discere possumus, cùm satis obedientiæ præstationem, quam Deus *acceptare velit*, rem esse ab hominibus reapse in Praxin deducibilem. Tum etiam, peccata vel gratia & prævaricationes (modò homines opportunè respiciant)

piscant) non esse certissima indicia, Fælicitatis Januam nunquam his patere in vitâ futurâ. Alii in hunc finem, mortalibus caducis consolatoriam, (nullatenus autem ad animandos, Profligatores) tendere videntur, quòd Sanctorum Lapsus tam frequenter in Sacris Literis recensentur. Quid quòd nullos noverim in Terrarum orbe Libros, imo nec omnes simul sumptos, (subductione Bibliorum Sacrorum factâ) qui Christiano cogitabundo, debitum ineffabilis beatitudinis aut miseriæ in statu immortalis in Cælo vel Inferno sensum habenti, solamen tam solidum ac beuè fundatum præbere potuerint, ac quod ex tribus vel quatuor lineis in D. Joan. Apocalypsi derivari potest, ubi ait, *se in Cælo vidisse Turbam multam, quæ non numerare nemo potuit, ex omnibus Gentibus, & tribubus, & populis & Linguis, ante Thronum stantem, & in conspectu Agni, stolis albis amictim, cum palmis (Victoriæ Insignibus) in manibus eorum, & Dei laudibus atque Agni in ore.* Unde discere est, Cælum non Prophetis modò, & Apostolis, & Martyribus, talibus supra censum ordinarium viris, quorum Sanctimoniam suspicit Ecclesia, reservatum iri, verum etiam divinâ bonitate, numerosâ servorum ejus, minùs perfectorum, multitudini Januam ejus patere.

Tametsi infinitæ Deitatis Perfectiones atque Prærogativæ istiusmodi sint ut nec Theologia ipsa, magis quàm Philosophia, aliud studiorum nostrorum objectum, ullatenus quoad sublinitatem & præstantiam cum eo certans, quod *de Deo* nobis recludit suppeditare potest: Theologia tamen anterioribus quibusdam Judiciis nolis gratificatur, viz. circa Angelos, circa universum, & circa Animas nostras, quæ etiam si Dei ipsius notitiâ necessario inferiora, tamen, vel quoad objectorum nobilitatem, vel propria momenta & gravitatem, longe iis anteponenda sunt, quæ naturalis Philosophia sectatoribus suis exhibere valuerit.

Antequam verò ad particularia plura, Revelatione nobis patefacta, progrediar: æquum erit ad præveniendum aut amovendum præjudicium quoddam, monere, non oportere nos rerum, revelationis ministerio discularum, pretia æstimare, juxta impressiones eas, quas nunc dierum nobis Christianis insigere solent, qui ex iis nonnullas in Catechismis nostris didiscimus, & reliquarum forsân notitiam ex Concionibus Publicis, aut Libris Theologicis sæpiùs hausimus. Nil mirum etenim, nos istarum veritatem recensione invalidius affici, quæ (quanticunque in se valoris) ut plurimum à nobis adhuc puerascentibus, aut saltem minus Adultis, quàm ut Excellentiam & momenta earum discernere aut licitari valeamus, fuerint insibitæ.

Adeo ut licet postea intellectui nostro, jam adultiori, sint oblati, cum tamen antehac fuerint familiares, nec recolere possimus quando ignoravimus, inde provenit, quod impressiones nobis minùs vigorosas insculperent. Cum ex adverso, si res eadem (cum circumstantiis, veritatem earum

earum aſtruentibus) cuiſiam ex Philoſophis Ethnicis, aut alteri cuiſvis prudenti Sagacique viro, fuiſſent detectæ, qui veritates momentofas in in pretio habuiſſet, cui tamen nihil in earum aſſecutionem ſuppedit, præter Rationem propriam, proculdubio cum ſtupore & exaltatione illas oſculatus eſſet. Quod ut ſupponere inducamur, varias habemus inſtancias cùm in Primitivi temporis Monumentis, cùm in Narrationibus modernis de hominibus ad Chriſtianiſimum converſis inter Populum Chinenſem, Japonium, aliasque Gentes literatas. Quamlibet enim nuda ratio, veritates has expiſcare minimè valeat, cùm tamen Revelatio, viam ſternens, eas ſemel ſufficienter illi propoſuerit, ipſamet earum varias promptè amplecti & pluris æſtimare potis eſt. Quod cùm ſemel hic loci innuerim, pergo jam ad nonnullas ex Revelationibus ipſis memorandas.

Primo autem, quod ad Angelos ſpectat, non jam movebo litem, utrum nuda ratio vel eo uſque aſurgere valeat, ut nos certiores facere poſſit, dari tales Entitates in rerum naturâ. Tametiſi enim ratio conficere poteſt, exiſtentiam eorum non eſſe impoſſibilem, forſan etiam nec improbabilem; hæreo tamen ac ſubdubito, utrum illi inter Ethnicos Philoſophi qui aliorum ſpirituum ſeparatorum, præter Animam humanam, exiſtentiam crediderint, ſuam hac in re fidem vel meræ ratiocinationi, vel Experienciæ claræ, vel cuiſvis demum origini, præterquam, Revelationi, imperfectæ Traditionis interventu, iis tranſmiſſæ, in acceptis referant. Et particulatim quoad *Angelos bonos*, in dubio ſum, utrum veteres iſtius myſtæ vel rationes ullas ſatis validas, vel Hiſtoricas probationes ſatis graves, vel, ut verbo dicam, ſingulare quid cuiuſcunque generis, argumentum habuerint, unde irrefragabiliter, viro cautiore ſatis factum ſit, de Eminentium horum ſpirituum vel exiſtentiâ. nedum de ulteriori naturæ ſuæ diſquiſitione & ſcrutinio: Cùm tamen Theologia, Sacrarum literarum miniſterio nos informare poſſit, non modo tales ſpiritus dari, ſed & b vaſtam eſſe eorum multitudinem; quod c a Deo & Chriſto conditi ſint, * immortales nec ſpecies ſuas propagent; quod e præcipuam ſedem in Cælis habeant, ubi viſione Dei fruuntur, f & eum conſtanter laudant, g cui punctim obediunt, h atque quod b nunquam in eum peccaverint; Porro inde docemur, bonos hos Angelos, eſſe i Entitates admodum intelligentes, nec non i & k tantæ inſuper poteſtatis, ut eorum unus ingentem exercitum, j noctis ſpatio, delere potuit: l eſſe etiam inter ipſos ordines, m Diabolis inimicari, & adverſus eos militare; n quod corpora, inſtar noſtrorum, aſſumere poſſint, ictu tamen oculi diſpareant: o quod nonnunquam circa res huma-

nas:

a *Matth.* 26. 53. b *Dan.* 7. 10. c *Iohan.* 1. 3. Col. 1. 16. *Hebr.* 1. 7. *Luce.* 20. 35. 36.
 d *Mat.* 1. 31. e *Mat.* 18. 10. f *Eccl.* 2. 3. g *Matth.* 1. 10. h 2. *Sam.* 14. 10.
 i *Mat.* 13. 31. k 2. *Reg.* 19. 35. l 2. *Thiſſ.* 4. 16. m *And.* 9. 9. *Apoc.* 12. 7. n *Dan.*
 30. 13. 45. o *Act.* 12. 7. & 9. 10.

nas occupentur, idque non solum^a in Imperiorum Regnorumque tutela-
men, verum etiam^b ad pios quosdam singulares protegendos liberandof-
que. Et quanquam^c fulgenti splendore, &^d Majestate stupendâ apparere
soleant, esse tamen in universon^e *Spiritus Ministerii munere fungentes, qui
Ministerii causa emittuntur propter heredes salutis futurorum*: Quod non mo-
dò^f Adorationem humanam recusent, sed movent insuper, ^g illam soli Deo
deberi; quòd, sicut sensu quodam à Jesu Christo, vero homine perinde
ac Deo, conditi sint, ita non modò illum adorant simpliciter eum *Domini-
num*, ^h ut soliti sunt proprii ejus sectatores, appellantes, sed insuperⁱ *Con-
servos* se discipulis suis profitentes.

Quod ad reliquos autem Angelos, quamquam Ethnici tam Philosophi
quàm alii, ita plerumque circa eos hallucinati sunt; ut pro veris Deis a-
dorarent; nonnullis tamen eorum adhuc dubitantibus, num immorta-
les essent, vel secus: Scriptura Sacra nos informat, eos ^k non esse *ἀυτοτόκους*,
sed^l Creatas substantias: quòdque licet magna humani generis pars illos
adoretm: impuri tamen atque impii sint spiritus, ^m Humano generi hostes,
& ⁿ Primorum parentum in ruinam seductores; quòd etiam^o *ἀραξίας* at-
que confusiones inter homines progignant alantque, esse tamen^p Ordi-
nem aliqualem inter se tanquam sub uno Imperatore seu Principilo mi-
litantes; ^q quòd spiritus mali sint, non ^r Naturâ sed Apostasiâ: quòd Potentia
eorum ita limitibus certis est constricta, ut nec eorum Legio vel contem-
ptissimum Porcorum gregem, invadere potest, absque peculiari veniâ à
Deo indultâ; quòd ^s non boni Angeli modo sed & Homines Boni, iis resi-
stendo, fugare possint, sincerosque eos Christianos qui in *hoc* mundo eos
profligarunt, ex earum numero futuros ^t qui ipsos in *venturo* judicabunt:
quòd eorum immortalitas committat, ut^u etiam: pœna eorum immortalis
evaderet: quòd ^v ipsi veritatibus iis crederent, etiam contreniscentes, ad
quas rejiciendas hominibus suaderent; quòd tantum absit, ut fœlicitatem,
quam cultores sui ab iis expectant, conferre possint, ut^w ipsimet sint Crea-
turarum miserimâ, *caenis caliginis reservati, usque ad judicium magni il-
lus dicet*; quò^x aeternis suppliciis adjudicabuntur in impiorum istorum,
quos superarunt, sodalitiò.

Præterea, Animadvertendum est, quoad res vel corporeas, quas Phy-
sicus ceu Thema peculiare sibi vendicat particularia quædam enumerari,
eaque naturæ latissimè patentis necnon & momenti maximi, quorum
scientiam Physiologus Theologiæ acceptam referat, necesse est. Qua-
rum veritatum contentus ero instantias paucas in ipso mundo, sive uni-
versa rerum corporearum congerie sive aggregato, subjungere; cum il-
lud

^a Dan. 1. ^b Act. 12. 11. ^c 2 Rois 6. 37. ^d Luc. 24. 4. ^e Psal. 13. 6. ^f Hebr. 1. 4. ^g Apoc. 19. 20. ^h Apoc.
11. 9. ⁱ Mat. 28. 6. ^j Apoc. 19. 10. ^k Jo. 1. 3. ^l Cor. 1. 16. ^m Luc. 4. 33. ⁿ 1. Petr. 4. 8. ^o 1. Cor. 11. 1. ^p Apoc.
12. 9. ^q Apoc. 12. 7. ^r Mat. 25. 41. ^s 1. Joh. ann. 3. 8. ^t Jud. 6. ^u Mat. 5. 9. ^v 1. Jacob. 4. 7. ^w
1. Petr. 5. 9. ^x 1. Cor. 6. 3. ^y Mat. 25. 41. ^z 1. Jacob. 2. 19. 22. ^{aa} 1. Petr. 2. 4. ^{ab} 1. Jud. 6. 13. ^{ac} Mat. 25. 41.

Iud ceu nobilissimum & maximè principale objectum sit, quod Physiologia in contemplationem nostram exhibeat.

Primò igitur, qui veritates a Theologia revelatas admittunt, generatim concedunt, Deum non Authorem modò, sed & Creatorem Mundi fuisse, non me latet Anaxagoræ doctrina, de eo quod τὸν ὄν (Cujus etiam Cicero mentionem fecit) vocitavit in *productione mundi*: nec ignarus sum, quicquid Græcorum aliorum quamplurimi postea de Æternitate mundi docuerunt, peculiariter Aristoteli in acceptis referri debere, qui tantùm non gloriatur omnes retrò Philosophos, contrarium sensitse. Non hic loci in examen, deducam (quod alibi à me fit) utrum, & quousque argumentorum merè Physicorum vi, Creatio mundi possit evinci:posito, sed non concessò, Naturalem rationem ad veritatem tam sublimem assurgere *posse*, videtur tamen non *actu* illuc assurrexisse ubi divinæ resolutionis ope non fuit adjuncta atque excitata. Tametsi enim veterum Philosophorum plurimi *Mundum* originem habuisse crediderint, pro concessò tamen apud eos omnes fuit, materiam originationem non habuisse: nec quispiam eorum, quòd sciam, vel somniasse unquam visus est, substantiam aliquam ex nihilo produci potuisse: Qui plus multò Deo largiuntur, quàm Aristoteles, eum formam solùm non materiam, mundo dedisse, & materiam præexistentem, in Systema hoc ordinatum, quod *universum* vocamus solum modò compaginasse, Philosophantur.

Deinde, cum Philosophorum Aristoteli succedentium, quamplurimi, mundum Æternum fuisse supponerent; quique aliter senserint, viz, originem habuisse, non tamen eò fiducia ausi sunt assurgere, ut ætatem ejus se internosse profiterentur, (exceptis abnormibus quibus & gloriosatis hominibus, quales Chaldæi Fabuloli, quorum inepta computatio ad annos 40000. vel 50000. assurrexit) Theologia nos informat, Mundum id fœnii aded non attigisse, ut tricena vel quadragesena Annorum millia ab illâ ratione, & multa etiam secuta ab aliorum computo possint deduci: Scripturalis enim doctrina talem de mundi ætate rationem exhibet, ut certos nobis limites præscribat, intra quos duratio tam longeva possit concludi, absque quòd in calculatione hallucinemur. Cum Philosophia indeterminatæ durationis, nec certis quibuscunque limitibus præfinitæ, vastitati nos remittat.

Præterea, Tempus, Ordo, variaque alię circumstantiæ de modo, quo fabrica Mundi absoluta est, non nisi ex Revelatione nobis innotescunt, cum nuda ratio evidentissimè impar sit, ad nos, de *Particularibus* quibusdam, Primi hominis originem præcedentibus, informandos, & quanquam in eam opinione, non ita multum Religioni interesse, ut plurimi, quâ sententia quâ praxi sua, existimant, qui particularia naturalis Philosophiæ Theoremata ex hoc vel illo libri illius commate deducerent, qui in hunc potiùs scopum designari videtur, ut circa res *spirituales* magis quàm *corporeas* nos erudiret: Nihilominus, non video justam aliquam rationem

ad eorum dogma amplexandum qui duo priora Geneleos capita ita in Allegoriam transmutarent, ut sensum eorum literalem atque Historicum subverterent. Et quanquam Sacras Literas, ad nobiliores melioresque veritates, quam Philosophicas quasque, edocendas potissimum designatas cenfeo, non tamen proclivis sum illos condemnare, qui Geneleos, Principium *particularia* plurima, quoad rerum originem comprehendere putant, quæ etiam si haud *incaute* aut *singulatim* in re Physicâ urgenda, stricturas tamen valde notabiles Lectori attento & vestigatorio subministrare valeant.

Quod autem ad mundi durationem, quem veteres Philosophi interminabilem statuerunt; quemque Stoici igne consumendum (notione à Judæis haustâ) censabant, tamen si Physicè gratis dictum fuit Theologia tamen ex divinâ Revelatione disertim asserit, præsentem naturæ curriculum τῆς γενέσεως τροχὸν non semper duraturum, sed futurum aliquando, mundum hunc (aut saltem *vortem* hunc nostrum vel Annihilatione abolitum iri, aut (quod longè verisimilius videtur) innovatum, & quasi transformatum, idque ignis interventu, qui præsens naturæ systema dissolvere ac destruet. Adeo ut hæc, illâ viâ, præsens rerum status (tam Naturalis quàm Politicus) finem suum fortietur.

Accedit, quòd sicut Theologia hæc nobis documenta circa Creaturas in genere propinat; ita de præcipua nobilissimaque ex visibilibus, viz. Homine Revelatio res varias easque maximi momenti luculentissime recludit, ubi necesse est rationem cæcutire.

Et primò, circa corpus humanum Epicurei originem ejus, sicut & rerum universam cæterarum, fortuito Atomorum concursui attribuerunt, Stoici verò satis absurdè atque injuriè (multò tamen condonabilius, quàm eorum hac in re Sæctator Dominus Hobbeseus) homines e Terrâ, fungorum instar, proflire velint; cùmque Philosophi alii opiniones circa illud tueantur, nimis abnormes, quàm ut hîc recensere oporteat; Liber Geneleos nos instruit, corpus humanum primò peculiari quadam ratione, ^b Terrestri materiâ fuisse Architectatum: quid quòd & illic describitur, tanquam perfectum atque absolutum, priusquam anima illi uniretur. Porro, sicut Theologia docet, ut corpus humanum originem suam primò nactum sit, consimiliter etiam informat. ^c Quid de illo fiet post mortem, tamen si naturalis ratio, nudè considerata, ad Articulum tam abstrusum tamque difficilem, ac Resurrectionis illum, assurgere vix obtenderetur; qui cùm a D. Paulo inter Athenienses Philosophos propositus, ^d non nisi risu, & stupore excipiebatur.

Ne memorem, Theologiam nos diversas res alias docere de origine & conditione corporum humanorum, viz. ^e universum Genus humanum unius viri uniusque fœminæ esse progeniem; Primam mulierem non fuisse

^a Iacob. 3. 6. ^b Gen. 2. 7. ^c Act. 4. 15. ^d Act. 17. 20. 32. ^e Gen. 2. Act. 17. 26.

se ex eadem materiâ nec eodem modo formatam, ac Primus vir, sed postea ex iatere ejus desumptam, a Adamum atque Evam, sicut Epicurei multi aliique Philosophorum de primis hominibus sonniarunt, non fuisse primo infantes; unde, sicut nos, gradatim in homines adultos maturuerint, sed simul & semel adultiores formati, tandem, de futuro sicut ^b omnium corpora denuò resurrectura, ita ^c universa (saltem justorum) in æternum fervabuntur, ne moriantur iterum.

Quòd verò ad animam humanam, tametsi libens fatear, plurimum deduci posse ex rationis solius lumine, de existentia proprietatibus, & duratione ejus; divina tamen Revelatio eadem ipsa asserit majori cum perspicuitate atque magisterio; cum ratione enim stat, ut qui animas nostras creaverit, easque sustentat, optimè sciat & quid sint, & quandiu, ex beneplacito ejus, duraturæ. Et sicut Sacræ Literæ disertim docent, animam rationalem esse quid a corpore distinctum, utpote ab ipsismet hostibus, ^d qui corpus trucidant, minimè trucidabilem: Ita circa originem immortalis hujus animæ, (de quâ Philosophi non nisi alienas & precarias conjecturas perhibere possunt) Theologia certiores facit, ^e animam humanam eandem, cum cæterorum animalium formis, originationem non habuisse, sed immediatum Dei opificium fuisse & corpori, jam formato, unitum; non tamen ita unitum, quin, divortio facto, ipsa superstes in statum transibit, ^f quo mors Dominum nullum in eam sortietur.

Expecto hic loci objectionem, scilicet in perpetuæ separataram animarum durationis scientiam, nil opus esse probatione scripturali, cum animæ immortalitas solo naturæ lumine sufficienter probari possit, & particulatim a Magno vestro Cartesio etiamnum demonstrata est. Sed detur mihi venia, renuncianti, præterquam quòd res tanti ponderis & momenti non potest nimis cumulatè probari, ideoque universa solida probationis media admittere oporteat, præter hoc, inquam, vereor ut Cartesiani plurimi, perinde ac alii, de præsentî difficultate, necnon & de scopo Cartesiano in suâ diatribæ errent atq; hallucinentur. Fateor etenim, totius Philisologiæ ope animæ immortalitatem adversus hostes ejus usitatiores, Atheos scilicet atque Epicureos, asserui posse. Cùm enim fundamentum, cui mortalitas ejus juxta eorum mentem innitatur, hoc sit, quod anima non est vera substantia, sed solummodo corporis modificatio quæque proinde necesse est ut pereat, solutâ corporis compage ac structurâ, ad quod pertinebat: Cùm hoc, inquam ipsorum fundamentum sit, si ab intellectualibus quibusdam, animæ rationalis operationibus, ad quas materia, qualitercunque modificata, assurgere nequit, probare valeamus. *Eam esse substantiam ab humano corpore distinctam*, non datur ratio

B 2

cur

^a Genes. 1. 21. 22. ^b 2. Cor. 4. 14. ^c Luc. 20. 35. 36. ^d Math. 10. 28. ^e Gen. 1. 7. ^f Luc. 20. 35. 36.

cur Posterioris dissolutio Prioris destructionem inferret , quæ & ipsa simplex eluit substantia ac tam realis ac materia ipsa , quam tamen Adversarii perire posse non concedent. Quamquam vero ex mentalibus rationalis animæ operationibus aliorumque. fortean Mediorum interventu , adversus Epicureos aliosque mere Physicos , qui Deum extra oleas mittunt , probari possit , eam esse immortalē sensu recēns proposito ; eadem tamen probationes non evincēt , *Eam absolutè non cessaturam existere* , si cum Philosophis res sit , qui , cum Cartesianis aliisque plurimis concedunt admittuntque Deum esse unicum rerum Creatorem Conservatoremque. Quomodo enim certi esse possumus , Deum non ordinasse , animam humanam , etsi durante ordinario ejus & sustentante concursu , corpori supervivere posse , attamen sicut generatim creditur non creari nisi ad immediatam in corpus infusionem , ita eam annihilatum iri , cum a corpore disjungatur , Deo in ipso mortis Articulo influxum illum sustentatorium cohibente , qui unice commisit , ne in pristinum nihil relaberetur. Unde constare potest non obstantibus probationibus Physicis de animæ humanæ spiritualis & separabili naturâ , plurimum tamen Revelationi divinæ debere , quæ certo nos informat , *durationem ejus sempiternam fore.*

Jam verò ut expleam quod de Cartesianis , nec non & de demonstrationis Cartesianæ scopo supra innuiturus eram , non alios appellabo Testes præter propria ejus effata , ad probandum , ipsum hanc rem , quoad summam , eodem modo (ac ipse feci) considerasse , præ se ferentem demonstrare , animam esse substantiam a corpore distinctam , non tamen absolutè loquendo esse Immortalem.* *Cur (respondet eximius is Author) De immortalitate anime nihil scripserim , jam dixi in Synopsi mearum meditationum. Quod ejus ab omni corpore distinctionem satis probaverim supra ostendi. Quod verò additis ex distinctione anima a corpore non sequi ejus immortalitatem , quia nihilominus dici potest , illam a Deo talis natura factam esse , ut ejus duratio simul cum duratione vite corporea finiatur , fateor a me refelli non posse. Neque enim tantum mihi assumo , ut quicquam de iis quæ a libera Dei voluntate dependent , humana rationis vi determinare aggrediar. Docet naturalis cognitio & sed si de absolutâ Dei potestate quaratur , an forte decreverit , ut anime humana iisdem temporibus esse desinam quibus corpora quæ illis adjunxit , solius Dei est , respondere. Quod si ille non sibi sumeret , naturalis rationis ope vel existentiam animæ post mortem nisi ex hypothesi tantum , demonstrare ; profectò multò magis præsumendum est , eum in se recepturum , Qualis esset illius animæ post disjunctionem a corpore conditio , determinare. Utque nihil hac in re dubites , habebis , propriam confessionem , liberè ab eo , privatis literis , admirabilis Domi-*

*Des Cartes responsione ad objectiones secundas pag. in 98.

Dominæ, Principi Elizabethæ, Frederici Regis Bohemiæ filiæ primogenitæ factam, quæ sententiam suam de quæstione illa gravissimâ requisivisse videbatur, cui ita rescribit.

Pour ce qui &c. (1) Quod ad animæ statum post hanc vitam, notitia mea est longè inferior Domini *Digbæi* illâ, (*Nenelnum* censet, Equitem Auratum) seposito enim, quod Religio eâ de re docet, fateor, mero naturalis rationis interventu, nos conjecturas multas, nobismet adblandientes, cudere posse, quinimo & spem satis amplam, nullam vero *certitudinem* adepturos. Ac proinde in proximâ clausulâ, imprudentiam eam, ne certa pro certis amittamus, pro causâ ponit, quare mors, juxta rationem naturalem nunquam est a nobis quærenda.

Nec mirum illum ita hac de re sensisse; Quicquid enim mera ratio demonstrare potest, ad duo hæc reduci possunt; *Hoc*, quòd cum anima rationalis substantia sit incorporea, non datur necessitas ipsam cum corpore perire, adeò ut, nisi Deus aliter statuerit, anima potest corpori superesse, & in æternam durare: *Illud*, quòd cum natura animæ, juxta Cartesium, in hoc consistat, quòd sit substantia cogitabunda, concludere est, eam, licet per mortem a corpore separatam, vim tamen cogitativam retenturam. Num verò, horum utrumvis vel ambo conjunctim, statum separationis post mortem homini meditabundo commendare sufficerent, dubitari meritò meâ sententiâ potest. Immortalitas enim sive Perseverantia in Duratione, simpliciter considerata, est potius quid præsuppositam, sive requisitum, Felicitati, quàm illius Pars; cumque in se sit res indifferens, status seu conditionis, cui adjungitur, naturam assumit, nec statum illum Felicem miserumve reddit, sed Possessores ejus feliciores miseriorisque, quàm secus, facit. Et quanquam Scholastici quidam, aëreis Methaphysices notionibus ducti, opinionem hominibus imprimere vellent, eligi potius debere, miserum esse, quàm non omnino esse, speculativis tamen eorum argutiis, totum humani generis sensum opponere possumus, addito etiâ graviore illo humani generis Servatoris Testimonio, qui de Discipulo, illum prodente locutus, ait, **Bonum esse homini illi, si natus non fuisset.* Quid quòd Æternitas generatim concipitur, non minùs inferri miseras exaggerare, quàm Cœli gaudia sustollere. Hic autem in considerationem venire potest, meram rationem non posse nos absolutè facere certiores, animam corpori superslitem futuram; in cujus assertionis veritatem non modò Cartesii confessionem nuper recitatam, habemus: sed & probabile etiâ argumentum a naturâ rei ductum, cum *sicut* corpus atque anima in unionem coaluerint, non Agentium quorumcumque merè Physicorum vi, cumque eorum associatio atque unio, dum in statu conjuncto, facta est conditionibus a libera atque arbitrariâ Dei institutione unice pendentibus, *ita* non aliter docere potest, quin ex associationis istius legibus, hæc sit unâ, corpus at-

que animam sibi mutuo non superesse: Secundo, ex supposito, anima corpori supervivere permittatur, mera tamen ratio non potest informare, quid de illa fiet in statu suo separato, utrum vitali unione alteri cuius corpori vel vehiculo, unietur; & si cuicumque adjungatur, quale id demum erit, & quibus Legibus unio fiet. Possibile enim est ut corpori, vel non omnino, vel imperfecte saltem, organizato associari possit quo eadem munia, quibus in humano corpore functa est, exequi non potest ut videre est in idiotarum animabus quæ vel in hac vitâ corporibus adjunguntur quibus nec differere aut saltem Philosophari non valent: Patet etiam, animas quasdam in corpora introduci quæ, propter Paralyticos aliosque morbos movere non possunt, quod tamen non semper in pedit, quin dolori sensibili sint obnoxia. Adeo ut, id quantum naturaliter scimus, anima humana, a corpore separata, tali materiae portiori aduniri possit, quam nec movendi potestatem habeat, nec privilegium consentaneas quascunque informationes interventu ejus hauriendi, cum virtute illius unionis non alio sensu possent, præterquam doloris: Perpendamus jam, quid inde sequeretur, si animam ex infelici hoc conjugio miseram non fieri concedam: supponamus ergo, eam liberæ rerum ad propriam suam naturam pertinentiam possessioni relinqui: Cum verò dos illa in facultatè *perpetuè cogitandi* consistat, jure merito in dubium vocari possit, utrum talis facultatis exercitium felicitati ejus complendæ sufficeret. Facile forsan credideris, me, perinde ac alium quemvis cogitationibus propriis adblandiri, quibus liberè frui, ab aliorum interloquiis cæterisque avocationibus vacuus, supra modum delector; vellem in itinere, servo tantum uno libroque stipatus, prandendi causâ in Pandochium divertere, an eo die cogitationibus meis solutiùs indulgeam. Existimo tamen, homines, vel maxime contemplationi deditos, saltem cum tempore, cogitandi tædio gravatum iri, modò levamen nullum ab objectis deorsus advenientibus, legendo, videndo, aut colloquendo alternatim sentiant: accedente etiam, si cogitationes suas exequendi ansa defuerit, vel membra corporea movendo, easque vel discursu, vel libris scribendis, vel Experimentis, faciendis communicando. Hac datâ ansâ in memoriam recolo, generosum quendam mihi pridem innotuisse, qui in Hispaniis agens, ob crimen quoddam Politicum, quod tamen ipse actionem Heroicam interpretatus est, per anni majus spatium arctâ custodiâ includebatur, idque tali in loco, ubi etiam si victu, viro nobiliore, qualis fuit, haud indigno averetur, negatum tamen fuit luminis qualiscunque, sive solis sive Candelarum beneficium, hominum etiam nemine eum vivere permisso, præter commentariensem, qui statis temporibus, cibum potumque attulit, omni tamen interloquio cum eo strictè prohibito. Generosus hic, etiam si ex sermocinatione genii vividioris visus est, a me tamen rogatus, ut potuit tempus suum in tristi illâ solitudine insumere? falsus est apud me, se, quamquam libertatem hac illuc in carcere suo

commeandi habentem; necnon & prioris vitæ aleas atque discrimina in mentem sæpè recolentem, variisque modis cogitationes suas combinantem & diversificantem, ut hisce omnibus modis menti suæ negotiorum varietatem, quoad potuit, faceretur; hæc tamen omnia parùm profecisse, sed sæpè coactus est largiores vini hauustus deglutire, & tunc in Lectum se provolvère, ut melancholicæ illius, in quam novorum objectorum defectus illum non jecerat, tædium falleret. Et reverâ facillè concedam, ingens discrimen repertum iri inter illum cogitandi sensum quo in libertate ejus usus, ac quandiu incarceratus eo muneri quasi mancipatus fuit, cujus delectatio, instar ignis, non potest dein durare, cum, illius instar, & fomite & spiraculo destituatur.

Et, ut verbo dicam, tametsi lubens fatcar, cogitandi exercitium, colloquiis atque actionibus in vitâ communi intertextum, per jucundam esse temporis impendendi rationem cum tamen homo sit animus naturâ sociabile, vereor ut cogitatio sola jejuna esset, & lassabunda occupatio, si Æternitas ei unice addiceretur.

Antequam ad proximam sectionem pergò, non omittam animadversionem, hanc, quòd tametsi brevitatis ea quam mihi proposui, calamum reprimat ab aliis argumentis Theologicis, præter quæ circa divina attributa, & res de Mundo in genere a me memoratas, & de animâ humanâ; dari tamen res alias, solius revelationis ope scibiles, easque naturæ tam nobilis ac sublimis, ut ingenia vel præstantissima habeant, unde in earum investigationibus abunde se exercent, necnon & summè sibi gratificarentur. In cujus rei probationem, non ascendam ad adorandum Trinitatis mysterium, ubi in confesso est, speculatorum vel altissimos cæcutire, perstringi, & quasi absorberi; instabo potiùs in humani generis Redemptione, & Dei de hominibus decretis. Etiam si enim hæc minùs supra facultatum naturalium Sphæram elevari videantur, in res tamen quasdam ad Lemma prius pertinentes, perhibente Scripturâ, ^a *Angeli cupiunt inspicere*: & posterioris consideratio id egit, ut qui in Angelorum mentionem raptus fuisset, cum stupore exclamaverit *ὦ βάθος*.

Neque hæc solitaria sunt, quæ Scriptura ipsa mysteriorum nomine insignit, tametsi, brevitatis ergò prætermisâ eorum mentione, contentus ero generatim tibi repræsentare; quòd cum Dei Sapientia infinita sit, sine dubio methodum plusquam unam habeat ad se prodendam: & quanquam Mundus materialis productionibus sapientiæ ejus sit refertus illud lumen non impedit, quin Scriptura egregiis plurimis ejusdem attributi characteribus, & quasi signaturis nobilitetur. Nam, sicut dicturus eram, non potest non esse Deitati summè injurium, (quæ omnes aliæ Perfectiones veræ perinde ac omniscientia, modo transcendentali uniantur atque emineant,) existimare, Deum non alias methodos perfectiones suas mani-

manifestandi excogitare & comminisci posse, præterquam materiæ motus dispositionem, nec alio nomine studiorum humanorum, eorumque admirationis objectum esse, posse commereri, quàm quatenus Creator sit.

Existimo etiam, tutè additari posse præter gravia hæc & abstrusa mysteria, recèns memorata, dari res alias, etiam plurimas, nobiles, & momentosas, circa quas ratio, nulla ope adjuta, in tenebris nos relinquat; quæ quanquam haud ita clarè in Scripturis revelatæ, gradu tamen invitatorio illic redduntur, ac proinde curiosæ & Philosophicæ animæ indagatiorem probe commerentur. Nonne putabimus operæ nostræ pretium, ad inquirendum, utrum Christi satisfactio necessaria esset ad placandam Dei Justitiam, & ad Redemptionem humano generi acquirendam? vel, utrum Deus despoticus & supremus mundi gubernator *gratis* potuit peccatorum pœnas nobis remisisse? Nonne disquisitione nostrâ dignum autumabimus, qua ratione, & quibus legibus, justificatio hominis coram Deo transigatur, potissimum considerantes, quantum nostrâ referat illud nosse quàmque perplexè, doctrina in se minimè obscura, tractari soleat? Nonne vestigandum est, utrum animæ humanæ, ante unionem cum corporibus, fœliciori statu præextiterint, sicut plurimi ex Judæis tam antiquis quam modernioribus, Platonistæ, & (præter Origenem) Docti etiam nonnulli nostri temporis credunt? Nonne curiosi erimus exscrutari, utrum animæ relicto corpore, immediatè in Cælum vel Gehennam transferantur, (ut vulgari est opinio) vel utrum Organorum penuriâ, stata insensibili & quasi lænescente sopita jaceat, donec in Resurrectione corpus recuperet? Sicut Sociniani alii censent) vel utrum, in Secretiores quosdam recessus deveheretur, ubi licèt in conditione bonâ malâ sit, pro ratione operum in corpore præstitorum, a flammis tamen Gehennæ comperendiat, & a Beatificâ visione cohibetur, usque ad diem Judicii? (quod plurimorum, ne dicam, omnium ex Patribus & Christianis Primitivæ Ecclesiæ videtur esse Dogma.)

Nonne studiosi erimus prænovisse, num in die illo magno atque decretorio, cujus compages unanimi omnium consensu disjungenda est & quasi deartuanda, in pristinum nihil relabi permittetur (ut nonnulli asserunt Theologi; vel post dissolutionem, in meliorem statum renovata, quasi transfigurabitur? Nonne etiam inquirere oportet, utrum in futuro, eoque interminabili, rerum statu, nos invicem cognoscemus: sicut *Adam, profundo somno experrectus, Evam nunquam antea visam noverit) & utrum privati isti affectus atque amicitie in hoc mundo mutuo celebrati, unâ cum patheticis relationum considerationibus (putà Patris & Filii, mariti & uxoris Amasiæ custæ prociq; integri, Principis & subiecti) quibus earum plurimæ superstruebantur, durabunt, necne? vel num hæc
omnia

* Genes. 2. 21, 22, 23.

omnia, tanquam superficialia atque obsoleta, inveterascent & quasi abforbeantur? sicut prior cognati, longiori serie distiti relatio vix omnino in considerationem veniat, cum homines statum suum ita mutaverint, ut strictis matrimonii vinculis agglutinentur.

Tædio esset, singula alia commata proponere, quæ in Theologi disquisitionem veniant, eaque curiosum viri solertis scrutinium summè merentia: & circa quæ omnia veterum Græcorum, aliorum ex Ethnicis Philophorum monumenta, junctim sumpta, multò minorem nobis informationem præbent, quàm singulare Canonica scripturæ volumen. Prævideo equidem, nihilominus objici posse, in quibusdam ex hisce scrutiniis Revelationem impedire rationem eam quali gravare, idque in rebus tradendis quas Ratio Hypothesibus suis adaptare & in confessionem trahere, constringitur. Verùm præterquam hoc *de omnibus* ne obzendi quidem potest, si perpendatur, quàm myopes & quantis tenebris involutos, ratio, nullatenus adminiculata, circa has res nos relinquat, de quibus ne probabiliter quidem conjecturas producere potuit, præcipuè comparatione factâ cum conjecturis iis verisimilibus, quas Ratio deducere potest ex eo quod aliquantulum in Scripturâ traditum deprehendit.

Hoc, inquam, perpenso, dabis, spero mihi veniam, renuncianti, veritates revelatas, quibus Ratio se accommodare cogitur si modo onera, talia tamen onera esse, ac plumæ Accipitri, quæ gravamine suo volatum ejus aded non præpediunt, ut altiùs in Cælos penetrare & largiorem rerum prospectum inde capere, faciant, quàm plumis destitutus unquam potis fuit.

Atq; hæc occasione, Domine, major eâ reverentia scripturis ipsis quàm expositionibus ejus a me debita, id agit, ut liberè Tibi renarrem, vel Theologiâ vel (maximo veritatum ejus reposito) Sacris Bibliis malè actum iri, si imaginèris, notabiles nullas Additiones Theologicis Judiciis jam factis fieri posse; nec clariores textuum in Scripturis Sacris plurimorum expositiones edi, nec Reflexiones in Librum illum incomparabilem meliores dari, quàm quæ generatim apud commentatorum, vel concionantium, ne antiquis quidem Patribus exceptis, vulgus inveniri queant. Cùm enim mea sententiâ, duæ sint commentatoris, ritè sic dicti, virtutes sive requisita, ut Thema suum non indignè tractaret, viz. aliqua scientia in rebus Criticis, atque etiam studium quoddam pro honore ac procuracione Christianismi in genere; accedente etiam judicio eminentiore, ad ea tum discernenda tum seligenda quæ in institutum illud maxime conducant: vereor ut multi expositores, ut vocantur, Scripturarum vel unâ vel alterâ harum dotium deficiant, & optarem certè, non darinimis plures, qui claudicent utrâque.

Quòd notitia Lingue saltem Græcæ & Hebraicæ in eo requiratur qui sibi sumit monumenta illa exponere, quæ idiomatis illis originatim

scripta fuerint, si natura rei non satis evinceret, facile tamen inducaris ut credas, si errores crassos atque hallucinationes consideraveris, in quibus linguarum ignorantia non modò Scholasticorum aliorumque interpretationes, sed & venerabilium etiam Ecclesiæ Patrum commentaria, haud infrequenter commaculavit. Tametsi enim generatim sequendo, viri erant laude digni & insigniter a nobis suspiciendi, tanquam testes gratissimi doctrinarum & regiminis veterum Ecclesiarum, eorum etiam plurimis valde piis existentibus, nec paucis summâ eloquentiâ præditis, nonnullis etiam (potissimum Criticis duobus Origine & Hieronymo) admodum doctis attamen, tam pauci e Patribus Græcis, calluerunt Hebraicè, tamque pauci e Latinis Patribus, vel Hebraicè vel Græcè, ut plurimæ ex eorum Homiliis, imò ex ipsis etiam commentariis, Textus difficiles adeò non enodent, quin priori obscuritate involutos relinquere; imò nonnunquam, malis translationibus seducti, sensus eis affingant, longe a vero recedentes. Ita ut plerumq; in eorum Scriptis Theologi longè meliores quàm expositores apparent, atque Excellenti in Textum disfertatione, jejunam admodum ejusdem expositionem offendens. Plurimæ enim ex eorum Concionibus & eloquentibus & piis mysteriorum diviniorem inibi tractatorum Encomia potius quàm Explicationes dici merentur: Et quamvis moderniores quædam Translationes hoc Titulo gaudeant, quòd sint magis utiles, minùsque inaccuratæ quàm quibus Patres Latini usi sunt: Cùm tamen Sacras Literas Linguis suis Originabilibus legam (præcipuè quosdam Veteris Testamenti Libros, fateor equidem quòd sæpè non possim non mirari, quid in mentem quorundam, vel nuperiorum Translatorum, venerit, quòd in tam crassos errores incidentes, variis Textibus sensus tam injurios & alienos, affingant. Quid quòd proclivis sum ad existimandum, vix dari caput unum in Sacris Bibliis (præcipuè illa eorundem parte quæ Linguâ Hebræâ Scripta est, quæ Translationis melioris & magis in Libri existimationem facientis capax sit.

Cujus quidem Fama inde imminuitur non modò quòd homines in re Criticâ sint minùs periti, sed (ut ad secundum nuperæ divisionis membrum perveniamus) quòd *Judicio* ad observandum limato non satis polleant, nec *studio* ad eas res in Scripturâ & in Theologiâ proponendas sufficienti quæ in utriusque existimationem cedunt. Vereor enim, ut nimis multi sint, cùm commentatores tum alii Theologi, qui (tamen si aliàs homines forsitan pii studio partium aut Ecclesiæ cujuscunque abrepti, & dissentientes omnes abominantes quando Scripturas legunt, magis, si non *unicè*, solliciti sint ad animadvertendum, (præcipuè in commatibus speculativis) quicquid argumenta contra Adversarios suos & responsiones eorum objectionibus suggerere possit. Pauciores verò sunt, quàm optarem, qui in hoc incumbunt scripturas *ἰσχυρῶς* idque pro iis rebus

bus, (quales Prophetiæ inaninadverse , mysteria prætermiffa , & mirabiles Harmoniæ) quæ luculenter & cum iudicio propositæ Librum illum altâ, quòd jure sibi vindicat Profapiâ (& consequenter, hominum Prudentum veneratione) dignum reddere possint ; quique solliciti sunt ad discernendum , aliisque impertiendum , methodo homines regendi servandique a Deo revelatâ, Oeconomiam tam egregiam , technalimata tam profunda, dispensationes tam sapientes , quæ in Religionis honorem cedant non tam quòd Romana sit vel Reformata , vel Sociniana , sed quatenus Christiana veruntamen (sicut priùs innui) benevolæ hæc erga Religionis honorem in genere affectiones , Iudicio profundiore sunt assistendæ, qui enim eâ ex parte deficiunt , necnon & doctrinæ Criticæ penù destituuntur, observationes vel selectissimas (quæ ferè non sunt obviæ) facillè transilire possunt; aut res pro mysteriis proponere , quæ non sunt bene fundatæ, nec satis graves, adeòque (non obstanti affectu benevolo) illud, quod commendare student , dehonestent. Et volens sum concedere ex peritiâ justioris potiùs solidiq; iudicii quam studii faventioris defectu, provenire, solere per paucos in hoc incubuisse, ut Scripturarum sanæ conciliandæ, æque ac sententiæ ejus eruendo, accuratius consulerent. Et profectò, quando mecum rocolo , quanto magis in Bibliorum Sacrorum , necnon & Theologiæ Christianæ in genere, compendium atque existimationem, Textus varii ab Eximio Grotio, ab Episcopio, Massio, Medo nostro, Francisco Bacono Equite ; aliisque magnis nuperioris seculi ingeniis, (ne memorem, quæ adhuc sunt in vivis) a singulis suo genere expositi atque enclueati sint, quàm eadem ipsa loca ab Expositorum vulgò aliisque Theologis tractata sunt ; cùmque etiam rem intear, neminem ex Mystis iis nuper recensitis, simul & semel & magnum Philosophum , & Criticum egregium extitisse , (cùm tres priores haud ita multùm fuerint in re Philosophicâ versati , postremo etiam in linguas Orientales non callente) non possum equidem non sperare, quando Deo placuerit Homines Philosophici genii, eruditione Criticâ ; & veræ Philosophiæ Principiis probè instructos, excitare , necnon & Animos istis addere ad veritates suas studiosè promovendas , quòd hi, inquam, si solertiam eam atque sagacitatem , quæ in re Philosophicâ tam sælices fecerint nostrâ ætate progressus , in rebus Theologicis exercent, explicationes inde eruerant, longè magis in Religionis nostræ, & Librorum divinorum Articulos ejus continentium, studium collaudandum facientes, quàm ipse renunciaverim. Non enim inibi defunt margaritæ, sed periti solùm urinatores ad eas eruendas : Et quamvis non Tibi narrem, Dei sapientiam, in Sacris Bibliis profundè latentem, non magis a Te æstimatum iri debere ex vulgarium expositorum & Concionantium glossematis ac Systematibus, quàm sapientia, in mundo Architectando, expressa, ex Magiri aut Eustachii Physicis sit mensuranda ; attamen non verebor affirmare , æquè absurdum esse existimare, non plurâ dari in

sacris literis mysteria , præter ea quæ Theologi Scholastici & Commentatores vulgares adverterint explicaverintque , ac si non alia *Arcana* in Libro naturæ recondi censeas , quàm quæ iidem Theologi , (qui & Aristotelem & naturam etiam interpretari , sibi sumpserint) observaverint exposuerintque.

Scita ea omnia , quæ Poëtæ , Rhetores , ipsique etiam Oratores in Oculorum (fuscinantium) encomia dixerint , longè minùs illos Philosophi æstimio commendabunt , quàm vel unius oculi arte Anatomicâ peritè dissecti, conspectus , aut structuræ ejus ratio absque Rhetoricis lenociniis data aut variarum ejus partium usus admirabiles *Scheineri Oculo*, & præstantissimis Cartesii Dioptricis exhibiti. Porro, quamvis non existimo me obligari rei cuiuscumque interpretibus. Concionatoribus multo tanquam mysticæ & abstrusæ, propositæ, fidem adhibere, vel acquiescere, nedum mirari; credo tamen, res varias, in Libris (Scripturarum dictis) comprehensas, rebus aliis in libro naturæ contenti tutò comparari posse, uno (saltem) nomine. Etiam si etenim *Miris* omnibus non credam; quæ Plinius , Ælianus, Fortæ; aliique ejusdem Fariæ scriptores de Generatione Animalium referunt; cum tamen Fideles eas & accuratas rationes evolvam, quas nunc *Galenus* de usu Partium, nunc *Vesalius*, nunc *Harnæus* noster (de ovo) & moderni Anatomici , nunc veri alii Physiologi , de Generatione Animalium , & admirandâ corporum suorum structurâ, præcipuè Hominum, aliisque istiusmodi Zoologiæ partibus reddiderint, quas Plinius, aliique Authores cum eo commemorati magis perfunctoriè tradiderunt: hæc, inquam, evolvendas magis mihi satisfactum est majori voluptate perfundor , & inducor magis in naturæ operum admirationem, quàm in Narrationibus eorum Ampullosis & superficialiis legendis. Adeoque (ut ad præsens argumentum dicta applicarem) intimior & magis Critica commatum scripturalium eorum abstrusorum, graviorumque aliarum rerum Theologicarum pensiculatio, unâ cum talibus in ea reflexionibus & Scholiis , quales eorum natura & collatio Philosophico, æque ac Critico, speculatori suggerere possint; prudentis consideratori cum meliùs placerent, necnon & ulteriorem, venerationem eamque firmioribus fundamentis nixam rebus explicatis conciliarent, quàm animadversiones plurimæ levidentes & perfunctoriæ, quibus Glossemata atque expositiones Scriptorum Trivialium, utcunque Floridæ atque cerussatæ , hominum minùs sagacium plausus & encomia lucrarentur.

Atque hac occasione, ausim additâre , me non omninò dubitare quin ulteriora compendia atque usus ex Sacris literis oriri queant, quàm vel Theologi nostri vel Philosophi unquam somniasse visi sunt. Pauci quidem Theologi, *supra lapsariorum* nomen adepti sunt, eò quòd ad Dei decreta electionis atque reprobationis exscrutanda , ultra Adami lapsum retrospicere ausi sint, præter id, quòd ipsorum audacia ab aliis generatim

ratim Theologis, aliisque Christianis correpta fuit atque improbatâ, speculationis suæ objectum multò angustius est, quàm quod Hypothesi, à me hic designatâ, quadraret aut adæquaretur. Etenim, meâ sententiâ, Eucyclopædiæ illæ atque Panosophiæ, ad quas vel sublimioris genii homines adhuc collimaverunt, non sunt tam latè protensæ, ut Totum id comprehendant, quod ratio humana, ope Philosophicâ adjuta, & revelationibus jam in sacris literis extantibus evectâ, liberæ ratiocinationis & stricturarum in scriptis iis uberrimis contentarum, adminiculo (assistentibus spiritus Dei auxiliis, quæ semper præsto est iis impertire, qui ritè eam quærunt) in hac vitâ consequi potest. Fatendum est quidem, Evangelium, à universum humanæ Redemptionis mysterium quatenus in salutem nostram scitu necessarium, comprehendere atque explicare. Et Philosophia corpuscularia sive mechanica omnia naturæ Phenomena à materiâ Adiaphorâ, & motu locali deducere satagit. Sed nec Fundamentalis Christianismi doctrina, nec de vi & effectibus materiæ & motus *illa*, plusquàm Divinarum Technusmatum magni & universi systematis Epicyclus esse videatur, & non nisi partem generationis rerum, lumine naturæ, informatione scripturali evectæ, cognoscibilem, Theoriæ conficit constituitque. Adeo ut utraq; hæc Doctrina, rametsi valdè generalis respectu subordinatarum Theologiæ & Philosophiæ partium; universæ Hypotheseos non nisi membrum esse videretur, cujus objecta, sicut ego judico, *sunt natura, Consilia, & opera Dei, quatenus a nobis (non dico, In nobis) in hac vitâ detegi valent.*

Illi enim, quibus Deus maturæ rationis privilegium indulsit, cogitationes suas non satis extendere & dilatare videntur, si existiment, Omniscium atque Omnipotentem Deam Potestatis ejus, sapientiæ, & bonitatis operationes, intra secutorum quorundam aream conclusisse, quibus earum exercitium, materiæ; & motus, necnon & Globi Terrestris incolis productione & regimine limitari potuit; cum Globus Terrestris sit punctum solum Physicum, respectu portionis illius universalis materiæ, quam jam deteximus.

Censeo etenim, quatuor esse grandes Creaturarum communitates, quarum res merè corporeæ, non nisi unam conficiunt; reliquæ tres, ab his diversæ, inter se etiam discriminantur. Primæ Classis est Generis humani Classis, ubi entia intellectualia vitaliter crassis & organicis corporibus associantur: secundæ, sunt dæmones sive Angeli mali; Tertiæ sunt Angeli boni. (Num in utroque hoc spiritu genere, Entia rationalia sint omnimodâ, cum materiâ, utut tenuissimâ & maxime subtili, unione immunia; vel, num vehiculis non crassis sed spirituosiss, nobisque ordinariè invisibilibus uniantur, *non definio.*)

Nec existimandum, est, quoniam bina Angelorum & Dæmonum voca-

bula sint facilis pronuntiacionis, & spiritus ii rarò vel nunquam a nobis conspiciantur, idèd paucum esse eorum numerum, eorumq; speculationem minus necessariam. Sicut enim, ingenti pollent Excellentia (ut propediem demonstrabo) ita quoad numerum in Sacris literis tanquam exercitus cœlestis dextrâ & sinistrâ Throni Dei adsians repræsèntantur. Et de bonis Angelis, servator noster dicit, ^a de plùs quàm duodecim legionibus ejus nutui ac imperio obsequuntur. Imò Propheta Daniel inquit, ^b *Aniquo dierum millies mille ministrare & myriadas myriadin coram eo stare.* Et de malis Angelis Evangelium nos docet, ^c tantum eorum numerum, qui Legionem conficerent, (quæ uti nosti, computo moderato, ad inter sex & septem millia assurgere ferè reputatur) ^d hominem singularem possedisse.

Quod ad me, cum pensitarem, materiam, qualitercunq; vel valde extensam, vel curiosè figuratam, esse tamen rem brutam, motus localis ejusque effectibus & consecrariis in alia corpora aut cerebrum humanum solummodò capacem, absque quòd verè alicujus aut saltem intellectuâlis perceptionis, aut veri amoris aut odii particeps, esse possit; cumque etiam animam rationalem perpendam ceu immateriale & immortale quid divini ejus Formatoris imaginem referens, capaci etiam in intellectu prædita n, voluntate etiam, quam nemo cogere potest, instructam: Hisce considerationibus inducor ut credam, animam humanam esse substantiam nobiliorem & magis pretiosam, quàm corporeus universim mundus: quem etiam lubens fatear mirabiliter Architectarum dignumque Omnipotente suo ac omniscio Authore attamen non consistit nisi ex brutæ materiæ portionem, variè figuratarum, motuque locati connexarum, aggerie (sicut massa Farinacea, Collyræ, Panes, Placentæ, vermicelli Crustula & Artocreatæ, omnia sunt tantum Farina diversificata) absque tamen, ulla, vel sui vel conditoris, vel con-creaturarum naturæ intelligentiâ. Præterea, sicut Anima rationis aliquouique magis nobilis & miranda sit, quàm quid merè corporeum qualitercunq; vastum, esse potest; necnon & naturæ sit magis excellentis, quàm vel curiosissima in Terrarum Orbe machina, corpus Humanum: ita quid de eâ fiet, & quale fatum sit de futuro subitura, meliùs Hominum curiositatem exercere meretur, quàm quid *corporeo universo* acciderit, cognoscere: necnon & Nebachadnezzaro desideratus scientiæ genus jure merito esse potuit, quam ea, cujus defectus animum ejus inquietavit, quando somnio ænigmatico, quatuor summæ mundi Monarchiarum Characteres & facta continente, ipsi adumbrabatur. Et sicut voluntas proprio homini conceditur, cum materialia cuncta moveant solummodo, ut moventur, nec facultatem habeant se determinandi ratione cujus Dei voluntati resistere possunt; atque etiam sicut inter Angelos, quidam saltem eorum Ordines

Ordines, majoris sunt subfellii (si ita loqui liceat) quàm Animæ humanæ; ita veri admodum simile est, in Angelorum, sive boni sive mali, regimine, qui sunt Agentia intellectualia atque voluntaria, longe majores Divinæ sapientiæ, potentiæ & Bonitatis manifestationes ac Symbola requiri atque exhiberi, quàm in materiæ Adiaphoræ Administratione: & Divinæ Gubernationis methodis in horum regimine, longe nobilior est humanæ contemplationis objectum, quàm Reges juxta quas materiæ partes invicem collidunt & in se mutuo impinguntur; atque etiam quàm effectus & consecratoria talium motuum.

Et consimiliter in scripturis offendimus, quòd cum Deus circa mundi materialis productionem, naturæque compagem ordinandam, pauca solummodo verba imperantia, citoque effectum suum plenè sortientia, adhibuerit; Ad Generis humani sobolem, vel in propriam felicitatem, gubernandam, non modò legibus & præceptis, sed etiam resolutionibus, miraculis, promissis, minis, hortationibus, indulgentiâ, pœnis, variisque aliis rationibus & methodis usus est; attamen sapiusculè, cum jure dicere possit, sicut semel per Prophetam, ^a *Quid faciendum amplius fuerit vineæ meæ, quod non fecerim in eâ?* Justam habuit exposulandi causam, ut ibidem factum est. *Quamobrem cum expellarem ut ederet uvas, edidit lubricas;* necnon & de hominibus querendi, sicut per eundem Prophetam vel de Israele conquestus est, ^b *Expanderam manus toto die ad populum rebellem.* Sed ne nimium in hac digressione aberrarem ex eo quod de Hominibus dixi, probabile sit, grandia Dei attributa in singulis ex Tribus intellectualibus communitatibus fabricandis regendisque illustrius exerceri, & magis conspicua fieri, quam in-extruendâ atque sustentandâ rerum merè corporearum communitate. Cumque substantiæ cunctæ, immateriales eâ de causâ naturaliter sint immortales ut etiam materia universalis immortalis esse creditur, fortean revolutiones illæ quæ post diem Judicii accident, quo licet non materia ipsa, is tamen ejus status atque constitutio, cujus nomine *Hic Mundus* est, destruetur, ad vicem sternendam pro rerum corporearum seriebus atque sobole, prorsus nobis & Entia, singulas ex hisce, communitatibus intellectualibus componentia, in innumeris, quibus durabunt, seculis per nescio quot vices, discrimina, & mutationes successivè itinerabuntur; hæ, inquam res, divina Attributa forsan non minus dispandent, evenentque, quam Mundi machinatio & Humanæ salutis œconomia, tametsi hæ (sidque dignissimè) contemplationis tam Physicæ quàm Theologicæ sint objecta. Extant etiam clausulæ quædam in Prophetica, scripturæ parte, præcipuè in Libro Apocalypseos quæ innuere videntur, Deum res magnas nobilesque præstiturum, ad quas Philosophia Mechanica nunquam assurrexit, nec communis Theologum grex vel somniasse visus est; ita ex
magna-

magnalibus iis nonnulla attenta in scripturas rimatori, aliquouſque revelari poſſe, idque in tantum pii Indagatoris compendium, ut Sanctus Johannes prope Apocalypſeos, ſuæ exordium, ^aBeatos illos pronunciet, qui res in hac Prophetiâ contentas *legant*, ut quæ inibi ſcripta ſint obſervent. Quod ſannit, ex cauſâ Indicationum in ſcriptis iis Prophetiſis velatarum, cum rebus in Mundo, & Eccleſiâ geſtis, earumque eventibus comparatione, plurimum admiranda Providentiæ Divinæ Oeconomix, in utriſque moderandis, manifeſtari poſſe. Proclivis etiam ſum ad exiſtimandum maturas rerum tam gravium deteſtiones, affirmatione Divina privilegia haud vulgaria reputari, non modò quòd *Beati* Titulus hic loci illi attribuat, qui eas aſſequatur, ſed etiam quoniam Bini illi, quibus magnæ huiusce generis Indicationes factæ ſint, putà, Propheta Daniel, & Sanctus Johannes, ille ab Angelo, eo nomine vir Deſideratiſſimus appellatur; hic verò in Evangelio tanquam Diſcipulus à Servatore noſtro dilectus repræſentatur.

Quid quòd faciliùs induceris, ut credas, divinarum diſpenſationum, e Sacris literis exſcrutabilium, Præſcientiam rem eſſe magni momenti, ſi advertas, juxta Sanctum Paulum, coſmet ipſos Angelos, *qui, imperia & Potèſtates in Cælis*, vocantur, *per Eccleſiam* abſtruſa quædam commata *πολυποικίλο σοφίας τῆ Θεῆ*, multis omnīs Dei ſapientiæ inhaurire atque edoceri ſed non eſt diutiùs ſpeculationibus indulgendum, quæ curioſitatem meam ultra temporis ipſius Lîmites, ideòque ultra cancellos excuſſioni huic occasionali debite ponendos abriperent.

Attamen, ſicut *hæc*, non indulgèbo mihi audaciam conjecturas comminſcendi circa remotas illas diſpenſationes, quæ, ſaltem earum plurimæ, ante hujus Mundi finem non exordientur; ita *illac* vel Tibi vel pio cuiſpiam diſquiſitori, nulla objicerem dehortamenta, quominùs, proventum facere fatagant in illis Dei Attributis cognoscendis, quæ fructuoſè edifici poſſunt, abſque quòd in futuræ vitæ. Recondita penetremus.

Arque hic loci, da mihi veniam liberè Fateri, quòd facilè crediderim, modò homines vel Dei Gloriæ, vel ſatiſfactioni propriæ non deeſſent, longè plures divinarum Attributorum Indicationes fieri potuiſſe quàm adhuc aſſecu iſimus. Cùm ſimpliciſſimam vel incompoſitam Dei Eſſentiam contempler, perſuaderi facilè valeamus, quicquid, ad quodcumque Attributis ejus (quorum nonnullâ viri cogitabundi generatim mirantur

ac

* Verbum *Θίγιντε* per *τὸ obſervat* aut *Inſtituat* reddere, quàm per *Tenet*, Textus mentis magis congruè videtur; Eſtque criticifſimus ab eximio Mathematico æque ac Theologo mihi indigitatus, qui animadverſit verbum *τηγῆ* apud Græcos, ceterum Technicum uſurari, ad Aſtronomicas. Ecclipteon, Conjunctionum Planetariarum oppoſitionum, aliorumque Cæleſtium Phænomenon obſervationes exprimentas.

ac suspiciunt) pertinet, esse vestigationis objectum valde nobile & scientiâ nostrâ dignissimum. Nec tamen adeò mystica est hujus scientiæ natura, ut omnimodò superari nequeat, potiùs firmiter spero, oculum Philosophicum, revelationibus in Scripturâ existentibus illustratum, longè profundius quàm hætenus, in abstrusa illa argumenta penetrare posse, quæ haud infrequenter, (forsan ob reverentiam pius satis officiosam) adeò jejune a Theologis & Scholasticis tractantur, ut eorum Glossemata, non dicam Deo (ille enim est necessarius, ac proinde excusabilis, defectus) sed & sapiùs nec *hominibus* digna, Creaturas racionales intelligo, qui commata tam ardua explicare sibi sumant, & alias circa ea edocere. Et nullus dubito quin Amicus tuus, circa hanc rem minùs hærebit si novas illas scitalque notiones circa quædam ex Attributis divinis in mentem recolat, quibus magister ejus Cartesius, licet modicè tantùm in *Scripturis* versatus, nobis gratificatus est. Nec ullatenus ambigo, quia longe ulterior progressio in argumentis recludendis fieri possit, ubi tametsi nunquam *Totum*, semper tamen quid *Amplius* scire valeamus, modò Genii speculativi particularia sibi dubia atque scrutinia circa Attributa particularia sibi proponerent, necnon & Hypotheses cuderent examinarentque, Theoremata statuant, Corollaria deducerent, atque (ut verbo dicam) eadem sagacitate, vigiliis, animique intentione huic studio invigilarent, quas sapiùs solent circa scrutinia indolis longè inferioris exercere atque adhibere, adeò ut Cartesius (Mathematicus qualitercumque profundus) in Epistolarum unâ fateatur, se non minùs quàm sex hebdomadas impendisse, ad solutionem Problematis sive questionis Pappi investigandam. Et Pythagoras Geometricis speculationibus adeò addictus, fuit & propensus, ut cum præclaram istam Propositionem, quæ quadragesimam septimam in primo Euclidis Libro conficit, adinvenerit, Hecatomben obtulisse dicitur in gratitudinis & gaudii tesseram pro tam, sælici inventione, quæ tamen tantùm proprietas fuit unius generis Triangulorum cum recti-lineis. Et certè, si Christiani Philosophi rectè æstimarent, quàm nobilia & sæcunda argumenta divina Attributa meritò cluant, in iis deprehendant, quod & summam indolem exerceret, operamque suam reddidissent amplissimo compensaret. Quoniam verò illud a quo dissuadere satago, fortean non a segnitie solum sed & ab Errore mentis proveniat, quasi paucillum esset de objecto tam incomprehensibili, ac Deus est, cognoscibile, excepto solum quòd generatim omnia ejus Attributa, sui ipsius instar, infinita sint, ac proinde, ab intellectu Humanò qui finitus est, haud plene scibilia; additabo, etiamsi verum sit propter Hei infinitatem, nos eum comprehendere, (1) plenam & adequatam noticiam de eo habere non posse; nihilominus non modò plurima de eo cogitare, volumus, sed, quod plus est, progressus interminatos in illa cognitione facere, sicut, proculdubio, Pythagoras (jam diu) probe novit. Quid sit Triangulam, necnon & varias ex propriis & affectionibus

nibus ejus calluit, priusquam clarissimam illam detexerit. Atque etiam si ab ejus ætate, Euclides, Archimedes, aliique Geometræ, nescio, quot alias, ejusdem figuræ proprietates demonstraverint, attamen ad hanc usque diem argumentum illud non exhauserunt. Et fortean ipsemet (qui non mihi fumo esse Mathematico) in æquationes quasdam, in ipsis meos facientes, eventilando, in Theoremata quædam circa Triangulos inciderim, quæ ipsorum nemini innotuerunt. Divina Attributa The-mata sunt adeò feracia adeòque admiratione nostra digna, ut universa mundi Fabrica, atque omnia Phænomena in eo exhibita, non nisi imperfecta sunt sapientiæ divinæ aliorumque paucorum Dei Attributorum Symbola. Nec mirari subit, Angelos ipsos in Scripturis repræsentari, tanquam in Deo adorando, & Perfectiones ejus suspiciendo occupatos. Etenim vel ipsi, cum finiti tantum sint, non nisi inadæquatas de eo conceptiones effingere possunt; ac consequenter, *singulorum* in eo matum imperfectio, multitudine eorum quasi compensanda est, quod tamen nunquam nisi mutilatim fieri potest. Dei verò infinitas in propriè admodum urgetur ceu scrutiniis nostri in ejus naturam atque Attributa dehortamentum sive remora. Nam, (ne hic disquiram, utrum infinitas, tametsi vocabulo negativo expressa, non sit Quid in Deo positivum) non obstante ejus infinitate, tantum de eo, detegere valeamus, quantum natura nostra sciendi capax est: Et quodnam, quæso dispendii, in flumine bibenti, si totam aquam non epotaret, modò venia concedatur sitim explere, & liquoris tantum haurire cui continendo ventriculus sufficiat. Infinitas ergò generosam nostram ambitionem propedire non debet, quòminus tantum objecti ejus edificere satagamus, cujus infinitas id agit, ut nostra ejus notitia nobilior sit, & desideratior, quibus titulis tantoperè superbit, ut nil mirum Angelos repræsentari ceu occupationis suæ in Deo contemplando laudandoque minimè pertæsos. Nam, sicut nuper innui, ut non nisi inadæquatas perfectionum earum infinitarum Idæas habere valeat, nec ullo earum numero in imperfectionis redhostimentum assurgere possunt, ita nil mirum videri debet, si in recentibus novarum ejusdem objecti (cum *Istiusmodi* sit) Partium (si ita vocare liceat) indicationibus, hospitio magis nobili magisque felici exciperentur, quam ullibi aliàs varietas istis ministrare potuit.

2 Es. 6. 2. 3. Isa. 2. 13. 14. Apoc. 5. 31. 32.

SECTIO SECUNDA.

A Nimadversis jam *Particularibus* quibusdam, ex plurium cumulo selectis quæ usurpantur ad ostendendum, quàm nobilia sint objecta illa, quæ Theologia contemplationi nostræ proponit; Progredior ad considerationes quasdam, quæ sensatiores nos facere possunt, quantis nexibus obstringamur ad nos earum studio addicendos.

Atque ex Particularibus, quibus nexus hi sive obligationes nituntur, bina tantùm in præsens memorabo, sed latissimè quidem patentia, *Obedientia* atque *Gratitudo*.

Primò autem repræsentare liceat, nil opus esse, credo, ut sollicitè probaretur, esse Dei voluntatem præceptumque ejus, Homines veritates eas ediscere debere, quas ipse docere dignatus est, sive de natura aut Attributis ejus, aut de methodo, quâ ab Hominibus colî atque adorari velit. Nam si darentur scripturalia nulla in id propositum præcepta, at tamen Amicus tuus magis ratione pollet, quàm ut credat, Deum commisisse, ut veritates ejus modo tam solenni, tam concionando quam scribendo, Humano generi publicarentur, absque consilio ullo ut ii, (saltem) quibus facultas ac opportunitas earum nonnullis vestigandis suppeteret, isti muneri obligarentur. Quòd si appareat esse ipsius *Voluntas*, virum ita instructum, veritates maximè momentosas quas ipse revelavit exscrutari debere, non potest non esse ejus *officium* ita facere: etiam si enim rei ipsius natura nullis vinculis nos constringeret, Præcipientis tamen Auctoritas obligaret; nam cum ipse sit Supremus & Despoticus Creaturarum omnium Dominus, æquo jure pollet ad condendas, quas velit, Leges, & ad ministeria quæcunque pro libitu injungenda, ac potestatem habeat in illos animadvertendi, qui vel priores violent, aut posterius abuegant: & consimiliter, summè observandum est, ante Adami Lapsum & Fælicis status propria Transgressione multationem, non modò legem ei impositam fuisse, sed talem, quæ cum circa rem versaretur in se *εὐδίαφοραν*, (ita enim fuit de arbore vitæ perinde ac quacunquè aliâ vel edere vel non edere) totam ejus vim obligatoriam ex merâ Legislatoris voluntate ac arbitrio derivaret. Unde discere est, Hominem legibus Dei subjici, non quatenus ei obnoxium, sed quatenus Creaturam rationalem; nec non & rem *in se* extra officii limites positam, meræ tamen præceptionis vi, officii, nequaquam dispensandi, naturam induere posse. Et reverâ, si *Primus noster Pater*, in Innocentiæ & beatitudinis statu, quo Divinam benignitatem degustavit, absque quòd, adhuc, misericordiâ ejus opus habuerit, ex merâ obedientiâ in observationem Legis cujus materia in

se fuit indifferens, strictiffimè obligatus fit; multò magis, in statu Lapfo, summis vinculis tenemur declaratæ Dei voluntati obedire, quâ veritates ejus studere præcipimur, idque præstare, quod tantùm intrinsecæ bonitatis in se continet, ut *officium* esset, licèt minimè præceptum; tali etiam propositâ remuneratione, ut non magis officium nostrum fit, quàm in quæstum nobis cedat. Verumtamen, non est obedientiæ solùm nostrique studium, quæ in rerum Divinarum curam nos obstringeret, sed & gratitudo in partes vocaretur, eaque rationibus tam importunis ac gravibus efflagitata ut qui effatum istud pronuntiaverit, Ingratum si dixeris, omnia dixeris ingratitude loco cæteris vitiis, pejore mente suâ non habuit; ac officii illius, in quo urgendo sum, contemptus ingratitude ordinariam superaret.

Non esset difficile hac occasione, demonstrare, nos summe Deo de victos esse & quasi obaratos, cum ut ipsius Essentiæ nostræ Authori & custodi, tum etiam, quòd (vel immediatè vel mediatè) quotidianorum beneficiorum mensuram omnibus prærogativis, cæterisque favoris symbolis adimpleat, quos ab eo, ut Homines, accipimus; etiam cum altiorum munerum accessione, quibus (si nobismet ipsis non deessemus) ab eo, ut Christianis, gratificaremur.

Sed si ostendere satagerem, Quot particulatim nominibus, & quanto gradu Deus nobis sit propitius, hoc esset in argumentum nimis immensum, excurrere; quòd minus mihi incumbit quoniam jam in aliis chartis * de his rebus jam disserui. Idque propter unicum modò ad gratitudinem incitamentum, peculiariter ad præsens nostrum institutum faciens, delibabo. Cùm enim Amicus propter studia Physica cristas erigat non Theologiæ modò, sed viris Politicis, & in aliis Philosophiæ & intelligentiæ partibus, vel doctissimis despiciatui habitis, eò quod in re Physicâ sint parùm versati, illam ipsam intelligentiam inter plurimas alias dotes Deo in acceptis referre debet. Deus enim est, qui Hominem fecit ^a *Equo & mulo, intelligentia expertibus absimilem*, eumque nobili rationis facultate ditavit, cujus exercitio qualemcunque habet rerum naturalium scientiam supra jumenta quæ intereunt adipiscitur. Illud enim cæteris nostris dotibus justè applicari potest quod Moses, Dei jussa, Israelitis de divitiarum acquisitione locutus est ubi monet populum ^b cavere sibi, ne quando Armenta sua, & greges sui cæterique Theauri aucti fuerint Animi sui efferantur, & suggerant ad dicendum, *virtus mea, & robur manus meæ paravit mihi opulentiam hanc.* Sed (ut subjungit vir ille Excellentissimus æque ac Legislator incomparabilis) ^c *recordaveris febova Dei tui, quia ipse est, qui dat Tibi virtutem ad comparandum opulentiam.* In eo tamen, quòd Homines, Creaturæ rationales fiant, totum illud non absolvitur,

* De Seraphico Amore,

^a Pl. 32. 9. ^b Dicit. 8. 11. 12. ^c vers. 17. vers. 13. 14. ^c vers. 18.

vitur, sed Deus voluit etiam ut fiant Philosophi. In rerum enim naturalium cognitionem, objecta requiruntur æque ac facultates; & si Theologorum Dogma, ceu probabile admitteretur, Angelos ante mundum materiale creatos fuisse, utpote qui per ^k *Filios Dei & Stellæ matutinas intelligantur*, qui jacta Terræ fundamenta cantibus lætis & vociferationibus celebrarunt; concedendum etiam est plurimas Creaturas extitisse, quæ pari (saltem) rationis mensurâ cum Amico tuo certarent, quibus naturæ mysteria, cum ipsa adhuc non sint producta, non innotuerint. Quocirca, cum Deus tam mundum condidit, quam Homines facultate locupletavit, quâ illum contemplari capaces sint: Physiologi pari nexu Deo pro intelligentiâ suâ obstringuntur, ac nos iis devincerint qui notis ceu cypris secretiora nobis scribant, necnon & methodum doceant res ita scriptas referandi; aut iis, qui quod paginam complerent, denarii spatioso exarent addito etiam microscopii beneficio, ut legere possimus. Et sicut Physicus peculiare habeat in gratitudinem stimulos propter intelligentiæ consequationem ipsi indultam ita ingenuitas speciatim obligat, ad gratitudinem eam, modo à me commendato, exprimentam, *est enim acceptissimis una ex quibus declarari potest*; præcipuè cum hac ratione, Philosophi non modò propriam erga Deum gratitudinem exerceant, sed & alienam procurent. Cordatæ Hominum Laudationes quàm jucundæ Deo sint, ex eo, inter alia, constare potest, quod à Poeta Regali, quem Deus *Hominem secundum Animum suum pronuncia vit*, quâ dictum quâ factum est; is enim Deum introducit dicentem *Qui Sacrificat Laudem honore afficit me*, ubi verbum ab interpretibus nostris *reddere* redditum, Hebraïce significat; *reddere*; cui consonum est quod alibi de Dei Laudatoribus asseritur *eos reddere juvenco labiis suis*. Quid quod vir ille eminentissimus cui Deus Testimonium tam singulare indulsit, aded assiduus fuit in hâc exercitatione, ut liber ille, quem nos Græcos secuti, *Psalnorum* titulo insignimus, Linguâ Orientali, ex rebus quibus maxime abundat, *Sepher Tehissim & liber Laudationum*, appelletur. Et ut internoscas plurimas ex laudibus ejus istiusmodi fore, quas Physiologus optimè reddat, uno loco exclamat, *Quàm ampla sunt opera sua, à Jehova! quàm ea omnia sapienter fecisti!* (sicut Junius & Tremetius reddunt, nec abludit lingua Hebræa) atque alibi, *Cæli enarrant gloriam Dei Fortis, & opus manuum ejus indicat expansum eorum &c.* Rursus, alio loco, *i Celebrabor te, eò quod suspiciendis operibus istis in admirationem iraducor, mirabilia opera tua, quàm maxime novit animus meus.* Nec exclamationibus hisce, aliisque similibus, contentus, sæpissimè pia quadam extasi, & quasi æstro poetico percitus, Cælos, Stellæ, Terram, Mariæ, aliasque Creaturas inanimatas in communis Creatoris conjunctam lau-

D 3 datio-

dationem invitat: quod etiam si schema solummodo Poeticum videtur, aequaliter tamen Physiologum deceat, qui in Creatoris Potentiâ, Sapiëntia, & Bonitate enucleandâ, atque inde in res eas quibus attributa illa resplendent, speciatim reflectendo, tam religiosâ Creaturarum consideratione, committere potest, ut & illæ in Authoris sui gloriam concelebrandam, sensu quodam mutuò contesserent.

In ullo aliò casu, ausim dicere, Amicus tuus haud ita malè moratus audit, quin summæ ingratitude signum existimet, si, quando magnus quispiam nobilisque Princeps gratuitis illum & accumulatis beneficiis abundè demerit, non suâ interesse putet, internoscere, qualis sit vir ille, qui tam munificum se Mœcænatem exhibuit; nec sollicitus sit de rerum earum, ad Monarchæ illius, tam egregie se meriti personam & statum pertinentium intelligentiâ acquirenda, quæ etiam non modo in se sint cujuspiam curiositate digna, verùm & circa quæ vestiganda Princeps ille solemniter declarasset, cupere se Homines diligentius invigilare, & revera ab Animo ingenuo abluere maxime Deus ipsius intelligentiam vilipendere aut negligere præ intelligentiâ, quam absque eo consequi nequimus, quâque etiam in illud studium, quod ejus causâ negligimus, nos perducere designet quòd huc tendit, ut illum non solum ut *minimè Patronum* tractaremus, sed in super, quasi propter collata beneficia illum punire, detur verbo venia) apud nos statueremus, cum nonnullis ex beneficiis ejus ita abuteremur, ut, in cæteris Consiliis ejus in cæteris impendendis neglectum, incitamenta nostrâ culpâ, fiant. Quæ quidem ingratitude est eò magis culpanda, quoniam ingenuitatis & justitiæ ipsius leges firmiter injungunt, ut rerum omnium visibilibus Creatorem glorificemus, non nostri modò ratione, sed & ratione operum ejus universim cæterorum. Ex eo enim, quòd Deus Hominem solum mundo hoc inferiore, Animâ rationali locupletaverit, consecrarium est, non solum illum esse unicum ens visibile, quod in hac rerum scenâ grates & encomia reddere possit, atque eo nomine ita facere obligatur, tam pro se quam Creatione reliquâ; verum etiam hoc in Hominum emolumentum cedere, Deum naturalia Entia visibilia in mundo reliquisse, quæ studio & celebrationi ejus insudare queant. Ratio etenim est talis divinitatis radius, ut si Deus aliis *Universi* partibus præterquam Homini, eam imperitivi let, absolutum Hominis in mundum reliquum Imperium, vel partiri debuit vel in sui. Adcò ut ille, apud quem perinde facile fuit Creaturas Homini superiores condere, (ut Scripturâ de Angelorum regionibus & myriadibus perhibet) ac illi subjectas, adcò benignè cum Humano genere egit, ut animis eorum ingenuis fideret, utrum celebrationes aliquas a Creaturis, inter quas versamur, per riperet demeteretque, quam ut nostrum in eas Imperium, nostrasque supra earum prærogativas, diminueret.

Vereor autem, ut, non obstanti omnimodâ veritatum revelatarum, ac
proja-

proinde solum ejus penu, Sacrorum Bibliorum, Excellentiam, tu fortassis perinde ut ego, in nonnullos *virtuosos* (etsi spero haud ita multos) qui eorum studia excusare satagant, allegando, iis qui laici sunt non Ecclesiastici, explicitam paucorum tantum articulorum fidem in salutem requiri, quae tam planè in Symbolo Apostolico abbreviantur necnon & tam frequenter & tam conspicuè in Scripturis proponuntur, ut nullo penè negotio aut scrutinio illic inveniri queant.

Ut huic allegationi respondeam, libens concedo, ex magnâ Dei bonitate, ^k *qui quosvis homines vult servari, & ad agnitionem veritatis venire*, multò pauciores dari Articulos absolutè necessarios distinctè ab omnibus credi, quàm in protixis quibusdam Fidei confessionibus occurrant, quarum nonnullæ, vereor, minùs intelligentiam promoverunt, quàm imminuerunt charitatem. Attamen considerandum etiam est, (1.) Haud ita facile esse Homini rationali, qui non feret molestiam ultra Symbolum Apostolicum inquirere, sibi metipso firmis rationum momentis satisfacere, Fundamentales omnes Christianismi Articulos inibi contineri. (2.) Symbolum illud *Credenda* solùm non *Agenda* Religionis proponere; cum Scripturæ designarentur, non modo veritates eas, quibus Fidem adhibere debemus, edocere, sed quibus etiam regulis vivendum sit, cum Legum Christianismi observatio, æque ad salutem necessaria sit, ac mysteriorum ejus Fides. (3.) Præterea, quæ sunt absolutè necessaria, dari etiam diversa, summè fructuosa & utilia, ut dilucidius intelligamus, firmius & stabilius credamus, & continentius in praxin deducamus commata ea quæ sunt necessaria. Quarto. Cùmque utrùm illa Servatoris nostri verba, Judæis dicta, ^m *ἐπερωατε τὰς γεγραμµέναις*, sint modo Imperativo vel Indicativo reddenda Sanctus Paulus jubeat, ut ⁿ *Sermo Christi copiose in nobis inhabitet*. (ubi, num Sacras literas tunc extantes, vel doctrinam Christi intelligat, eodem penè hic recidit) inde docens, vestigationem & scrutinium in res Religionis necessariam fieri posse tanquam officium, tametsi aliàs non esset necessaria tanquam methodus ad salutem consequendam. Et reverà, res est longè condonabilior, veritatum Notitiâ indigere, aut eis eam deficere, quàm continere vel negligere. Et Dei benignitas viris illiteratis aut hallucinantibus, indulta, supponenda est, in fragilitatis nostræ miserationem non segnitiei hortamentum, designari: neque necessarium est ut is, cui veritatum ejus scrutatoribus, etsi circa eas errantibus, condonat, illos etiam contemptores excuset, qui eas quærere nolent. Verùm numne ex designato hoc Theologiæ contemptu, viri illi, quibus mihi res est saluti suæ satis prospiciant, animus tamen ingenuitatem vereor; ut commendent. Etenim, majorem facultatum intellectuum mensuram, quàm vulgus Christianorum, a Deo accepisse, & tamen infra eorum plurimos voluntariè subsistere quoad mysteriorum, & alia-

rum

rum Christianismi veritatum intelligentiam, ad quas intelligendas sapè nos invitat si non disertim præcipiat, res est quæ gratitudinem nimiam parùm sapit. Quid enim an gratum est, vel ingenuum, æternæ felicitatis notitiam atque spem ex Dei beneficentiâ accipere, nec omnino sollicitum iri ad indagandum, quicquid de naturâ ejus atque Consiliis internosci queat, idque methodo tam eximiâ, ac propria ejus eorundem Revelatione: Anxiè de proprietatibus Atomi disputare, & incurium esse de magni Dei Attributis vestigandis, ° *qui Formavit omnia*? Spontaneas vilium Creaturarum, qualia sunt insecta, generationes scrutari, plusquam mysticam adorandi Dei Filii Genesin? & laudem, magis sollicitum esse, rem unamquamque corpoream mundi partem constituentem internoscere, quàm divinum atque incorporeum universi Authorem?

Potè, quæ tantillis, quæso, honor veritatibus iis exhibetur, ad quas revelandas Deo visum est quandoque Prophetas & Apostolos, quandoque Angelos, quandoque etiam Filium ejus unigenitum mittere, cum Homines eas tam vili æstimarent, ut ad præveniendam earum vestigandarum operam, implicite & temerarie crederent, quicquid ea Christianorum Societas inter quos nasci eos atque educari fortè fortuna acciderit, de iis tradiderint? Quinimò & tantillam *rei religiosa* reverentiam arguit, cum ii, qui Propositioni *staticæ*, fortean de mero Puncto, centro gravitatis, nec *Geometricæ* de Curvæ cujusdam innominatæ lineæ affectionibus (quarum ignorantia ferè circa labem consilii, & circa quas errare, sapius sit sine periculo) fidem adhibere nollent, Religionis tamen Articulos de rebus maximi æternique momenti, Hominum solum, cum seipsis æque fallibilium, Autoritate ducti amplectantur, cum satisfactio absque iis ab Infallibilis Dei verbis hauriri queat? Hac in re Bereensibus illis valde sunt absimiles, quos Evangelista, *Generosorum* Titulo insignit, eò quòd, Evangelii Doctrinis ipsis propositis, *quotidiè scripturas examinarent an hæc ita se habent.*

Accedit, si, *in foro judiciali*, vir quispiam accuset quid amplius legere doceri, quàm quod precise solum inservire possit, *beneficio Clerico*, columnæ ejus e Laqueo eripere, Num homines hi, literaturæ tantillam, hoc nomine acquisitum, reum illum *Scientia Amatorem* arguere, existimarent: Attamen, divinarum omnium veritatum, non absolutè necessariarum studii contemptor, durante vitâ, ex tam misero scientiæ gradu, non meliorem titulo (quo virum doctum gaudere oportet) ingenuum illum Dei & veritatum ejus amorem, qui Creaturam rationalem & Christianum decet, sibi vindicabit, scilicet quòd Fides articulis in Symbolo Apostolico comprehensis adhibita, forte an id agat, ne propter ignorantiam post mortem gehennæ adjudicaretur.

Antiqui Prophetæ, tametsi illuminationibus directis a Deo honorati fuerunt

fuerunt tamen admodum solliciti, & ad ipsamet dispensationum Evangelicarum circumstantias, quas hætenus non noverint inquirendas ediscendasque. Et sanè quædam ex mysteriis Evangelicis tam nobilis atque excellentis naturæ sunt, ut ^r *Angeli ipsi cupiant in ea introspicere*. Quamvis autem, Evangelicæ universim veritates non sint præcisè scitu necessariæ, nihilominus cùm *Officium* nostrum esse potest, earum studia non spernere, tum & *Beatitudo* nostra, operam circa illas navare. Obnixæ fuit, magni Regis, nec Prophetæ minoris precatio, ut *oculi ejus retegantur ad inveniendâ* (non ob vias & necessarias veritates, sed) *mirabilia ex Lege Dei*. In exordio Apocalypseos ^r Beatus pronuntiatur, qui legit & *Observat ea*, quæ in prophetia istâ & obscurâ Scripturarum parte comprehenduntur. Neque illæ solùm veritates, quæ Symboli Articulos conficiunt, sed & aliæ etiam Evangelii doctrinæ, istiusmodi sunt, quas Christus ipse dignas judicavit, quæ hoc Epiphonemate clauderentur, ^r *Qui habet aures ad audiendum, audiat*; In quod Christianus Grotius justam hanc Paraphrasin facit, intellectus nobis a Deo potissimum datus est, ut eum intendamus documentis ad Pietatem pertinentibus.

SECTIO TERTIA.

P Ergo jam ad Tertium nostrum & postremum hortamentum in rerum divinarum studia: quod in studii illius compendiis & emolumentis recensendis consistit, quæ aliarum omnium contemplationum quæthus superant, ac res divinæ universa alia objecta transgrediuntur. Et ceterâ hujus studii utilitas tam ferax est illectamentum totque in se lenocinia complectitur, ut oporteat eum tam interesse sui quàm gratitudinis esse æquè insensibilem, qui institutiones tam validas tamque adblandientes negligere potest.

Primo etenim, studia Theologica commendatiora nobis lenire debeant, propter delectationem objecta tam nobilia, tamque digna ac mihi proposita, sint, contemplandi.

Responsio illa Famigerata ab Eximio Philosopho reddita, (*Qui rogatus, in quem usum natus esset? replicuit, Ad solem contemplandum;*) illorum optionem justissimè commendare potest qui in contemplando solis Creatore tempus suum infumant, cui vel gloriosus is Planeta umbra tantùm est & velamentum & fortassis, Philosophus ille in instantia potiùs quàm notione defecit, responsio enim ejus innuit, Homini finem & felicitatem in hoc consistere, ut facultates ejus nobilissimæ in objecta itidem nobilissima exercerentur. Namque cùm Anima certa sit *Formalis*

E Felicitatio

Felicitatis sedes ac proinde felicitas illa in facultatum suarum operationibus consistat ; ut suprema Animi facultas est intellectus , ita ex eo in objecta celsissima & maxime digna exercito voluptates maximæ percipi queant. Ideò nil miror , quòd etiam si quidam e Scholasticis majores in Humana Beatitudine partes voluntati , quàm intellectui adscribant concedantque , maxima tamen eorum pars longè aliter sentiat , summa felicitatis momenta superiori Animæ facultatis attribuentium. Nam , sive Dogma hoc in omnibus casibus verum sit , necne , in nostro saltem admitti debet : nam cum præcipua contemplationis objecta , Christiano scilicet Philosopho , tam infinita Dei bonitas , quàm cæteræ ejus interminutæ perfectiones existant , eæ ex naturâ suâ adaptantur ad intensum Entis ejus adorabilis amorem in mente sua excitandum , necnon & lætos alios affectus priusque dispositiones ciendas , quas commiserunt , ut nonnulli Beatitudinem in *voluntate* præcipuè sitam autumarent. His obiter indigitatis , pergo additare , satisfactionem ex assiduâ Dei & divinorum mysteriorum detectione oriundam , eo usque voluptatibus iis , quæ Humanam Beatitudinem in Cælo ipso absolvent , cognatus esse , ut gradus potius quam *specie* differre videantur. Beatus enim vel Angelorum status a Servatore nostro perhibetur , ceu in hoc munere consistens , quòd *per omne tempus Faciem Patris sui , qui in cælis est , intuantur*. Quid quòd idem Doctor Infallibilis , alibi gaudia Cœlestia exprimere satagens , pro iis reservata , qui , eorum causâ , voluptatibus brucis abrenunciant , visionem Dei , ceu Emphaticam Beatitudinis Periphrasim adhibet , "*Beati* , inquit , *qui sunt mundo corde , quoniam ipsi Deum videbunt*. Et sicut Aristoteles docet , Animam in naturam rei , quàm speculatur , aliquo modo transire , ita Sanctus Paulus & Sanctus Johannes affirmant , Deum esse objectum Transmutativum , * quòd *in Cælis similes ei erimus , quoniam* (vel eâ ratione , * quod) *videbimus eum , sicuti est*. Tametsi autem libens concedam Beatificam hanc Dei visionem , quâ Intellectus est organum proprium , diversas res alias in vitæ futuræ felicitatem complendam concurrentes , comprehendere , existimo tamen fas esse argumentari , stupendam Divinorum objectorum contemplationem haud *minimas partes* in beato illo statu conficere , qui in hisce Textibus denominationem suam inde fortitur.

Suprà innui , Scripturas vel Angelis ipsis , stuporis & lætitiæ extases ex Dei contemplatione , necnon ex consideratis sapientiæ , Justitiæ , vel aliorum quorundam ex attributis ejus exercitiis attribuere ; ne autem ad Angelos vos amandanti dicere possitis , me in hac dissertatione Physiologi personam , in Theologorum gratiam , exuere ; ad Cartesium ipsum te remittam , quem certus sum amicum tuum rigidum , si alium quempiam ,

Philo-

ii *Matth.* 5. 8. x *i. Johann.* 3. 2.

* *ὁτι*.

Philosophum exitisse concessurum. Ita igitur ille in Tractatu eo, quo rigore plusquam Mathematico se usum arbitratur, quoque etiam in hæc (penè dixerim, Pathetica) verba, quæ ex eo citaturus sum, prorumpere coactus est, solummodo ab Impressionibus ei infixis a Transcendentali objecti, quod contemplabatur, Excellentiam. * *Sed priusquam* (inquit) *hoc diligentius, examinem, simulque in alias veritates, quæ inde colligi possunt, inquiram placet hic aliquandiu in ipsius Dei contemplatione immorari, ejus Attributa apud me expendere, & immensi hujus Luminis palchitudinem, quantum c. ligantis ingenti mei acies ferre poterit intueri, admirari, adorare, ut enim in hac solâ Divina Majestatis contemplatione summam alterius vite Felicitatem consistere Fide credimus ita etiam jam, ex eadem, licet multò minus perfectâ, maximam, cujus in hac vitâ capaces sumus, voluptatem percipi posse experimur.*

Quanta verò cunque satisfactio nobis accrescit ex rerum divinarum studio ab objecti nobilitate nata, satisfactione haud ita multò inferiore ab eodem studio profectâ fruimur, hoc nomine, quòd officio nostro hac ratione nos perfunctos sentiamus, ut hujus Naturæ actiones nobis satisfiant, nil opus, res, circa quas versamur, in se Excellentes aut delectabiles esse, Internæ conscientiæ gratulationes, ex officii nostri præstatione resultantes, vel amarissimas Pilulas de aurare sufficient & * *instar ligni juxta Mare* aquas nascentis, liquorem cum, priùs maximè ingratum, corrigere atque edulcorare. Antiqui illi Paganorum Heroes, quorum virtutes rubore nos suffundunt, naturali solum ratione; & innatis virtutum moralium Principiis ducti, officia vel difficillima & maximè molesta non modo tolerabilia sed & *Incuenda* deprehendere potuerint, hoc solum quòd *Officia* essent. Quamvis autem cupiditatibus quibusdam nuntium remittere, juxta Servatoris nostri sententiam, non minùs ingratum sit, quàm *Oculum dextrum eruere, aut manum dexteram exscindere*, attamen vel Heroinis quibusdam optatius fuit, non modò maximis sensuum voluptatibus abrenunciare, sed & earum sedem, corpus ipsum quasi sacrificare, ut Amasiæ Castitati pudicitiaque prospicerent litarentque nec obedientiæ solum dictatis, sed & gratitudinis etiam, in hoc studio obsequimur; quæ quidem virtus tam potens habet in mentes Ingenuas imperium, ut ii quorum Principia consiliaque Religione non elevarentur, in Parentum tamen Patriæque redhostimentum, difficultates maximas discrimina, & propositiones, quasi delicias summas atque emolumenta studio quæsierunt: etenim vir gratus nullam vitæ partem majorem cum satisfactione impendit, quàm quæ in eorum gratiam occupatur vel insumitur, quibus ipsam debet, persæpè etiam magis sibi placet, in beneficio, utut cum summo sui periculo, agnoscendo, quàm in eodem accepto.

E 2

Aliud

* *Medii. tertia sub finem.* x *Exod. 15.25.* *Matth. 5.29.30.*

Aliud verò emergit commodum, idque non mediocre, ex veritatum Theologicarum speculatione, viz, contemplatoris ipsius in Pietate & virtute progressus. Sicut enim Evangelium, ² *Mysterium Pietatis*, appellatur; & Sanctus Paulus alibi doctrinam inibi contentam, ² *veritatem que est secundum pietatem*, vocat, (1.) doctrinam aptam natam ad pietatem & virtutem in mundo promovendam, ita character hic five Encomium ad veritates reconditiores speculatione erutas (licet forsan non æqualiter) pertinet, ac ad magis obvias illas ordinarie in Catechismis, & Fidei Confessionibus comprehensas. Rerum Fundamentalium Excellentiam & Prærogativas, nullo modo imminuere satagerem, verum cum grandiora & nobilissima ad Pietatem virtutemque incitamenta sint, altissima Dei & Christi ejus veneratio, cum flagranti utriusque amore, non possum non existimare, scrutinia illa particularia, quæ ad majorem delectationem attributorum Dei, naturæ, munerum, & vitæ Servatoris nostri, necnon sapientiæ & bonitatis in Humanâ Redemptione comminiscendâ absolvendâque manifestatæ, collimant, pari etiam ratione, ad admirationem nostram augendam, amoremque inflammandum pro dotium tam divinarum possessoribus, & pro beneficiorum tam inæstimabilium collatoribus. Et sicut ^b serpens æneus, qui typus solùm fuit unius ex Evangelii mysteriis, sanitatem daret intuentibus in illum; ita mysteria ipsâ, debite perpenſa, influxum valde sanativum in contemplantes habuerint. Nec verisimile est, quia ille, qui plus de profunditate Divinæ Sapientiæ & benignitatis discernit, cæteris paribus, magis, quàm alii, ad illum admirandum, diligendum, fidendum, seque in illius Regimen resignandum disponeretur.

Quod quidem mentis temperamentum, cum *in se* est magna divini cultus pars, tum rectâ ad virtutes eas acquirendas augendasque tendit, sine quarum praxi, ut Scripturæ clarè asserunt, nec Deo obedire, nec Amorem nostrum erga illum exprimere valemus. Atque ex hoc mentis studiorum Theologicorum interventu, emendatione, aliud etiam beneficium (ut obiter id notem) proficiscetur, viz. æstimium nostrum pro Deo & veritatis ejus evehendo, Cælos nobis gratiores reddit, adeoque non modò assistet in iis assequendis sed & beatudinem nostram illic promovebit.

Novi, objici posse, mentis emendationem compendium esse tantummodò morale; sed liceat respondere, præterquam quòd istiusmodi sit compendium morale, quòd proventum intellectualem, cujus fructus est, supponat, morale utriusque beneficium satis magnum esse potest, vel meriti Philosophi, atque etiam Epicurei judicio, ut tantum studii ac Physiologia ipsa commereri possit. Ne autem existimes, me hac loqui, quasi in hac Epistola exarandâ Theologorum partibus additiorem, certior-

te faciam, Epicurum ipsum qui nunc dierum tam numerosam Physicorum sectam, pro affeclis suis habet, studiis naturalibus incubuisse necnon & Tractatus plurimos Physicos conscripsisse, in hunc finem, ut naturales Tonitrus, Fulguris, cæterorumque Phænomenon terribilium causas cognoscendo, animus ab imaginationibus, vulgus hominum inquietantibus, liberaretur, at pote qui harioleantur res tam monstruosas atque formidabiles ab irato aliquo numine provenisse, adedque mentem perhibent perinde ac Aëra. Hæc Epicurei instituti ratio, jam a me reddita, sat liquidò ex propriis ejus verbis, a Laertio proditis, prope Physiologicæ Epistolæ ad Herodotum finem, elici videtur; ubi rerum earum considerationem, quas circa Physica Principia in genere, & particulatius circa meteora tradidisset, ipsi commendans, subjungit, *si enim ab istis non discesserimus, tam id unde oritur perturbatio, quodque metum ingerit, rectâ cum ratione edifferemus, nosque ab ipsis eximemus.* Cui consonum est, quod optimus ejus, Interpres, Gassendus, sub Finem Epistolæ Meteorologicæ loqui cum facit, hisce verbis, *maximè verò dede Te ipsum speculationi Principiorum, ex quibus constant omnia, & infinitatis natura, aliorumque his coherentium. Insuper verò & Criteriorum, affectuumque animi, & scopum illius in quem ista edifferentes colineavimus, attende, Tranquillitatem intelligo statumque mentis imperturbatum.* Neque hoc, Testimonium totum absolvit, quod ab Epicuro ipso in idem institutum reddere possum; namque inter *Rectas ejus sententias*, a Laertio servatas, (qui & ipse Epicuri sectator habitus est) unam reperio, ultrâ progredientem; *si nihil, inquit, conturbaret nos quod suspicamur vere, neque ex rebus sublimibus, neque item quod ex ipsâ morte, ne quando nimirum ad nos pertineat aliquid, ac nosse præterea possimus, qui germani fines dolorum atque Cupiditatum sint, (ἐκ δὲ τῶν ποσειδέων τε καὶ φυσικολογίας) nihil Physiologiâ indigeremus.* Huc usque Epicuri Testimonium, quo cum etiam non omninò sentiam, quoad illud quod innere vellet art, *Physiologiam vel menti, a Deitatis Provide, & Animæ immortalitatis fide, liberanda, aut non alteri instituto notabili, inseruire adaptatam*, hanc tamen fructum ex illis declarationibus decerpere valeamus, quod, juxta Epicuri mentem, Lucrum Morale, ad affectuum Regimen pertinens, operam nostram in Naturâ vestiganda ritè exposcere valere. Cùmque hinc pateat, purum putum Philosophum, nullam omninò Providentiam admittentem operæ pretium existimasse, in abstrusissimas Physices partes, & difficillima naturæ Phænomena scrutinio suo penetrare, solummodo ut ab uno molestissimo affectu, Timore scilicet se eriperet; haud indecorum Philosopho videri debet, studium illud prosequi, quod non modò unum effranem affectum, cohibebit, sed & virtutes omnes promovens a servili cuncto Deitatis Timore liberabit, atq; insuper committit ut spem validam & benè fundatam in eo haberemus, Deique potestatem, vel maximam, non terrore, sed lætitiâ suspiceremus.

Est aliud etiam commodum, e veritatum Divinarum studio oriundum,

idque nimis magnum , quàm ut prætermitti debeat. Nam cùm , dum (Barté Chómer) *Domus nostras argillaceas inhabitamus*, huncque *Lacrymarum vallem* incolimus, vix in quidvis aliud incidimus, præterquam afflictiones, studium recens memoratum haud parùm commendare debet, quòd solamina vel validissima in statu illo aliter difficili , nobis facile subministrat.

Scio aggeri posse, speculationes, circa quas Physicus versatur, non modò nobilia mentis munia audire, verùm etiam & jucunda ejusdem oblectamenta. Nec diffiteor, quia frequenter ita sint , quando animus a sedula earum & diligenti inspectione non præpediatur; adè ut Angustia illæ cùm levidentes, tum breves Philosophicis hisce avocamentis & subiri & compensari possint; mala tamen acriora & magis pungentia , imò mortis ipsius appropinquatio, longè potentiora remedia requirunt, quàm laxamenta hæc suppeditare valent.

In talibus enim casibus mens nimis incomposita esse solet, quàm ut attentionem , ad voluptatem e Physicis speculationibus eruendam, requisitam applicaret; atque in ægrotatione, anima sæpe tam inhabilis est ad jucunditates , e studiis merè humanis natas , degustandas, ac languidum corpus ineptum redditur , cibos , priùs delectabiles sapere. Et reverà Paucissimi sunt , qui delectationem magnam ex mundi studio haurire queant cùm se respiciant, tanquam in ipso articulo , quo inde abigantur, adèque in discrimine ne partes suas in contemplatis objectis amitterent. Ardens febris æstus, vel dolorosa Cholice Tormina haud multùm quoad sensum diminuentur , si quis internoscat , *Tres Trianguli Angulos duobus rectis esse æquales* ; vel, calorem non esse realem qualitatem (ut velint scholæ) sed modificationem solum insensilium materie partium motus; & dolorem, non esse distinctam qualitatem in rebus, ipsum producentibus, in hærentem, sed sensationis affectionem. Speculationes Physicæ, consolationes nullas præbent, quæ vim habeant vel extraordinariam vel peculiarem ad afflictos sublevandos ; quid quòd avocationes inde exhibitæ, potius mentem obtundunt, & a minoribus malis considerandis avertunt , quàm solidi quid opitulaninis afferunt , ad ea vel amovenda vel componenda, adèque ceu Opiatæ , potius quàm vera Cardiaca operantur.

Jam verò, si vir talis , cujusmodi D.N. in res adversas incidat, longè aliter res se habet, considerandum enim est , quòd rerum Divinarum studium, cùm debitè moratum , tametsi in se , vel occupationis natura , sit Rationis Actus sive exercitium ; cùm tamen in illud incumbamus vel ex obedientiâ , & gratitudine , & Amore Dei, ratione stimulorum & scopi actus est Religionis; & sicut ex obedientiâ , & gratitudine, & Amore Dei proficiscitur, ita apud eum est acceptissimus; & ratione Institutionis suæ

æque

æquæ ac bonitatis, propria est atque efficax methodus ad favorem ejus conciliandum; quo, qui tam fœlix est, ut frueretur, facilè, credo, fateberis, cum vix ullis malis miserum fieri posse. Nam ne hic in Topica transeam de afflictionum compendiis ac fructibus, iis qui Deum diligunt, & ab eo diliguntur accreturis, sufficere potest, eum qui (ut loquuntur scripturæ) ^d *Figmentum nostrum novit*, & promittit suis, ^e *ut non sinat ipsos tentari supra id quod possint*, & proclivem esse & solere servis suis afflictis solamina extraordinaria in Angustiis præbere, nec non & statui illi appropriata. Tametsi enim Naturalis, Philosophia sit lucidissimo ejus objecto, stellis scilicet, similis, quas ut ut astronomus cum voluptate contemplari potest, cum tamen Agentia sint merè naturalia, non possunt illi influxum, solito benigniorem, impertire, cum lecto ægritudinis ergò affixus, vel cum in carcerem conjectus sit; Omnipotens tamen & misericors Stellarum conditor, cum non voluntarium modò sed & liberrimum agens sit, levamina sua necessitatibus nostris quâ adaptare, quâ apporportionare potest, & mala vel maxima consolationibus adeò Cardiacis alleviare, ut nec patientiam nostram unquam supergrediantur, imò nec gaudia nostra impedire valeant; & cum mors, ^f *ille Terrorum Rex*, se ingerat, cum merus Physicus luctuosè expectet scientiæ suæ voluptate denudari, sensus eos, mundumque eum amittendo, quæ ejus instrumenta & objecta sunt; & fortèan (cum nil ultra sepulchrum discernat, præter vel æternæ annihilationis, vel æternæ miseriæ statum) vereatur, vel in æternum intra sepulchrum concludi, vel tormentis illiusmodi exponi quæ vel statum sepulchralem redderent optabilem; Pius rerum divinarum contemplator non modò immunis est a cogitationibus, quæ eum discruciare poterunt, ne anima in statum annihilationis reduceretur, vel in gehennam detruderetur; verùm & expectatione fruitur consolatoriâ, se voluptates longè majores, ex studio eo cui nunc insudasse gaudet, percepturum, cum mutatio illa, tam meriti aliis formidabilis, id solùm agat, ut multò proprior reddatur divinis piæ ejus curiositatis, objectis, nec non ut facultates ejus ad illa comprehendenda mirè elventur, distendanturque.

Atque hoc in postremi emolumenti ad studium illud, in quod hortarer, pertinentis recensioem ducit idque maximùm, quod vel studium ali-quod commendare, vel homines ad rem quamcunque suscipiendam allicere potest; neque enim minus est, quàm æterna divinorum studii nostri objectorum possessio in seculo futuro & solatoria ejusdem expectatio in presenti: cum enim tempus nostrum facultatesque impendimus in Dei naturâ & Providentiâ admirandâ, & in divinis Religionis mysteriis contemplandis, sicut unum quid ex præcipuis muneribus atque ministeriis est, quibus Deum colimus & veneramur, ita ex istiusmodi muniis est quibus non minus præmium, quàm sui ipsius possessionem (quo quid ma-

jus.

^d Ps. 129. 14. ^e Cor. 10. 13. ^f Job. 18. 14.

jus dari potest) assignare visum est. Nonnulli ^g ex Sanctis atque Angelis in Cœlis ad veritates Theologicas devehendas occupati fuerunt, nec non & solliciti sunt ^h in *Sacra illa mysteria introrspicere*; ita etiam a Deo comparatam est, ut qui iisdem, cum iis, prælectionibus in hoc mundo incumbant, deincipienti seculo in eorum sodalitia iisdem invigilent. Nec dubium est, quin, ut ut Cœlum gaudio ineffabili abundet, non minimas tamen partes habebit ad vel illius loci beatitudinem complendam, quod rerû divinarum intelligentiam, quam hic tam studiosè venamur, istic perfectè assequemur. Ea etenim, qua hic loci desideria nostra excitant, & scrutinatorum curiositatem atque industriam animant & vivificant, non modò istic durabunt, sed in longè majorem illectamenti & influxus mensuram provehentur. Omnia enim studia illa Pathemata, & cupiditates, quæ in mundo hoc inferiore id agunt, ut divinarum veritatum pulchritudinem atque harmoniam nec liquidò, nec fat magnò æstimemus, nec attentè fatis meditemur, illic vel abolitionem patientur vel saltem transformationem; & sicut objectum retegetur, ita oculus illuminabitur, Primo, sicut Deus objecta ista Angelorum curiositate digna ibi dispanDET, ita facultates nostras dilatabit, ad sublimes eas & radiantes veritates, absque quòd inde perstringamur, aspectandas, ad quarum Harmoniam æque ac splendorem retegendam, ac proinde cum extasi admirandum tunc habiles capacesque reddemur. Atque hæc quidem facultatum nostrarum dissenſio atque elevatio, juxta mensuræ suæ rationem, fatisfactionem nostram quoad res ejus opè detectas, augmentabit. Theologia etenim est instar Cœli cujusdam quòd non pluribus stellis, quàm in expanso ejus conspicuæ sunt, indiget, sed nos oculis caremus, fatis lynceis & perspicacibus ut in eas penetremus. Et sicut *via lactea*, aliæque albiore expansi partes immortalibus ab initio luminibus fuerunt refertæ, nec nova nostra Telescopia illic ea collocarunt, sed invenerunt tantùm; ita cum Servator noster, post gloriosam ejus resurrectionem, Apostolos suos ad Evangelium prædicandum instruxerit non dicitur, eum quippiam in Mosis & Prophetarum Scripturis immentasse, sed solummodo ⁱ *mentes eorum aperuisse ac dilataſſe, ut interlligerent Scripturas*. Quid quòd Propheta Regius ita precationem instituit, ^k *Ut Deus retegat oculos suos, ut inveniatur mirabilia ex Lege suâ*; novit enim, ut priùs innui, Verbum Dei rebus miabilibus non carere, idè què solummodo perspicaciorem oculorum aciem petiit, ut habilior fiat ad illa discernenda.

Unum quid penè exciderat, circa studiorum Theologicorum compendia, idque nimis momentosum, quàm ut silentio prætermittatur; namque qualitercumque magna beneficia, ex divinarum, veritatum notitiâ oriunda, repræsentavi, ut tamen adhuc fiant commendatiora tutò addi potest, actualem ejus notitiæ consequutionem non semper absolutè necessariam

cessariam esse, ad beneficia illa concilianda, sed Conatum cordatiorem huic scopo sufficere. Patienti Chimico, qui seipsum & facultates suas in lapide Philosophico exquirendo consumit, si deamato suo elixere destituito, præstitisset nunquam eum quæ siville, manet enim tam pauper eventu, ac dives fuit spe. Agricola, qui semen & tempus impendit, ad messem uberiolem e Terrâ comparandam, accedente post omnia tempestate magis inclementi, incassum se operam navasse sentit,

— — — *Longisque perit labor irritus anni.*

Ægrotantes, nimium plures, qui ad salutem recuperandam, omnia, quæ medici imperare poterant, præscripta punctius observaverint, tandem pro sanitate mortem reperiunt. Tu ipse novisti, qualiter laboriosa conamina, vel clarissimorum scriptorum, (quales Scalliger, Longomontanus aliique Tetragnostæ) a peritis Geometris, fuerint excepta; quodque eorum successor Dominus Hobbius, post omnes vias ab eo in praxim deductas, aliasque propositas, ad circulum quadrandum, & ad cubum duplicandam, conatu incassum cedente, irritâ tandem operâ, non frustratione modo sed & dedecore abscedit. Et (ut instantiam in rebus Cœlestibus darem (quantum operæ in sumptum est, ad longitudines inveniendas, & ad Prædictiones Astrologicas in certitudinem nem qualem qualem perducendas, quod, quid ad scopum designatum non assurrexerit, inutile modò susceptoribus fuit, sed & damnosum.

Deus autem (ut cum Sancto Paulo aliâ occasione loquar) ¹ qui fecit mundum & omnia quæ in eo sunt, quum sit Cœli & Terra Dominus, ministeria nostra non quærit, quasi alicujus rei egens, quàm ipse det omnibus vitam, & halitum, & omnia. Autarchia ejus & benignitas istiusmodi sunt, ut in nostrâ obedientiâ occasiones quærat ipsam remunerandi, & officia nobis injungit, quòd eorum Praxis non modò rationali nostræ naturæ sit consentanea, sed & talis, quæ apud Justitiam ejus tantùm valeat ut benignitas sua beatos nos sælices, reddat.

Congruum est huic doctrinæ, quod in Scripturis reperitur, ubi legitur ^m Abraham ex operibus justificatum fuisse, quàm obtulisset Isaacum Filium suum super Altare, tametsi non actu illum sacrificavit) quoniam molitus est ita facere; licet, Deo ex gratiâ voluntatem pro facto acceptante, Arietis sanguinem vice Isaci, recepit. Ita etiam novimus, non Davidem sed Salomonem Templum Hierosolymis extraxisse, Deus tamen de Priore Regum eorum (perhibente posteriore) loquitur, *Eò quod fuit Tibi in Animo edificandi Domum nomini meo; benefecisti quòd fuisti eo animo, veruntamen tu non es edificaturus istam Domum*, &c. Et si alias hujus Historiæ circumstantias intueamur, prout in 2. Sam. Libro traduntur, deprehenderes, ° quòd cum David animi sui institutum declarasset ad ædificandam Deo Domum, Deus ipse peculiari ^p *Servi ejus* Ti-

F

tulo,

¹ Act. 17. 14. 25. in Iacob. 2. 27. in Chron. 6. 8. 9. o. 2. Sam. 8. p. vers. 5.


tulo; ut olim Mōsen, illum insignire dignatus est, & Prophetam jubet ad illum dicere; ¹ *Denique indicat tibi Jehova, Domum paraturum esse tibi Jehovam.* Cui additur nuntium, ex gratissimis unum, quos Jehova unquam ad virum quemvis particularem miserit. Unde discendum est, Deum, vel illos (Servorum ejus) conatus approbare bonique consulere, modò integri sint & sinceri, qui nunquam in actum perducantur: Bonis instituta & conamina, nostra sunt, eorum tamen, sicut & rerum omnium reliquarum Dei sunt, omnia ex arbitrio disponentis, qui, si conatibus nostris nobismet non deessemus, non permitteret nos Providentiæ suæ frustrantibus aleis præjudicari, verùm molimina nostro vel *successu* aut aliâ qualis compensatione coronabit, quæ illius vicem resarcire possit.

Et reverâ, si magna illa elogia consideremus, quæ Scripturæ tam frequenter quàm meritò, Dei bonitati largiuntur, (quam, ceu ¹ *supra omnia ejus opera*, repræsentant,) quòdque *puriores ejus oculi*, cordis homicidium atque adulterium tam puniant, quàm aspiciant, cum peccata illa intentionalia, ne in Actualia prorumperent, præpedirentur; vix dubitari potest, quin ille, cujus Justitia in vitiosa animi instituta animadvertat, infinitæ ejus benignitati provinciam concedet, conatus pios remunerandis, Ideòque Servator noster Beatos eos pronunciat, ⁵ *qui esuriunt & sitiunt Justitiam*, certiores eos faciens quòd *saturabuntur*, ex quo satis nobis innuit, Fervidum spiritualis gratiæ (cujusmodi est rerum divinarum intelligentia) perfectæ ejus possessioni jus homini concedere posse si non in hac vitâ, saltem in futurum ubi ¹ *non amplius per Fidem ambulabimus, sed per aspectum*, & tam scientiam, quàm alias dotes obtinebimus, ad statum illum gloriosum adaptatas, ubi ejusdem, pro nobis acquiritor asserit, quòd (*σάγγελοι*) *æquales* aut similes Angelis erimus.

Considerationes, Domine, hætenus tibi propositæ, ad divinarum veritatum studium commendandum tibi, spero, persuaserint, illud multis nominibus & *in se Præclarum esse atque Eligibile*, ideòque hic coronidem imponam primæ hujus dissertationis parti: Quoniam verò hujus studii præstantissimi minutio, a Physiophilo expressa, ex partium studio, & amore in naturalem Philosophiam protentiore (potissimum, saltem) proficisci videtur, proximo loco non abs re erit, studia Theologica cum Physicis comparare, & ostendere, compendia ab Amico tuo in gratiam Posterioris allegata, partim circumstantiis quibusdam incommodis plurimum diminui, partim Altissimis contemplationum Theologicarum Excellentis præsuperari: unde constabit, earum studium, non modò in se *optabile*, esse, sed etiam æmulo suo *anteponi* debere. Et monendus es, Partem secundam, quam comparationis hujus institutio

sibi

sibi vindicabit , longè Priore proviorem futuram ; non modò quod frequenter, majorem operam, & plura verba requirat, ad errorem detegendum refutandumque, quàm ad veritatem comprobendam ; verùm etiam quod res variæ in Theologiæ æstimum facientes, quæque ideò in priorem Tractatus partem inferi potuerint , aptiores visæ sunt , rebus aliis in responsis, objectionibus in secundo hoc Tractatu, factis, intertexti.



EXCELLENTIA THEOLOGICÆ,

SIVE

STVDIORVM THEOLOGICORVM

supra PHYSICA PRÆROGATIVÆ.

PARS SECUNDA.

Differtationem hanc, absque Præloquio quovis, exordiar , Physicorum *delectamenta* considerans, tanquam rem præcipuam quæ Amicum tuum, aliosque *virtuosos* pelliciat præpediatque, ne rei Theologiæ jucunditatem, prout debent, & prout aliàs facerent degustarent. Et ut liberè Tecum agam, non verebor affirmare, applicationes eas, & quasi ambitum utut Physice per multos annos à me factos, eosque satis laboriosos, nec sine aliquali sumptu, beneficiis tamen, qualia qualia sunt sat me pro votis demeruisse, adeò ut nil opus, ut de operâ meâ minùs jucundè impensâ conquererem. Attamen tametsi libens fatear, Physicorum acquisitiones, voluptates sinceriores Animabus Philosophicis suppeditaturas, quàm quas insensatior humani generis pars adeò depereat, non tamen concedendum est, eas contemplationem illam æquare, nedum supergredi, quæ animæ accrescere potest, religionis ministerio, ad optima quæ-

que ex Theologicis quibusdam contemplationibus sapidissimè degustanda, adaptata.

Hoc, credo, satis constabit, si ostendero studium Physiologicum haud exiguis incommodis famulatum iri, & ejusdem jucunditatem a viris, Theologiæ studiosis, cum circumstantiis magis ad blandientibus esse percipiendam.

Antequam verò ad particulares illas quas postea redditurus sum, rationes descendam, æquum erit forsan verba pauca interponere, ad errorem anticipandum, qui non primam sed & magnam sequentis discursus partem aliqualiter deturpare possit. Novi enim objici posse, quòd cùm res, varias allegarem, ad imminuendas studii Physici delicias, nuper recensitas, aliaque quædam ejusdem compendia, quibus sectionibus secuturis commendatius redderetur, depretiari, nonnullas etiam ejusdem generis objectiones in studii Theologici delicias urgeri posse. Verumtamen objectionum hæc parùm te, credo, movebit, si duarum hujus Epistolæ partium argumentum atque scopum perpenderes. *In priori* etenim luculentis probationibus ostendi, studium Theologicum variis commodis ancillatum iri, ad illud vel *maxime potissimum*, ut cætera pertinentibus. Et jam in parte secundâ devenio ad considerandum, utrùm quod in studii Philosophici gratiam allegatur, Prærogativas illas sive emolumenta compensare mereatur; adeoque non est institutum meum, nec necesse est ut sit, studia binâ, Theologiæ scilicet & Physicæ inter se comparare, sed eò tantùm collimo, ut incommoda posterius studium degravans & imminuens ostendendo, argumenti illius, a delectatione ejus ducti vires enervarem, unde concludi vellent, illud esse Theologico præferendam. Adeo, ut opus meum in hac & Sectionibus sequentibus, non tam consistit, in comparationibus instituendis, ac in allegationibus quâ obviandis, quâ respondendis. Cùm enim in Tractatu Superiore, studii Theologici Excellentiam, ex magnis iis compendiis, illi peculiaribus, potissimum evincere satagi argumentationes meæ non essent frustraneæ, utut apparet, studium illud iisdem prejudiciis gravari, quoad delectationem, certitudinem &c. in casibus multis, quibus laborat etiam Physiologia; cùm contemplationes Theologicas, non propter ista præcipuè privilegia sed propter, alias, sibi que proprias dotes (ut dicturus eram) præcelebraverim. Ideoque, ex supposito, studii illius æque ac Physici delicias iisdem, vel æqualibus incommodorum vel imperfectionum momentis degravari, illa tamen suppositio non propediret, quominus lanx præponderans in Theologiæ partes propenderet, ratione quæstuum eorum quæ jure indubitato proprioque ad illam pertinent. Nescio, an opus sit additare, te, hoc non obstanti, haud expectaturum ut Philosophiæ *Amici vulnera* insigam. Cùm enim Consilium meum non eò tendat, ut vel te, vel alium quemcunque virum Imperiosum, ab ejus studio, vel *omnino*, imò nec *Impensè* colendo, sed modò ut justos limites non *impensius* excedat, &

Theo-

Theologiâ præ se fufque deque habitâ, non *ensem* adverfus illam adhibeo in vulnerationem, fed *Lancem*, ad ostendendum Excellentias ejus, utur folidas & momentofas, minore tamen jure iftis Titulis superbire, quàm præponderantes illas Theologiæ; Quæ quidem animi mei Temperies atque institutum, provinciam fufceptam tam difficilem reddit, ut veniam, forfan tuam, & juftius peterem, & magis neceffariò requiram, fi ubique non tam exactè & æquilibratim me geram, ita ut nec *hæc*, caufæ à me defendendæ injurias inferrem, nec *illud ftudium* vilipenderem, quòd adeò non depretiare velim, ut haud parvas propenfionis meæ partes, nec exiguam Temporis portionem, ipfi delegarem. His jam præmiſſis, ne fequentis difcurfus institutum malè interpretaretur, sternitur via ad particularia profequenda, quorum fcopum declaravi.

Ut igitur ad rem, unde proluxa hæc, fed neceffaria, monitio me abduxit, regrediar; difcurfum meum de ftudii Phyfici oblectamenti refumam, circa quæ primo loco dicturus eram, fcire me, Amicum tuum facilè conceffurum, inanis illius ftertilisque Phyfiologiæ, in ſcholis edoctæ, intelligentiam ut multùm laboris in ejus afcucutionem non requirere, ita fatisfactionis, parum, quando acquiritur, vobis fuppeditare. Et ficut fat novi, te veniam mihi indulturam illud afferenti, ita non zeli mei ipſius experienciâ edoctus, auſim etiam dicere, Experimentalis ejus Philoſophiæ ftudium, quod Amicus tuus adeò commodat, modò debite profequetur, rem eſſe valde operofam & moleſtiæ plenam. Nam, (ut in præſens in hoc uno inſtarem) magna illa objectorum varietas, quæ Phyſicus, non modò ex curioſitate propriâ, fed ex ſecretis mutuifque inter ſe nexibus & dependentiis conſiderare, & diverſimodè tractare cogitur, id committere, ut neceffariò opus habeat cum variis mechanicorum, (quales diſtillatores, Pharmacopolæ, Fabri Ferrarii, Tornatores &c.) generibus rem habere, ita ut magna Temporis ejus, & forſitan Patientiæ pars in Artiſtibus illiusmodi attendendis, damnis, ex eorum fruſtrationibus, ſufceptis, reſarciendis, inſumatur, neceſſe eſt; quod quidem ſervitium eſt majus, quàm inexpertus quiſpiam imaginari poteſt, quodque, cum tam inevitabile quàm ingratum fit, delectationem ſtudii, de quo agitur, haud parum mitigat diminuitque; eò quòd tantum cura atque; Temporis inſumentum eſt in apparatu, experimentis faciendis neceſſario, comparando.

Sed non in hoc ſunt omnia. Cum enim experimentum in exitum perduxeris, tamenſi contentus nonnunquam Tibi placeat, raro, tamen eo aſſurget, ut inde Tibi plenè ſatisfactum fit: non enim ita agitur cum mente indagatoriâ in Nature libriſ evolvendis, ac in Ælopi Fabulis, aliis Apologorum variegatum nec mutuo nexu coherentium ſyllogis evolvendis, accidit; ubi, perlectis quot unicâ vice placeat, ad libitum deſiſtas, perceptâ earum, quas legeris, voluptate, abſque quòd ſolicitâ quadam curioſitatis ſcabiè prurias in cæterorum indagacionem, quaſi in earum, quæ jam hauferis, meliorem intelligentiam ſint neceſſariæ vel quòd

per *ras* & forte non absque iis explicabuntur verùm in libro naturæ, tanquam partes adedò mutuo neque & relatione inter se coherent, & res, quas inde eruere velimus, tam obscurè sunt atque imperfectè ex præcedentibus scibiles, ut nunquam plenè menti satisfac, donec ad finem libri perveniatur, scilicet, donec omnibus in decursu patefactis, animus non amplius impatientiâ vexetur, quia illud adhuc indetectum manet, quod absque ulteriori saltem progressu non revelabitur. Et tamen, adedò inverisimile est plenam naturalium mysteriorum revelationem singulari cuivis homini in hac vitâ in dotem cessuram ut Indagatoribus eorum, maximum perinde accidat, ac lectoribus, cujus partes posteriores nunquam videant vel contemplantur, nam reverâ (ut a simili recedam) talis est inter corpora naturalia relatio, & tot modis, (eorum etiam variis inobservatis) in se mutuo agantur & ab invicem patiantur, ut qui novum facit experimentum, aut novum Phænomenon retexit, non statim existimare debet, se vel veritatem novam disculsiisse, vel errorem veterem detexisse, Namque (saltem, si vir cogitabundus sit) haud rarò dubitandi ansa ministrabitur, utrum experimentum sive observatio adedò cautè & peritè, quoad omnes circumstantias, facta sint, ut ratio rei tam perfectâ inde redderetur, qualem severus Physiologus exigeret.

Et præterea ex supposito parrem hiltoricam nullo modò defecisse, casus tamen longè plures, quàm adiuic in animadversionem venerint, dari possunt, quibus Agentia tot diversa *Phænomenon* exhibitum producere, & influxum haud exiguum in experimentum vel observationem sibi vendicare possint, ut minus anxius & quasi zelotypus sit, oportet, quàm Philosophum decet cui experimenta tam nova dubia sæpe suggerant, æque ac nova Phænomena exhibeant.

Imò illa ipsa experimenta, quæ in veris detectionibus derminantur, propter veritatum Physicarum concatenationem, mutuasque corporum naturalium in se invicem relationes spem talem taliaque desideria, scientiam jam acquisitam promovendi in aliarum difficultatum solutionem, aut Indicationes ultiores faciendi nobis ingerunt, ut scrutabundus Physicus opus suum sub manu usque crescere deprehendat, adedò ut præteriti laboris eventus, sive Fœlix sive fecus, non nisi in nova experimina proritet, vel ad scrupulos suos dirimendos: vel ad successus intendendos. Ideoque etsi detectiones Physicæ sint in se admodum jucundæ, hoc tamen eos non parùm contemperat imminuitque quòd eadem ipsa conamina, tanta voluptate animum demulcentia, tam frequenter novas dubiorum cruces pariant, & anxîâ curiositate eundem inquietent, ita ut, si scientia, (ut aliqui Philosophi nuncuparunt) Animæ rationalis alimentum sit nimis verè forsân dici potest Physiologum Embammatibus & Oxyporis vesci, quæ etiamsi nutrimenti quale quale exhibeant, appetitum tamen magis cient quàm satiant; hac quidem voluptate nos demerentur ut cupidius edere-

ederemus, quam tamen ingrata hac necessitate compensant, ut esurientes semper e mensâ surgeremus.

De variis rebus Physicorum studiorum delicias imminuentibus, in chartis aliis tam prolixè edissero, ut illuc meritò sis amandandus, sed reverà, non est necessarium, ut huic Argumento diutiùs insistam. Fateor equidem Relationem talem maximè propriam fore si Theologiæ & Physices mysteria sint Theologicis & necromanticis similia, quorum *prius* non potuit ritè degustari absque detestatione *posterioris*. Doctòr ille, cujus patrocinium suscipio, Judicium Physicum æquè sapere potest, ac ipse Physiophilus, imò ex Theologiæ & Religionis studio adeò non inhabilis sit ad satisfactiones ex studio naturæ resultantes percipiendas, ut præter ea, quæ illud aliis commendant, varia etiam peculiariter illi reddant commendabilius.

Primò enim, voluptatem habet naturæ miracula suspiciendi, non modò ut productiones Authoris rerum admirabiliter sapientis, sed talis in super quem impensè diligit & honorat, cuique affinitate aliquâ conjunctus est. Qui librum egregium evolvit aut machinam quandam contuetur, aliter vel lectione vel visu afficietur, modò noverit ab Amico aut Parente factam, quam si peregrini opificium consideret, cui cum nulla ei intercedat necessitudo.

Atque si Jeroboamus ab Humano genere æquè ac propriò non de generasset, non potuit non magnificum Salomonis Templum aliis oculis inspicere, quam Peregrinorum Turba quæ illuc confluit solummodò ad stupendam ejus Architecturam suspiciendam; cum apud se recoleret, Patrem ejus ædificasse. Et si, (prout compertum est) Heroica eadem ipsa gesta magni cujusdam Monarchæ, quæ in Historiis legimus, quæque peregrini nudè & simpliciter mirantur, ab ejus Regni Incolis non modo veneratiore, sed & conscio quodam affectu exciperentur, eò quòd conterranei ejus sint, & majores eorum istius subditi; quantò sensatiùs eos, actiones illas miraturos, supponamus, si Principis istius Filii essent? Prasumendum est igitur, contemplatorem de quo agimus, non sine maximâ satisfactione, in omnibus naturæ miraculis discernere, quam sapiens, quam potens quam benignus sit is naturæ Author, in quo jus suum habet, idque tantùm, ut & in Amicorum numerum admittatur, & in Filiorum classem cooptetur, atque inde aliquo modo partes puras habeat in admirationibus & Encomiis universis vel à se vel ab aliis, attributis iis adorandis exhibitis, quæ Deus in egregio illo potentatis & sapientiæ typo Terrarum orbe retexit.

Cùmque majores faciat detectiones in suis divinarum perfectionum characteribus & quasi vestigiis, contemplationis ejus jucunditas pari passu augmenta recipit, eadem planè ratione ac Amator quispiam Patheticus Amasie suæ picturâ Excellentiore delectatur, non modò, quòd, ut cæteri inspectores, mirabilius Artis opificium suspiciat; sed quòd Do-

mina

minæ suæ similiorem , ideòque dilectissimi Archetypi sublimiores Ideas animo ejus imprimit , cujus Excellentiss supereminentibus experimentis nobilissimas repræsentationes maximè idoneas maximèque pares arbitratur.

Supereft & altera ratio , quare contemplator noster in hisce Judiciis plurimum acquiescat. Habemus enim in naturâ nostrâ tantum imperfectiõnis, & pariter tantam in Philautiam proclivitatem , ut Idæas rerum, quas Deus pro nobis præstare potest, nimis fidenter apportionemus mensuris iis, quarum jam vel intelligentiam vel Possessionem habemus. Atque etiamsi, cum in hoc sedulo incumbamus, intellectus nostros ampliare, expectationesque supra solitam proportionem sustollere , ægrè tamen & multo cum negotio potis sumus, usque tamen non nisi tenuiter & parcius evehentur promovebunturque si res ipsæ non nisi triviales sint & ordinaria, quas nos curasse, ut superent , gloriamur. Paganus rusticus , humili luguriolo natus atque innutritus, non potest Idæas satis Idoneas inhaurire, de aulicis magni cujusdam Monarchæ deliciis & magnificentia; & si quando juberetur imaginationem suam ad Idæas de iis effingendas elevare , sine dubio à Domo optimè imbricatâ , quàm unquam in oppidis mercatoriis, ubi rapas suas vel frumenta vendiderat , & convivio nuptiali vicini alicujus villici Filix, mutuarentur.

Et quamquam Infans in materno utero perfectò rationis usu frueretur, attamen in Cella ea tenebrosâ Ideas nullas habere potuit vel Solis vel Lunæ, vel Pulchritudinis vel Conviviorum, Algebra, vel Chymix, aliorumque plurium , quæ Fratres ejus natu majores qui libero aère spiritus trahunt , & lumen gratis conspiciunt, & in statum maturiorem adoleverunt, quâ cognoscere , quâ frui habiles sunt. Jam verò, inter viros meditabundos ; qui cogitationibus suis saturum eum statum, in quem brevi ingressurū nunquam iterum inde exhibunt , anticipant , diffidentia quædam frequenter & naturaliter suboriri solet, quæ , tametsi vix ausint agnoscere, sæpe tamen satis molesta reperitur. Tales enim homines in controversiam inducere solent , quomodo futura conditio , quam pollicetur Evangelium, ad beatitudinem, quæ obtenditur, illos perducere possit, cum in Cœlis non nisi Dei Opera contemplabuntur, ipsam laudabunt , cum eo versabuntur, quæ omnia , prout arbitrantur , tametsi non immediatè ab hominibus in hoc mundo Regentibus fieri possunt, absque tamen quid fœlices sint. Qui autem Telescopiis, Microscopiis, dilectionibus dextrè factis , & Fornacibus utiliter occupatis &c. admirabilem ejus potestatem peritiamque retegè, qui tam vastam immensamque materiæ massam tam curiosam machinam atque opificium , qualis hic mundus eluit, contexit, infinitam magni ejusdem Architecti potentiam atque benignitatem cum voluptate contētebitur. Cumque percipiat, quàm mirè unumquoque Animal partibus naturæ suæ propriæ adaptatis instrueretur , & quòd idem Animal, parâ Homo , secundum status diversos in utero vel

extra eum diversis alimentorum generibus suppeditetur, (Humanum enim ovum, sicut & Embrio longè aliter nutriuntur & actioni adaptantur, quàm completus homo, qui, inquam, hoc considerat, nec non & stupendam Providentiam, & commenta præstantissima perpendit, quæ curiosi naturæ rimatores (siquæ soli) discernere valent, nè ille & habilis fiet, & inevitabitur, ad hæc intra se ratiocinationes, scilicet, certissimè Deum illum, qui tam mirâ arte Bombyces Papiliones aliaque viliora Insecta fabricavit, & Providentia suâ stupendè prospexit ut nobiliora Animalia, ne hilo quidem indigeant, quòd ad proprias suas naturas complendas sigillatim requireretur, quique, ad libitum, res quasdam qualitatibus instruere possit, longè ab istius modì diversis, quas cæterorum ejus operum intelligentia nos faceret imaginari; (sicut patet in magnaete, & Argento vivo inter mineralia, Planta sensitivâ inter vegetabilia, Chamelcontæ inter Animalia &c.) Deum, inquam, illum, necessariò illos quos lubet honorare, objectis, facultatibus suis jam ampliatis idoneis, omniq; apparatu ad beatitudinem ipsis destinatam in statu suo glorificato absolvendam requisito, plenissimè ditare posse; quòd quidem artibus tam stupendis efficies, ut forsitan ab aliis omnibus planè sint diversæ, quarum Idæas res adhuc à nobis visæ suggererunt. Et profecto, ille, qui in tam immensâ, tam curiosâ, & tam magnificâ Fabricâ, ita Hominiibus prospexit, qui vel perditè facinorosi sunt, aut saltem admodum imperfectè Boni, idque in statu, quo Beatitudine frui negatum est verùm in ejus assècutionem obedientiâ & perpeccionibus se tantùm præparare, Tutissimus Fidei commissor esse potest, ad munia illa ac delicias in Cælo comparandas, quæ destinatam eis fœlicitatem illic absolvant & omnibus numeris explerent; ita enim hic inferiùs aspiciamus, eum tam Aquilæ in altum subvolanti, quàm Erucae humi repenti prospicere, (nec non & Oceanum ipsum ad eò plenè fluminibus supplere potest, ac Lacus vel Stagna fontibus vel rivis.) Et sicut Cœlestis Fœlicitatis status tam grande cluat beneficium, ut quæ vel majorem ejus certitudinem, vel pleniora prægustamina ferant, inter privilegia satisfactions, quartusque maximos communerari valeat, quibus, secundum illum, frui possumus, ita difficile est Theologi cuivis, tantum hujusmodi satisfactions haurire, ac qui, naturæ miranda penitus introspicendo, facultates suas ad Dei Potestatem, & a *Sapientiam multiformem*, (ut vocat Apostolus) contemplandam, elevatas habet ampliatisque. Et quando Regina Sabæ admirabilem Salomonis Prudentiam in aulâ ejus splendidissimâ disponenda, particulatim inspexisset, cum extasi quadam clamavit, Servos suos usque ad Monarchiæ cujusvis invidiam fuisse fœlices, qui eo honoris & privilegii fuerint evecti, ut constanti & immediate famulitiæ ipsi adstant attendentque.

SECTIO SECUNDA.

N Il dubito, Te nimis honorificè de Amico sentire, quàm ut in ejus Gratiam, allegationem hanc prætermittendam putes, scilicet, momentum præcipuum, quod apud eum Physiologicum præ cæteris omnibus cognitionibus sustollit, in hoc consistere, quod Affectus & Sectatores, suos habiliores reddat ad amplianda humani generis bona, ad Artes mechanicas promovendas, nec non & Medicinam ipsam in sublimis evehendam. Nimis memor sum, carum rerum, quas ad Pyrophilum scripsi, quàm ut ausim inficiari, studia Physica istis dotibus locupletari, atque eo nomine, Humano generi plurimum gratificari posse.

Quod quidem privilegium, ego (qui in Amico tuo, Physiologiae affirmum non innuerim, sed solummodo Partium studium corripere) lubens fateor esse experimentalis Philosophiae comitem tam ille & abundum, ut nil omninò noverim, quod viris tam Humani, quàm sagacis genii, naturæ studium commendatius reddere deberet; saltem si ab opportunitate eâ discesseris, quæ inde hominibus suppeditatur, justis pariter & gratis esse, quæ Naturæ, quæ Hominis ipsius Authori. Haud inficias eo verum Physiologum beneficiis haud paucis humanum genus demereri posse, sed insuper affirmo, si homines sibi ipsis non deessent, Theologum habilem esse pluribus devincere. Fortassis hac datâ ansâ, nec importunum esset, nec à præsentis instituto alienum, si hic asseram, eum, qui homines docet, cupiditates & Pathemata sua domare, non minùs, quàm medicum, in corporum valetudinem tuendam conferre; scilicet à vitiis istis eximendo, quorum effectus non minùs usitati quàm perniciosi, sicut bella, duella, rapinæ, vastationes, unà cum Lue venereâ, Crapulâ, & reliquis universim morborum grege, qui Gulæ, Ebrietati, Otio, & libidini ancillantur; quique hominum vitæ & valetudini sunt hostes infestissimi, non medicinali modo ratione, sed & morali etiam, prout Deum provocent, ad Plagas *Temporarias*, æque ac *Spirituales* infligendas, quales sunt Pestilentia, Bellum, Fames, aliæque calamitates publicæ, quæ magnam hominum partem absorbent destruuntque præter singulares eas corporeæ agritudinis ærumnas, & conscientia morsus ac inquietudines, quæ humanam vitam & brevioram reddunt, atque etiam amarioram. E regione, cum *Pietas* (referente scripturâ) promissionem habeat vitæ præsentis & futuræ, Institutores illi, qui Homines piòs & religiosos, reddunt, utpotè ad Temperantiam, Castitatem vitæ integritatem, mansuetudinem, & satisfactio-nem hortantes, non modò magnas & eximias habitudines in iis creant in beneficia illa, tam dexteræ quàm sinistræ assequenda quæ divina Boni-

tas proum eum reddit , in eos conferre , qui gratiâ & virtute habiles fiunt ad illa accipienda verùm & dotes eas suppeditant , quæ tam mentem in sereno atque alacri statu præstando , ac corpori omnia Temperantiæ compendia ministrando , eorum vitas & producent & demulcent. Hæc , inquam , haud incommodè urgeri possent , sed malim potius repræsentare , Beneficia Theologo accretura , Physica omnia supergredi , tam quoad commodorum nobilitatem , quàm eorundem durationem.

Esto igitur , Physiologum & medicinam & artes mechanicas plurimùm promovere posse ; cùm tamen hæ ipsæ dotes in corporis ministerium fuerint commentæ (hæc ad sanitatem ejus conservandam restituendamque , illa ad privilegia deliciasque conquirendas) Physiologiæ usus , ita deprædicatur , in artes mechanicas & medicinam elevando , intra corporis cancellos usque concludatur , quod animæ diversorium solum modo atque Instrumentum fuit , adeoque Amicus tuus , credo , & , sat novi , tu ipse procul aberitis , ut partem Hominis nobilissimam existimetis . Novi allegari posse , nec inficiabor , Artes mechanicas summe proficuas fuisse , non modò earum Inventoribus , sed iis etiam locis & forsitan rebus publicis , ubi compendia talia ad inventa sint & remunerata . Et quanquam lubentissimè concedam , considerationem hanc experimentalem Philosophiam , tam statibus Politicis quàm viris privatis commendare debere , quamplurima tamen ex hinc quæstibus & compendiis oriunda Humani Generis Bonum magis transferunt , quàm augmentant (ut res se habet in Aromaticis Indicis , quorum mercaturâ exuti sunt Veneti , nuperis Lusitanorum & Belgarum , qui sibi illam venditarunt , navigationibus) aut saltem non nisi illud adauget , quod licet Inventoribus admodum quæstuosum , reverâ tamen Humano universim generi haud gratificatur . Cujus res exemplum habemus in Inventione illâ Aurum & Argentum ex Bellucâ & Argyrite mercurii ope extrahendi : Etsi enim Hispanos in Indiis Occidentalibus summis divitiis locuplevit , nil tamen solidi emolumenti , mundi universitati inde accrevit . magis quàm , ex Peruvianarum cæterisque Americæ Pudinæ detectione , unde Humanum Genus (potissimùm ingenti miserorum hominum multitudine , qui in his fodiendis infelices agunt vitas , & haud rarò consumuntur , in corrupti partes vocatæ haud magis beatur , quàm priùs . Et si lapis ipse Philosophicus (supposito , quòd sit) non esset medicamentum incomparabile , sed solummodò capax alia metalla in Aurum transmutandi , in dubium forsitan vocarem , utram ejus Inventor Genus inde multùm demereretur ; cùm sat Auri Argenti jam suppeteret , ad negotiationes & commercia inter Homines exercitanda ; & in alia omnia proposita , nescio , cur Ferri , Aeris , & Mercurii copia , quæ metalla audiunt longè magis utilia , non esset multò desideratior , sed ne hoc diutiùs urgeam , considerandam est , lucra illa ab Artibus quæstuosis nata in Externi Hominis Bonum tantùm facere quoniam & Artes illæ plurimæ atque Inventiones , quæ in sensuum voluptates

evehendas collimant, ad corpus solùm pertinent, * nec in eum tamen finem ad eò necessariò requiruntur, ut plurimi existimant; Educatio etenim, consuetudo &c. majores partes habent in voluptatibus vel sensitivis degustandis, quàm vulgus hariolatur, Quod ad medicinam autem, ne revocem tibi in animum, querimonias sat clamorosas (quàm justas, non hic excutio) in eam delatas esse quòd nova Philosophia Promissorum fidem, ei factam, haud ita cumulatè præstiterit, animadvertam modò quòd cum universus medicinæ prætextus in hoc absolvatur, quòd sanitatem vel tueatur vel restituant, numerosam esse hominum in Terrarum orbe multitudinem, qui opitalamine eo, quo Physicus medicogratificari potest, omnino non indigeant, & vir sanus, quàm talis, jam in meliore statu sistitur, quàm quo Philosophus illum iocare speret; nec ex Physicis in medicinæ opem Symbolis plus carpit lucri quàm vir sanus & salubris. integrate vel in utramque aurem factis omnibus in Theca Chirurgica instrumentis & variis in arca ejus compositionibus adjuvatur. Sicut autem beneficia è Theologiâ percipienda Physica omnia plurimum supergrediuntur, quoad Argumenti tractati nobilitatem; pari etiam pacto, quoad Durationem multis parasangis ea superant. Omnia etenim ministeria, quibus medicamenta, & machinæ, & istiusmodi compendia Homines demereri queant, sicut ad hanc modò vitam spectant, ita cum eâ terminantur. Fateor equidem medicinam atque etiam Chymiam, illam languidius, hanc magis audacter, non solùm morborum medelam, sed & vitæ Productionem sibi vendicare: Cum tamen nemo suspicaretur, quia harum scientiarum Domini atque possessores, peritiam summam in vitas proprias elongandas expromerent adhiberentque, qui meminerint Salomonem & Helmontium, non diutius in vivis mansisse, quàm hominum myriades Philosophiam profus ignorantes; nec non & Paracelsum ipsum, in Arcani sui, ad eò deprædicati, opprobrium, ab Helmontio, aliisque Chymicis, annum quinquagesimum (subductis nonnullis) haud attigisse, asseri; justa subest verendi ratio, naturam vel summos ejus Affeclas haud ita promerituram, ut plus temporis, iis indulgeat ad supremum debitum solvendum, quàm cæterorum hominum gregi. Et si paucorum Annorum mora, & quasi comperendinatio: scrupuloso & molestante Diætæ & remediorum usu, obtineri queat, illa tamen non est tanti, comparatione cum Æternitate secururâ, institutâ.

Verùm, cum inter haud ita magnum annorum numerum (citiùs, aut feriviùs) remedia omnia, sublevamina voluptates & privilegia, quæ compendia Philosophica Homini bus præbere valeat, non id agent, ut a sepulchro distineretur, (quod intra paucos dies efficiet, ut vel *Ingeniosissimè* cujuscunque cadaver perinde fateat, ac viri proletari:) dotes ex Theologiâ accrescentes, sicut ad mundum alterum præcipuè, ut ut non unicè, spectent:

* *Vid. Exempla hujus rei in notis meis circa sensationem & qualitates sensibiles.*

speſtent ; ita ex hoc nos ſeſtabuntur imò tunc ſupra modum majores evadent , naſtâ provincia ut iſtis ſolis frui poſſimus.

Adeò ut, Philoſophia, quo nomine hic conſiderata , non niſi tenui nos apparatu in iterationem inſtruit, (inſtar utenſilium quorundam pro ſte-gâ , quæ iter marinum non ultra progreditur;) cùm Religio ſtatum im-menſum duraturum nobis ſuppeditet , ſive (ut ſcriptura vocat) *regnum*, quod *concurſi non poteſt*, cùm ad Itineris Finem perventum ſit. Ideo , Pri-villegia a Religione oriunda probe inferri , poſſunt , æmulis ſuis antepo-nenda , cùm non ad Hominis mentem , ſed ultra Temporis ipſius Finem pertingant : ſed e regione, univerſa intentionum varietas, quas Philoſo-phia adeò venditat deprædicatque, ſicut, quando opportuna in corporis miniſterium fuerint commentæ, ita negotium nobis faceſſunt , & ſuperbi-re faciunt circa res , quæ brevi nihil noſtrâ referent , vel quoad corporis ipſius uſum.

SECTIONO TERTIA.

EXpecto Te, Amici nomine hic allegatarum, ſtudium Phyſicum uno Privilegio (ſupra Theologicum) gaudere quod, ſicut magna aliàs Excellentia , ita ad augendam ejus *delsitationem* haud parum confert. Certitudinem, intelligo, & Perſpicuitatem, & acquieſcentiam noſtram e ſcientiâ Naturali inde resultantem , præ rerum Theologicarum intelli-gentiâ a nobis aſſequibili, quarum obſcuritas atque incertitudo , tum ex ipſamet earum naturâ, tum ex numeroſis mutuiſque ſeſctarum differentium circa ens digladiationibus, fatiſ evincitur.

Sed hoc in Argumento , res variæ in conſiderationem venire de-bent.

Et Primo, quoad Fundamentales & neceſſarios Religionis Articulos, non admitto allegationem, illos enim reſpicio cùm Evidentes , tam mo-ralis demônſtrationis capaces. Et ſi darentur aliqui religionis Articuli, quæ ratiociniis ſolidis & argumentis quaſi demônſtrativis probari non poſſunt, vel eo nomine inferrem, Articulos tales non eſſe abſolutè creditu neceſſarias: cùm a Ratione proſuſ abludat , imaginari , quando Deo viſum eſt , non modo Prophetas & Apoſtolos ejus , ſed & Filium ejus unigeni-tum in mundum mittere, ad Religionem Chriſtianam humano generi pro-mulgandam , curareque ut non modò Scriptis quo innotefcere poſſet, mandaretur , ſed & naturæ Ordinem ſeriemque numeroſis miraculis, quo crederetur, alterare: abludit, inquam, a ratione , imaginari, eum verita-tes illas, quas tam mirandò ac ſolenni modo commendavit , tantâ ſaltem perſpicuitate non propoſiturum , ut pii & ſtudioſi Lectores ea qua in-

fidem sint necessariæ certò intelligerent.

Secundo. Tametsi hic non me obstringam ad varia demonstrationum Genera, aut, si malis, gradus d.quirendos (quod tamen, argumentum esse cenſeo, magis momentofum, quàm adhuc excuſſum) oportet tamen Te ſubmoneam, quòd ſicut moralis certitudo qualem circa Religionis Fundamentalia allequi valemus caſibus multis viro ſapienti & vel Philoſopho ſufficiat, in quâ poſſit acquieſcere, ita Phyſica illa certitudo, quæ pro veritatibus, a Phyſiologis demonſtratis, obtenditur, etiam quando jure vindicata, inferior modo ſit ſolitudinis genus ſive gradus, prout etiam eſt moralis certitudo demonſtrationes enim vel Phyſicæ, non niſi Ph. ſicam certitudinem gignere poſſunt, (id, eſt, certitudinem, ex Hypotheſi Principia Phyſica eſſe vera) non certitudinem Methaphyſicam, (ubi abſolutè impoſſibile eſt, rem creditam eſſe quid aliud quàm verum.) Verbi cauſâ; omnes Phyſicæ Antiquorum demonſtrationes circa cauſas particularium corporum Phænomenon, ſupponunt, *Ex nihilo nihil fieri*; quod ſenſu Phyſico probè admitti poteſt, eò quòd juxta Naturæ ritum, corpus nullum ex nihilo produci poteſt, ſed univerſaliter ſumptum falſum eſſe queat, atque ita etiam *de facto*, eſſe, Chriſtiani univerſim, & vel ipſi Phyſici Carteſiani, Mundi Creationem aſſerentes, par eſt, ut crepant. Conſimiliter etiam, cùm Epicurus, ni malè memini, probet, corpus ſemel mortuum non poſſe iterum revivifcere, propter diſſipatas diſperſaque ex quibus, cùm vivens, componebatur Atomos: licet omnes concedent, Aſſertionem hanc eſſe Phyſicè demonſtrabilem, contrarium tamen verum eſſe poteſt, ſi Dei Omnipotentia intercedat, prout Philoſophi omnes, qui Novi Teſtamenti Auctoritatem agnoſcunt, ubi Lazarus aliique ex mortuis ſuſcitatum iri recenſentur, credere debeat, rem actu ſe ita habuiſſe, atque etiam æqualitates & minùs præjudicati Ratiocinatores poſſibile eſſe concedant, cùm contradicção nulla in naturâ rei implicetur. Jam verò ſi aſſeratur, res verè contradicçionarias non poſſe utraque verificari, vel *Factum infectum reddi non poſſe*, ſunt veritates Methaphyſicæ, quas impoſſibile eſt, non eſſe veras, ac proinde Methaphyſicam & abſolutam certitudinem parituras. Et Magiſter tuus Carteſius Phyſicarum demonſtrationem in veritates Methaphyſicas dependentiam adèdè perſuaſſimam habuit, ut certitudinem aliquam, non iis ſolùm, ſed Geometricis etiam demonſtrationibus non concederet, donec argumentis elicerat, Deum eſſe, eumque homines Facultatibus ſuis rectè utentes fallere non poſſe.

Cui addi poteſt, vel in rebus quamplurimis, quæ pro demonſtrationibus Phyſicis venduntur, re ipſe tamen, moralem tantum certitudinem in eſſe. Cùm enim, e. c. Carteſius, aliique Philoſophorum moderni in ſe recipiant demonſtrare, dari varios Cometas, qui non ſunt metcora, eò quòd Parallaxin habeant Lunari minorem, & talem etiam magnitudinem ſortiantur ut eorum aliqui in iſtiusmodi *lineâ* moveantur & luculentè

lenter constat, varios ex hisce hominibus eruditis nunquam per solam vitam Cometas observandi opportunitatem habuisse. Sed circumstantias hæc Astronomorum eorum fide, qui ansas tales adepti sunt, recipiunt. Et licet illationes inde deductæ, illiusmodi sint, ut certitudinem demonstrabilem habere possint, attamen cum Præmissæ, unde inferuntur Historicæ tantum polleant, venditata ac supposita illa Physico-Mathematica demonstratio, in animo cauto non nisi moralem certitudinem producere potest, nec ejus generis, quam consequi possibile est, maximam, prout is non dubitabit agnoscere: qui pro explorato habet, quanto difficilius sit, quam plurimi hariolantur, observationes circa subjecta tam curiosa facere, eâ utique ἀνεξέτητα, quæ indubitatum supra ea Theorema fructu requiritur.

Quid quod res sint, nescio quot in re Physiologicâ, quibus homines, Physicis & cogentibus argumentis adducti se fidem adhibere præsumunt de quibus tamen reverâ non nisi moraliter persuasi sunt; quæ quidem veritas est, adeo a paucis animadverta, ut particularius illam in aliis chartis notare, de industriâ scriptis ad Naturalis Philosophiæ dubia & imperfectionem ostendenda, invitatus fuerim, quam quidem exercitationem cum imperio ad legendum exposcere potes, ideoque illuc te amandabo ad petendas præsentis meæ affirmationis rationes viz. plurimos vel ex virtuosissimis modernis proclives esse ad imaginandum, majorem perspicuitatem atque certitudinem Physicis suis Theoriis inesse, quam Criticus quispiam Explorator deprehendet. Ne autem suspiceris, me arte quadam aut strophæ hic uti, potius quam justè rem rejicere, Par subjectorum attingam, quæ homines credere solent se penitus intelligere, quæque reverâ intimè debent intelligi. Naturam putâ corporis in genere, & Naturam sensationis.

Quoad horum primum, cum nullorum nos obvertamus, quin substantiis corporeis undequaque circumcincti, & incessanter tacti simus, quis non existimaret, objectum adeo familiare tot modis tamque assidue sensus feriens, & in cujus intelligentiam nil opus in distinctam particularium corporum naturam, nec unius cujuscuque proprietates inquirere, perfectissimè nobis notum esse. Nihilominus autem de *Notione corporis in genere, & Quid sit, quod constituit rem esse corpoream substantiam eamque a cæterisque rebus omnibus distinguat*, accuratissimè sunt, vel inter moderniores Philosophos digladiationes & adhuc sub *Judicio* lis est. Et quamquam dilectissimus Cartesius tuus, in eo quod naturam corporis in omnimodâ extensione consistere faciat, noema ejus habeat, quod causari facilius sit, quam melius substituere, vereor tamen, ut non modo hoc incommodo gravetur, Deum non posse, intra hujus mundi ambitum, (quo corpore ullo in nihilum evanescente, locus aut spatium ponè relictum, tres dimensiones habeat, adeoque verum corpus sit, necesse est.) vel minimam materiæ particulam annihilare, saltem ni eodem loco & instanti,

tantum.

tantundem creet, (quod pessimè cohæret cum necessaria eâ & continuâ dependentiâ, quam materiam ipsam pro *Essè suo* in Deum habere asserit,) sed & aliis etiam præjudiciis laborat, iisque talibus, ut ex Amicis tuis quidam, aliter Cartesianæ Philosophiæ procliviores, non possunt in eâ acquiescere, attamen nil opus est, ut renunciem, quàm Fundamentalis notio apud Repertorem ejus haberetur. Nec video, ut notio hæc substantiæ corporeæ, magis quàm definitionum prius receptarum quælibet, ex Controversiâ illius non minùs abstrusæ, quàm celebris difficultatibus expediet, *de compositione continui*: & quanquam viri quidam ingeniosi, qui fortasse meliùs, quàm alii, rei Labirinthos noverint, nuper ostendere fatigerunt, nil opus, Homines anxios esse ad litem hanc dirimendam, cum non ritè a scholasticis, qui eam noverint, proponeretur: & licèt ipse fortassis censeam, Naturalem Philosophiam indies promoveri posse absque ejusdem decisione; quoniam numerosa est rerum gravium multitudo, quæ in naturâ retegì & præstari valeat, absque quòd quippiam de hac controversiâ somniamus; usque tamen, *sicut ego Quæstionem proponere vellem*, difficultates, donec solutæ notionem corporis in genere spissis tenebris obvelabunt. Namque, vel corporea & extensa substantia (aut re, aut mente) in partes extensione præditas divisibilis est, & unaquæquæ ex his partibus in alias partes corporeas, magis magisque minutiores, *in infinitum* divisibilis; vel subdivisio hæc debet allucubi subsistere, non enim datur medium inter bina distinctionis membra; & in utroque casu dogma, quod eligatur, incommodis iis ne dicam absurditatibus obnoxia erit, quæ ab iis cum ratione allegabantur oppositam partem tuentibus: objectiones ex utraque parte adèò validæ sunt, ut quidam ex æquioribus, vel modernorum Metaphysicorum, postquam se Lectoresque suos mutuis invicem velitationibus *Pro & contra* delatassent, tandem facti sint, objectiones utrinque esse insolubiles.

Verùm etiamsi naturam corporis in genere hauð clarè percipiamus, attamen non nisi certè esse possumus, de eo quod intra nos transigitur, quoad particulariaria illa corpora, quæ quotidie videmus, audimus, odoramur, gustamus, atque tangimus. Sed proh dolor! licèt perparum novimus, nisi sensuum nostrorum informatione, de modo tamen quo sensus nostri nos informant, æque caligamus. Sed ad prolixitatem evitandam, supponam tecum in præsentì, ingeniosum Cartesianum & lectatores ejus, optimam sensationis rationem quæ adhuc extat, reddidisse, cum verò secundum illum, humanum corpus solummodo statua sit concinnè organizzata, id quod verè sensatio dicitur, non ab organo præstatur sed a mente, quæ motum in organo productum percipit (qua de causâ sensum propriè sic dictum Brutis non concedet) adèò ut si a Cartesiano scisciteris, quomodo fiat, Animam, quam substantiam immaterialem esse justissimè asserit, modis tam diversis ab externis illis corporibus, quæ sunt sensuum nostrorum objecta affici & feriri, respondebit, quòd per suas in sensoria im-

pressiones

pressiones nervorum Fibras sive Filamenta , quibus partes illæ instruuntur, variè moveant, unde motus ad exiguam illam in Cerebro Glandulam, à scriptoribus multis Conarion dictam, propagatur, ubi motus hi diversi ab Animâ ibi inhospitante percepti, fiunt sensationes, propter infimam unionem & quasi, Permixtionem (ut Cartesiano utar vocabulo) Animæ cum corpore.

Jam verò, Domino, des mihi veniam advertendi, unionem hanc substantiæ incorporeæ cum corporeâ (idque sine Medio quoviscunque) rem esse in naturâ adeò inauditam, nullisque exemplis suffultam, atque etiam intellectu tam difficilem, ut non nihil subverear, utrum Profunda Theologiæ Secreta, ne dicam adorandum Incarnationis Ipsius Mysterium quid contineat perplexius abstrususque. Quomodo enim concipere nostram, substantiam, purè immaterialem, absque medio Physico (quod in hoc casu dari non potest) corpori, aduniri valere, cum nullo modo possibile sit ut illud prehendat, quodque ad libitum pervadere queat, atque inde avolare, sicut necesse est Cartesium ipsum fateri, cum Anima in morte actu fugam capestat. Et penè æquè difficile est conceptu, quomodo ulla corporis pars, ne animalibus quidem spiritibus, aut Cornario, exceptis (hi enim tam verè corporei sunt, ac aliæ Humanæ statua partes) Characteres substantiæ perfectè incorporeæ infigat, quæque a cujusvis cæterarum partium, præterquam *Generis Nervosi*, motu immediatè non afficitur. Neque exigua est Physico difficultas (qui quatenus talis in rebus naturalibus Revelationibus circa Angelos nullas partes dat) ad intelligendum, ut spiritus Finitus corpus movere, aut, quod eodem recidit, corporis motum regulare & determinare valeat. Quod autem hac datâ ansâ considerationi tuæ offerre velim, hoc est, ex supposito Animam in Cerebro motus varios Externis sensibus communicatos percipere, hoc tamen, utcunque aliqualem sensationis in genere rationem reddat, quoad particulares tamen & distinctas sensationes haud omnino tamen inde satisfactum est. Si enim percontarer, cur, v. g. cum Campanam intueor, quando sonantem, talis motus sive impressio in Conario, peculiare id perceptionis genus producat, quod *Visus* & non *Auditus* dicitur; atque alter motus, ab eadem Campanâ, eodem tempore proveniens, perceptionis genus longe diversum inferat, quod *sonus*, non *visum* appellamus. Quid responderi possit, nisi Authori Humanæ naturæ pro beneplacito suo ita visum fuisse. Et si iterum quærat de differentibus sensus cujuspiam particularis objectis, sicut, Quare ingens Luminis imperturbati vis a nive, Lacte ac reflexi, Albi potius sensationem quàm Rubri aut Flavi pariat? Aut quare Castoris vel Asiæ Fœtidæ odor in plerisque *Fœtorem* (ut vocant) potiùs quam *suffectum* gignat? (præcipuè cum novimus mulieres quasdam Hystericas odorem eum non salubrem modò sed & jucundum ducere) si porrò interrogetur, quare melodia & res dulces generatim nos delectent? Curque Asymphoniæ & res amaricantes ferè nobis displiceant? Imò, quare

nimiola sensatio objectorum, aliàs voluptatem producentium, dolorem induceret? (ut in manu frigidâ instari potest, prout ad æquam, vel nimis propinquam distantiam igni admoveri contigerit) si, inquam, quaestiones hæ, & mille hujuscemodi proponerentur, responsio erit Generalis illa, jam data, Talem esse Hominis naturam. Nam, si dicatur, moderatos motus sensorii, in quo excitantur, naturæ congruos esse, violentos verò & inordinatos (quales sunt Soni discordantes, & Calor urens) agitationem in illo nimis rapidam, quàm pro Texturæ suæ Genio, excitare, nullo modo satisfaciet. Namque, præter quòd hæc responsio nullam omnino rationem reddat de sensationum ejusdem generis varietate, ut colorum differentium, saporum &c. sed ad voluptatem & dolorem solum pertingit, etiam quoad has haud parùm deficiet nisi ratiocinatores tales ostendere valeant, ut substantia immaterialis plus nocuamenti accipere possit ex motu corporis agiliorè, quàm ex magis Languido.

Et sicut Tu atque Amicus tuus, Aristotelicis justè irridere possitis, quòd imaginarentur, se Qualitates corporum aliquousque explanasse, cum eas ex Formis quibusdam substantialibus provenire aiant tametsi cum particulatius circa has Formas incomprehensibiles inquireretur, reverà non nisi generatim nobis renunciant, illas Facultates, hos, vel illos, effectus sortiri, eò quòd natura vel naturæ Author iisdem eas instruxit; ita, spero, dabis mihi veniam existimare, justissimè nos a Gloriatione qualicumque vel Perspicuitatis vel certitudinis Scientiæ nostræ circa sensibilibus objectorum operationes, cum, sicut hæc Aristotelici non possunt particulatim demonstrare, quomodo Qualitates suæ producerentur, ita nos non possumus punctim explicare, quomodo eadem Qualitates perciperentur. Præcipua allegatio, quo assurgere possumus, in eo solum consistit, sensationes nostras ex tali Animæ & corporis unione & miscelâ dependere, cujus non datur in Rerum naturâ exemplar, nec ratio ejusdem reddi potest magis distincta, quàm quòd Deo visum est ita ea concopulare. Sed veniam a Te peto, quòd prolixius uni Argumento inhæserim, licèt forsan non erit Tempus inaniter collocatum, si id cegerit, ut animadvertas, in claritatis & certitudinis ludibrium, quarum ratione Amicus tuus ad eò scientiam Naturalem Theologiæ præfert, *adhuc* tamen nos in dubio versari, *adhuc*, inquam, nescio enim quid deinceps cum Tempore retegetur) quoad corporeæ substantiæ definitionem, & quoad rationem demonstrativam de modo sensationis: licèt absque verâ corporis notione illud Physices objectum generale intelligere non possumus, & absque intellectâ sensationis naturâ, id scire neutiquam valemus, unde universam penè de corpore quovis particulari scientiam haurimus atque derivamus, si post hæc omnia Amicus tuus dicet, Cartesianam corporum, rerumque in Physicis aliarum rationem cum optima sit quæ ab Homini- bus reddi potest, si minùs inde satisfactum sit, illud Humanæ naturæ, non Cartesianæ doctrinæ defectioibus imputari debere, non immorabor huic allegat-

allegationi discutiendæ, quousque vera sit, potissimum, cum etiam si admissa, dissertationi tamen meæ non præjudicabitur. Qualis enim cunque sit Imperfectionis nostræ circa res Physicas Intelligentiæ causa, Talem tamen imperfectionem in eâ obtinere, manifestum est. Quod sufficere debet ad nos distincendos, ne propter imperfectam istiusmodi notitiam cristas erigeremus, ac ne, ejus nomine, studia Theologorum Mysteriorum vilipenderemus, quæ, propter objectorum nobilitatem atque distantiam, multo magis, quàm rerum corporearum, (quas videmus, sentimus, & quibus continuo versamur) natura, sibi vendicent, ut eorum obscuritas humani nostri Intellectus Imbecillitati attribueretur. Et si necessaria sit humana imperfectio, quod, dum in mortali hac conditione manerimus, Anima tenebroso corporis erga tutto conclusa, non nisi caligantis notitiæ (Aristotele ipso alicubi fatente) capax sit, ita Christianam Religionem majore pretio habere debemus, cum ejus (ejusque unicè) interventu statum adipisci valeamus, quo sicut natura nostra, aliis nominibus, summè beabitur atque exaltet, ita & Facultates in tantum erigentur, ampliabunturque ut fortè an capaces inde fierent istos scientiæ gradus & genera consequendi, quæ adhuc nobis sint ignota. In cujus Assertionis patrocinium non urgebo receptum Theologorum dogma, quod ante lapsum (quæ tamen est conditio minus nobilis, quam ea in cœlis nobis reservata) Adami scientia istiusmodi fuit ut primo *Animalium* aspectu, nomen unicuique, naturam ejus exprimens indere potuerit; quoniam in opprobrium aliqualis in linguâ sanctâ peritiæ, (quam Theologica, non Physica curiositas, mihi suppeditavit) nunquam deprehendere potui, Hebræa Animalium nomina, Exordio Geneseos memorata, inspectionem in naturas eorum haud ita clariorem arguisse, quàm eorundem, vel aliorum quorundam Animalium nomina Græcè; vel aliis Linguis expressa: Quapropter (uti dixi) non urgebo scientiam in Paradiso, pro eâ Sanctorum in Cœlis, tametsi ejus Evæ notitia ad conspectum primum (modò secreta revelatione non subministrata) multò probabilius allegari potest, quàm Animalium Nomenclatio. Sed potius in memoriam Tibi recolam Protomartyris visum ita fuisse corroboratum, *ut Cœlos apertos conspiceret, & Jesum adstantem ad dextram Dei*; & cum Propheta orallet, ut oculi servi ejus aperirentur, immediatè vidit montem ubi consistebant plenum equis & curribus qui licet ignei dicti, fuerunt tamen antea omnino illi invisibiles: cui, tanquam majoris ponderis argumentum, Par clausularum scripturalium solummodo adjungam, quæ expectationes vel admodum vastas nobis concedere videntur, quoad intelligentiam, ad quam natura nostra glorificata assurgere queat. Primum est illud Divi Pauli ad Corinthios effatum, *ⁱ Cernimus enim nunc per speculum & per ænigma, tunc autem coram cernemus, nunc novi aliquatenus, tunc verò amplius cognoscam*

H 2

gnoſcam

^a Act. 7. 56. ^b 1. Cor. 13. 12.

gnoscam, prout amplius edoctus fuero. Alterum est, ubi dilectus Christi discipulus credentibus narrat, *dilecti nunc Filii Dei sumus, sed nondum manifestum factum est, quod erimus; scimus autem fore, ut quum ipse factus fuerit manifestus, similes ei sumus; quoniam videbimus eum sicuti est.*

Quod hactenus disceptatum est, primam considerationem absolvit, quam dixi proponi potuisse circa certitudinem eam, isti rerum Naturalium intelligentiæ, quam venditamus, ascriptam; sed non in hoc sunt omnia, quæ circa hoc argumentum repræsentare valeo: Progredior enim in considerando, rerum intelligentiam clariorem nobis venire, non modo ex certitudine, jam nactâ, verum etiam ex objecti dignitate, ex numero eorum, cui adhuc non innotuit, ex remotiore ejus a Captu vulgari distantia, ex difficultate ejus acquirendæ absque peculiaribus quibusdam compendiis, ex utilitate, ejus cum acquisitæ, aliisque variis non hic recensitu necessariis: Præsumo, te non dubitare, quin Amicus tuus, illam, quam adeptus est, Naturalium mysteriorum notitiam (quorum tamen plurima non nisi conjecturis verisimilibus adhuc inhaerimus) illius notitiæ anteponat, qui Elementa Arithmeticæ intelligit, tametsi Apodicticè certus sit de veritate plerarumque ex Regulis suis atque operationibus, & proculdubio Copernicus longè majorem satisfactionem hausit ex notione suâ circa solis stabilitatem, & Terræ motum, tametsi non ita perspicuâ, quin a Tychone, Ricciolo, aliisque Astronomis famigeratis, rejiceretur, quàm ex cognitione quorundam ex Theorematis circa Sphæram, quæ ab Euclide, Theodosio, aliisque Geometris fuerunt demonstrata, detectio nostra, quòd Cometæ quidam, non sint (ut vellent Scholæ) meteora sublunaria, sed corpora Cælestia; & Conjecturalis Theoria, non enim adhuc in eorum naturam altius penerare potuimus, multò magis placeat Amico Tuo, Tibi, & mihi met ipsis, quàm certior ea notitia de Tempore ortus atque Occasus, Fixarum Stellarum. Atque æstimationes, quas Parallaxium ope Cometarum illorum, & quorundam ex Planetis, altitudine, tametsi satis incertæ (ut patet ex distantis vastè differentibus, corporibus illis ab Astronomis Eminentibus assignatis) attamen mensuræ illa ancipites elevatorum talium & Cælestium Luminum, multò plus nos delectant, quàm quòd Quadrantis Geometrici aut illiusmodi instrumenti ope, certitudine longe majore, Turris sive Campanilis alicujus altitudinem capere & mensurare valeamus. Consimiliter etiam Mathematicus, cum Globi terrestris Ambitum conjecturâ verisimili assequitur, ejusque superficiem, tametsi minùs accuratè, dividit primò in Maris & Terræ proportionem, deinde in regiones talium extensionum & terminorum, &, ut verbo dicam, peritum agit Cosmographum; nobilius se jucundiusque occupatum existimat, quam cum in Metatoris munus descendens, certius multò mensuret, quot jugera Ager contineat, & quibus sepibus

bus & Fossis definiatur describit. Jam verò quòd Dei & mysteriorum Theologicorum intelligentia, a longe maxima Hominum parte *ignorata*, sublimiora habeat & magis excellentia objecta, & ab Hominum vel eruditorum numero longè majore non inhauritur, nihilominus valoris sit inestimabilis, nec momenti minoris ad nos hic promovendos & à facibus depurgandos, & seculo futuro ad perfectos beatosque reddendos, præterita exercitatio, aut satis evicit, aut scopum suum non attingit.

Quocirca, sicut in Sanctius magni alicujus Monarchæ Consilium cooperari, atque eâ ratione capacem fieri, cogitationes ejus & Proposita probabili conjecturâ hauriendi, quæ ad regna moderanda & ad fata nationum statuenda collimant, longè præstabilius existimatur, clariore ea notitia, quâ scriba quispiam vel notarius pollere valet, de ultimis seu moribundis vici cujuspiam proletarii cogitatis ac Consiliis, cujus Testamentum condidit. Et sicut periti Medici scientia, cujus tamen Ars non nisi conjecturalis est, cultrarii notitiæ, qui instrumenta ejus ad dissectiones faciendas conficit, longè anteponenda est, tametsi certiùs præstare potest quod in sua Arte designet, quàm Medicus in suâ: Et (tandem) sicut Gemmarii peritia circa Adamantes, Rubinos, Saphiros, aliasque quasdam Gemmarum parvarum species, versati quæ cum ex India ut plurimum nobis importentur, necesse est ut plurima circa illas inauditione solùm sive famâ hauriamus, tamen, propter objecti nobilitatem Fabri murarii notitiæ plurimum anteferri solet licet *hic* in totis Lapidum communium Latomiis, exercitetur, & propriâ suâ Experienciâ res circa eos varias habet, exploratiores, quàm quoad Gemmas, nisi Traditione tantùm, scire concedatur.

Ita caligantior & magis imperfecta Dei, & Mysteriorum Religionis notitia longè desiderabilior esse potest, atque ea ratione jucundior, quàm dilucidior veritatum inferiorum, scientia, quas Physiologia edocere solet. Oportet jam ut aliud singulare compendium memorem; quod cæteris peculiariter Physicem Theologo, ejus studioso, commendantibus, addi potest; sicut enim opera naturæ, non propter se solùm, contemplatur, sed ut melius adaptari & cieri queat, ad naturæ Authorem admirandum laudandumque; ita speculationes ejus sunt illi delectabiles, non nudè quod volupe exercitium Rationi ejus præbent, sed prout inde gratiores conscientiæ suæ planius concilient, utraque hæc satisfactio, licet invicem distincta una tamen consistere potest. Atque indubiè, Esavus, tametsi ad postremum sine suo destitutus, dum tamen Feras venaretur in Veteris Patriarchæ, illud requirentis, usum præter voluptatem infestando, quem persequerentur, dama haustam aliâ etiam lætatus est, ex consideratione, quòd jam Feras indagaret ad Patrem oblectandum, ut benedictionem inestimabilem ab eo impetraret. Pari pacto, cum

David peritâ ejus manu voceque in Deo collaudando, tam vocali melodîâ quàm instrumentali, actu uno duplicem cepit satisfactionem, & peritiam ejus & religionem exercendo; nec sonis illis harmonicis minùs delectabatur prout Hymni fuerint, quàm prout Cantica. Et Exemplum hoc additionem mihi suggerit, nempe, sicut pius naturæ Indagator de quo loquimur, illam, quam venatur, Creaturarum cognitionem, in Creatoris gloriam mente suâ refert; ita judiciis ejus, id maximsè sibi placet, quòd miranda naturæ, ab ipso observatæ, stuporem illum, quem excitare vellet elevent provehanque quòd meliùs quadret cum sapientia divinâ; nec non est nobilius Holocaustum pro iis Laudum Sacrificiis ipsi suppeditent, quæ justissimè ambit divino Numini offerre. Et sicut non est dubitandum quin David, cum *nova instrumenta Musica excogitasset* (quod scriptura de eo innuit) nihil fuerit in intentione illâ acceptius, quàm quod in Dei laudationem magis Harmonicam conferret; ita pius naturæ speculator, nil gratius offendit in miris ejus relegendis, quam incitamenta atque auxilia inde suppeditata, ad Attributiona divina in Creaturis adumbrata, dignius suspicienda celebrandaque. Ac sicut venator sive Auceps si in avem aut Feram quamvis inusitatam, aut aliud quid in naturarum; forte incidat, Feliciorem se existimat, si prope Aulam contingeret, unde ansam haberet Regi offerre, quàm si vel in sui ipsius vel Comitibus usus esset servanda: ita religiosus noster Physicus mirorum naturalium refectiones graviore habet, quòd præsentaneus sit cui litare possit, Deus, in veneratione illâ quam in inventore excitant, & ad quam aliis propagandam communicandamque inde habilior fit atque adaptior.

SECTIO QUARTA.

Fateor autem, Domine me subvereri, ne cogitationes illæ imminutæ atque detrectantes rei Theologiæ inde proveniant, quod secretâ quadam superbiâ tumeat, huic conceptui, seu fundamento, innixâ, quòd Naturalis Philosophiæ compendia Classis sint ad eòd nobilis, nec non & Excellentiam ad eòd supereminentem in Possessore suo arguant, ut doctrinam aliam quamcunque, ne exceptâ ipsâ quidem Theologicâ, merito vilipendere possit.

Non expectabis, credo, virum, qui in Physiologiæ Laudem tantùm scripsit, tantùmque Laboris insumpsit, ad scientiam aliqualem in eâ adipiscendam, hic loci operam navaturum tam utilem Philosophiæ partem depre-

pretiare. Verum nullo modo video, ut injuria vel minima illi inferatur, si notitia supernaturalium, naturalium rerum notitiæ anteponeretur, nec si existimemus, veritates eas, quas Deus univærsæ Hominum Soboli, tam malis quàm bonis indiscriminatim exponit, mysticis iis inferiores esse, quarum refectiones inter Favoris sui peculiaris Symbola communicaverat, quarumque contemplatio Angelorum curiositatem exercet, imò & comatibus nonnullis, eorundem admirationem exigit. Ut igitur arrogantem Amici opinionem de acquisitionibus ejus Physicis, aliquousque cohiberem, da veniam pauca quadam in hanc rem facientia repræsentanti.

Primò, quoad veritatum nobilitatem a Theologiâ & Physicâ edoctrarum illarum genus longe *has* superant, cum non modo circa objectæ longè nobiliora versentur, sed & res etiam retegant, ad quas Humana ratio, ex se, neutiquam pertingere potest, ut in præcedenti hujus Epistolæ parte satis probatum est.

Proximo loco, considerandum est, quod, quicquid dici potest, ad Molici Phœnicis superbiam (si qua fuerit) excusandam, qui Hypothesin Anatomicam primus invenisse asseritur; atque Democriti vel Eucippi eam, (vix enim meretur Epicurus cum iis connumerari) qui Philosophiam illam summè excoluerunt, aut demum Cartesii, qui corpusculariam Philosophiam vel excoluit, vel saltem plurimum innovavit: Quicquid, inquam, in horum superbiam excusandam, allegari possit, rationem nullam video, quare in istiusmodi viris, qualis est Amicus tuus, locum habeat, qui, utut viri Ingeniosi, neque inventores sunt Philosophiæ illius, propter quam famam aucupantur, nec ejusdem evectores adeo notabiles, quippe contenti solum, quod alii docuerunt discere, aut saltem ultiores Principiorum, quæ ipsi potuerunt, applicationes facere, & in eorum Judiciis acquiescere. Cumque Amicus tuus haud parum Cristas erigat, eò quòd varios Aristotelis & Antiquorum Errores refutare potis sit, non abs re esset si consideret, plurimas e veritatù præcipuis, errores illos convellentibus, Temporis & Casus, non Audacium ejus ratiocinationum filias Sobolemque fuisse; non enim magno ingenii molimine opus est, ad eos redarguendos, qui Zonam Torridam, inhabitabilem tuentur, aut negent, Antipodas ullos dari, cum navigantes plurimas prioris partes Incolis probè refertas Terramque itineribus Marinis circumeundo, homines in Regionibus, nostris oppositis, habitare compererint. Nec justus erit fastui prætextus, si quis allegaret, se non credere Lunam esse Planetam unicum, qui Lumine mutuatitio splendet, aut Galaxiam esse Meteoram, cum nunc Temporis Telescopii ope, discere est, Venerem incrementum suum atque declinationem, instar Lunæ, sortiti, nec non & Galaxiam ex vastâ minutarum stellarum multitudine, nudo oculo non perceptibilem, confieri. Et reverâ, quoad omnes istas refectiones, quæ veterum Astronomiam, & multum etiam eorum Philosophiæ circa corpora Cælestia,

lestia, refellunt evertunt, *vel duo vel nemo* habeat quod glorientur, præter Clarissimum Galileum, qui sibi sumit Telescopii Inventor fuisse, illo enim instrumento adinvento, septenarium Planetarum numerum, a detectis quatuor Jovis satellitibus, rejicere posse, aut de montibus in Lunâ vallibusque fermocinari, haud multò majore Excellentia in Amico tuo opus esset, quàm ad speculandam navem requireretur, ubi nudus oculus solum corpus navis Tabularum discernat, ad speculandum, inquam, atque internoscendum, Telescopii ministerio, mala, vela, & Forum, necnon & ad percipiendam Cymbulam puppi ejus affixam. Licet reapse, vel ipse Galileus, parùm habeat quod de illâ inventione superbiat, propter Telescopium ab eo excultum multum orbem demeruerit, cum non minor dioptricarum Magister, quàm ipse Cartesius, cum aliis scriptoribus fateatur, Telescopia non fuisse a Mathematicis aut Philosophis primò inventa, sed a Metio quodam, Belgico Perspicillorum confectore. Qua occasione, te submonebo, quòd *ad superbiam a viro obregendam*, alia etiam varia ex præcipuis in re Physica indiciis, non Philosophiæ sed casus productiones fuerint, unde factum est, ut Pulvis Pyrius, vitrum, & in quantum scimus magnetis verticitas, (cui Indiam utramque debemus) seculis hisce posterioribus orbi innotuerint; sicut (recentius) vasa Lactea mesenterii, nova Chyli receptacula, atque alterum illud vasorum genus, a plurimis Lymphæ ductus, appellatorum, casu solum ad inventa fuerint, ut detectores ipsi ingenuè fassi sunt.

Uterius etiam considerari potest eadem ipsa, quæ in ipsius Philosophiæ corpusculariæ Encomium merito allegantur, eorum superbiam inviduere debere, qui eâ solum uterentur. Illa enim Hypothesi universum totum (exceptâ Animâ humanâ) non nisi magnum Automatum, sive Machinam se moventem, supponente, quâ omnia mero motu (seu quiete) mole, Figurâ & situ seu Texturâ partium universæ materiæ, ex quâ constat, præstantur; omnia Phænomena e paucis illis Principiis, singularim aut conjunctim, resultant (prout melodix variæ Symphonixque ex crebro quinarum (Campanarum pulsu oriuntur,) atque Facundis istis Principiis, ab Hypotheseos Particulariæ vel inventoribus vel Affectis jam stabilitis, omne id quod istiusmodi homines, ac Amicus tuus cluit, ulterius facere solent in hoc absolvitur, nempe ut vestigent & conjecturis assequerentur, quo motuum genere tria vel quatuor altera Principia variarentur. Adeo ut cum mundus nonnisi ingentior sit, quasi Mechanismus Horologicus, Physicus, quâ talis, non nisi mechanicus audit, quamvis partes Machinæ, quas considerat, hæ multò largiores, illæ multò minutiores sint Horologiorum, sive Automaton partibus. Et si Physiologus ordinarius, religionis Mysteriorum, tanquam Physicis veritatibus multò inferiorum, studiosos contemnat, perinde a ratione ablutit, ac si Automatarius, eò quòd propriam artem intelligat, Sanctiores Regis Consiliarios temnat, quibus secreta Monarcharum, & Mysteria Politica innotue-

rint,

rint, aut si naupegus, quia navis Fabricam meliùs callet, Classis Præfectum sperneret, qui secretiora Principis sui Consilia novit, & circa negotia ejus vel maxime momentosa, occupatur.

Magnus ille Physiologiæ instaurator Illustrissimus Verulamius, qui viam nobis utilissimam stravit, ad Judicia in Globo intellectuâli (ut ipse vocat) faciendâ, fatetur opus suum (ut propriis ipsius verbis utar) *Partem Temporis potius quàm Ingenii* fuisse & quamvis non cum illo sentiam, alibi asserente, suam Philosophandi viam *exequere ingenia*, proclivis tamen sum ad existimandum, quòd fecundis Mechanico Philosophiæ Principiis semel positis & stabilitis, inquirendi ac Experimentandi methodo adinventâ, & instrumentis etiam Mechanicis, quibus in Naturæ & Artis productionis operamur, scilicet compertis, minora compendia, potissimum errorum quorundam, qui apud, scholas invaluerint cum gratiam tum etiam supinorum correctio, addita talium auxiliorum mantisâ in illiusmodi hominum vices aliamque incidit, qui sagacitate extraordinaria, ingeniique Acumine instructi non sunt. Et quamvis verorum Philosophico Principiorum investigatio, & solidum eorum stabilitæ, atque etiam instrumentorum scientiæ excogitatio, suspici possunt, tanquam propria sublimiorum ingeniorum Provincia, attamen, si vir quispiam istiusmodi auxiliis instrueretur, unaquæque diatribe ab eo facta, aut res eorum ope præstita, non erit satis difficilis ad eum in illustrem illam Classem cooptandum. Et reverâ, variis ex erroribus vulgaris, tam inter Scholasticos quàm alios, unicæ eæque nonnunquam distortæ, Aristotelis Authoritati & fortèan frivolis quibusdam interpretum rationibus de rebus tam precariis & malè fundatis, innixis: ut ad eas convellendas, audacitatis plus quàm peritiæ requireretur; forsan de Amico tuo, quoad Philosophicos ejus in errores tam vulgatos (de quibus loquor) successus, dici potest, quod Romanus de Alexandro in molles Asiaticos Triumphante affirmavit, viz. *Quod nihil aliud quàm bene ausus sit vana contempere.* Contingit autem in Casibus nonnullis, quòd cum veritas quædam gratior, aut Fax experimentandi via adinventâ fuerit, varia Naturæ Phenomena, a Scholis vel prætermissa vel malè interpretata, meâ sententiâ, ingenii exercitium ad illa enodanda exponendaque longè minùs laboriosum expeterent, quàm necesse fuit requiri, ad Tenebras eas Theologicas quædam veritates jam clarè explicatas, obvelantes dispellendas & forsan, quod ipse ego subinde adhibui, in aliquibus ex conatibus meis ad res Theologicas illustrandas destinatis, in quos ipse forsan incidisti in chartulis quibusdam quas de talibus argumentis scribere ausus sum. Dici forsan possit, quòd compendia nila (vel cultura) quæ ingratiosi tales, qualis Amicus tuus, facere solent ex Theorematis feracibus & strictis, quæ a veræ Physiologiæ inventoribus vel Macænicibus summis iis propinata sunt adeo tenuia sunt et jejuna, & tam propius ab industria & casu proveniunt, quàm miram aliqualem Rationis

poteriviam aut sablimitatem arguant quòd etiamfi viri tales, habent, quòd in acquisitionibus suis oblectentur, non tamen habent, quod superbiant, & eorum præstationes grates nostras, & fortasse aliquale Encomium commereantur, non tamen eò assurgunt, ut mirationem vindicent; ea enim illis hominibus reservanda est, qui veras & comprehensiles Hypotheses vel primò commenti sunt, vel easdem insigniter promoverint, aut saltem, qui nobilitium aliorum, & proficuorum inventorum, multis modis applicabilium Authores fuerint.

Forfan non alienum erit hac occasione additare quòd, sicut intelligentia nostra non est admodum profunda, in rerum solummodo corticibus hærens nec ullâ cum certitudine in earum medullas & naturas intimiores penetrans, ita & extensio ejus haud ita larga, Cœlestium & profundè subterraneorum Mundi partium, pro quibus cæteræ omnes minutam admodum, (ne dicam despicabilem portionem constituunt) rationem, claritudine aliquâ particulim reddere non potest.

Nam, quoad globum ipsum, quem incolimus ut sileam, quot in eo Plantas, Animantia, & Mineralia adhuc profusè nesciamus, & quot alia perfunctoriè solum novimus, ulterius confidero, objecta omnia, circa quæ Experimenta nostra & scrutinia versantur, ad superficialem Globi Terræ partem pervenire, quarum Terra, nobis cognita, non nisi crustula & quasi Porrigo esse videtur. Ex quo autem interna hujus Globi pars materietur, res est haud minus disputabilis, quàm ex qua substantiâ remotissimâ, quæ discernere possumus stellæ, consistant. Etenim, quidam vel inter modernos Philosophos opinantur internam Terræ portionem, esse puram & elementarem Terram, illic, (aiunt) vel nullibi, reperibilem. Alii Igneam esse imaginantur, & Flammarum vel naturalium vel Internarum receptaculum; nonnulli Terrestris Globi corpus pro Ingenti solidoque magnete habent. Et e contra Cartesiani (tametsi omnes magnetum subterraneorum copiam admittunt, docent Globum eundem semel stellam Fixam fuisse, & quòd, tametsi exinde in Planetam degenerata, interna tamen ejus pars pristinam, quam priùs habuit, naturam retinuerit; mutatione illâ, quam subiit, inde oriundâ, quòd externas ejus partes densis maculis plenè coopertas habuerit,) instar illarum circa solem saepe observandarum, ex quarum condensatione Terra Firma, quam inhabitamus, formabatur. Et, quod malè nos multat, unaquæ que ex his sententiis digladiantibus penè æque difficilis est, *Falsa ac vera* demonstrari. Nam, cum, ex computo nuperiorum Cosmographorum vel modestissimo, Milliaria ter millia cum quingentis, & supra, interciperentur priusquam ad Centrum Terræ deveniatur: nondum mihi vel à Nautis, vel minerarum Fossoribus satisfactum est, hominum curiositatem actu ultra milliare unum vel alterum deorsum pertigisse (idque non nisi ternis vel quaternis locis) vel in Terrâ vel in Mari; ita ut adhuc Experientia nostra vix altiùs Globi Terraquei quasi siliquam (detur verbo venia) & corticem raserit, tantùm abest ut in nucleum ejus penetremus. Sed

Sed prohdolor: quid est hic noster Globus, de quo & ipso tam parum scimus, præ vastis illis & luminosis Globis, quos stellas Fixas appellamus, de quibus multò minus novimus? Etsi enim Priores Astronomi earum distantias atque magnitudines, summâ in speciem ἀρεβεία, exhibere dignati sunt quasi certas in earum mensationem methodos calluissent; nuperi tamen & peritiores Mathematici dabunt, (novi) mihi veniam, de rebus quas ipsi tradiderunt, dubitare, cum enim in confesso est, nos Parallaxim nullam in stellis fixis (nec forte in altissimis Planetis) observare posse, oportet methodum adhuc deficere, ad istorum corporum distantiam mensurandam. Nec Copernicani solùm nescio quot centena millia passuum majorem asserant, quàm Ptolomaici, imò Tychone ipso multò majorem; sed & ipse Ricciolus, licèt insignis Anti-Copernicanus, Fixarum stellarum distantiam valde majorem statuit, quàm vel ipse Tycho, & (ui malè meminì) vel aliqui etiam ex ipsis Copernicanis. Nec discrepantias adeò vastas miror, etsi aliquæ ad nonnullas forsan milliarium myriadas assurgant, cum mecum perpendam, Astronomos stellarum Fixarum distantiam instrumentis suis non mensurasse, sed eam Hypothesibus suis particularibus accommodent. Et propter hanc incertitudinem circa stellarum Fixarum distantiam, facilè colligendum est, nos de earum magnitudine haud ita certiores fieri, imò nec mutuâ in se invicem mole; cum adhuc restet dubium, utrum diversæ magnitudines, quibus nobis apparent, vel ex reali molis aut distantix solùm inæqualitate, proveniat, aut partim ex unâ causâ, partim ex aliâ.

Sed non est mihi in animo, res illas animadvertere, quas notæ inter moderniores Astronomos dubias esse manifestant, scio enim, quam plurima, ad stellas pertinentia, adeò ab intelligentiâ nostrâ remotiora fore, ut nec de causis eorum disputemus, in easque inquiramus, qualia sunt inter alia, Quare stellarum numerus nec major nec minor sit? Quare tot Cœlestium eorum Luminum ita collocatur, ut nudis oculis, nec vel Telescopiorum vulgariùm (nam, quoad extrordinarios aliter se res habet) ope adjutis, conspici nequeant? Quare inter stellarum communiter visibilium numerum, tot in aliquibus Ætheris partibus emineant, & tam paucæ in aliis? Quare ita magnitudine inter se differant? & cur non magis differunt? Cur non serie ordinatiore collocarentur, ita ut constellationes ex regularibus & concinnis Figuris constantes faciant (cujus rei Triangulum forsan, unicum est exemplum) sed sparsim in Æthere disseminari, videantur, & quasi casu fortuito, & tam confusas configurationes habeant, ac guttæ pluviales in imbre super pileos nostros decedentes? Quibus multæ aliæ Quæstiones addi possunt: sicut circa stellas, ita circa interstellarem Cœli partem, quam ex modernis, Epicureis nonnulli vacuum esse statuunt, nisi ubi Radii Luminares (& forsan alia quædam effluvia Cœlestia) eam pertranscant, quamque, e contrâ Cartesiani Æthereâ quædam materiâ plenam existimant, quod tamen quidam, aliter Philoso-

phiæ Cartesianæ fati addicti, pro Hypothesi solùm credere, se redigifantentur, Adeò ut intelligentia nostra magis deficiat, quàm plurimi opinantur, non solùm ut intensivè, sed & extensivè (ut Scholasticus exprimere vellet) sumptu. Cùm enim tanta sit inter Cœlos & Terras disproportionis, ut moderni quidam, Terram, vel præ Orbe solari, vix Punctum quidem excedere, & Cartesiani, cum aliis Copernici sectatoribus, vel ipsissimum magnum Orbem (qui eum, quem Ptolomaici Solarem vocant, adæquat) non nisi Punctum existiment respectu Firmamenti, nostrique omnes Astronomi consentiant, Terram saltem non nisi Punctum Physicum esse præ Cœlo stellari; intra quàm breves cancellos scientia nostra coerceri, necesse est, quæ tot rerum, circa vasta illa corpora supra nos locata, ignaros relinquit, & tantillum etiam vel in Terram, nobis inferiorem penetret, ut inter exiguam superficiariæ Physiçi Puncti Partis Portiunculam concludi videatur: Cujus considerationis hæc erit quasi proles & sequela genuina, quòd licet dos illa, quàm scientiam nostram salutamus, mentibus nostris summè gratificari concederetur, non tamen inde superbire deberent; Quod enim de Systemate & naturâ rerum corporearum scimus, non ita piene & perfectè nobis satisfacit, ut ejus gratiâ rerum spiritualium notitiam conservare liceret.

Porro ex prioribus hujus Epistolæ partibus unicum quid resultat, quòd Relig. omnis Mysteriorum Intelligentiæ Excellentiam & Prærogativas ulterius evincit, quod quidem unicum istiusmodi est, ut spero, nil opus sit, me plus additare, nec reverâ possibile est, ut quid altius additem, viz: Divinarum veritatum intelligentiam, reliquæ universæ scientiæ a Iudice omnium Integerrimo, & maximè Incomparabili, Deo scilicet ipso anteponi & præferri.

Cùm hoc nuper offenderim, non jam denuò repetam, contentus potius, quod illic evici, applicare, idque repræsentando, si ille qui secundum veritates Divinas litem dijudicat, istiusmodi sit, qui Physiologia (adeo deamatæ) secreta, minus nota habeat, aut arrogans quispiam & gloriosulus Physiçus; aut si esset, licet intelligens, attamen, (instar Angeli) merus earum rerum contemplator, quæ nos Opera naturæ nuncupamus, absque quòd ulla partes habeat in earum Productionibus, Amicus tuus ejus judicio non stet, tametsi excusationem parùm speciosam, tentationem tamen validiorem habeat.

Verùm cùm ille, cujus directione, veritates sublimiores in scripturis revelatas, illas, quas Ratio sola de objectis comparativè vilibus, rebus corporeis anteferimus, idem Deus sit, qui non modò tantam universitatem, omnesque ejus partes noverit, idque longè perfectim, quam Automatarium quispiam Horologia sua intelligere potest, (in quibus Mechanismi solam rationem reddere potest, non causæ Elateris, nec Auri, Chalybis aliorumque corporum, ex quibus Automatum constat, naturæ) verum & magnum hoc Automatum machinam hominemque etiam in eo fabri-

fabricaverit; non datur vel species imaginandi, illum vel ignorare, vel injuriè causari proprium suum opificium, vel Creaturam ejus amasiam, Hominem, fallere, cum in illud scientiæ genus illum dirigat, quod maxime cupere atque æstimare debeat. Aded ut, cum ille ipse sit, qui Mundum, cunctaque in eo quæ maxime miramur, fabricavit, qui notitiam in verbo ejus propinatam, illi quam de operibus indulsit, nos anteponeere vellet, & absurdum quidem & ingratum esset, id committere, ut Opificii Excellentia Authori ejus præjudicaret & sapientiæ ejus effectus cen obices ponerentur, ne in judicii ejus determinationibus acquiesceremus, plane ac si, qui propter visibiles ejus productiones suspiciendus est, id circo non esset credendus, quando renunciat dari Indicia veritates longè pretiosiores continentia, quàm quæ ad objecta illa solum pertinent quæ omnium oculis exposuit.

SECTIO QUINTA.

Vereor, ne omissionis gravissimæ reus effem, si unum quid hic loci considerare prætermitterem, quod maximas partes habere puto in in propensione eâ; quam Amicus tuus exprimit, ad studia naturalia Theologicis anteferenda; istiusmodi est, supponit se ex Priore Famam & certioram & magis duraturam acquirere posse, quàm a Posteriore sperari fas est.

Fateor equidem non solum promptè & alacriter, sed etiam cum aliquâ gratulatione hujus seculi felicitatis, vix quippiam scientiæ genus magis æstimari, quàm quod naturalis Philosophia docere prætendit; & quod inter homines sensatiores sagacesque, tantum famæ atque existimationis ex Secretorum Naturalium investigatione conciliari valeat, ac si Principum Arcana nobis concederentur, vel summis Favoris sui tesseri bearemur.

Verum licet tantundem libenter Fatear, & fortè an, ipse ego, nescio quo Fato, tantus fumi istius odorati, applausus si illicet, partes acquisiverim, ac quidam (saltem) ex iis, jam in Humanis; quibus Amicus tuus propter ejusdem acquisitionem maxime invidere videtur; non tamen dubitabo asserere partim ex observatione ejus quod aliis accidit & partim etiam propriâ meâ quali quali experientiâ, quod nec res sit aded facilis, ac Amicus tuus credere videtur, studio ihyfico certam & dura uram famam acquirere, nec ejusdem expectatio apud homines id agere debeat ut studium Theologicum vilipenderent: Nec operæ pretium esse hic objicere, (quasi anticipando) difficultates atque impedimenta in famâ quâ conciliandâ, quâ tuendâ, aque apud Theologos ac Philosophos obtine-

re, cum objectio jam in examen deducta est, in Principio secundæ hujus partis præsentis nostri Tractatus.

Præterea, in operis nostri decursu ostendetur, Physiologum, gloriam aucupantem, aliquibus incommodis obnoxium esse quæ vel non omnino, vel saltem haud aequè in Theologum inciderent. Quapropter absque quod moras necem, in allegatione hac præoccupativa ulterius advehendâ rectâ progrediar ad primam Assertionis eam præcedentis, partem confirmandam; quod ut plenius fieret, da mihi veniam (post promissionem, necesse est Hominem vel Scriptorem esse, vel ab eo, quod novit excudendo desistere) sequentes considerationes Tibi propinare.

Primo, si Physiophilus tuus inde sibi Famam, acquirere existimet, si cogitationes suas ac experimenta apud se supprimat, nec chartis committat, vehementer se errare comperiet; si enim semel in hominum ore sit, (quacunque de causâ rumor ortus sit) eum quæpiam novisse, quæ in aliorum usus cedant, & quorum viri studiosi admodum cupidi esse solent, curiosorum Interrogationes & Alloquia non effugiet. Et si solitudinem affectans contentus sit semet occultare, ut res sibi notas abscondat, sollicitationes, tamen per Epistolas faciendas, non devitabit.

Quod si illectamina hæc parum proficiant ad se discludendum, tunc hominibus sollicitantibus succensere faceret & Itomachari, qui hac ratione & votis forsitan etiam & spe frustrati, vindictam ut plurimum meditabuntur, illam ceu hominem incivilem & malè moratum deprædicantes, necnon & ingenium ejus imminuentes idque forsitan successu satis foelici, suggerendo, affectatum illius silentium ex animo provenire sibi consciò, res, quas scire supponitur, non nisi tales esse, quales, si publicè innotescere cœperiat, æstionari cessent.

Dices (forsan) tantam hujuscemodi solitudinem & recessum vitio verti debere; nec litem movebo, utrum ita sit, vel secus, verum si Liber sit & adaperitus in collogiis suis Peregrinis, qui ad illum eventilandû confluunt, ita est hominum nonnullorum parum ingeniosa mens, ut in periculo erit ne Experimenta sua & notiones, ab iis, quibus communicavit, sibi arrogarentur, aut saltem ab aliis, quibus illi [fortassis sine dolo] eadem impertiverunt. Atque in hoc casu, si vel Physiophilus ipse, vel ex Amicis quispiam, qui eum hujus rei tam plagiariè vendicatæ, Authorem esse noverint, jus suum asserant, peculatores & eorum Asticte confestim hostes ejus fierent, & ad propriam conservandam, istius Famam imminuere & commaculare sedulo satagerint. Quod si hic regeras, Amicum tuum viam mediam calcare posse, tanquam in casibus plurimis Tutissimam viz. tali modo de Judiciis ejus sermocinando, ut & sciscitantium curiositati aliquousque gratificatur, ne tamen Loquelâ liberiore; jure suo in illorum refectione prorsus se exuere; replicare vellem, compendium hæc nec satis certum esse, nec ab incommodis vacuum; Plerique enim ita cerebrosi sunt & pervicaces ut facilè se rerum Dominos crederent, quarum vix ha-

beant

beant feminotitiam utcumque, et si viri, apud quos fermocinatio immediate facta est nec nimiam arrogantiam turgeant nec ingenio, haud ita sagaci praediti sint; facile tamen, res auditas & observatas repetendo, ingenii magis penetrantibus stricturas istiusmodi administrare valeat, unde notionem totam vel Indicium eruerent, quam exinde sine scrupulo sibi fidenter asseret, absque quod fere possibile sit contraniti. Quod contingat (ut frequenter fit in colloquiis extemporaneis) Philosophi verba non rite capi intelligique, vel quoniam nec otium habet, nec institutum eius est, se plenè explicare, aut quia viri, quibus cum verlatur, non sint ingenii accuratioribus & magis attentis praediti, in pejoris jam discriminis aleam, quam prius, conjicitur, vanitas enim, illa, quam plerique tument, sc. famam increbrescere, se cum clarissimis Philosophis interloquia celebrasse, id agit, ut linguaciores, fiant ad ea repetenda, quae ab Hominis adeo illustris ore se audivisse gloriantur, nonnunquam etiam, tanquam ab omni contradictione securi & immunes, auditu vel ex ignorantia perperam recitabunt vel de industria detorquebunt in illius dogmatis patrocinium, quo inde fundare conantur. Adeo ut, cum ex *παρρησία* prius memorata, hoc modo discrimen subeat ne alii veritates, ab eo detectas, sibi vendicent, reservatio haec a se etiam posteriori exponit ne opinionum & errorum Author fieret, de quibus utique nec somniavit unquam. Et quando Hominis cujuscumque dogmata vel Indicationes publice semel, & communi omnium ore innotuerint, absque quod vel a scripto, vel ab Amico quodam bene informato proponerentur, nescit planè quot errores ipsi queant imputari; (absque quod moraliter possibile sit; ut a Plurimis detegentur) idque ex imbecillium hallucinatione, ex iniquore partium studio, vel ex malevolorum invidentiâ. Imò & Famæ alienius celebritas, variis de eo rumoribus & figmentis adeo nonnunquam patrocina- tur, ut gradatius illam convellant, si non profus subvertant.

Prout, Bacono nostro Monacho, Trithemio, & Paracelso accidisse comperimus, qui pro suis temporibus viri erunt & eruditi & clari attamen commenta talia ipsis adscribuntur, quae cum Sagacioribus plurimis Fabulosa appareant, exinde multi ansam arripiant, magna omnia, quae de iis dicta sunt, vilipendendi.

Hæc sunt nonnulla ex incommodis illis, quibus Physicus obnoxius esse potest, si cogitationes & inventa sua ipsemet non divulgaverit; ad quae dispendia evitanda, si pro utilitate Libros scribendi more, Famam aucuparetur, hæc forsitan effugiat, in alia tamen, nec haud ita inferiora discrimina periculaque incidere potest.

Primo ergo, considerare licet, sive quis viâ systematicâ scribat, sicut illi fecerint qui integra Totius Naturalis Philosophiæ corpora, sive methodicos de notabili quadam ejusdem parte Tractatus exararunt, sive methodo magis solutâ atque interminatâ de quovis particulari Argumento ad Physicam spectante, lucubrationes suas ederet; utram ex bi-

nis viam elegerit , ad conceptiones suas evulgandas , utrinque sat detri-
menti periclitabitur.

Si enim scribat systematicè, Primò, necesse est, (nequid dictu necessa-
rium prætemittat) ab aliis (forsàn sapiusculè) dicta repetere , quæ qui-
dem quasi bis cocta Crambe non legenti modo, sed & scriptori (modo in-
geniosus sit) ipsi non potest non nauseam creare. Deinde , Tot tanta-
que sunt, in rerum Natura, de quibus vel parum vel nil omnino novimus,
totque itidem plura , de quibus minus quàm par est, ut , si concedamus,
scriptorem nostrum systematicum esse valdè eruditum, necesse tamen est,
illum res varias ad Thema suum pertinentes, intactas prætermittere , aut
perfunctoriè solum & sæpe (probabiliter) erroneè de iis disserere; ita ut
in istiusmodi libris, multum semper dicitur, Lectori prius notum, & haud
raro multum scriptori ipsi parum notum. Cui Tertio loco addi potest,
quod cum naturalis Philosophia, tam vastum & ferax argumentum, ut po-
tissimum in ætate qualis nostra cluit, sagaci) quotidie ferè aliquid novi
circa eam retergeretur vix possibile est, methodum, rebus jam cognitis
adaptatam, diu ceu propriissimam durare, sicut eadem vestimenta *pueris*
non usque convenient, quorum ætas grandior adultiorque citò exposcet
nova. Idèoque scriptores succedentes speciem habebunt excusatiorem
ad systemata nova concinnanda, cum Philosophia post prioris publicatio-
nem provecta, magis quadrantia. Atque quamvis parum Novi suppete-
ret, additandum, & facilius esset, Authoris nostri imaginari methodum
alterare quàm corrigere , novitas tamen in se res est adèò grata & homi-
nibus plurimis jucunda ut sæpè res commendat, quæ nullo alio titulo su-
perbiunt; illud enim Aulici cujusdam (mihi noti) de Amico tuo effatum
quod jam venit mihi in mentem etiam rebus aliis applicari potest, *No-
vam* Americana esse *meliori* anteferendam, (modo melior illa eadem
sit.)

Verum, si devitato Tramite systematico, solutos quospiam Tractatus
diatribisque conscribere elegerit, quam plurima quidem ex dispendiis,
recens memoratis vitare potest, vix tamen effugiet, quin libri ejus a scri-
ptoribus systematicis expilarentur, sui enim proclives erunt, ad illa de-
cerptenda, quæ in rem suam faciunt, & ad eadem Libris suis methodicis
inserenda (fortissis plurimum decurtata, aut aliter in repetendo vitia-
ta) eaque collocabunt, non sicut proprius Author ubi dissertationem ejus
maximè ornent stabiliantque aut ab eâ vicissim illustrantur susculantur-
que sed prout conscribitoris usui maxime inserviunt. Et reverè Libri hî
methodici viam, præ ceteris, adèò magis compendiosam ad assequendas,
de quibus tractant, scientias, præ se ferunt, ut tametsi, Memoriam potius
quàm Intellectum utplurimò juvent, Lectores tamen plerique, vel Judi-
cii vel Patentiè defectu, aliter sentiunt idèoque volentes sunt pro con-
cessis habere, si quid fuerit in scriptoribus præcedentis momentosum, id
omne cum eadè tam extractum, tam ordine digestum a superioribus Au-
thoribus

thoribus fuisse. Quæ quidem imaginatio, tametsi meâ sententiâ admodum erronea hoxiaque sit, tantùm tamen obtinet atque invalescit, ut sicut Aurifabri, qui Figuram tantùm ac nitorem Auro tribuunt, longe magis æstimentur, magnique ditescant, quàm Fodlores, qui Ballucam in Terræ visceribus comperiunt, unde magno labore ac industriâ effodientes, in obrizum tandem purificant; ita illi, qui summâ operâ studioque in secretos naturæ recessus fœliciter penetrarunt, veritatesque latentes eruerunt, ab Hominum vulgo serè longe suspiciuntur, quàm qui methodo speciosa, styloque concinno, veritates ab aliis inventas, in ordinem venustum molemque commodam reducant.

Secundo loco adverto, Librorum sicut methodum, ita & molem, in scriptoris Physici, Famam inde venantis, dispendium cedere posse; Nam si volumina largiora conscribat, periculum erit, ne res multas minùs accuratas, si non prorsus alienas, intercalet, vel necesse habeat ab aliis jam dicta, plurima repetere.

Quòd si Tractatus breviores concinnet, ut in more est Authoribus fœrtissimis, quibus non est in animo quid, nisi *Novum* & *Grave* divulgare, prout Excellèntia eorum id aget ut citius dispergerentur, ita molis exiguitas committet, ut celerius amitti periclitarentur, prout Experienciâ compertum est quoad egregios quosdam, sed curtatiores, Tractatulos, qui, etiamsi non ante multos annos in lucem editi jam tamen, cunctis exemplaribus fere divenditis, vix & ne vix quidem in Bibliopolarum officinis, nisi casu quodam, sint parabiles. Adeò ut scripta hæc, (Fato meliore digna) post aliquale Temporis spatium, prorsus dispendi (ut nonnullis euenit) contingerent, aut memoriam suam non nisi in largiore concinnatoris cujuspiam volumine superstitem habere; cujus industria multis parafangis antecellit ingenio) Animadversum enim est perpauco (nescio quo Fato infœlici) (non dico omnes) seipfos addicentes ad collectiones ab aliorum operibus excerpendas, eo judicio pollere, ut res inde selectissimas legat; cumque Tractatuli illi de quibus loquimur, solum in citatore tali conservarentur, forte an posteris traderentur, eâ representatione, quæ placuerit Abbreviatori.

Quod quidem (ut ad Tertiam considerationem pergam) Physiologi Famam admodum incertam reddere, potest; non modò propter Iudicii defectum, in concinnatoribus (ut nuper dixi) haud rarò observabilem, unde frequenter, meliora omittunt, quàm decerpunt; verùm etiam quòd peritiam requirant, quæ Authorem eum, quem citant & Abbreviant, intelligendum, desiderato etiam candore, ut suum sibi tribuant. Quandoque Physicæ Hominum opiniones, aliæque scriptorum Clausulæ, vel errore vel studio tam perperam ab aliis, representantur, protissimum si istiusmodi aliorum dogmatum retractores partium studio abripiantur, ut sensus iis longè alieni affigerentur, quàm quos ipsi docuerint vel tradiderint unquam, & Forfan e diametro contrarii; cujus rei ingratham expe-

rientiam ipse habui, docto quodam scriptore, nescio quot vicibus, asserente: me dogma asseruisse, unde disertim ἐπέχειν statuissem. Quid quod, & alter scriptor satis notus, (non datâ operâ, sed ex rei mechanicæ & Argumenti; quod tractati, imperitiâ, me collaudavit, quod Experimento quodam rem comprobassem, cujus contrarium inde evincere fategi, & nisi cum aliis fallar, actu evici. In alios etiam Physiologos incidi, quorum scripta, vel ex Personarum vel ex Religionis odio, fuerunt stigmatibus inulta, quasi veritas nullo modo amica esse potuit, cum persona veriloquentis sit inimica; aut quasi qui in re Religionis erraret cespitetque, non potuit tamen notionem rectam in Philosophiâprehendere, quod in veritatum omnium opprobrium dicitur, quas Aristoteli, Epicuro, aliisque Philosophis acceptas referimus. Imô dantur quidam, qui studiô se componunt ad aliorum scripta vellicanda, non quod directè ei Hostes sint sed quod gratiam habeant apud Hostes suos, ut recolere potes servo accidisse, qui hoc solùm nomine aliorum calamis laceffebatur. Nec ab eorum solum citationibus, qui ex professô aduersantur & oppugnant, scriptoris dignissimi existimatio commaculari potest, cum haud raro ab iis lædatur qui cum laudibus eum nominant, atque in animo habere videntur honorare. Hanc enim Stropham in quibusdam Scriptoribus deprehendi nempe Authorem quempiam magnâ in speciem gratulatione nominabant, propter hoc vel illud, minus momentosum, quod ab eo decerpserint, quod quidem Artificio furta sua insigniora oculere conantur; quod tamen excusatius est, quàm illorum Praxis qui Authorem convitiis proscindunt, cui reverâ plurimùm debent hac solùm ratione, ne omnino illi propter beneficium aliquod adstringi viderentur.

Quarto autem, addendum est, præter discrimina illa in quæ Physici nomen apud Posterios vel ex ignorantia aut pervicacia incidere potest, aliis etiam dispendiis obnoxium esse, ex ipsâ Hominum opinionum, & Rerum Naturâ, oriundis.

Sicut enim Hominum Geniî atque propensiones quoad studia sua naturaliter diversificantur, hoc certum quoddam studii genus diligente, illo prorsus oppositum amplectente; ita Propensiones hæ a causis externis & accidentalibus nonnunquam variè & generatim determinantur, velut cum contingeret, magnum quempiam Monarcham esse hujus vel illius Eruditionis Fautorem & Patronum, vel e contra, contemptorem & forte Adversarium; & cum vir quispiam singularis magnam Famæ celebritatem ex hoc vel illo studio consequutus est. Imitatio, vel mens æmula sæpe alios extimulant, ut eisdem studiis sese addicerent. Ita, tametsi Romæ sub consulum Regimine haud ita celebrata fuit eruditionis titulo, Cicero nis tamen Fama & Augusti Favor decus & honorem doctrinæ apud Romanos conciliarunt; cum vero apud Imperatores succedentes vilis haberetur, inde commissum est, ut non eò decoris assurrexit, quo inter Græcos circa Alexandri ætatem latabatur. Et ejusdem Augusti seculum magnâ

Poetarum copiâ nobilitatum est , non modò ob Patrocinium ab illo & Mæcenate illis exhibitum, sed fortean ob eorum Exempla, atque æmulationem inter se mutuò inde excitatam. Et post Imperii Romani declinationem, Centuriâ Quartâ, Physiologia & Mathematicis parum æstimatis & minus intellectis, eò quòd Hominum studia ex ætatis ejus Genio aliorum tendebant, Annus quisque Centenus vix unum quempiam protulit, qui rem Mathematicam vel Physicam auxerit, nedum fuit insignis ejus cultor.

Unde videre est, quàm parum certum sit, eò quòd quispiam in Physicis vel in scientiâ jam æstimatâ, sit peritus, Nomen ejus usque de prædicari, cum forsitan scientiâ ipsa exolebit atque inveterasceat.

Veruntamen, præter aleas quæ Physici Famae accidere possunt, hoc nomine quod scientia illa, quam excolit, perinde ac aliæ, decremента sua habeat & Eclypses publico hominum ore atque æstimatione, datur & alia incertitudo, ex vicissitudine illâ proficiscens, quæ in æstimis, Hypothesarum differentium, sectarum, variisque Philosophandi methodis circa eandem scientiam, & particularim circa naturalem Philosophiam, ab Hominibus Factis observabilis est. Eruditis enim iis seculis adhuc durantibus, cum Physiologia primò & maximè apud Græcos floruerit, Democritus, Leucippus, Epicurus, Anaxagoras, Plato, omnesque ferè Physici ante Aristotelem, fuerunt corpusculari; utpote molientes, licèt cuncti non eâdem viâ, Naturæ Phænomenon, nec non & Quantitarum ipsarum rationem reddere, ex magnitudine, Figurâ, motu & corpusculorum, sive activarum, utut minutissimæ fuerint, materiæ partium. Cùm Aristoteles, eadem Phænomena ex quatuor primis Qualitatibus, quatuor Elementis, paucisque aliis jejunis Hypothesibus deducere fatagens; & quæcumque per ea explicare non potuit, (ac proinde maximam Phænomenon Naturalium partem) Formis substantialibus & occultis Qualitatibus ascribens, (quæ quidem Principia facilia sunt nominatu, intelligi verò vix aut ac vix quidem vel prætenduntur,) Cumque per levitentia hæc & angusta Principia Physicen, quasi in Systema quoddam reduxisset, a quo sagax corpusculariorum modestia ipsos cohibuisset; locus quem apud magnum ejus discipulum Alexandrum habuit, proprii Ingenii Fama, Facilitas Methodi, ab eo proposita, ad Naturalis Philosophiæ scientiam assequendam, Fælix Scriptorum suorum omen, ut Democriti, cæterorumque omnium ferè corpusculariorum operibus superviverent, cum Carolus Magnus Doctrinam in Europâ stabilire ac provehere incepit; Hæc, inquam, compendia, aliique casuum feliciam concursus, per septena aut octona Annorum millia commiserunt, ut Philosophia corpuscularia non modò ejecta, sed & explosa è scholis a Perepateticâ fuerit, hæc tamen posterior nostris, temporibus priore quasi postlimio revocatâ a plerisque rejecta, a pluribus, ceu precaria, haud intelligibilis & invisibilis irridetur. In cujus assertionis confirmationem, instantiam dabo in re.

particulari , (quæ , utut prius memorata , in præfens nostrum institutum iterum repeti meretur.) Aristoteles ipse alicubi fatetur , (ne dicam , jactitat) Philosophos Græcos , Antecessores ejus , unanimiter docuisse mundum (non dicam Creatum) sed Productum fuisse , ille tamen , propriâ fere Auctoritate , fretus & Argumentorum quorundam (ut nonnulli , existimant) subtilium vi , (quorum tamen nonnulla ab Ocello Lucano mutuatus est) irreligiosum illud & malè suadatum de Mundi Æternitate , dogma in Scholas Philosophicas per multa secula introducere potis fuit , quod tamen , doctrinâ Christianâ postea apud homines invalescente , in examen deductum , cum Pietas Evangelica , tum Recta Ratio plurimos rejicere fecit.

Quod quidem invitat me ad ulteriùs considerandû , Præsentem dogmatû eorum , quibus Phiseophilus tuus patrocinatur ; successum , non id agere debere ut persuasissimus usq; sit , easdem opiniones parilem semper famâ retenturas , vel majorem acquiraturas , aut iidem cõpendiis , quibus jam latantur quoad æstimû Generale supra emulas suas potituras . Opiniones enim , æq; ac res aliæ , Periodos suas Fatales & vicissitudines habere videntur , sicut , non modo ab exemplis recens datis apparet , verû & ab Hypothesi illâ , de Terræ motu ; quæ ante Pythagoræ (qui tamen Inventor ejus vulgò reputatur) ævum celebrata , postea existimationem multò auctiorem adeptæ est ex Celebris Pythagoreorum Sectæ suffragio , (quas Aristoteles ipse , tanquam ejus Opiniones Patronas suspicit) postea tamen per bina ferè Annorum millia somnis excipiebatur , non ut falsa modò sed ridicula . Post tot Annorum seriem , dogma hoc , tam diu obsoletum , a Copernico resuscitatum , exiguo temporis spaciolo tantos fecit inter moderniores Astronomos Philosophosque progressus , ut si eodem modo invalescere pergeret , Terræ motus ab omnibus ejus Incolis Mathematicis , pro confesso erit atque explorato . Etiam si vero veritatis oppressæ & quasi emortuæ nonnunquam fatum sit , resurrectionem tandem adipisci , hoc tamen non est peculiare ejusdem Privilegium , obsoleti enim errores nonnunquam resuscitantur æquè ac veritates conculcatæ : aded ut censura Generalis in ætate unâ de viliore opinionis cujuscumque momento habitæ non potest . Homines certos facere , quin eadem in seculo altero primum locum teneat quo forsitan non reviviscat modò , sed & regnet .

Quid quòd vicissitudo illa atque inconstantia non solùm circa opinionum de rebus philosophicis honorem cernuntur , sed & eadem etiam in ipsâ Philosophandi viâ methodoque obtineat ; Democritus enim , Plato , Pythagoras , aliique rei Physicæ , apud Græcos , Cultores magis siæceri atque ingeniosi , vel in Experimentis & observationibus faciendis se potissimum exercuerunt . Ut fecit Democritus in multiplici suâ Animalium dissectione ; vel in Mathematicis applicandis in peculiaris cujusdam Naturæ Phenomeni enodationem ; ut constat ex Rationibus (ne memorem quod Hero in Pneumaticis docet) a Democrito , Platone , aliisque redditis .

de Igne ac cæteris Elementis ex Figurâ & motu corpuseulorum , unde constant. Et quanquam hæc Philoſophandi via ante Ariſtotelem aded celebrabatur, ut quanquam ille infeliciter aliam introduxerit) manifesta tamen & notabilia ejuſdem veſtigia inter monumenta ejus, ſpeciati in libris de Animalibus, & de Quæſtionibus Mechanicis;) Scholaſtici tamen Ariſtotelis ſectatores, per ſecula plurima, vetuſtam Philoſophandi methodum negligentem (in magnum Eruditionis detrimentum) ſcribendi rationem , e Diametro oppoſitam ejus loco ubique ſubſtituerunt. Nam non modò Mathematica proſcripſerunt (quorum utplurimum neſcii erant & rudes) ſed pro rationibus ſubjectorum particularium explicitis ne dicam accuratis & intellectu facilibus, diſtinctæ attentæque eorum conſiderationi innixis contenti fuerint inter ſe acriter digladiari, generatim, de Quæſtionibus quibusdam circa Phyſices objecta, vel omnino innecessariis, vel ſaltem minus gravibus, necnon & circa materiam Primam, Formas ſubſtantiales, Privationem, Locum, Generationem, Corruptionem, reſque alias generaliores, quibuſcum quando ſe & Lectores deſaſſent, ferè inſcii manſerunt, atque alieni a particularibus ejus Naturæ Productionibus, circa quam tam impenſè litigaſſent, nec tam veram & utilem informationem circa corpora particularia exhibere poterant, ac vel Inſimus mechanicorum, putà Minerarum Foſſores, Lanii, Fabri Ferrarii, imò vel Ancilla Lactaria propinare potuit. Unde Philoſophia eorum aded imperfecta & inutilis apparet, non modò Hominum vulgo, ſed & ingeniis magis elimitatis atque Philoſophicis, ut magnus noſter *Verulamius* ſummâ Arte ac Indiſtriâ (nec ſine aliquali indignatione) viam modeſtiorẽ & magis proficuam, a veteribus calcatam, antiquo ſplendori reſtituere conatus eſt, ſe in corpora Particularia inquirendo, abſque quod feſtinaret ad Systemata concinnanda; qua in re admirabilis duorum ex Medicis Londinenſibus indiſtria & Ghiberti ſcilicet & Harvæi, haud Mediocres ſuppætiæ habuit. Nec opus eſt renunciare, ab ejus Tempore, *Carteſium, Gaſſendum*, alioſque, Theoremata, Geometrica, Phyſicis, Problematis, demonſtrandis applicuiſſe, unde factum eſt, ut *Ille*, cum *Hiſ*, aliſque Phyſices inſtauratoribus Experimentalem & Mathematicam Naturæ veſtigandæ methodum, in Famam tam egregiam ereſcentemque exererint ac unquam potita eſt, cum inter Phyſicos Ariſtotelem præcedentes, maximè celebraretur.

Conſiderationibus hæctenus a me deductis, quæ (fortaiſis) *unica* inſtituto meo ſufficerent,) *alteram* tamen adjungam, eamque, meâ ſententiâ, longè præcedentibus ponderoſiorem, ad oſtendendum, quàm difficile fit certò noviſſe, Phyſicas opinionẽs, quæ in præſens earum Athletis ac Cultoribus venerationem conciliant, in eodem dignitatis loco ſemper perſtituras. Nam præter inconstans illud opinionum laudatarum Fatum, quod hominum levitati imputari poteſt, majus etiã imminet periculum, aucupantium Famæ minabandum ab ipſâ rerum naturâ :

Cum enim Principia omnium Generalissima, viz. Figura, magnitudo, motus alięque mechanicę exiguarum materię partium affectiones (ut Amicus tuus credit) satis dilucidę jam positę ac stabilitę sint, existimationis ejus auctus ab Hypothesibus & Theoriis subordinatis expectandus est, atque in hisce autim affirmare, perdifficile fore etiam hominibus illis, qui in iis cudendis & Experimentis faciendis, sunt ipso exercitiores, res omnes scitu necessarias tam providę latęque comprehendere, ut eorum doctrina non sit obnoxia vel indubium vocari, vel commate quodam, quod ipse non detexit, sed secula retegant futura, redargui & convelli. Nullus dubito quin hoc facillę concederes, si etiam & oportunitas daretur, *Physicum meum scepticum* Tibi transmittere. Sed absque illius Tractatus ope, forsan succidere possit, si consideremus, unum * ex Bonę Hypotheseos Requisitis in hoc consistere, ut non modõ omnibus aliis veritatibus probę consentiat, sed aliis etiam universis Naturę Phænomenis, concordet, præter ea in cujus explicationem formatur.

Hoc enim concessõ, (quod negari non potest) Quicunque Theoriam cudit, in qua Tempora universim succedentia acquirere expectaret, ac Famam inde sibi accreturam providere debet, quõd nulla ex naturę Phænomenis, jam jam animadversis, Hypothesi ejus in præsens contradicant, verũm etiam nequa Phænomena de futuro detegibilia, in posterum idem faciant. Et haud parũ dubito utrum Physiophilus ipse vel *jam* novit, aut, non majore Experimentorum Numero & varietate fretus, quã quibus plerique innituntur, *noscere potuit*, Quã incompleta sit præsens nostrę naturę Historia, & quã difficile sit Hypothesin accuratam imperfectę Phænomenon istorum, quibus adaptari debet, Historię superstruere; præcipuę animadverso, (ut dixi) multa vel Industriã vel Casu seculis venturis retegı posse, de quibus in hac ne somniavimus quidem, quę tamen doctrinas illas subvertere possunt, speciosę satis observationibus hætenus factis accommodatas.

Ueteres illi Philosophi, qui Zonam Torridam Inhabitabilem crediderunt, dogma suum vagis ratiociniis non stabilierunt; quod licet per multa secula irreprehensum, ita fortę perpetuõ durasset, si Judicia, a nautis modernis facta, erroneum sic non manifestassent. Orbium Cęlestium soliditas, per Centurias diversas supra Annos millenos generalis fuit Astronomorum ac Philosophorum sententia, atate tamen superiore & nostrã, libera illa Trajectio, in quorundam Cometarum motu ab uno ex Orbibus imaginariis in alium observata, & motus intricati in Planeta Marte (qui a Keplero, aliisque nonnunquam Terra proprior Sole nonnunquam ab eã remotior advertitur) hæc, inquam, aliaque Phænomena ab Antiquis indetecta, id egerunt, ut vel ipse Tycho, æquę ac plurimi e re-

receden-

* *Una Hypothesos Requisite*

recentioribus Astronomis nimis diu receptam de orbium soliditate opinionem pro verisimiliore illâ de Æthere Fluido commutaverint. Et quanquam Cœlestis munii pars propter remotam a nobis distantiam, minus omnium probabilis sit vias nobis suppeditare, Theorias veteres novis Iudiciis refutandis attamen vel in *Eâ* variâ Instantiâ in rem præsentem facientes animadverti possunt, ex quibus unicam tantum recensēbo; viz. postquam Ptolemaicus Planetarum Numerus atque ordo per seclam plurima absque contradictione decurrisset; & vel Tychonis & Copernici sectatores (utut per variantes suas Hypotheses a Systemate Ptolemaico quoad ordinem dissentientes) in eo tamen, quoad eorundem numerum acquiescebant; ex felicibus Jovis satellitum Iudiciis in Galilæo factis, necnon & Novi Planetæ circa Saturnum ab Excellentissimo Hugenio detecti (quem, credo, me primùm observasse, atque de illo dubitantibus in Angliâ ostendisse) cujusvis sectæ Astronomi eo tandem perducuntur, ut veteri septeno Planetarum numero, qui nos alios ab antecessoribus suis ne per somnium quidem lustratos superaddere. Quòd Chylus, à ventriculo preparatus, per venas Mesaraicas in jecur, atque inde in cor transiret, per atates plurimas unanimis fuit, non apud Medicos, tantum sed & Anatomicos opinio, quorum numerosæ dissectiones nunquam eos induxerint, ut rem in dubium vocarint; Attamen, post fortuita; utut auspicata, valorum lacteorum in Thorace Judicia a dexterrimo Pecketto facta, qui curiosè, ut tu & ego fecimus, requisitis experimentis investigaverint, generatim fatentur, aliquam (minimùm) Chyli partem e ventriculo ad eos itinerari, absque quod venas mesaraicas pertranseat, aut jecur omninò attingat.

Facile esset Instantias hac in re multiplicare, sed malim potius additare, nova, & fortassis, Judicia casu facta, opinionum diu & generatim obtinentium Famam labefactare & destruere posse non modò circa Qualitates, aliaque Rerum Attributa; verùm & circa earundem etiam causas.

Quod Calx viva aquam, in extinctionem ejus superfusam, ratione Antiperistatis insigniter calefaciat, dogma fuit apud Philosophorum Scholasticos diu & universim receptum, ubi Grande ac usitatum Argumentum urgetur ad Probandam Antiperistasin; credo tamen Te advertisse probationem hanc profusè inefficacem reddi (Ingeniosorum plerorumque calento) contrariis quibusdam Experimentis a me factis, & *speciatim Eodè profusè æquali effervescentiâ in Calce vivâ excitatâ ex Calidâ ac Frigidâ affusione. Pari pacto generatim creditum est, In Aquæ congelatione, liquorem illum in spatium angustius condensari cum ex nuperis nostris Experimentis † curiosorum plerisque satisfactum est, Glaciem esse Aquam
Expan-

* *Vid. hoc argumentum uberius tractatum in Appendice ad Authorem operum de Antiperistasi*
† *In Historia de Frigore.*

Expandam, aut (si mavis) Glaciem plus spatii occupare, quàm Aqua, dum ingelata, tenuit. Cumque Notio illa de *Naturâ a vacuo abhorrente*, ab Aristotelis ipsius temporibus non solum magnâ vociferatione apud Scholas inclaruit, verùm & multitudine Phænomenon confirmabilis videtur, Torricellii Experimenta, cum Quibusdam ex *J Meis*, manifestarunt, Aerem magnum pondus & validum Elatera habere, adeoque ferè omnibus, æquo animo perpendentibus, credo, persuaserint, siue detur tale quid, *Fuga vacui*, vel secus, suctionem tamen atque Aquæ in Antliis ascensum, aliaque Phænomena generatim ipsi adscripta, extra eam commodè explicari posse, & reverâ Atmosphæræ ponderis, & vis Aeris Elasticæ, effectus esse.

Quod animadversionem hanc in mentem meam recolat, vel Inventiones Practicas ubi suspicetur quispiam rem ipsam esse evidentè, ab Inventis tamen minùs expectatis, Celebritati Famam, quam in suo genere obtinuerant, amittere posse. Nam ad Antliarum suctoriarum & Syphonum Inventionem elevandam, generatim suppositum fuit, horum utriusq; ope, Aquam vel quemvis alium liquorum, *ob fugam vacui* ad quamcunque libuit altitudinem sustolli posse, ac proinde methodi a clarissimis Authoribus propositæ sunt, ad Aquam ab verò montis altioris latere ad aliud transvehendum; cum primò, inexpectatæ illæ Frustrationes, in quas nonnulli ex Antliarum confectoribus inciderint, & postea Experimenta studio satis evicerint, nec Antliam, nec Syphonem Aquam ultra pedem Tricesimum quintum, aut præter propter, elevare posse, nec Mercurium in tot pollices.

Quod autem ad Thermometrorum Inventiorum, tam justè diuque prædicatum, & ad usus humanos aptum, sicut generatim receptum est, ceu verissima Cœli Caloris Frigorisve scatera ita in fraudis ullius suspicionem non videtur præclivis. Nam non modò constat, Tempore hyemali, aere admodum frigescente, Aquam multò altius assurgere, quam æstate aliisque tempestatibus, quibus aliter afficitur; verùm si aquam tepidam Bullulæ ad summitatem supernatanti applicueris, aqua a rarefacto aere manifestò & ad oculum deprimetur, quo, amotâ manu, in frigus pristinum relabente, illicò aqua tam manifestè reascendet: Attamen comperto, * sicut Atmosphæram notabile pondus habere, ita pondus hoc non usque idem permanere, se variari plurimum, idque, in quantum adhuc discernere possum, satis incertè, cessit mihi in aleam, curiosis nonnullis satisfacere, apertis hisce Thermometris non tutò fidendum, cum in iis committeretur ut liquor assurgeret: subsideretque, non modò, ut hætenus suppositum est, ambientis aeris, Trigore & Calore, verùm (sicut per varia

Expe-

† *Idem evulgatis in Libris Novorum Experimentorum Physico-Mechanicorum.*

* *Vide Tractatum hoc argumentum ab Authore in libro suo de Frigore præmissum.*

Experimenta nova ostendi) secundum variantem Atmosphæræ gravitatem; quæ quidem variatio non sensilem modo, sed & valde notabilem Influxum in Thermometrum habet. Quibus Instantiis unicum modò ulterius injiciam, unde discere licet, quod etiamsi vir quispiam summâ curâ omnia inspexerit, quæ vel in præsens animadvertere potest vel de futuro in considerationem venire debere suspicetur, casus tamen istiusmodi accidere potest, ut ipse instrumentum comminiscatur, quod per nullos annos, successu satis fœlici in usum adhibere potest; & tamen nisi in plures vita ejus produceretur, non poterit periculum evitare, ne idem Instrumentum (licet specie tenus, æquè, ut priùs, concinnum) fallax inveniatur, sicut ille, qui Acum magneticam Lineæ Meridianæ inveniente de primis applicuit, summâ cum verisimilitudine inferre potuit Acu suâ rectâ versus Boream & Meridiem tendente, aut uno, altero, aut alio determinato quodam Graduum numero inde declinante, se, certam paratamque viam, absque solis vel Astrorum, vel Instrumentorum Astronomicorum ope, ad Lineam Meridianam describendam comperisse, & si per ordinarium tantum annorum numerum, post observationem suam, vixisset, probabiliter Instrumentum suum haud infidum reperisset, quod tamen nunc dierum fallax esse potest, Acu magneticâ non modò multis in locis a veris Septentrionis & Meridiei punctis declinante, sed (prout Indicia superiora docent) tractu temporis declinationem ejus in eodem loco variante.

Considerationes, hætenus propositæ, plurimum, in idem tendentium, mantissâ sat facile augeri poterant, potissimum si ex Diatribe quadam (e Meis) studio de Fama Incertitudine & nimia in partes propensione conscriptâ, aliquid mutuari libuerit; verùm, pro aliarum additione, excusatione potius opus existimarem, eò quòd Tot hætenus memoraverim, iisque tam diu insisterim, si non vehementer suspicarer, apud Physicophilum tuum, (perinde ac alios quamplurimos ex modernis Physicis) vix quispiam plus in studii Theologici vilipendium facere, quàm ardens quoddam atque ambitiosum Fama, quæ certæ, quæ posthumæ, aucupium, quam fidenter tibi persuadet, te ex Physiologiâ adepturum. Ideoque colloqui ejus mens id apud me egit, ut opportunum existimarem aliud quod temporis impendere in hoc lemmate probando, nempe, *Rem esse multò minus facilem, quàm ipse auguratur, pro certo prænovisse, se seculorum futurorum encomia conciliaturum, quàm quod pro explorato habere potest, etiam si conciliaverit, se non audieturum.*

Considerationes præcedenæ sat credo, Tibi suaferint, perdifficile fore, nomen magnum ex Physicis acquirere, idque etiam certissimè duraturum præscire.

Quapropter, ut secundam etiam rei priùs a me propositâ partem confirmarem pergo ad probandum, quòd, utut casu aliter se habente, non daretur tamen causa sufficiens ad studia Theologica depretianda.

Primò enim, quid impedit, quin, qui Religionis myſteria quæ æſtimantur, quæ ſcrutatur, gradum etiam inſignem in Rei naturalis ſcientiâ nanciſcatur? Frequenter enim accidit, homines ingenii magis limati, plûs quàm uni ſtudiorum generi ſat ſœliciter ſe addicere poſſe; quid quod eorum pauci vel Tempus vel cogitata ſua ad eò in uno illo argumento occupatiſſima habent, ut ſi genii ſui eò tenderent, & in ſtudia naturalia ſint adaptati, ſine dubio ſatis vacaret, non modo iis excolendis, ſed & nomini etiam egregio inde conciliando. Nil opus eſt, ut tibi renunciem Copernicum cui ſuperiores Philoſophi tantum debent, fuiſſe Eccleſiaſticum; Athletam ejus & Hyperaſpiltem Lanſbergium fuiſſe Evangelii miniſtrum, & Gaſſendum ipſam, Theologiæ Doctorem. Inter Jeſuitas (ſat noſti) Clavium, alioſque nonnullos rei Mathematicæ æque ac Theologiæ pari ſœlicitate ſe addixiſſe. Et ſicut in Phyſicis non modò Scheinerus, Aquilonius, Kircherus, Schottus, Zucchiſ, alii que, Opticam, aliasque quaſdam Philoſophiæ partes ſummâ cum laude coluerunt; ſed ipſe Ricciolus, doctiſſimus voluminoſi ejus emunctique operis, *Almageſti novi*, digeſtor, cui etiam varias quaſdam & accuratas obſervationes ex proprio intertextit, non modò Theologus fuit, ſed & Theologiæ Profeſſor. Et ſane, abſque quòd patrios limites excedam, niſi vererem, me in *horum*, quos nominarem, modeſtiam offendere, vel *illorum*, quos prætermitterem, famæ injuriari, in haud paucis ex Theologis noſtris Anglicanis inſtare poteram, qui etiam ſi ſtudio ſcripturali in tantum ſe applicent, ut non modo Theologi ſolidi; ſed & Concionatores egregii inde cluant, cum re tamen naturali tam ſœlicem habuerint conſuetudinem, ut, ſi eruditis Græcorum temporibus vixiſſent, hi Pythagoram & Euclidem; illi, Anaxagoram & Epicurum, alii demum, vel Archimedem & Democritum ipſum aut æmulati eſſent, aut ſupergreſſi.

Et reverà, modò ſat Curioſitatis & Induſtriæ in ſtudio Naturali impenderetur, non eſt neceſſarium, ut in Nature cognitione tanquam in Fine ſuo ultimo terminaretur, cum objecti zelus ideò ſolùm requiratur, ut mens in applicatiònem tam ſeriam incitaretur, ad quam ſcopus ſuperior ſufficienter nos invitare poteſt, quamque promovebit potiùs quàm imminuet, * David non minùs peritus evaſit in re Muſicâ, ac qui ſolùm delectationis ergo ſe illi addixiſſent: tametiſi rationi congruum eſt imaginari, tam pium Pſalmorum, ac Muſicorum Inſtrumentorum Authorem, ad jucundâ illius ſcientiæ culmen collimaſſe, ut in Templi Miniſterium procheret, & in Dei Laudibus celebrandis eâ uteretur. Et ſicut experimentiâ compertum eſt, Philoſophus Gentiles virtutem moralem ſui totius gratiâ ambientes, non eo uſque excellentiam ejus inſuſiſſe, ac Heroica hominum verè Chriſtianorum facta, qui in ſummo virtutis exercitio religioſe collimarunt, ut Deo placerent ac fruèrentur; ita non video, cur Naturalis

ruralis Philofophia a Phycis iis magis prosperè coleretur, quàm in propria solum oblectamenta tendunt in scientiâ illa consequendâ quàm a religio-
fis illis, qui in curam ac industriam extimulantur, non modò ex scientiâ
ipsius jucunditate, sed & altiore & magis devicienti incitamento, viz.
ut ex Indiciis in Libro naturæ factis, cum ipsi, tum alii ad Authorem ejus
admirandum laudandumque habiliores fierent, & magis excitarentur,
ejus bonitas adeò sapientiæ, quam celebrant quadrat & apportio-
natur, ut in verbo suo declaraverit, quòd *Honorantes illum hono-
rabit.*

Et sicut, homo, qui in mulierem venustam non deperit, sed moderatè
solum diligit, Faciei suæ Ideam tam veram & perfectam, etiamsi non
tam inquietantem haurire potest, ac vel perditissimam *Amator*, ita non
percipio, cur Religiosus & diligens naturæ contemplator notitiam ejus
adipisci possit, absque quòd omnibus aliis studii sui objectis anteferat, ut
Amicam ejus faciat & forsitan Idolum.

Pergam nunc secundo loco ad considerandum, res Theologicas, æque
ac Phycas vel Philofophicas, Gloriam illi conciliaturas, qui illas vel
retegunt, vel illustrent, Quamlibet etenim, ut antea dixi, Fundamentales
Christianæ Religionis Articuli, paulò minùs evidentes sunt quàm momen-
tosi, plurima tamen alia in rebus Theologicis commata, & nonnullæ
etiam in *Scripturis* clausulæ (propter rationes alibi a me dictas) sunt per-
difficiles intellectu, quæque non modò ingenia proletaria & Scholasti-
corum vulgus, sed & indolem elimatiorem fati exerceant, & vis suæ pe-
riculum faciant. Varia enim ex commatibus, de quibus loquor, majori
nocte involvuntur, propter rerum, de quibus tractant, sublimitatem, qua-
les sunt Dei Natura, Attribute, & decreta, quæ non possunt esse facilia ca-
liganti nostro hominum intellectui; nonnulla etiam particularia, naturâ
suâ minimè abstrusa, obscura tamen nobis fiunt, propter ignorantiam (vel
imperfectam saltem notitiam) Linguarum desuetarum, quibus tradaban-
tur, additis etiam seculorum, distantia quando, & regionum, ubi, res re-
centitæ vel dictæ vel factæ fuerint. Adeò ut haud rarè accidere potest,
homini tanto judicio opus esse, tantaque doctrina, ad tenebras dispel-
lendas, quas tempus rebus obduxit, ac quas natura ipsas involvit; aliqua-
tenus enim videmus, D. Augustinum, D. Hieronimum, Originem, aliosque
Patrum, non minorem gloriam acquisivisse, quàm Empedocles, Anaxa-
goras, vel Zeno; necnon, & Grotius, Salinasius, Medus, Hammondus, ali-
que quidam Critici difficilium Scripturæ Textuum Expositores, tantum
inde Famam adepti sunt, ac Fracastorius ex Libro suo de *Sympathia &
Antipathia*, ac Levinus Lennius, ex ejus opere de *oculis rerum miraculis*
aut Cardanus (& Antagonista ejus Scaliger) ex eo, quod de *subtilitate*
scripserint; vel denique ac Feraetius, ex Libro de *Abditis rerum Causis*.

Quid quòd Famam etiam augebit, quam Iudicia Theologica & illustratio- nes Hominibus conciliare queant, quòd Argumentorum, gravitas, & fer- vor ille quem viri circa illa exerere solent, hi Pietatis Nomine, alii Existi- mationis ergò; hi ad veritates discendas illi ad id defendendum, quod diu & publicè pro *vero* venditarunt, id apud homines agunt, ut major eorum numerus res tales penitiùs introspiciant, & profundiore exquirant indagine, quàm ferè res alias quascunque, & præcipuè longè magis, quam res purè Philosophicas, quarum pauci modò idoneos se se iudices reputa- re solent, ideoque nec curant exquirere. Et congruenter aspiciamus, So- cini, Calvinì, Bellarmini, Patris Pauli, Arminii &c. scripta, magis cele- brari & plurium manibus teri, quàm Tevesii, Campanellæ, Severini Dani, Magneni, aliorumque in naturali Philosophiâ novatorum monumenta. Imò Erasius, licèt Medicus perdoctus tamen multò minùs celebris est pro- pter elaboratas ejus adversus Paracellum disputationes, quàm propter Tractatum illum quem adversus particulares Regiminis Ecclesiastici for- mulas conscripsit. Tu etiam, sat mecum (credo) advertisti, vix quinas dari in Physiologiæ totius ambitu controversias de novo ortas tot homi- nibus notas, & de quibus tam acriter utrinque digladiatum est ac de Quinque Remonstrantium Articulis.

III. Absolutà jam secundà meâ consideratione, superest, tertio lo- co Tibi renuaciam, dato, sed non concessò, nominis quærendi neglectum studiis Theologicis necessariò ancillari, hoc tamen incommodum non debet ab officio nostro hac in re nos abstertere. In omnibus enim deli- berationibus, ubi quidvis vel faciendum vel evitandum, quo Deo obse- queremur & placeremus, proponitur, meâ sententiâ, illud Propheta Re- gi Iudaico effatu n aptissimè usurpari potest, qui monitus (ad studium ejus in Dei gloriam exprimendum) ab Idolatrici Israelitarum exercitus ope sibi temperare, & objectione factâ, ex Concilii ejus obtemperazione, in- gentem pecuniæ vim usque ad exercitus magni mercedem asurgentem, amissam rei, hanc habuit, salvam quidem, æquam tamen, a Propheta res- ponsionem, *Est Jehovah dare Tibi amplius eo.*

Paulus Apostolus, tametsi summis, consiliis exceptus, colaphis, virgis cæsus, carcere conclusus, naufragium passus, lapidibus obrutus, propter zelum, ad istarum veritatum studia pro quibus ego milito, promovenda, cum vel prospectulum quendam immensæ illius *Terribis Iouis Premii*, in Cælis nobis reservati, nactus esset, non verecundatur asserere, se, com- putò ficto, invenisse, (utitur enim verbo Arithmetico *νομιζουαι*) *d Præ- sentis tempo is possessio: minimè pares esse gloriæ in nobis revelanda.* Et si quodcumque Christiani, sui Temporis sub Cruce perpeti possint, non esset par, vel dignum (ita enim τὸ ἀξίον alibi significare memini) Glo- riâ illa, certè longè jam exuperabis, quidquid, ejus causâ, amittere aut declina-

declinare possumus. Quartus enim cuiuspiam jactura, nedum mera ejusdem deficientia, ferè afflictio est negativa præ actuali malorum perfectione, Christus non modò discipulis suis dixit, se vel Poculum Frigidæ, sequentibus eum ejus nomine propinarum, remuneratum, sed & illis scilicetantibus, Quid illis fieret, qui omnia reliquissent & secuti essent eum? statim Coronas assignat, eatenus amissa omnia supergradientes, ac compensatio ordinaria poculum Frigidæ excedat. Et revera tanta est Dei benignitas, & Thesauri ejus tam inexhausti; ut sicut paratus est vel ministeria minima, ipsi præstita remunerare, ita vel maxima, mercede æquali compensare valet. Salomoni data fuit ansa, suprâ quam ulli uspiam (quod scimus) mortali, vel tunc temporis vel seculo quovis deinceps unde votis suis satietur, aut quoad Famam, aut quidvis aliud in animo expetibile, ^c *Pete quid daturus sum Tibi?* jure fuit gratiò concessum, ab eo, qui omnia, recepta digna, largiri potuit: sapientia tamen electionis vel Salomonicæ, a Deo ipso approbatæ in hoc constitit, ut a rebus hujus vitæ vel maxime ambitionis refugeret, propter eas quæ melius illum aptare poterant, in Dei servitium & obtemperacionem, & ut exemplum tibi dem, in ^f *Salomone ipso majore*, perpendiculari est, cum, *qui quum esset in Formâ Dei non duxit rapinam, parem esse cum Deo*, quique derelicto Cælo, ut Terram incoleret, plus amittit, quam Terrenus quispiam mala ad Cælos, lucrandos potis est perdere, necnon & plus, abnegavit ut tentationis capax fieret cum quàm ^g *Omnia mundi regna, eorumque gloriam illi ostensa*, recusaverit, hinc inquam, Servatorem (ut Scriptura de eo perhibet) ^h *pro sibi proposito gaudio sustinuisse Crucem, ignominiam contemptam*, quasi Cæli essent merx par & sufficiens propter Honores renunciatos, & tormenta deosculata.

Qui Famæ apud Homines aucupium devitat propter Divinarum veritatum contemplationem, non nisi sibi temperat a fructu, dum innatum decerpendo quem, Dei tempus præstolatus, magis opportunè, quàm maturare, salubrem, dulcemque, certissime percipiet. Corona illa immarcescibilis (ut Sanctus Petrus vocat) in Evangelio iis promissa, ⁱ *qui per Tolerantiam querunt boni operis gloriam & honorem*, caducum super terras fertam, ejus causâ relictum, largissime compensabit præcipue cum hic Fama tam immeritò acquiratur ac amittitur, at in Cælis, ipsa Honorum Cœlestium Possessio jus arguat possidentium. Cùmque sit Servatoris nostri ratiocinatio, Discipulos ejus exaltare debere, tam cùm nomen suum convitiis prosciadatur, quàm cùm vitâ persecutionibus peteretur, ^k *quoniam merces sua multa est in Cælis*, ritè in terre possumus, tam illustri conditionis spernareque expectationem, bene fundatam, plus satisfactionis nobis allaturam, tamen plausu præsentis minime eum ancillante, quàm

plausus ille sumministrare potest expectatione tam solatoriâ vacuis ac viduatis : Adeò ut re totâ benè perpensâ, non est quòd animos despondeamus, nec de Theologiæ studio conqueramur, quia id agit, ut Famam inanem atque transitoriam pro Gloriâ solida & sempiterna declinamus.

C O N C L U S I O .

T Andem, Domine, dixi quantum visum est, (ideoque spero plus quam tui solius gratiâ necessarium fuit) ad ostendendum, Phycophilum justam causam non habuisse, cur studia Theologica vilipenderet, nec Amicum nostrum Doctorem fugillaret, quod se illis addixerit spero illud, quod disertim ad hujus Epistolæ exordium declaravi, non excidisse, viz. Te atque Amico Tuo scripturas admittentibus, sat fiducia inde mihi accrevit, ad probationes ab earum Authoritate hauriendas. Et si hoc nil opus est in mentem Tibi recolere, forsan æquè in necessariam erit, Apologiæ nomine, repræsentare, me non ita rudem esse disputandi legum, quin, si cum Atheis aut Scepticis res esset; argumentis quamplurimis, hic in usum adhibitis superedissem, tanquam petitis a Topicis in concessis; aliaque eorum, loco substituisssem, quibus ad hæc legitime me uti posse puto, cum vivo, Amico scilicet Tuo, disputantem, qui *Scripturarum studium solummodo vilipendit, sed earum Authoritatem non rejicit.* Et si prolixitas ea, cujus jam reus fui, eandem augere, Apologias non absolutè necessarias necitendo, non prohiberet, fortè an obstrictum me judicarem, dissertationis hujus stylum inpolitiozem excusare, quæ cum ratione Argumenti, cum Tui habitum elegantiozem vendicare possit. Sed res ipsa est valde seria, & Tu Philosophus audis, & quando res Tractatæ sunt summè momentosæ, existimo veritates dilucidè probatas, persuasissimas oratoriæ artis partes explere. Porro, probabilius est, hujus indolis diatriben Lectoribus gnaris efficacem fore, eò quòd rationes indidem contentæ perspicuè proponantur, & excipiantur candidè, quam siurgerentur patheticè, aut ornarentur curiose. Quid quod eo magis a verbulis, ad *movendum* potius quam *convincendum* adaptatis, temperavi, quia prævideo, ansam mihi brevi ministrari posse, quâ nonnulla prioris generis usurpem, in Epistolâ altera ad Amicum Tuum meumque dandâ, qui nil dubito, legendi molestias tecum communicabit. Cum vero hoc Tibi & Phycophilo scripserim, magis sollicitus, fui in argumentis, quibus utor, ut verbosâ sint validaque, quam ut nitida & speciosa. Nam cum vel religiosos, in viris, modo prudentibus, affectus ciere velimus; efficacissimæ Rhetorices partes eæ sunt, quæ instar speculi ustorii, nonnisi numerosis & unitis.

unitis Luminis radiis res accedunt. Si Epistola hæc ita fælix fit ut vel aliquo usque Tibi fatifaciat, inde ego maximè delector. Cùm enim tanti apud me sis, non possum non optare, quin res easdem Te nunc æstimare, videam, quas certissimè novi, causam usque suppetere, cur perpetuò æstimares, & tum maximè lumen Gloriæ id apud nos egerit, ut a quiores veri rerum valoris æstimatores iudicesque fieremus. Summas mihi molestias crearet, si Te rerum divinærum contemptorem aspexerim, quas quamdiu quispiam spernat, Cæli ipsius Possessio non redderet Fœlicem. Ideòque, si illius Benedictio in cuius Gloriam hic collimatum est, Chartæ hujus successum votis meis respondentem fecerit, Argumenti pondus ac momentum, officium Tibi a me præstitum par & congruum reddet desideriiis.

DOMINE,

*Servi tui Fidelissimi, Studiofissimi,
eiusdemque Humillimi.*

FINIS.

COGITATIONES
DE
S. SCRIPTVRÆ
STYLO:

Ab Honoratissimo

ROBERTO BOYLE

NOBILI ANGLO, & SOCIETATIS REGIÆ
Membro Dignissimo.



COLONIÆ ALLOBROGVM,
Apud SAMVELEM DE TOVRNES.

M. DC. LXXX.



COMITI DE ORRERY,

ALTERI

E IVSTITIARIIS REGNI HIBERNIÆ,
Summo MOMONIÆ GVBERNATORI, &c.



I CHARISSIME FRATER,

Quandoquidem de Sacrosancto illo Libro, ex quo Theologi nostri dicendi & lemmata & magna ex parte materiam depromunt, verba apud Te facturus sum; non miraberis, opinor, si Considerationes super eodem nonnullas Tibi oblaturus, ejusmodi oratione utar, qua Concionis quam Epistola officiosa indolem propius referat. Et profecto ab eo qui eodem, quo ego, consilio in hanc palastram descendit, Lectoribus suis, quos aut invenire Pios aut reddere exoptat, solennia & operose quesita nuncupationum blandimenta primo aditu obiici adeo non convenit; quinimo Tractatus, cui hac chartula prefigitur, natura tam exigua in ea re licentiam concedit, in qua Consuetudo tam immensam sibi permittit; ut Libro huic prodituro nullius

† ~ auspicia

EPISTOLA

*auspicia ambirem, nisi ejusmodi rationibus ad eundem Tibi inscribendum permoverer, ut confidam nuda earundem declaratione ita Dedicacionis officio satisfieri posse, ut interea consilio gravissimo, quod in ipso Libro mihi praestitutum est, nihil incongruum admittatur. Quamquam vero, qui, post eorum quae à Te scripta sunt lectionem, in hac mea oculos coniciant, vereor ne inverecundè à me fieri existiment, quòd Tibi, ob praecalam in scribendo felicitatem Orbis Britannici plausum jure consecuto, aliquot de Stylo seu sermonis forma commentationes offerre sustinuerim; Tamen quemadmodum rationes ejus rei permultas habeo, ita ne inverecundiae notam promereri videar, arbitror earum nonnullas hic exponi debere. Et primò quidem, benevolentia illa tua quae Theophilum complexus es, & quae Tibi cum illo intercedit multiplici nomine similitudo, efficit ut ad te de Sanctorum Eloquiorum praestantia scribens videar mihi cum homine illo excellentissimo etiamnum sermocinari. Potes etiam meminisse (quod secunda rationis loco dictum sit) ostensis Tibi ante octennium harum chartularum nonnullis, unà cum quibusdam aliis (quas adhuc premo) ad eundem Tractatum pertinentibus, Te mihi potestatem fecisse ea quae amici tui rogatu contexueram tibi metipso nuncupandi, unde me ad id, si non mandati tui auctoritate, at summa saltem ratione obstrictum deinceps arbitrabar. Quare Tractatus hic quantumcunque Libro illi, cujus in commendationem est comparatus, dissimilis sit; tamen cum Tu ipse nuncupationem ejusdem Tibi deberi volueris, oportuit potius imbecillitates meas Tibi prodi, quam obsequium non praestari. Hisce accedit ratio tertia, (quae apud me quam binæ priores fortasse plus valuit) quod (quemadmodum fieri potest ut à pauperculo operario opulenta metalli vena alteri commonstretur) qualiscunque sit liber quem Tibi offero, certè iste quem Tibi commendatum velim, omnium quotquot uspiam in lucem venerunt est facile praestantissimus, quiq; si ad ipsius lectionem diligentiam acumini tuo parem attuleris, se meis praconiis adeò dignum comprobabit, ut spes mihi affulgeat considerationibus subsequenibus eam felicitatem eventuram esse, ut aut Scripturam tibi impendio chariorem reddant, aut (argumenti dignitati impares comperta) saltem Te ad meliorum substitutionem extimulent. Quorum utrumvis contigerit, non erit cur me navate opere poeniteat; siquidem alterutro modo illi vel Libro vel homini ex usu erunt, quorum utrique potissimum inservire cupio. Hac, inquam, spe fretus Tractatus minimè elimati fragmentum illi offerre ausus sum, qui nihil non elegantissimum & in suo genere perfectissimum exhibere consuevit. Quamquam enim
gravif.*

DEDICATORIA.

gravissimi, & hujusmodi scriptorum summè idonei iudices sententiam de hisce chartulis benigniorem ferre dignati sint, dum tamen easdem tuis oculis subiicio, hoc unicum sperare aſſim, quod (quemadmodum optimarum cantilenarum inficeta modulatio, peritiores ad easdem mirificè cantandas occulta quadam indignatione extimulat) ardoris pariter ac teanuitatis meæ patefactione, ad Scripturam, argumentum præstantissimum, à tam impari calamo vindicandam, & feliciter tuum ad ejusdem defensionem ac celebrationem transferendum incitaberis; Aut (si benevolentia tuæ instinctu de tam imperfecto opere molliùs judicaveris) saltem tibi ex hoc specimine constabit, quàm capax sit optimorum conceptuum argumentum hoc quod tracto, cum ingenio meo tardiori non contemnendos suppeditare potuit. Siquidem verò stylus ille tuus ad existimationem tuam non minùs quàm aut gladius aut summorum munerum administratio contulerit, fieri nequit quin eloquentia illa quæ Parthenissam tuam decantatam politiorum ac nobiliorum deliciis cõmendavit, illorum non paucos S. Literarum amore inflammaret, si modò in iisdem exornandis collocaretur. Veruntamen non dicam Te ad hoc præstandũ officii nomine teneri, ne minùs spontaneè ad ipsum accedere videreris, ac si citra culpam omitti non posset. Malo ad Rerum factarum tractationem te hoc argumento traducere, quod ut illis nihil calamo tuo dignius aut honestius est, ita pauci sunt, me iudice, qui ipsas feliciter excolere valeant. Pœtica tua circa aliquot S. Codicis partes conamina jamdudum ad eò mihi placuerunt, ut vehementer nec immeritò cupiam videre Musam tuam sacris argumentis sese immiscendo, non minùs materia electione quàm cultu triumphantem, eique muneri addictam, quo pulchrè defungi (quod alias semper facit) laudis est consummatissima. Quippe, sicuti specula ustoriam Solis lumen evocare non valent; at tamen eo radios suos diffundente, illorum ope lucem pariter ac calorem augere & huc aut illuc transferre possumus: sic quanquam ingenium alièq; animi dotes nunquam à Deo luminis ac veritatis emissionem promereri potuerint; nihilominus quando ea per Revelationem tandem propalare ac in cœlesti suo Verbo plenè radiis exhibere dignatus est, fas est hominibus sparsos hinc inde igniculos peritè & eleganter consociare, iisdemq; in certos fasciculos connexis, & ad affectus commovendos ritè accommodatis, veritatem maximopere illustrare & pietatem accendere. In calce sequentis Dissertationis non nihil dictum reperies ad fidem Theophilo nostro faciendam, vel lectissimam Pœseos & Rhetoricæ suppellectilem posse citra elegantia dispendium ad argumenta è S. Literis deprompta adhiberi. Verùm

EPISTOLA

plura & meliora de ea re ab ingenioso nostro amico D. Couleio nuperius dicta sunt, qui non modo id multa orationis vi in Poëmatum suorum Praefatione evincere contendit, sed ipse Nobilissimo specimine comprobavit. Non opus est ut dicam Davideida hinc à me intelligi, cum illam symbolo suo Musa tua palam honestare voluit, spero etiam aliquando imitabitur. Id quod eo vehementius exopto, quoniam deprehensum est, ea qua Laici generosiores (e quibus nonnullos alibi nominandi est occasio) de rebus religiosis commentantur, plerumque multò felicius succedunt (praesertim apud homines ejusdem ordinis) quàm scripta Ecclesiasticorum; idque non modo quia illorum stylo nescio quid nativæ venustatis & nitore peculiaris inesse observatur, (qui non aliter à regulari eloquentia discrepat, quàm à Pulchritudine ingenuus Oris aspectus) necnon decoris illius quod eorum dicta aut facta jugiter comitatur, species quadam inibi exprimitur; verùm etiam quia ob Authorum claritatem plures Lectores inveniunt, & in eorum animos plus possunt, eo quod videntur non Professionis consuetudine aut compendii intuitu ducti, sed sincerae mentis dictamini obsequentes ad scribendum accedere. Quae omnia licet ad me ipsum non magnopere pertinere satis norim, tamen ea, quae in longissima hujus dissertationis digressionem reperies, tantum apud me valuerunt, ut quanquam me eidem incumbentem Nobiles quaedam vultu ac lingua eximie pollentes (quarum nomina fortasse supervacaneum est Tibi memorare) acriter interpellarent ut stylum ad argumenta atati juvenili ac temporum genio magis convenientia converterem, blande addentes antea mihi illa non malè cecisisse; nihilominus ego qui Arboris Vitæ ramulum pluri facio quàm totum lucum Apollincum, Christiano homini suavius esse judico, alios ad laudes S. Scripturae persolvendas adducere, quàm universi Orbis plausum recipere; necnon antiquius (si daretur optio) prophani ingenii protervitatem reprimere, quàm ejusdem gloriolam quibuscunque amulis praxipere. Licet autem verear ne hanc animi indolem in votis potius habeam, quàm revera affectus sim: tamen quoties sacrum aliquid tracto mallem Librum meum Luna similem esse, quae mole, elevatione, & vultu nitore ut aliis luminibus aethereis concedat, nihilominus lucem non inutilem & vim quandam caelestem in haec inferiora diffundit; quàm cuiusvis è Stellis primae magnitudinis, quae quanquam altius erecta, amplio-rem globum sortita, & macularum omnino vacua, tamen non plus lucis sup-
peditat quàm qua ipsa conspici possit. Quare ignoscas rogo, charissime Frater, si pra meo erga Religionem & Te ipsum affectu, calamum tuum ad argumenti
excl-

DEDICATORIA.

excellentissimi tractationem traduci importunius flagitem. In quam rem si quo modo adjuncta dissertatio quidquam contulerit, existimabo me non pœnitendum laboris fructum referre. Quippe rem non levem præstitisse censendus est qui Librum eximium (quanto autem magis incomparabile illud S. Eloquiorum volumen) ejusmodi Viro commendaverit qui ejusdem præstantissimam materiam & accuratè reserare, & ad optimos usus accommodare novit. Id quod gravissimis exemplis confirmari posset; sed placet (oblectationis tuæ gratiâ) unum de Johnsonio apud nostros dramatica Poëseos facile Principe referre. Is nempe apud doctum quendam ex amicis meis, à Jurisconsulto quodam nobili, ingenio suo insignes honores & potentiam consecuto, sibi rem non exiguam denegatam queritans, Quid! (inquit, voce & gestu exprobranti similis) novit ingrattissimus hominum, antequam ad dignitates eveheretur, meâ operâ factum ut ei saperet Horatius? Verùm, ut ad Librum revertar, tametsi spero me non adeo vanum Tibi videri, quiæ putem eum tot defectibus laborare ut tua venia & mea apologia indigeat; nihilominus quoniam, si ut Dissertationis portio spectetur, jamjam nimis quàm proluxus est, in nuncupatione similiter peccare non decet, & patientiam tuam non minùs ejusdem quantitate quàm qualitate exercere. Quare remissis ad Prolegomena apologeticis, hoc tantùm adjungam, quod tametsi moris sit in Epistolis Dedicatoriis Encomia & Blandimenta operosè congerere, & qui secus foverit, inconditis moribus & rus merum censeatur; tametsi etiam, tam ex iis quæ tu gesseris quàm quæ scripseris, cuius necessitudine tibi minùs conjuncto orationis Panegyricæ materies sat superque suppetat; nihilominus quoniam in principio monui me concionaturum potius, quàm auribus tuis blanditiarum lenocinio gratificaturum, & Comitem de Orre-ry à Fratrem suo vel meritis laudibus celebrari non deceat; necnon cum mihi Encomiastæ partibus rite defungi vix minus difficile esset quàm eas apud te, politioris loquela Magistrum, suscipere temerarium; temperabo mihi à laudibus tibi dicendis, quæ apud meritorum tuorum inscios majores vero, apud gnaros, fortasse minores haberentur, & Epistolam hanc simplici oratione & minimè fucata conceptam, sincera pariter professione concludam, quod sim,

CHARISSIME FRATER,

Frater Tui Amantissimus,

Necnon Fidissimus, Humillimusque Servus
ROBERTVS BOYLE.



LECTORI S.

Epistolam unà cum insequenti Dissertatione ad ejusdem Editorum D^{um} P.P.A.G.F.I. (cujus modestiæ datum ne apertius indigetur) ab Authore transmissam, quum fermè omnia contineat quæ in Præfatione moneri oporteret, placuit ejus loco substitui.



OMINE;

Est fortasse quod mireris hominem alioquin amicis minimè difficilem, quique S. Literarum reverentiam libenter præ se fert, tamen contra petitionem tuam tam pertinaciter animum obfirmare potuisse. Quod si pateris me causas memorare, propter quas chartarum quas flagitas editio hæctenus retardata fuerit, magis miraberis, opinor, me tandem manus dedisse, quàm eò usque inexpugnabilem perstitisse. Et primò quidem Tractatus, cujus partem faciunt schediola à Te expetita, ante decem præterpropter annos conscriptus est, cùm nondum ætas aderat tanto negotio matura; cujus ea difficultas est ut desideret, ea dignitas ut ab istiusmodi Scriptore tractari mereatur, in quo Natura, Institutio & Ætas judicii senilis firmitatem cum juvenilis ingenii impetu feliciter junxerint. Deinde, quandoquidem ab amico quodam datam mihi provinciam acceperim, non tantum delectum ab alio argumentum mihi impositum habui, (cui sufficere posse illius potiùs judicio quàm meo videbar) sed & ratione liberioris orationis, qualis amicorum inter amicos esse consuevit, cogitata mea negligentius explicari contigit quàm scripto in lucem publicam emittendo conveniebat. Secus autem factum oportuit, à tali præsertim homine, qui nescio quo fato suo variarum
linguarum

AD LECTOREM.

linguarum cognitionem nactus, tamen ipsarum rerum cognitionem pluris æstimat quàm ut verborum subtilitates anxîâ curiositate confectetur; quique proinde ad nullum argumentum pertractandum æquè ac Rhetoricum minus aptus exitit. Accedit dissertationem illam sacram non uno in cœlo natam, sed partim in *Anglia*, partim in alio Regno, partim etiam media inter maria, ut mirandum sit nisi inæqualitatis aliquid inde retulerit, & turbidam peregrinantis Authoris sui conditionem nonnullis indiciis prodiderit. Vel sic tamen citra librorum subsidium obtemperandum erat amico, qui tenues ex horto meo fruges quàm delicatiores aliunde collectas sibi porrigi optabat; unde quicquid eximium aut præclarum comptiora a iorum scripta suppedicassent, eo mihi necessariò carendum fuit. Exigua sunt, quæ hæcenus dixi, & ne tibi omnino parerem difficultatem saltem aliquam afferebant: sed præter hæc omnia impedimenta, inter quæ concepta est Dissertatio illa, pars à te expetita magno & suo laborat infortunio. Quippe in tractatu perfecto, & perpetuo filo penitus continuato, membra sibi quæque lucem & confirmationem mutuam fœnerantur: unde si quod de S. Scripturæ caractere jam tibi in manus trado unâ serie in aliquo Dissertationis memoratæ loco co-scriptum fuisset, tamen à reliqua compage citra ipsius & totius corporis injuriam disjungi non posset. Sed necdum intelligis quid me potissimum urgat. Siquidem etsi in uno Dissertationis illius loco de Sacri Codicis stylo magis ex professo egeram, tamen quia & illic multa erant intexta non ita publicæ luci accommodata, & multa quoque aliis in locis de eadem re per occasionem disputata, factum est ut quo tibi morem gererem, dissertatio à te pridem perfecta non modò dissolvenda, sed etiam frustulatim divellenda esset, distracto hinc inde foliolo alias integro, alias dimidiato, prout in cæteris tractatus partibus aliquando prolixius aut brevius digestum occurrebat quod ad S. Scripturæ stylum pertinere videretur, ut scilicet quicquid uspiam de illo argumento commentatus essem in unum manipulum redactum acciperes. Quanquam autem Amanuensis lineas aut verba aliquot meo jussu nonnunquam interpolaverit, ut chartularum disjunctarum incoherentiz quæ licuit obviam iretur; tamen non rarò locis incoherentibus tantum interposita est lineola nigra, quoties latius hiare videbantur, quàm ut sine prolixiori verborum circuitu connecti possent; id quod vel per folioli angustiam, vel negotiorum interpellationes (ut nosti) creberrimas, vel denique oculorum imbecillitatem fieri nequivit. Enimvero quî poteram in hoc negotio aliquid accuratum attentare, dum eodem tempore Tibi obtemperandum est quo alia scripta mihi sub prelo procuranda sunt, & præ oculorum intemperie ea quæ ponulas nisi aliorum ministerio recognoscere non audeo? tantùm abest ut denuò transcribere, & pro consilii tui ratione immutare valeam. Adde quòd, facilè prævideo Dissertationi huic multorum Lectorum paratas censuras, imprimis autem Aulicorum, quibus neglectior, & Criticorum, quibus æquo ornatior videbitur. Quare opinor Tibi abuadè persuasum fore, me nonnisi gravatè &

AD LECTOREM.

repugnanter hæc tanto cum suo meoque periculo in publicam lucem edenda permittere: siquidem quantumcunque eximiationis mihi aut Moralia aut Religiosa scripta antehac edita acquisiverunt, faciliè augurari possum me de ea vehementer periclitaturum.

Desisti jam, opinor, Domine, adjunctas chartulas invitò & tardè tibi concessas mirari; reddenda jam tibi aliisque amicis ratio est, què factum ut desiderio ejusmodi jam annuerim, cui ne cederem causæ, quas dixi, gravissimæ prohibebant.

Et verò ad hanc rem mihi animos fecit Tua aliorumque Judicum idoneorum de hoc Opusculo sententia benignior, accedente etiam imprinis importuna tua flagitatione, qua monere non destitisti me multorum (sic aiebas) Lectorum gratiâ, quibus profutarum esset, ad ejusdem publicationem teneri. Quipe ubi Viri graves & prudentes Tractatum aliquem cum bono publico edi posse censeant, fortasse non tam modestiæ ascribenda erit tergiversatio, quam occultæ superbiæ, pene pari jure damnandæ, ac si Medicus ægros suos propterea quod minus splendidè esset vestitus & comptus adire recusaret. Quare cum tu rem ad conscientiam spectare vis, ideo quicquid ipse de successu auguror, tamen mihi quod mearum partium sit præstandum censeo, eventum autem penes prudentissimum rerum omnium Administratorem relinquendum. In quo procul ab ea vanitate sum, ac si protervos cavillatores me authore sapere velle, aut viros literatiores multum hinc erudiri posse crederem. Verùm cum tractatum, qualem meditabar, nondum viderim, ac pleraque etiam hic ventilata fortasse aliàs non occurrant, spero hoc quod afferro non inutile futurum apud eos qui hoc argumentum minus attentè quam ego expendunt, & S. Codicis reverentiam, si non in animis prorsus ab eo alienatis excitaturum, at saltem in iis quibus jamjam infedit non parum confirmaturum; ac denique hinc aliquid ad S. Scripturarum defensionem inventuros eos, quibus aliàs in ipsarum causa affectus quidem plurimum sed rationes & argumenta non perinde suppetunt. Quam spem eo libentiùs concipio, propterea quod non apud me solùm, sed etiam apud alios talis de hoc Opusculo sententia prolata à Te est, ut postquam cæteris Elucubrationibus meis sacris (non excepta illa de Amore Seraphico Dissertatione, quæ nescio qua dextra fortuna Lectoribus omais generis placuisse visa est) hanc prætuleris, non gravabor fateri, utut nonnulla admodum luxata & mutila appareant, alibi tamen plùs diligentia positum fuisse, quam in cæteris quibuscunque quæ de rebus Theo'ogicis commentatus sum. Et verò de S. Scriptura non honorificè pro modulo meo loqui, nisi ingratus, non poteram; qui, pe (quod intra vanitatem dictum sit) fructum ex ea aliquem me percepisse sentio; majorem etiam percepissem, si quæ Liber incomparabilis opti. è docere, ego pariter discere comparatus fuisset. Porro, quan' loquidem Physiologi a me nuper edita, & studiorum genus cui (ob causâs tibi alias opportunius exponendas) impræsentiarum totus addictus videor, faciunt ut à multis pro Naturalis Scientiæ

AD LECTOREM.

Scientiæ cultore & myſta habeat: quando etiam reperti ſunt (inter Philoſophos æquè ac Medicos) quorum vel culpa vel errore factum eſt, ut ſi qui naturæ myſteria penitiori indagine ſerutantes à vulgari Philoſophia Peripatetica recedant (quod ego creberrimè facio) & præcipuè Atomorum Hypotheſi favere cõperiantur, protinus τοῖς πολλοῖς vel planè Athei, vel, quod molliſſimũ eſſe ſolet, Religionis omnis particularis inaurieſi & contemptores habentur: Quando, inquam, hæc ita ſe habeant, occaſioni non illibenter parui, quã publico teſtimonio iis quibus ignotus ſum conſtaret (idem eaim iis qui me norunt jampridem ſatis conſtat) ſi ego inter naturæ Conſultos numerandus ſum, poſſe id ita fieri ut tamen ipſa εὐδοκίᾳ tum omnis ei ſuinitima impietas evitetur. Nec rerum naturalium contemplationem feciſſe ut vel Authorem ipſarum abnegem, Divinam rerum Adminiſtrationem inticiar, aut Sacroſancta Monumenta flocci habeam, quæ ut multis nominibus ita hoc potiffimum chariſſima habeo, quod Chriſtianæ fidei dogmata & myſteria mortalibus exhibeant ac palàm proponant. Hanc autem, quam dico, Religionem authore Chriſto Dei Filio inſtitutam & traditam, nescio cur me colere & amplexari pudeat, quum ejus rei, uti arbitror, rationem non ineptam apud æquos & integri judicii homines explicare valeam.

Hiſce Apologiæ loco nonnulla ſubjungi poſſent, quibus Lectorum aliorum cenſuris obviam iretur, aliorum verò anſa præcluderetur.

Nam Criticis & τοῖς ἀμυδί τοῖς λόγοις opponere liceret, Tractatum hunc non paulò inornatiorem evaſiſſe, propterea quod aliorum ſcripta conſultò evolverim, ne jamjam dicta & aliàs facilè obviam hîc repeterentur: deinde quo tempore Diſſertatio, cujus hæc particula in lucem prodiit, primùm conſcriberetur, me de Annotationibus ipſi adnectendis cogitaſſe, unde adductis exemplis & inſtantiis particularibus ea illuſtrarem, quibus id opus eſſe videretur, aut quæ aliàs Lectores fortè ſuſpicarentur ἀπολογίας & minus accuratè à me expenſa fuiſſe, quoniam obiter tantùm & in tranſcurſu ipſa attigiſſe videor. Denique mihi ignotum non eſſe Criticos recentiores quædam S. Codicis loca à me laudata ſtrictiùs interpretari, verùm (quia verborum minutiis immorari non vacabat) mihi ſenſum receptum & manifeſtum placuiſſe; aliquando eadem tantummodo ad ἀποδίαν uſurpaſſe aut velut argumenta ad hominem (quibus acquieſcent fortè Lectores aliqui, utut mihi non plenè ſatiſfaciant) nec tam ad probandum quàm ad enunciandum id quod ſentirem adduxiſſe. Et certè in huiuſmodi populari ſcriptorum genere, quæ ad ſtrictas diſputationum leges nec conſcripta nec examinanda ſunt, non tam ſpectari ſolet utrum unumquodque pronuntiatum ſtrictò ſenſu affirmandum ſit, quàm an commodè ex uſu ſit ad ea firmanda aut inſinuanda, quorum gratia adductum eſt; & maximè quidem in ſcriptis quale hoc meum eſt, pauci id. o cenſura notati ſunt, quod prout argumenti ratio poſtularet orationem ſuam ſomaverint. Qui methodum accuratiorem deſiderant, ſciant bonam huiuſce Opusculi partem in amicorum quorundam gratiam fuiſſe conſcriptam, ac proinde arti-

AD LECTOREM.

culis istiusmodi immorandum fuisse quos illi tractatos maluissent, necnon methodi inæqualitatem & excursionum frequentiam è benevola voluntate profectam, ut qui è via mea delectere voluerim quò errantes amicos in suam revocarem, adeoque etiam consilio meo congruenter fecerim, etiam ubi ab instituto divagare videor. Quod autem attinet prolixiores Digressiones, quæ te aliisque studentibus hinc illic retinentur, eas, ut Lectorum otio consulere, notulis quibusdam distinguendas curavi, quibus Digressiones esse innotescant; in quo, ut eorum iudicio cessi, à quibus nonnullis Lectoribus profutura existimabantur, ita meæ voluntati obtemperavi, ne aliis tedium facerent, quibus, hoc modo, liberum sit, quæcunque nec ad se nec ad amicos spectare videbuntur, intacta transilire. Qui ingenii acumine sese venditantes S. Scripturam minùs dignè reverentur, si quid in se asperius & inclementius dictum putent, in ipso Opusculo alicubi nonnihil de ea re insinuatam invenient; hinc tantùm adiciam, id non alio animo à me factum fuisse, quàm quo eorum qui *ἀειποθύμιον* patiuntur vultus frigida aspergitur, aut membra vellicantur, ut inde ad se redeant, nec mihi immitius propositum fuisse, quam erat olim Angelo qui, in Actorum Apostolicorum historia, dormientis *Perri* latus pulsavit, non ut læderet, sed expergefaceret, & è Carcere ac vinculis liberatum instanti letho eriperet. Hoc autem si capitibus minùs sanis, & extrema impietatis hominibus non satisfaciat (nam ceteros a quiores fore arbitror) iudicium huius rei volo ut sit p̄nes pios & prudentes: & ut his, quibus sui nominis gloriola Numinis honore carior est, notum sit, me, quemadmodum ut eos ad bonam frugem revocarem calamum strinxerim, non autem ingenii laudem vel mihi quarerem vel ipsis eriperem; ita non admodum ægrè laturum, si illam gloriæ comminationem, quam nec mereor nec ambio, mihi denegandam censuerint. Denique, liceret addere, styli negligentiam Oratorum veniam quodammodo mereri, cum nec Eloquentiæ studium unquam præme tulerim, nec res ipsa Rhetorum pigmenta & lumina desideret, imo ex his comp̄tura, ut Majestatem suam indigna, respuat: contra autem Theologorum severiorum æquitatem requiri, si sermo aliquantò mollior & numerosior videatur, dum sciant hæc in quorundam Nobilium gratiam, veritatem qualitercunq; propositam fere non amplexantiam, à juvene etiam Nobili confcripta, cujus nec ætati nec ordini asperior & horridior Oratio convenire videbatur. Quòd si quis Theologus me in ipso melle faicem immisisse queratur, & minore peritia hæc provinciâ defunctum quam ab ipso fieri potuisset, ut taceam difficilius esse hoc argumentum pro dignitate complecti quàm quis facillè opinetur, nihilominus spero me ab eo veniam hoc nomine impetraturum, quod de hallucinationibus meis moneri mihi gravius futurum non sit, quàm in rectum itineris tramitam revocari: ubi erraverim, nec ægrius feram dissertatiunculam hanc, quæ inertiam & impietatem levioribus telis impetitur, ab alia nervosiori & accuratiores superari, quàm si quis mihi adversus hostem exiguâ cohorte dimicanti integræ legionis suppetias ferret, aut quod

AD LECTOREM.

ego munimentum minoribus tormentis oppugnaveram ille majoribus concuteret. Imò gratissimum erit si hæc scintilla lucidiorem aliunde facem accendat, & magnum laboris præmium si ad Scripturæ claritatem & illustrationem promovendam solummodo anam vel occasionem ministraverim. Et hæc congruenter, Lectores eruditione minùs instructos exoratos velim, ne quæ in defensionem aut commendationem styli S. Scripturæ dici possunt, metiantur iis quæ festinans peregrinantis Laici calamus rudiore Minervâ delineaverit. Palam enim profiteor mihi nihil æquè ingratum posse obvenire in hoc negotio, quàm ut quis ea quæ à me dici possunt, nedum quæ hic dicta sunt, pro optimis habeat quæ de hujusmodi argumento dici valent. Imò eò libentiùs hæc imperfecta edi permitto, quoniam verisimile est propter rationes modò memoratas, Lectores S. Scripturæ & suo judicio eam injuriam non facturos.

Verùm video me Epistolæ modum eò usque transiisse, ut si quid adhuc Apologeticum addere velim, instituenda sit ipsius prolixitatis Apologia. Quare monendus mihi saltem es (quòd solum restat) si quidem edendû Opusculi mutili & imperfecti Author fueris, de tua æquè ac de mea existimatione, jam agi. Ideoq; curabis, ut spero, ne typorum sphalmata ejusmodi Operi irrepant, cui sui errores sat superque sunt, imprimis autem ne quid per *ὀρθότητι* peccetur. Quippe in hujusmodi scriptis si punctulum vel omittatur vel perperam collocetur, non modò gratia omnis perit, sed ipse sensus non rarò corrumpitur. Quod si cura tua, hac in parte, (de qua propter tuam tum erga ipsam rem tum erga me, benevolentiam minimè dubito) & judicii autoritate fiat ut imperfectæ hæ Cogitationes candidius exceptæ novam editionem mercantur, accedet fortasse mihi animus easdem aliis observatis auctiores emittendi, quæcunque nempe ad idem argumentum pertinentia, & in aliis chartis de S. Scriptura conscriptis dispersa, nonadum vacavit colligere & recognoscere. Quicquid sit, tametsi Objectionum omnium, quæ contra stylum S. Codicis affruntur, refutationem non promitto, nihilominus puto me hinc earum nonnullas profligatas dedisse, plerasque etiam non parùm enervatas, quæ, si peritiores hanc provinciam sibi desumerent, aliusque unam aliquam, alius aliam refellere conaretur, facilè omnes plenè & planè tollerentur. Interim fructum navatæ operæ me amplissimum percepisse arbitrabor, si hæc in legentium animis Sacrorum Librorum reverentiam vel creent vel confirment, aut saltem doctiores ad similes conatus provocent: Dum ii qui me norunt, perspectò quid ego præstare potui, hæc intelligant quantum ipsi facile præstare possent, quibus certò non tam Orator haberi me, quàm à te ob adedò difficilis obsequii specimen,

DOMINE,

Tui Amantissimus & Observantissimus
ROBERTVS BOYLE.



EDITOR LECTORI.




RVERE jam, Lector, nervosâ hac Elegantiq̃ue Illustrissimî Authoris Dissertatione: Neque enim Qui sedulâ Observatione ingens illud Naturæ evolverat volumen partesque omnes & fabricam rerum per innumera Experimentorum genera indefessus discusserat; indeque Pietatem (qui Nobilissimus veræ Philosophiæ finis est) Hominum mentibus inserere non incassum est conatus; Scripturas interim Sacras (alterum illud & luculentius Summi Dei & Veritatum Divinarum Ἀποκαλυπτικῶν) ab impuris nequioris hujuscæ Ævi Terra filiis & profligata impietatis homuncionibus diutiùs passus est contemni, Opus Θεσπιδεῶν injustis hominum Criminationibus absque justo defensore succubuisse indignatus. Quo imprimis impulsu, quibus occasionibus, quo etiam Apparatu & Methodo, imprimis literis mandata erat, cur tandem publicata, ipse Author in Prefatione ipsius ad Lectorem abundè edisserit. Si quis jam querat quo sine patrio emancipata, Latîo Sermone jam donata prodit? Non abstrusa est Ratio. Quæ enim, pluries hîc excusa, serpenti Impietatis Gangrana coercenda profuit, & prodest adhuc, & ut pluribus proficit etiamnum in Bibliopoliis cupidè exposcitur, cum non intra divisas hasce à ceterâ Europâ insulas conclusum malum, sed Vniuersale & per totum ferè Orbem propagatum esse videatur, cur inter angustos Britannicæ limites latius profutura coerceretur Medicina? Nec Opprobrio gentis nostræ, uti speramus, apud exteros vertetur, Quod non modo, Recusasse, sed tam facile Auxilium Hominum generi non suppeditasse apud nos inhumanum censetur.

Quod

EDITOR LECTORI.

Quod ad Dissertationem ipsam attinet; Hoc unum Praefabor, Eam Titulo qui praefigitur longè esse ampliorem. Neque enim stylum tantummodo Scriptura, sed & res ipsas intimioresque sensus tractat, illustrando obscura, referendo abstrusa, & ἀνωμαλῶν sibi invicem conciliando, quæ obtusa videbantur exacuendo, quæ frustra esse & tanquam superflua sugillabantur, eorum non congruitatem modo sed usum fere & Necessitatem ostendendo, aliâque multa praestando qua non à Me, sed ab ipso Nobilissimo Authore, velim ut, cum majori tuâ voluptate & commodo, feliciter ediscas. VALE.

COGI



COGITATIONES DE S. SCRIPTURÆ STYLO.



HISCE ita absolutis, Charissime Theophile, opportunum fore arbitror ut sermonis speciem, sive formam, sacrorum monumentorum Scriptoribus usitatam, deinceps consideremus. Cui sane rei temporis aliquantum, attentionis verò plurimum impendi par est, si vel ipsius excellentiam spectes vel utilitatem; siquidem non desunt homines ingenii commendatione florentes, qui cum Scripturæ authoritatem ultrò agnoscant, tamen multa in ipsius oratione reprehendunt, & horum cavillis & existimatione fit, ut plurimi divinæ Veritatis commentarios, non dico excutere & scrutari, sed perlegere & evolvere omnino cessent; unde eadem opera evenit, ut tum homines de sacris Literis indignè & irreverenter sentiant, tum etiam ut modus quo iniqua illa opinio eximatur, (quod ipsæ per se optimè præstant) prorsus auferatur. Qua re vix dixeris quid ejusmodi Libro injuriosius fieri possit, ad cujus summam admirationem hoc unum opus est ut ritè intelligatur. Quippe habent hæc scripta, quæ illis displicent, aliquid non absimile melli isti, quod zemerarium † *Saulis* votum Israëlitis interdixit, quod gustu perceptum non modo palatum delectabat, sed etiam illuminabat oculos.

A

Cum

Cùm autem quæ contra S. Scripturam adducta nos hic examinanda suscipimus non unius generis sint, par est ut sacræ Paginæ stylum consideremus, non prout hoc vocabulum, strictius sumptum, verborum delectum & dispositionem Auctori alicui usurpatum denotare solet; sed quæ vox illa non modo locutionum formulas sive schematismos, tropos & figuras, sed etiam Scriptoris methodum, characterem, sublimem aut tenuem, vividum aut languidum, presum aut diffusum sermonis genus, denique quæ modum universum quo quispiam conceptus suos interpretatur, laxiore sensu complectitur.

Quare tametsi sit cur ex Tractatus hujusce titulo, quod Tentamen appellari placuit, considerationes quasdam laxiores potius quàm plenam & methodicam dissertationem expectares; nihilominus non videbitur inconsultò factum, uti spero, si ratione argumenti amplissimi, hæc Tentaminis pars cæteris proportione non respondeat; præsertim, cum & petitio tua & consilium meum postulant, ut iis quæ ad S. Scripturæ Stylum propiùs spectant aliam nonnullam intexam, & ubicunque opportunum fuerit, te ad diligentem illius Libri lectionem & summam reverentiam extimulem, quem periculum non est, ut in studio vel studio evolere vel honore prosequi unquam possis.

Quod hæc apud Veteres dictum est, nec Jovem ipsum omnibus placere potuisse, nonnullæ objectiones contra sacrum Codicem allatæ palam faciunt, verum quædam sunt eorum mortalium accusationibus immunem non esse, divina & Revelationis non minùs quàm Providentiam, verba æquè ac facta male consulentium. Nam ut taceam quæ Athei & aperti Scripturæ hostes ad evertendam ipsius *veritatem* & veritatem comminiscuntur, (quoniam cum ejusmodi hominibus alibi nobis futura res est,) etiam nonnullis, qui utramque agnoscunt, (nam cum hisce in præsentiarum disceptandum est,) complura in S. Literarum caractere improbantur. Sunt enim quibus Liber iste nimis obscurus est, alii methodum & ordinem desiderant, aliis sibi ipsi repugnare videtur, alii partium incohærentiam & *ἀνακολουθίαν* accusant, aliis inelegans, aliis jejunus & languidus censetur, denique alii multa levia & aliena continere & *ἑτερολογίας* vitio peccare criminantur. Et profectò tanto numero & tam varii generis sunt, quæ hi homines Sacris Instrumentis impingunt, ut mihi non minus admirationis quàm doloris parerent, nisi intelligerem, quantum res immanis illius humani generis & præcipuè Ecclesiæ (lectissimæ ejusdem partis) hostis in hoc verteretur, ut scripta ea evilescent, quæ suo pretio æstimata ad regni ipsius & consiliorum subversionem tantum valerent; necnon recorderer (quæ est hominum querula & proterva indoles) ipsi Ciceroni observatum, *Vitari non posse reprehensionem nisi nihil scribendo*. Verum quemadmodum Astronomi inter pulcherrima lumina cœlestem fornicem exornantia, Urso, Tauro, Hircos, Canes, Scorpiones, aliaque animalia confinxerunt: ita adversarii nescio quæ portenta commentitia illi Libro attribuunt, quem divinus Author multiplici cœlicæ lucis face exornavit, quæ
humano

humano generi, ad veritatem & beatitudinis patriam, tanquam fidissima Cynosura præluceat. Quare, cum, quod Cosmographi & Poetæ in cælo, sed licenti longe magis tolerabili, sibi permiserunt, idem hujusmodi homines in Sacrorum Oraculorum volumine faciant, spero te falsissimæ suggillationes ne Scripturarum lectioni vaces non magis absterrebunt, quàm Nautas Syderi maximè Septentrionali indita Ursæ appellatio, ne ad stellam polarem oculos convertant, & cursus exigant.

Jam verò, cum mihi, quo nemo à rixandi studio alienior, facile credes nihil amplius propositum fuisse, in hac adversus eos, quibus displicet S. Scripturæ stylus, dissertatione, quàm quæ ex ipsorum objectionibus enervatis & repressis Sacrosanctus liber pro suo pretio reverenter excipiat, non videbor præter rem facere (uti puto) si iis quæ ad ejusmodi objectiones propiùs attinent, alia subinde intermisceam quibus S. Pagina non tam defendi quam celebrari videatur. Nam inde non solum responsionibus meis ponderis aliquid (licet indirectè) accedet, ubi palam fiet, ab iis quæ hi in S. Scripturâ reprehendunt nos plane diversa jure optimo eidem attribuere; sed consilio meo ut maximè congruenter faciam, quod hic palam profiteor non aliud esse quàm ut te S. Codicis lectorem diligentem & cultorem habeam. Qua de causa mihi tantum eo usque objectiones diluendas puto, quatenus te ab ejusdem lectione & reverentia, quadam argumentorum specie, abducere possent videantur. Cum autem objectiones excutiendas non unius generis nec inter se connexas esse video, non dubitabo ipsas & responsiones meas eo saltem ordine proponere, quo quæque se animo inter scribendum obtulerint.

Cæterum cum considerationum, quas in medium proferendas habeo, tres quatuorve latiore obtineant naturam, adeoque pluribus Exceptionibus commodè opponi possint, non erit abs re eas primo loco exhibere.

Principio autem notandum est ex iis, quibus S. Scripturæ character improbatur, illos qui tibi aut mihi hæcenus innotuerunt, ob linguæ Primitivæ & imprimis Hebraicæ inscitiam, ex Versione tantum, quam solam legunt, censuram ferre. Jam vero nisi qui linguarum notitiam adeptus est vix quicquam conjecerit, quantum gratiæ & elegantiæ Libro illi decedat, qui alio sermone legitur, quam quo primum conscriptus est; Præsertim ubi par est linguarum ac idiomatum dissimilitudo, ac est inter Orientalium Occidentaliumque populorum sermones. De qua re prævideo mihi posthac agendum fore: nihilominus hic notasse consentaneum est, stylum S. Scripturæ plus gratiæ amittere quàm alii quicumque libri, si modo ex Versionibus judicetur. Quippe Interpretes Sacræ Paginæ piâ & justâ reverentia ducti, pleraque ex Hebræis & Græcis fontibus usque adeò religiosè & *κτ̄* *αοδ̄* reddiderunt, ut præ sollicitudine ne sensum non satis fideliter expriment, vix quicquam pensi habent quantum elegantiam ipsis intercidat. Qui profanorum authorum scripta in alias linguas transfundunt, libertatem ab authoris verbis recedendi sibi desumunt, & diversas loquendi formulas substituunt, quo mentem ipsius

citra existimationis injuriam exhibeant : at Veteris Instrumenti Interpretes Idiotismos Hebræos minimè in Latinos & Anglicanos similes , sed tantùm in Vocabula Latina & Anglicana transverterunt ; necnon dum differentes vocum , particularum , temporumque verborum in Lingua Sancta significationes seu non probè intelligunt , seu minùs animadvertunt , fecerunt ut multa *ὑπερβαίως* & incohærenter dicta , multa rationi non constare , denique multa etiam levia & exigui momenti videantur , quæ si è principe lingua liberius & peritiùs redderentur , nulla appareret ejusmodi imperfectionum vola aut vestigium. Quod tamen in Interpretibus quodammodo tolerari debeat , propterea quòd non citra rationem in hoc negotio peccant , at hoc saltem palàm est Scripturæ non parùm obesse , quod peculiaribus defectibus laboret necesse est , præter eos qui Versionibus plerisque omnibus nec pauci communes sunt.

Figuræ Rhetoricæ ab Oratoribus ad duo summa genera revocantur , quorum alterum adeò ex verborum sono & dispositione dependet , (unde ejusmodi figuræ Græcis *ῥήματα λέξεως* appellantur) ut si aut verba , aut verborum ordo immutetur , licèt sensus permaneat , tamen schema sive figura evanescat ; hujus inquam generis figuræ , quibus etiam accensentur illæ quæ Epanados , & Antanaclasis Oratoribus dicuntur , aliæque complures , prorsus pereunt ubi interpretatio reddit *ἕως ἄρως ἕως* , quemadmodum fit in vernacula S. Codicis Versione ; quod non paucis exemplis , si expediret , facile foret ostendere.

Deinde , habet Hebræus sermo hoc cum aliis commune , quod sua habeat lumina , & emphasin quibusdam loquendi formulis peculiarem ; quam ut integram frustra apud Interpretem quæras , ita rarò vel ejusdem umbram reperias ubi is verbis originalibus nimis religiosè adhæreat. Vides ut aliquas pulchelli vultus partes , nempe , genas , nasum & labia , tabella satis aptè imitetur ; est tamen aliquid plerumque in oculis cujus vim & splendorem pictoris manus exprimere neutiquam valeat : idem cogita in nonnullis eximie notæ scriptis reperiri , quorum magnam partem ut peritus Interpres sat feliciter in suum sermonem transferat ; est tamen ubi oratio splendidi quiddam & emphatici habeat , quod ille nunquam assequi possit. Et hæc sane consideratio propiùs ad S. Codicem ejusdemque Versiones , quàm ad alios libros , duplicem ob rationem spectare videtur.

Primò enim majoris difficultatis est Hebræicum antiqui Fœderis textum interpretari , quàm si is liber Syriaco , Arabico vel quovis alio Orientali idiomate fuisset conscriptus. Non quod Lingua Sancta cæteris difficiliùs discatur , sed quia in aliis linguis Primariis librorum copia passim suppetit , è quibus varia dictionum & phrasium significatio peti possit ; at cum purum Hebræorum idioma infeliciter perierit , nisi quantum in Veteris Testamenti Libris superest , è quibus solis lexica saltem imperfecta formari possunt , complura sunt vocabula , præsertim *אִשָּׁה* *λιγόμυα* & quæ rariùs occurrunt , quorum

rum tantum unicam illam significationem aut paucissimas acceptiones novimus, quas ipsis iis in locis attributas invenimus, quos nobis satis perspicue intelligere videmur. Quod si ad principii linguæ indolem attendamus, cujus vocabula ut nec magno numero sunt, ita pleraque plus satis habent ambiguitatis, ac multa vim quam diversissimam obtinent; si etiam reputemus crebris *Davidis* victoriis, *Salomoni*; autem sapientiâ, prosperitate, expeditionibus navalibus, variisque commerciis, Hebræum sermonem uberius augeri & latius diffundi potuisse; fiet admodum verisimile eandem dictionem aut phrasin alias præterea significationes obtinuisse, quàm quæ Interpretibus hæcenus innotuerunt aut nobis jam subolere possunt; siquidem ex linguâ Chaldaicâ, Syriacâ, Arabicâ, aliisque Orientalibus observare est voces & locutiones Hebræicas (paululum inflexas pro Dialectorum istarum more) aliis & nonnunquam plurimum differentibus significationibus gaudere, præter eas quas ipsis recentiores Bibliorum Interpretes attribuerunt. Dico Recentiores, nam Versiones vel ante vel non multò post B. Servatoris ætatem factæ, præsertim illa quæ vulgò audit *LXX.* conjecturæ nostræ non rarò favent, dum voces & phrasés Hebræicas longè alio sensu reddunt quàm quò in nostris libris accipiuntur; id quod non alia de causa fecisse videntur, quàm quoniam eas alias significationes admittere judicarunt, quàm ad quas sese recentiores Interpretes astrinxerunt.

Jam vide quid ex hac Consideratione consequi velim, nempe verisimile esse, complures S. Paginæ locos, qui, prout in vernaculis linguis leguntur, aridi, duri, nec vicinis membris cohærentes videntur, diversa prorsus specie apparituros, si modò omnes vocum & locutionum significationes intelligeremus, quæ iis temporibus notæ erant in quibus sermo Hebræus floruit, & S. S. Libri exarati sunt. Enimverò facilè credas ex earum significationum aliqua commodiorem sententiam ac pleniorém nervosiorémque locutionem orituram fore, quàm quæ in nostris Versionibus exhibetur, nec non elegantiam ac Emphasin locis horridioribus conciliatum iri. Hæc dum scribo suggeritur mihi ex lingua nostra Anglicana exemplum, quòd præcedentis Considerationis illustrationi plurimum inserviat. Quanquam enim videatur paucis locutionum formulis Puerperium denotari posse, attamen ea res quinque aut sex diversissimis modis declaratur, qui aliunde peculiare & diversissimas significationes obtinent. Audias enim de Puerperâ aliquâ dici: *That she has look'd every hour these ten days: That yesterday she cry'd out: That she had a quick and ea sie labour: That last night she vvas brought a-bed: That now she lies in: and, That tis fit vve should remember the Lady in the Straw.* Si quam harum locutionum aut singulas usurpem, populares mei statim intelligunt quid velim; at si verbo tenus transferrem, non dico in Græcorum aut Hebræorum, sed in vicinarum gentium sermonem, putà Gallicum aut Italicum, nemo mentem meam caperet; quòd si Interpres aliquis, cui tantum communis & naturalis dictionum Anglicarum vis innotescit, eas suâ linguâ

repræsentaret, quoties in scripto aliquo occurrerent, ejusmodi loci admodum inelegantes, fortasse etiam inepti & ridiculi Italico aut Gallico lectori apparerent.

Sed nondum rei summam explicui. Nam secundo loco nobis non modò varias complurium Hebraicarum vocum ac Phrasium significationes perire comperio, sed etiam modos quoscumque præcludi quibus ad multarum rerum, quæ ad Topographiam ac Historiam Judaicam, necnon veterum Judæorum ac Populorum adcolentium ritus, opiniones, factiones, consuetudines, &c. spectant, notitiam perveniremus; sine qua necesse est ut in evolvendis libris, ante tot secula à Judæis, Judæorum potissimum gratia, conscriptis, multum dignitatis, jucunditatis, & suavitatis intercitat; quam alioquin passim perciperemus, si modò nobis constaret quomodo in ejusmodi locis ad Historias, Paræmias, Dogmata, &c. alludatur. Quam conjecturam nemo opinor ratione destitutam judicabit, qui modò reputet multa in *Juvenale*, *Persio*, *Martiale*, aliisque Scriptoribus Romanis (ne quid dicam de *Hesodo*, *Musæo*, & antiquioribus Græcis) elegantissima, illos lectores fugere quibus Romani Imperii rationes, consuetudines, & historia, imò multa rerum minutæ, & particularium hominum negotia, quæ Poëmata illa attingunt, non innotuerunt: quo fit ut recentiores Critici quamque fere paginam, & interdum lineolam, Commentariis aut Notis illustrandam judicant, unde Authoris ingenium & elegantia à lectoribus percipi possit. Quòd si hujusmodi Dilucidationes necessariæ sint, ut ea quæ res ordinarias & vulgares tractant, quæque in sermone Europæo necnon temporibus & regionibus minùs à nostris remotis conscripta sunt, in pretio habeantur; quantum nobis de elegantia Libri *Iob*, Psalmorum *Davidis*, Cantici *Salomonis*, aliorumque Scriptorum Sacrorum perire necesse est, quæ non modò de sublimibus & supernaturalibus Mysteriis sæpenumero agunt, sed etiam à tot retro seculis scripta sunt, in regionibus longissimè disitis, ac inter ejusmodi circumstantias, quæ nos non possunt non latere? Hactenus de prima Consideratione generali.

Secundam sic habeto; Nempe, cautè distinguendum esse, inter ea quæ ipsa Scriptura loquitur, & quæ tantummodò in Scriptura dicta sunt. Nec enim pro continua Dei ad Homines Oratione sacer Còdex habendus est, nec in eo idem fieri putandum quod in legum humanarum Pandectis solet, ubi omnia sunt Legislatoris populum alloquentis; sed est Scriptorum varia argumenta tractantium & diversis temporibus exaratorum Fasciculus; quæ tamen Authores habuerint sanctos Dei homines, Spiritus Sancti instinctu actos, tamen aliis præter Authorem & Amanuenses assignatæ sunt subinde loquendi partes. Quippe præter Libros *Iosue*, *Judicum*, *Samuelis*, *Regum*, *Paralipomenon*, *quatuor Evangeliorum*, *Actorum Apostolicorum*, aliasque Sacræ Scripturæ partes, quæ manifestò Historicæ & sunt, & appellari solent, multa sunt in aliis Libris sparsa, eisdem quoque generi accensenda, multa etiam
aliàs

aliàs effata & dicta commemorantur, quæ ipsius Scriptoris aut non sunt, aut saltem alterius personam sustinentis. Adeò ut cum non solum Prophetæ, Reges, & Sacerdotes, sed etiam Milites, Pastores & Mulieres, aliique id genus Locutores inducantur, à quibus acuta & elegantia (præsertim *ἐν ὑποχείρις* loquentibus) expectanda non sunt, iniquum esset eloquentiæ defectum, qui non in ipsius Scriptoris sed aliorum Verbis animadvertitur, in S. Scripturam referre. Nam quantumvis in Historiis, tum fictitiis, tum veris, aliorum sermones non minus quàm ipsius Scriptoris elegantes observantur; tamen id non aliunde fit, quàm quoniam istiusmodi Locutores vel Legati erant, vel Oratores, vel belli Duces, vel aliàs seu publico aliquo munere seu eximia consilii & prudentiæ famâ nobiles; aut quoniam (quod crebrò fit) Historicus conciones ipse ex ingenio fingit, ipsis accommodas; non quasi illi ita locuti essent, sed quod ipsis ita loqui conveniret: at qui S. Codicem literis consignarunt, cum, ut eorum unus verè profitetur, fabulas callidè confictas secuti non sint, dicta æque ac facta fideliter retulerunt, veritatis potiùs leges, quàm quid loquentem deceat, ubique spectantes.

Cujus quidem Considerationis beneficio non solum multorum S. Scripturæ locorum stylus defenditur; sed si eam rectè applicemus, procacibus eorum cavillis occurritur, qui S. Libros calumniantur, ac si dictis & exemplis, quæ passim commemorantur, authoritatem vitiiis & flagitiis conciliarent. Verum, quemadmodum olim Apostolus, † *Non omnes, inquit, qui sunt ex Israël, sunt Israël*; ita quoque dici potest, Non quicquid in Scriptura invenitur pro Scriptura habendum esse; est enim ubi homines impii, & impiorum seductor Satanas introducuntur, quorum pronuntiata Spiritus Sanctus tantummodò commemorat, pro suis minimè agnoscit; nec inde colligitur verum id esse quod illi dixerint, sed tantum verum esse illos ita dixisse. Quid? quod, nisi quorundam hujusmodi Cavillatorum confessione comperissem, locos S. Scripturæ quos accusarent, se ipsos nunquam legisse, vehementiùs mirarer qua fronte omnia Divino Authori attribuere auderent; ac si Diaboli quoque dicta non essent illic consignata, aut Historia *θεομυθῶς* esse nequiret, nisi, itidem omnes blasphemie & flagitia, in eadem commemorata, pro *θεομυθῶς* habenda forent. Cæterum quod ad ea attinet quæ perperam facta aut dicta in Sacro Codice animadvertuntur, ut scilicet quantopere expediebat quorundam nequitia bonos exerceri, & Divinam providentiam luculentius patefieri, nec repetam quæ ea de re passim dici consueverunt; considerari debet, sicut multa nobis facienda ita multa quoque evitanda esse; adeoque tam quæ effugere, quàm quæ imitari deberemus, pari ratione fuisse indicanda. Sic non solum Cynosuræ conspectus, sed etiam infames scopuli & horrenda naufragiis brevità navigantibus ex usu sunt. Jam verò ut adversus Tentatoris artes & insidias præmuniri non possumus; si eas ignoremus; ita nusquam tutiùs aut pleniùs eas quàm ejus Libri ope intelligere valemus,

cujus

† Rom. 9. 6.

cujus Author solus Satanæ (a) *profundissimis* percipere, technas retegere, & vestigia omnia per labyrinthos aliàs inextricabiles legere novit: illius, inquam, Libri, in quo antidotus unà cum toxico exhibetur, & ex quo, aliena clade aut victoria, artem illam militarem, quam usque adè omnium scire interest, sine nostro sanguine aut periculo discamus. Et quemadmodum in magno rerum Naturalium Volumine Chymici observarunt, plantas morborum eorum aut membrorum medelæ inservire, quorum speciem aut figuram (signaturam vocant) præ se ferant; ita in altero Dei Libro, homines nequam, quorum fit mentio, aliquo saltem modo antidoti vim habent adversus sua vitia, idemque præstant quod Serpens olim aeneus, (ut è Sacris similitudinem arcessam) qui pato ad spectaculum impositus, vulnera à sui similibus inflicta sanavit. (b) *Quæcunque ante scripta sunt*, inquit Apostolus, *ad nostram doctrinam ante scripta sunt*. Quin (ut superiùs exemplum denuò adhibeamus) flagitiosi illi, quibus S. Scriptura Leonum, Luporum, Vulpium aliarumque ferarum appellationes imposuit, ubi Deo visum, aliis mortalibus in documentum periade cedunt, ac Navigantibus Septentrionalis Urfa: & quemadmodum Deus ad *Elia* servi sui sustentationem aliquando Angeli, aliquando Mulieris, aliquando etiam cornicum ministerio usus est; ita quoque Deo volupe est, ut servis suis in virtutis atque animarum alimoniam ex qualicunque hominum genere, quos S. Biblia commemorant, instructio proveniat; ita ut in hac quoque parte illud Pauli effatum verissimum sit, (c) *Iis qui diligunt Deum omnia simul adjumento esse ad bonum*.

Sequitur Consideratio tertia, quâ adnoto Libellos quosque Sacros præcipuè ac primario propter illos homines fuisse conscriptos qui eo seculo vixerunt quo illi conscriberentur; nec tamen ad unam aliquam ætatem aut gentem sed ad universum Dei populum spectare, utcunque annis, regionibus, sexu, moribus & ingeniis ab invicem distinctum; ideòque ejusmodi scriptio- nis formam adhibendam fuisse, ut beneficio quod exinde ad omnes spectare debuit nulli horum excluderentur. Hinc tam prudenter & benignè Sacra Scripta cunctorum bono accommodata sunt, & diversis hominum ingeniis & facultatibus varietate usque adè multiplici respondent, (quemadmodum oculi picturarum videntur à quacunque parte spectantes intueri) vix ut reperiatur ulla tam insolens animi indoles aut rerum conditio, cui non ita planè quadret aliquis Scripturæ locus, ac si ex omni mortalium genere huic soli fuisset comparatus, & quod olim Propheta *Nathan* dixit *Davidi*, huic itidem dictum foret, (d) *Tu es homo*. Quod autem hîc de proposito Dei in concinnandis Sacris Literis observatum est, ex usu esse possit ad Stylum multorum locorum defendendum, ac præsertim complurium ex iis quæ ad quinque genera sequentia revocantur.

Ac primò quidem quandoquidem Libri qui S. Scripturæ Canonem constituunt, primariò in eorum usum destinati fuerint quorum temporibus con-

scriberentur.

(a) *Apoc. 2. 24.* (b) *Rom. 15. 4.* (c) *Rom. 8. 27.* (d) *2. Sam. 12. 7.*

scriberentur, mirum videri non debet, si in singulis multa reperiantur quæ ad homines eo seculo degentes præcipuè pertineant, necnon alludent aut aliunde referantur ad certa quædam tempora, locos, homines, consuetudines, placita, Historias, &c. quæ à nobis, ob suprâ memoratam seculorum & regionum remotissimarum incitiam, non ita planè percipi & intelligi possunt, atque ab iis potuissent, ad quos proximè destinati sunt.

Deinde, sicuti nonnullæ S. Codicis partes ad tempora anteriora præcipuè spectarunt; ita quoque alias, ac præsertim Propheticas, verisimile est non tam nostra quàm futura respicere; quin & posteris ea fortasse admirationem facient, quæ nondum intellecta parum nos movent.

Præterea cùm plurima sint Scripturæ membra, ut quatuor Libri Mosaici posteriores penè integri, in quibus Deus populo suo aut cultoribus Leges mediatè aut immediatè ferre perhibetur, arbitror illic sermonis elegantiam desiderandam non esse, nec summo orbis terrarum Legislatore, dum jura populi daret, Rhetorum regulas observandas fuisse; ad quas ubi nimium attenditur; quæ duæ res in legibus plurimum valent, claritas & majestas multum imminuantur necesse est.

Porro autem, cùm sit quoddam hominum genus, quorum numerum spectro propediem majorem futurum, qui (quod D. *Petrus* de ipsis Angelis testatur) * in Religionis Mytheria intendere gestiunt, quibusque ad aliqualem ejusdem comprehensionem erecta & magna ingenia obtigerunt, minimè inconsistentaneum est ut aliqua in Scripturis forent recondita, abstrusa, ac ultra vulgarem captum profunda, quorum abdita veritate horum hominum & ingenium exerceretur, & compensaretur industria.

Rursus verò, siquidem Omniscius S. Codicis Author prævideret, ex hominum indole eventurum, ut plerique non admodum sagaces, multi autem rudes & literarum ignari forent, salubriter & benignè fecit, quod magnam librorum partem, quos in horum etiam usum perinde ac aliorum destinaret, modo facili ac familiari voluerit contexi, quique ejusmodi lectoribus potissimum conveniret; unde & hi sui quoque curam habitam ab eo intelligerent, qui verè apud Prophetam † jus in omnium animas sibi vendicat. Nihilominus vel in iis locis, qui in Idiotarum usum præcipuè comparati videntur, multa sunt quæ discant Eruditi. Quippe nonnulli loci veluti lac infantibus subministrant, alii solidiorem victum maturioribus annis præbent; sed plerumque (quemadmodum Vaccæ lac & carnes suppeditant) ex iisdem locis & infantes lac & robustiores cibum firmiorem percipere possunt: ut hic etiam promissum illud S. Pagina impleat, *Habenti dabitur*; necnon igni quodammodo similis sit, quem plerique ad ciborum præparationem & alia vulgaria negotia, Chymici autem ad Quintessentias adipiscendas, & Extractorum confectioem adhibent.

Nullus dubito quin tibi, juxta ac mihi, perversissimum quorundam ingenium

B

nium

* 1. *Pet.* 1, 12. † *Ezech.* 18, 4.

nium innotuerit, qui hanc varietatem, qua Deo veritatem suam exhibere, ac voluntatem declarare in Sacris Libris placuit, reprehendere audent, & quosdam locos ut nimium difficiles ac obscuros, alios ut nimis simplices & apertos culpant. Verum hæc fere à superbi ac insolescentis animi vitio proficiscuntur; nempe S. Biblia propter ipsos aut scripta fuisse aut scribi debuisse existimantes, inde falso ac iniquè de iisdem judicant; dumque omnia ex sui ingenii modulo examinant, quicquid captum ipsorum excedat id statim obscurum, quicquid non exæquat vulgare indignant. Erit ubique quod vitio vertant, tum ubi Spiritus Sanctus perspicua oratione se demittit, tum ubi argumenti sublimitas obscuritatem inducit; vespertilioni non absimiles, cujus infirmior acies nec totum diem nec sinceram noctem sustinet, sed tantum crepusculo seu lucis & umbræ confinio gaudet, ut imbecillioribus oculis convenientiori. Verum quemadmodam versutus Auceps (nec displicebit illis similitudo, qui meminerint Deum in Sacris † vehiculo manipulis oppresso. Filium autem hominis Furi nocturno assimilari) technas & insidias suas pro avium diversitate accommodat, quippe alias luce fallit (ut alaudas tendiculis interdiurnis) alias dolo inescat (ut columbas pisces) alias terriculentis percellit (ut merulas & passeris ostentato accipitre, aut pulsata campanula) alias denique societatis illecebra pellicit; (ut anates & volucres alias, Illicum perfidia:) similiter Deus quosdam ratione duci posse gnarus, quosdam præmiis allecari, quosdam etiam terrore & incussa formidine adigi, esse denique qui exemplorum autoritate moventur; mirabili prudentiæ suavitate cœlestem doctrinam in argumentationes, Mysteria, Promissiones, Comminationes, & Exempla variavit, vix ut ullus hominum sit, qui non Religionem ea formâ in S. Codice exhibitam inveniat, quæ ipsum imprimis afficere valeat; ut idem hîc à Deo agi videatur, quod olim à Propheta, * qui sese ad pueruli suscitandi proportionem contraxit. Quippe tam diversa sunt hominum ingenia, tam varii animorum impetus, & nonnunquam tam insolentes, ut nihil penè in S. Scriptura occurrat, quod non ad aliquam (saltem ex innumeris illis quibus ea destinata est) mentis indolem apprimè sit accommodum, quodque in tam multiplici tum rerum tum hominum differentia objectum idoneum non inveniat. Quare cum Deus, cui (utpote Creatori) omnium animorum habitus sunt optimè cogniti, eorum varietati in S. Pagina consuluerit; ne utiquam ægrè fero quod ille eorum gratia mysteria balbutire dignetur, qui alias sublimitatem ipsorum sustinere non possent, necnon pro operis ratione instrumenta sua attemperet, ne iam torqueat illam increpationem, qua olim Paterfamilias usus est: *An oculus tuus malus est quia ego bonus sum?* Certè vel maximè nos dedecet bonitatem eam, qua se demittit Deus improbare, ob ipsammet scientiam, vel animi dotes quas inde acceptas ferimus.

Jam verò ex hisce considerationibus generalibus, quas proposuimus, faciliè intelligis,

† Amos 2.28, * 2. Reg 4. 34.

intelligis, uti opinor, ad quem scopum collineat hæc de Sacra Scriptura Stylo dissertatio. Vides enim me non suscepisse probandum omnia in S. Codice, præcipuè in alias linguas traducta, Rhetorico ornatu splendescere; sed duo tantummodò conficere voluisse. Primum tum non contemnendis argumentis ex ipsa Scriptura petitis (ubi nec characterem excipio) ostendi posse eam ab hominibus *Heorv' d' sone* vel scriptam vel approbatam; tum quoque eum cui de divina S. Scriptura Origine hujusmodi argumentis intrinsicis (quæ levia non esse fortasse alibi demonstrabitur) persuasum sit, non debere ullatenus ratione styli impediri quo minus hosce Libros & diligenter evolvat, & in summo pretio habeat. Secundum, (quod etiam ad prius illud evincendum adduco) S. Scripturam non modò tanta ubique elegantia conscriptam esse, quantam suis in ea propalanda consiliis Author primarius (qui ob suam Omniscientiam Judex hujus rei summè idoneus agnoscendus est) expedire censuit; verùm etiam, in principibus linguis, multa continere elegantissima, eoque nomine vel Occidentalium hominum admirationem meritura. Cæterùm si quæ de scribendi proposito jam dixi animo diligenter teneas, Theophile, simulque Generalium Considerationum superiùs traditarum triadem memoriâ complectaris, sufficiet ad eandem posthac tantùm digiturum intendere, quoties erit ipsas commemorandi occasio; adeoque uterque nostrum in hac eorum rerum repetitione liberabimur.

Ut autem ad ea quæ contra S. Scripturam afferuntur, procedamus; prima quæ hîc examinanda venit objectio, ea est qua Obscuritatis accusatur. Et hujus quidem accusationis Actores sunt duorum generum, duplici de causa: quippe aliis S. Codicem infamare propositum est; alii autem apparentem nonnullorum locorum obscuritatem in neglectus sui excusationem obtinent.

Prioribus illis respondeo, Vix evitari potuisse quin multa in Sacris obscura nobis viderentur, expedire autem ut multa quoque revera obscura essent.

Primò enim, cum hi homines, quod supra attigi, Versiones S. Bibliorum tantùm legant, multa ipsis desunt quorum ope complurium locorum mentem satis assequi valent; quæ utique Originalium linguarum notitia suppeditat. Præterea etiam linguas illas callentibus genuinum multorum verborum ac locutionum vim temporis injuria denegavit, qua factum est (quod ante notatum) ut magna tum Hebræi tum Chaldaici sermonis portio perierit.

Secundò, multa posteriorum seculorum hominibus ideo obscura apparent, quoniam amissis antiquis illis commentariis & monumentis, quæ ad Veteris Testamenti tempora pertinebant, Judæorum aliarumque gentium, de quibus in Sacris fit mentio, neque historia neque leges ac consuetudines satis à nobis intelligi possunt: ut minimè mirandum sit, si in Libris *Geneseos, Iosua, Iudicum, Samuelis, Regum, Hestheræ*, aliisque Historicis, necnon in

quatuor *Mosaicis* posterioribus multa nobis obscura appareant, quæ tamen homines istius ævi quo scripti erant, in quorum præcipuè usum destinati sunt, satis commodè intelligerent. Quid quod lectoribus, Rerum Romanarum aliàs ignaris, *Lucius Florus* admodum obscurus est, (unde Critici eum ex aliis Scriptoribus illustrarunt;) nihilominus dubium non est, quin Romanis, ea ætate aut non multò post degentibus, satis erat intellectu facilis. Similiter, quod desiderantur alii Historici, Veteris Instrumenti Scriptoribus contemporanei, inde multa obscura apparere, quæ aliàs ejusmodi historiæ elucidarent: satis hinc constat quod non pauca sint in Novo Fœdere vix probè intelligenda nisi Herodianæ stirpis series cognoscatur, nec non illæ publicarum rerum conversiones quæ circa B. Servatoris ætatem in Judæa contigerunt, cui universæ Herodes ille *μαγιστρός* aliquando præfuit, mox Pilatus aliique Romani præpositi sunt, deinde autem in variis ditiones ita secta est, ut partes tantùm nonnullas Herodis posteri sub variis nomenclaturis rexerint; quarum ignoratio, ipsaque Herodis appellatio pluribus Principibus communis, Lectores admodum torquet, qui Josephum non consuluerunt. Quin & quorundam admirationem movet quòd Christus Auditores suos potiùs Hierosolymis & Iudæa profugere, quàm illuc ex vicinis regionibus confluere monuerit † *cum visuri essent urbem exercitibus cingi*; siquidem videtur verosimile omnem fugæ viam, saltem quoad ipsam urbem, ab hostilibus copiis præclusam iri. Verùm qui in rerum gestarum monumentis anidmavertit Romanas legiones, quibus præerat Gratus, subito & citra causam aliquam manifestam (ut perhibent idonei Scriptores) ab urbis mœnibus recessisse, mox autem reversas duce Tito ipsam vi cepisse; qui etiam apud Eusebium *lib. 3. cap. 5.* legerit Christianos Hierosolymitanos divinitùs admonitos occasionem descendæ urbis arripuisse, & sese ad Pellam oppidulum ultra Jordanem situm contulisse; quisquis, inquam, hæc expendat, non modo Servatorem non vanè ista præsignificasse agnoscat, sed etiam divinam præsciæ mentis vim admirabitur. Quemadmodum verò Historiam temporum, in quibus Antiquum Fœdus Literis consignatum est, difficile est ex ipso colligere; ita nec expectandum est, ut inde perfectam Israeliticæ Politicæ tum Civilis tum Ecclesiasticæ ideam, aut veram Sectarum omnium, dogmatum & rerum ad Religionem pertinentium rationem eruamus. Nihilominus sine horum notitia, fieri non potest quin multa videantur nobis obscura, quæ istorum seculorum hominibus satis erant perspicua & aperta. Equidem recentiorum Criticorum, qui Magistrorum Iudæorum prope B. Servatoris & S. Apostolorum ætatem degentium scripta gnaviter excusserunt, summa industria & solertia jam pridem claritatem & lucem conciliavit iis locis quæ antea spissa caligine jacebant involuta, propterea quod nonnulla ad particulares Sectas, Consuetudines, Parœmias, Placita, quæ inter ejus ætatis Iudæos obtinebant, spectantia continerent, quorum omnium notitiam Novi Fœderis Scriptores non exhibent.

† *Luc. 21. 20. 21.*

bent sed supponunt. Nec dubito quin propediem erunt, qui istius Literature face (quam alioquin parvi facerem, nisi S. Codicis elucidationi inferviret) tenebras etiamnum locis non paucis incumbentes discutient, simulque ostendent tum quàm immeritò nobis ejusmodi obscuritas displicuerit, tum quàm nimia fuerit de vero sensu eruendo asperitas & contentio. Nihilominus suspicari licet, annon aliquando factum sit ut Philologi celeberrimi Commentariis suis noctem verius quàm diem Pentateucho intulerint, propterea quod antiquorum Zabiorum Religionem ignorarint, quorum magica sacra & superstitiones ut evitarentur, credo contrarios ritus Judæis in Lege Cereimoniali fuisse imperatos. Et tamen de hisce Zabiis (צבײי Hebræis, ذاب Arabibus appellantur) alium apud notos Authores silentium, si Maimonidem (Magistrorum Antislitem) excipias, ex cujus scriptis vir in omni Antiquitate versatissimus D. Seldenus mihi tum colloquio tum eximio suo de Diis Syris Tractatu primum hujusce rei indicium fecit: mox apud alium authorem Syriacum reperi quod suspicionem faceret, eos quibus Zabiorum fides & ceremoniæ ignotæ sunt, Mosaicæ Legis vix luculentissimam explicationem ubique exhibere posse; sicuti pronum est credere ignorationem dogmatum & consuetudinum, quæ apud Gnosticos, Carpocraticos, horumque similes Hæreticos obtinuerunt, in causa esse ut nonnulla in Novo Instrumento, vel apertè vel obscurè ad sectas illas respicientia, aut perperam aut minùs dilucidè exponantur.

Tertiò, est quod meritò coniciatur, ex locis obscuris nonnullos ventura secula respicere, à quibus proculdubio plenius intelligentur; hancque aliam esse obscuritatis causam. Quippe quæ de Messia vel verbo vel typo præsignificata erant, Judæorum, qui circa aut non multò post seculum Mosis vixerunt, planè captum latuère: hæc tamen nobis Christianis Ortus Solis Justitiæ, quem præfigurabant, abundè elucidavit. Quanquam autem Templum illud Mysticum atque Civitas, quorum delineatio extat apud Ezechielem, necnon bona pars Apocalypseos, alique complures S. Codicis loci Prophetici etiamnum nobis reconditi sensus apparent, tamen satis clara videbuntur illis, quorum temporibus ex eventu (optimo obscuriorum Prophetiarum Interprete) explicandi reservantur. Enimverò observare licet quædam dilucidè prænuntiari, ut ii quorum interest, quid sit futurum, antea intelligant; contra alia verbis tectissimis prædici, non tam ut prædicta prius cognoscantur quàm evenerint, quàm ut manifestò constet à prædicente etiam fuisse prævisa. Cui convenit illud quod B. Servator Discipulis suis, postquam audivissent qualia subituri essent, † *Hæc*, ait, *locutus sum vobis, ut ubi venerit hora illa, memineritis eorum, nempe quod ego hæc dixerim vobis.*

Quartò, par erat ut Sacrosanctum Volumen aliqua contineret obscura, quo ab ejusmodi divinorum mysteriorum quæ jucunda sunt & utilia, quamvis non prorsus necessaria, noticia arcerentur ii, quibus operæ pretium non

B 3 videtur

videtur huic scientiæ laborem impendere: sicuti (quod suprâ notatum) quædam occulti & abditi sensûs esse debebant , ut piam scrutantium diligentiam provocarent, & pascerent.

Denique est ubi non tam in oratione, aut vocabulis in Sacra Pagina usurpatis, quàm in ipsius rei natura consistit obscuritas. Nam, ut nihil dicam de Vaticaniorum obscuritate, (quorum non exiguus occurrit numerus) multa, quæ lumine naturali citra revelationis opem cognoscibilia omnes agnoscunt, tamen aded nobis intellectu debiliori pollentibus sunt captu difficilia, ut etiam verbis quàm potest clarissimis tradita, adhuc plurimum habent obscuritatis. Enimvero in Philosophia Naturali, Loci ac Temporis Naturam, Motûs originem, & modum quo anima humana functiones suas obit, nulli Scriptores tam enucleatè proposuerunt, quin aliquid obscuritatis in iis rebus Lectorum sagaciorum inquisitio deprehendat. Quid mirum itaque illos S. Scripturæ locos caligine obsideri, qui de arcanis Dei Decretis, de *ἑὴν φεμὸς* S. Trinitatis Mysteriis, de Divini Verbi *ἐνανθρωπήσας*, de Spiritus Sancti in animam humanam influxu, aliisque id genus reconditis agunt, quæ ne ab humano intellectu difficulter capiuntur, ut humana verba efficiant expectandum non est; præsertim si primo impetu plenam eorum sententiam non affecti, inde ab ulteriori conatu nos deterreri patiamur. His autem utinam addi non posset, Interpretum quorundam Glossemata & Commentarios locis nonnullis tenebras pro luce offundere. Sunt enim acuti quidam ingenii homines, qui cum Metaphysicas subtilitates ad alicujus doctrinæ in S. Scripturis traditæ explicationem necessarias esse, aut ab ipsa deduci posse, seu proprio affectu seu Ecclesiæ aut hominis alicujus quem suspiciunt autoritate ducti existiment, ita locos obscuros (& nonnunquam etiam perspicuos) exponunt, ut non modò genuinam verborum sententiam, sed suas quoque subtiles speculationes & *πορίσματα* inde eliciant. Adeò ut quæ æquo & præjudiciis vacuo Lectori satis perspicua viderentur, jam premantur difficultatibus eorum judicio insuperabilibus, qui inter manifestam locorum mentem & subtilitates Metaphysicas, S. Scripturæ ab ingeniosis hisce hominibus attributas, non sat cautè distinguunt: etsi hæ sæpenumero vel adeò omni fundamento destitutæ sint, ut ad ejusmodi argutias excogitandas, multo, ad contemnendas, exiguo certè acumine opus sit; vel rursus adeò non intelligibiles, ut seridò expendenti suspicionem faciant, earum artifices aut non sentire aut non intelligere quæ loquuntur. Atque utinam argutiis hisce, quibus Scholastici juxta ac alii Scriptores doctrinam de Prædestinatione, SS. Trinitate, Spiritus Sancti in humanam voluntatem *ἐνεργεία*, & quibusdam aliis Religionis Christianæ mysteriis, involvunt, ipsis doctrinis non officerent, & impugnatores juvarent, imò excitarent. Nec immeritò verendum est ne subtilia commenta, quæ revelatæ de Dei Æternitate & Immensitate in S. Literis doctrinæ nonnullorum adfuit temeritas, Atheismo januam non parùm aperiant. Nam dum homines imprudenter & temerè Philosophica sua divinis immiscent; &

quasi

quasi in unam telam contextunt, quanquam speculationes illæ sæpe tales sunt, ut clarè intelligi, nedum demonstrari nequeant, fit ut à sagacioribus, qui unius partis vanitatem deprehendunt, tota doctrina ea de causa reiiciatur. Sed vereor ne è via nimium deflexerim. Statueram enim tantummodò innuere, obscuritatis rationem non tam in iis esse quæ à Scriptura dicuntur, quàm quæ ab ea dici quidam sibi aliisque eunt persuasum; nec non quod ad ea spectat quæ revera obscura sunt, siquidem id non aliunde provenit quàm ex materiæ profunditate & excellentia, prorsus ejusdem esse impudentiæ ea de causa styllum S. Paginæ reprehendere, & ejusdem Authori Deo succensere, quod nos duntaxat homines creaverit.

Hæc, quæ primò hominum generi, qui S. Literas obscuritatis accusant, responsionis loco opponuntur, facilè prævideo à secundo in sui excusationem, quòd in iis rarò versentur, pertrahi posse: adèd ut dicent, iis quæ adduximus obscuritatem S. Paginæ quidem defendi, sed dum eam vel necessariam vel consentaneam probamus, manifestò de ipsius obscuritate constare. Quare, hisce etiam aliquid reponendum est, qui & Scripturis & sibi injurii, quia omnia non licet, ideo nihil ex illis edificere conantur. Iamjam agnovi, nec hîc inficior, (quippe nec cœlum ipsum ubique stellis collucet) quædam in Scripturis contineri, quorum explicatio fortasse remotissima posterorum secula beabit, quædam etiam arcanissimæ mentis mysteria, non nisi suprema conflagrantis mundi luce collustranda.

Primò autem hîc notandum est: nequaquam esse intellectu necessaria quæ sunt difficilia. Enimverò in iis quæ ad salutem pertinent, & absolutè necessaria sunt, S. Scripturæ caligo se perinde habet ac olim tenebræ Ægyptiacæ, quæ Dei hostibus noctem intulere, populo nequaquam offecerunt. In hujusmodi articulis ^a *si opertum est Evangelium, itis qui pereunt opertum est; in quibus Deus hujus mundi excacavit mentes.* Aut saltem hisce illud Mosis Israëlitas alloquentis dictum bene accommodare licet: ^b *Præceptum, quod ego præcipio tibi hodie, occultum non est à te neque longinquum. Verum propinquum est tibi verbum hoc valde, & in ore tuo & in animo tuo ad faciendum illud.* Quinetiam cum S. Scripturæ proprium sit (uti ipsa testatur) ^c *illuminare oculos, & sapientiam afferre imperito, necnon in usum Universi populi Dei promulgata sit, cujus maxima pars literarum expertis ac rudis est, res ibi ea perspicuitate traduntur, qua opus erat ad assensum, qualem exigunt, impetrandum; quin piè ac sedulò legentibus, quatenus ab ipsis intelligi oporteat, faciles atque apertè sunt: unde hîc de difficultium perceptione non immeritò idem dici potest, quod olim unus è Patribus de S. Cœna, Non privatio, sed contemptus damnabit.* Nostrium est Scripturas diligenter scrutari, easdem (ubique) intelligere non item.

Iam verò, ut eorum quæ obscura sunt non est necessaria intelligentia, ita quorum sententiam à nobis percipi necesse est, eadem sunt dilucida ac liquida
atque

^a 2. Cor. 4. 3. 4. ^b Deut. 30. 11. 12. 13. 14. ^c Ps. 19. 7. 8.

atque itidem numero longè majori. Imò habet Scriptura Pharos suos, qui nobis ad cœlestes sedes præluceant, tametsi citra Telescopii opem quædam faces latentes minus conspici queant. Quare cum divina bonitate nostrę institutioni abundè provisum est, quorsum succenseamus, si in Libro non in nostros solùm usus destinato, eorum quoque cura habeatur qui sublimioris scientiæ capaces sunt; præsertim cum, nisi nobismet ipsi desimus, humilitas è locis obscurissimis, si nihil aliud, discatur.

Nec verò divinæ bonitati, quàm sapientiæ, minùs convenit eo modo Libros Sacros attemperare, ut sit tum in quo omnis generis Lectores industriam exerceant, tum in quo literatissimi cœlestem illuminationem implorare cogantur; adeò ut imbecillitatem nostram aliquando materię facilitas condonet, aliquando sublimitas exprobet. Certè est hoc in S. Scripturis laudandum, veriùs quàm vitio vertendum, quod veritates ibi patefactæ sese habent instar fluminis cujus lymphâ & agnus sitim restinguere, & Elephante se totum produere possit. Culpam illius pueruli indolem, qui solidiorem victum proveciori fratri paratum quereretur, propterea quod ipse nondum lacte nutrirî deserit. Et quemadmodum istiusmodi tenellus, ubi ad maturiores annos pervenisset, doleret si, ex priore voto, nihil firmioris alimenti quàm lac sibi apponeretur; ita ubi quis attenda & crebra S. Literarum lectione ultra Scientiæ quasi pueritiam profecerit, libenter eiusmodi arcanis exerceri mentis suæ aciem feret, de quorum sublimitate & difficultate antea conquestus fuerat. Quare, cum quicquid scitu necessarium, & vereor ne amplius quàm ediscere & in vitam ac mores transferre curamus, S. Scriptura infinitis prope locis summa perspicuitate exhibeat; non dedignabitur verus Christianus divino hoc alimento pasci, etsi plurima sibi etiamnum sint obscura; sicuti nec Iudæi olim agnum Paschalem comedere renuerunt, licet * *nulum ejusdem os confringendum erat.* Et profectò non ille mendicitate sua dignissimus esset, qui fodinæ ditissimæ quæstum recusaret, propterea quod omnes in toto terrarum orbe nondum detectæ sunt, aut Indicè nondum defecerint?

Porro ob hanc, quę obijcitur, obscuritatem, sacra Biblia hominum manibus immeritò excutiuntur; at attentè ea evolventibus continenter minuitur difficultas; quæ, instar caliginis, è longinquo spectantibus crassior apparet quàm iis qui per ipsam iter faciunt: quod nonnullis impigræ Pietatis hominibus feliciter compertum est, qui experienciâ sua deprehenderunt difficultatem; quę ipsos primùm deterruerat, non ad frustrationem industrię, sed in pœnam socordiæ fuisse comparatam.

Præterea, cum S. Scriptura sit optimus sui ipsius Interpres, eorum locorum ignorantia, quorum sententiam requirimus, sæpe fit ex accidenti ut cæterorum omnium mentem plenius & perfectius intelligamus, nec non eosdem ad usus nostros pertrahere paratiores simus: adeò ut hîc etiam idem contin-

gat,

* Exod. 12. 46.

gat, quod de Rustico quodam morituro Fabula refert; nempe hic filiis suis ingentem thesaurum, à se alicubi in vinea sua defossam, significans, eos tanto ardore lucri inflammavit, ut solùm enixissimo labore defoderent, & proinde laxata circa vitium radices terra, thesaurum, non quidem aureum, sed ex vini mercimonio opulentum adepti sunt. Nam obscuriora, eorum quæ perspicua sunt luce, percipere sperantes, hac occasione in clarioribus promptè intelligendis tantopere proficimus, ut hoc nomine dignum operâ fructum reportemus, tametsi aliàs non evadamus voti compotes: siquidem ejusmodi conatibus particularibus excidere, nihil officit primario scopo, promovendi in rerum spiritualium notitia; ideoque animum despondere non debemus, nec ab ejusmodi cœptis desistere, ubi & pro felicitate est aliquid retegere, atque etiam pulchrè audere fructuosum, quascunque sit eventus, labore nunquam irritò, sed vel finem destinatum vel mercedem consequente. Quod mihi in mentem suggerit, S. Scripturam non tantùm eodem modo prodesse quo alii Libri Theologici; sed etiam hinc animam aciem juvare posse, quòd sit scientiæ æquè ac Gratiæ instrumentum, ab illo, illuditionis nostræ causa datum, qui, ut Peccatum, homine ad Diaboli verba auscultante, in mundum intravit, ita mediante præcipuè Verbi sui audicione amissam gratiam renovare dignatur. Quare qui hoc summo beneficio ad diligentem Scripturarum lectionem extimulantur, idem mentibus suis præstant quod olim accolæ Genezareth^a Popularibus suis infirmis & valetudinariis, quos ad pedes D. Jesu advolverunt, quo sanitatem reciperent. Dicitur est de uno ex obscurissimis S. Voluminis membris, ^b *Beatus qui legit & beati qui audiunt verba Prophetiæ hujus.* Eunuchus ille, de quo mentio est in Actorum Apostolicorum historia, ^c etiam in via publica Prophetam *Isaiam*, legendum desumpserat; & quanquam (ut innuit quæstio à *Philippo* proposita) tum temporis eorum quæ legeret sententiam non perciperet, tamen Spiritui Sancto inde non opportunum modò sed & æquum fortasse videbatur Christum illi patefacere, nec non vaticinii illius sententiam aperire, simulque recentem ac felicem impletionem ostendere. Et profecto, si modò veritatum excellentissimarum notitiam æquè ac divina charismata mediante sacro Codice, tanquam canali quodam, ad nos summi Numinis munere derivari reputaremus, quanto cum ardore Sacrarum Literarum studio operam navaremus? Quanta cum delectatione in ipsis versaremur? Nam ut nullum instrumentum infirmum est in manu Omnipotentis; ita nulla auspiciosa via est, quam quæ, ab omnisciente Deo præscripta, inde cœlestis favoris aura secundabitur. Quod ipse Deus instituit, meritò expectemus præsentissima benedictione comitatum iri; siquidem pro certo novimus, eum ^d *concessurum esse nobis quicquid secundum voluntatem ipsius petierimus*; nec ille quicquam rogari malit, quàm ut Librum illum ritè intelligamus, in quo ipsius voluntas continetur.

C

Jam

^a Marc. 6. 56. ^b Apoc. 1. 3. ^c Act. 13. 30. ^d 1. Joh. 5. 14.

Jam ut difficultate à Scripturarum scrutinio deterreamur minimè consentaneum est; siquidem ubi Deus difficillima imperat; certissimè fidelis persuasum habere debet sibi vires non defuturas unde ea gratè, utut minùs perfectè, exequi valeat; id quod S. *Petrus* *Ἐπιρωτικῆς* (ut ita dicam) satis intellexisse videtur, re autem nequaquam præstitit, dum quo marinis fluctibus tuto superambulare posset, B. Servatorem tantummodo rogat ^a ut ipsum ad se accedere juberet. Idem profectò Biblia sacra inter cætera volumina, quod inter Lapidés *Adamas*, nempe quos splendore & pretio longè antecellit, lucem eximiè spargit, & tamen maxima firmitate gaudet, & aliis in rebus facillimè impressiones signat: verùm etiamsi Dei proposito æquè essent incongrua, ac jam accommodatissima sunt, tamen reputarem ^b lutum sputo temperatum à B. Servatore ad tollendam cæcitatem feliciter adhibitum; & quanquam S. *Pagine* alios libros pios aut morales quodammodo pares censerem, nihilominus Dei instituentis authoritate motus libentiùs eidem evolvendæ operam darem, memor magnatè illum Syrum lepra squallentem, ^c *Abana* & *Parphar*, duos *Damasci* fluvios, adversus morbum suum non minùs profuturos quàm *Jordanem*, perperam existimasse, necnon ineptè credidisse non posse mandatum atque institutum inter ea discrimen facere, quæ aliunde nihil discriminis noverunt.

Non me latet quosdam probos & pios libentiùs in libris aliis religionis quàm in S. Codice versari, proptereà quòd hic obscura habeat clarioribus passim interjecta, illi præteritis rebus magis arduis & abditis majorem fructum spondere videantur. Nihilominus non dubitabo affirmare, quòd quemadmodum Luna maculis suis distincta copiosiorè fulgorem diffundit quàm sinceræ stellarum faces, quas nulla labes offuscat; ita quoque S. Volumen, utcunq; caligine obductum, plùs tamen luminis Christiano homine ac Theologo suppeditare, quàm luculentissima & planissima aliorum Authorum scripta.

Ut verbo dicam, quandoquidem S. Scriptura & per se idoneum & à Deo ordinatum sit revelandæ veritatis instrumentum, necnon multa perspicua contineat, quæ vulgaris ingenii homines discant, ac denique obscuriores ipsius loci majori acumine pollentibus exercendæ vel solertiæ vel humilitatis materiam præbeant, non video cur quarundam partium difficultate Pius aliquis à totius lectione deterreatur. Et quemadmodum Verbum Dei ^d *Lumen* appellatur, ita hanc habet ejusdem proprietatem, quod & ejus beneficio idiotis, nisi oculos præfractè obfirmet, gressus suos dirigere licet, & secretiora ejus mysteria acutiorem Philosophorum aciem exercent, si non & vincant atque percillant. Quippe è Scriptura tum ignari quicquid scitu necessarium est ediscere, tum doctiores se ignaros esse intelligere possunt.

^a *Mat.* 14. 28. ^b *Ioh.* 9. 6. ^c *2. Reg.* 5. 12. ^d *Pf.* 119. v. 105 & *Prov.* 6. 13.

*Objeſtio Secunda.*¹

Jam ſecundo loco Stylus S. Scripturæ reprehenditur; eſtque accuſationis caput, quod turbatam atque diſjunctam methodum habere videatur. Hoc ſi tanquam verum conſideretur, reſponderi tamen poſſet Librum Gratia hæc in parte Libro Naturæ ſimilem eſſe, in quo nempe ſydera (utcumque Aſtronomorum ingenio in conſtellationes diſpoſita) vix accuratiùs aut meliori ordine collocata ſunt, quàm S. Paginae membra : Deinde, ubi è ſorum multitudine nulli non ſunt pulcherrimi, parum referre quo ordine in faſciculum compingantur ; ac denique non fuiſſe divinæ Majæſtatis ad methodi leges ſeſe alligare, quas utique humiles & anguſti mortalium conceptus deſiderant, illius cogitationes vel ut improprias vel indignas reſpuunt, qui meritò apud Prophetam profiteretur, * *Ut cæli alti ſunt ſupra terram, ita alta ſunt cogitationes mea ſupra cogitationes veſtras* : Quinimo, ut ambra grifea & moſchus ſuaviùs mixta redolent quàm ſeorſim, & ſicuti in medicamentis compoſitis (cujuſmodi ſunt Michridatium & Theriaca) ſimplicium miſtura Electuario potentiorem virtutem tribuit, quàm quæ in Pharmacia ſingulis reſidebat : ſimiliter in diſciplina morali, & Divina, Præcepti & exempli complicationem, ſermonis dilucidi & myſtici miſcelam plus ponderis habituram, quàm ea ſeparatim haberent. Certè protervitatis eum accuſaremus, quò oblatam pecuniæ ſummam recuſaret propterea quod ſemiaurei, ſolidi, & minoris commatis numiſmata non in diſtinctos cumulos ſegregarentur, ſed in unum acervum promiſcuè confunderentur. Hiſce plura addi poſſent, ſi Scripturarum ſeries prout obijcitur, methodo careret. Verùm ſic ſe res habet ; S. Literarum methodus non eſt quidem ſcholæſtica & delicata ; congruatamen, & eximia, (ſi de methodi excellentia non tam ex ſectionum ordinæ quàm ex ſerie Authoris inſtituto congruenti judicandum ſit,) nec unquam, niſi juſtis de cauſis aut myſticum aliquem ob ſinem, interrupta ; ſiquidem rarò vel naturæ leges in hac rerum Univerſitate, aut ordinis in S. Literarum compage, niſi in hominum documentum immutantur. Si quid in rerum narrationibus loco non ſuo tradatur, id certis de cauſis fit, quas plerumque Expoſitores curant explicandas ; & quod attinet crebras (ac nonnunquam prolixas) excuſiones, quas in Epistoſis D. Pauli nonnulli improbant, ſi Scriptor fuiſſet merè humanus, fortàſſe exiſtimarem eum non tam imperitia quàm copiâ laborare, idemque à calamo ipſius fieri quod à generoſis Equis ſolet, qui licèt optimè equeſtri arte formati & ſubaſti tamen è tramite ſubinde exiliunt, idque non tam ob diſciplinæ vitium quàm ſpiritus admodum acres & vividos. Verùm cum aliter de D. Paulo ſentiam, potiùs dixerim, Ut Flumina verſùs mare properare dicuntur, tamenſi montium aut aliorum obicium interjectu ipſorum curſus in varios mæandros deſlectatur, aded

ut Oceanum fugere nonnunquam videantur ad quem tamen aliarum aquarum accessione jam auctiores, postquam in intermediis terras fertili humore irrigaverint, intermissum iter denuò urgent: ita Apostolus primario scopo suo intentus, ab eodem non recedens, sed instituto suo congruenter (nam & hinc aliquando Proverbii nostratis veritas constat, Longiorem circuitum cedere in viâ compendium) ipsum tantisper desituere videtur, ut objectioni vel manifestæ occurrat, vel tacitam occupet, ac denuò rem propositam acriùs prof. quatur, scripturis quibuscunque è medio sublatis, nec non argumentis illis quæ obiter tractat feliciter elucidatis. His accedit, quòd in D. Pauli aliorumque θεολογῶν Scriptis, quoniam ad Spiritus Sancti in scribendo consilium non satis attendimus, methodus nobis neglectior apparet. Quippe in Historicis S. Codicis partibus, quoties ordo temporis non servatur, ἡ ἀκολουθία illa, πορολήψεις, ἐπ' ἀνδρῶν cæteraque ὑπερβλάτα sæpe tantùm ob aliquam materig connexionem adhibeantur, & ut omnia ad eandem narrationem per inentia continuo filo absolvantur, aut quæ, non quidem tempore sed alia aliqua circumstantia, finitima sunt, simul colligantur. *Interdum* etiam inseruntur nonnulla, quæ ut primâ facie ἀποσπασμένα videantur, tamen alicui auctoris proposito satis appositè congruunt, & legentibus eximia documenta ac monita exhibent. *Interdum* verò ubi Cohærentiâ minùs accurata observatur, facilis est medela, si verba Hebraïca (& Græcorum Aoristi) loco Præteriti per Plusquam perfectum redduntur; aut vocabula aliqua alia variatione grammatica immutentur, quod Hebraïcè docti satis norunt illi linguæ proprium & familiare esse cui Modi nonnulli & Tempora &c. desunt, quibus utuntur Occidentales. Quid quod ea quæ à re aliena videntur *interdum* ad præcavendam erroneam ejus loci applicationem destinata fuerint, quàm fieri potuisse, licèt nobis non ubique constet, omniscius Author præviderit; unde non pro alienis habenda sunt, quæ vel scrupulos opprimunt vel erroris occasionem summovent. Nec omittendum est, quòd *interdum* Prophetæ, dum populo Dei vel beneficia pollicentur vel pœnas denuntiant, in medio sermonis cursu prorumpunt in patheticum aliquod de Messia varicinium; quòd admodum ἐκπρὸς τοῦ ἐλαίου iis videtur, qui non animadvertunt, quàm opportuna de Christo mentio sit, tum ubi de Divina Misericordia agitur, cuius ille & fundamentum & apex est, (cujus promissio fideles hoc modo cum Apostolo argumentari docuit, ^a *Is qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non etiam cum eo nobis omnia gratificabitur?*) tum ubi judicia Dei denunciantur, in quibus populo suo ille maximo erat solatio. *Interdum* autem ὁ διδάσκαλος ^b Magister ille & ^c animarum nostrarum Episcopus, qui, quòd in Episcopo D. Paulus requirebat, ^d erat præstantissimo modo διδάσκαλος, cum aptus tum facilis ad docendum, à vocabulo aut sententiola aliqua, etsi à re de qua loqui cœperat non prorsus alienâ, occasionem arripit ut teriora monita, per modum diverticuli, proponendi; quòd, utcunque

primario

primario argumento convenienter factum sit, certè offendit, fuisse in eo voluntatem docendi mortales benignissimam. Jam verò Scriptores *θεολογοι* non modò incohærentia, sed & repugnantia interdum, imò sæpenumero, locuti videntur; (imprimis autem D. Paulus, in cujus Epistolis iidem homines videntur & laudari & reprehendi.) Atqui cum ad homines non unius generis sermonem haberent, coenatibus eodem loci bonis æque ac malis, Hæreticis (quorum insigniores Gnostici) æquè ac Christianis Orthodoxis, (sicuri Noachus ac Chamus in Arca, & Zizania cum tritico in *agro Dominico*) placuit eo modo orationem accommodari, ut utrique in iis quæ generaliter tradita erant, aliquid invenirent quod sibi propriè conveniret. relicta, ut par erat, penes ipsorum conscientias applicandi potestate. Ve ùm accidit *interdum* ut ob parenthesis, vel omissam vel perperam collocatam, orationis ordo in S. Instrumentis multum turbatus aut læsus fuerit. Quippe cum Exemplaria Hebraïca, atque etiam Græca, primæva (uti creditur) iisdem profus carerent. Librarii & Editores, prout ipsis commodissimum videbatur, parentheses interseruerunt; in quo non eadem ab omnibus servata est ratio, dum hi ea semicirculis includunt, quæ illi à reliquis non divellunt; hi prolixas parentheses statuunt, ubi illi omnino nullas; fortasse autem nullorum tam felix fuit industria, quin multa immutanda ac corrigenda supersint. Denique incuriosior methodus N. Fœderis (ut nihil hîc statuam de Accentuum antiquitate (quæ certè permagna est) & autoritate, uti nec de Veteris in partes distributione; quoniam de ea re etiamnum ambigunt Philologorum eruditissimi) incommodæ Capitulorum & Versiculorum divisioni *interdum* debetur; quæ etsi memoriæ plurimum inserviat, & aliunde utilis sit; tamen cum non sit auctore suo *Stephano* vetustior, adeoque privata autoritate uti & festinanter facta fuerit, fortasse non erit in virum de cœlesti doctrina optimè meritum contumelia, si dixerò eum bene unita aliquando divisisse, & contrà conjunxisse ea quæ convenientiùs separasset, nec non quod ille pulchrè conatus est, in priorum N. Testamenti Partitionum immutatione (de iis enim non de Punctatione loquor) pariter etiam licere viris doctis sub incudem denuò revocare, ac quod ab illo immutatum est, ubi ad sensus aut methodi commoditatem expediat, immutare. Quæ nonnulli Interpretes ac Theologi iudicio excellentes (quos utinam majore det numero Deus) ad S. Scripturam Analyticè commentati sunt, satis ostendunt ipsam ad ordinem perspicuum redigi posse; & methodi legibus conformem esse, ubi eas divisiò aliqua non transcendat. Hic autem non magni negotii esset adductis exemplis ostendere, quod, ut stella septentrionalis, licet multis aliis lucis claritate concedat, tamen situs ratione certius quàm vel ipsa Luna navigantium cursum dirigit; ita quoque quædam sunt in S. Codice, quæ per se minùs conspicua, ob contextum tamen clarioribus utilitate præstant, quibus alicui minùs insignes forent, nisi pretium ex loco accederet.

Objectio Tertia.

Exceptioni quæ methodum in S. Scripturis desiderari queritur, finitima est eorum qui eam rarò coherentem esse dicunt & vix unquam argumentis ad probationem uti. Et sanè dolui aliquando, etiam pios lectores de S. Codice non aliter sentire, quàm ut sententiarum & Pronuntiatorum penu five armamentario, in quo divina documenta, nullo ordine congesta jacent, necnon, quod *Nero* de oratione *Senecæ* dixit, eam *Arenam esse sine calce*, hoc de S. Textu pronuntiare vix dubitasse. Verùm prudenti atque attento Lectori facilè liquet, Prophetas & Apostolos frequenter ratiocinari, ac alia ex aliis colligere; nec minùs ponderis habere argumenta ab illis usurpata, licèt juxta Modos & Figuras Dialecticorum non efformata, quàm eorum rationes qui syllogismos contexunt in *Barbara*. Equidem duos illos Authores crebrò in manibus habeo, & certè, me judice, *D. Paulus* æquè firmiter & acutè disputat atque ipse *Aristoteles*. Quid quod juxta *Davidis* discursum, * *Plantator auris, an non audiat? aut formator oculi annon intueatur? qui docet homines scientiam annon agnosceret?* Necessè est ut magnus ille Rationis author & dispensator eadem non minùs dextrè uti norit, quàm ii quibus aliunde communicata est, quique irrogatis à lucido illo sole radiis emicant, qui revera est † *Pater Luminum, à quo omnis donatio bona, & omne integrum donum descendit*. Sed ut quædam particularia indigemus, notandum.

1. Illationes S. Scripturæ non animadverti, aut perperam intelligi, propterea quòd figurativum illud & (aliquando) abruptum argumentandi genus, Orientalibus usitatum, nobis non satis innotescit: quippe solebant in argumentationibus suis multa suppressere, ab illo quocumque discebant facilè colligenda; Regulis Dialecticis, quales Europæis in usu sunt, nullus apud illos locus; id quòd probè norunt qui in illorum Scriptis versantur.

2. Apparent in complurium ratiocinationum incoherentiam omninò proficisci à particularum Hebraicarum mala interpretatione, imprimis autem conjunctionis *Vau* seu *Vaf*; (nam de pronuntiatione ipsius Iudæi non consentiunt, qui sanè, ut h'c semel moncam, fatentur se in linguæ suæ pronuntiatione, non à Christianis modò, sed etiam inter se plurimùm discrepare:) quippe ex particulis illis vix unam reperias quæ vario significato non gaudeat; quòd si ubique eo sensu acciperentur qui ad mentem loci esset accommodatissimus, in quo non exiguo judicio opus est, certè ratiocinatio & coherentia multò luculentior appareret, quàm solet in Versionibus & Expositorum Commentariis. Enimverò dum recolo particulam *Vaf* aliquot millenis vicibus in S. Libris occurrere, nec tantum (etsi quidem primario) Latinorum copulativæ ET respondere, sed insuper quatuor aut quinque supra viginti significationes (& modestè loquor) obtinere, v.c. *Quòd, Sed, Aut, Sic,*

* Pf. 94. 9. 10. † Luc. 1. 17.

Sic, Quando, Quare, Tamen, Tunc, Quoniam, Nunc, Velut, Quamvis, &c.) hancque acceptionum varietatem ex locorum sensu pendere, inducor ut credam, hujusce unius Particulæ idoneam interpretationem non paucis locis & lucem & pretium conciliaturam, si modo ubi eadem ratio (nempe commodior sensus) exigit, eadem semper reddendi libertate uteremur.

3. Interdum (ac præsertim in *Salomonis* ac *D. Pauli* Scriptis) oratio ita formatur, ut Colloquii seu Dialogi speciem occultè contineat; hæc autem Lectores, atque etiam Interpretes minùs cauti, id pro argumento aut Assertionem habent, quod revera non est aliud quàm Objectio. Ex quo errore magnam in dissertationis structura confusionem necessariò oriri, nemo Dialecticà tantillum imbutus non intelligit.

4. Ex omissis vel malè collocatis *ερωτησεις* notis (quas, quoniam Hebrææ veritati desunt, Interpretes pro arbitrio apposuerunt) it ut S. Pagina minùs ratiocinari sæpenumero videatur, uti etiam (quod supra innuimus) methodi imperfectione laborare. Idem quoque de notis Interrogationis intellectum velim. Nam verum sit necne, in Exemplaribus Novi Fœderis Originalibus nullas fuisse, quod Critici arbitrantur, (& sanè in MSS. quæ ego unquam vidi vetustissimis neutiquam repertæ sunt) hoc certum est eos qui Editiones recentiores procurarunt Græco Textui, æquè ac Versionibus, hujusmodi signa prout ipsis videbatur inseruisse. Quin tametsi loco signi Interrogativi Hebræi particulam suam *He* usurpent; nihilominus verborum sensu & certa vocis modulatione interrogationem sæpe fieri posse, etiam ubi abest illa vocula, nequit esse ignotum Linguæ Sanctæ peritis, uti nec Dialecticà imbutis interrogationem non semper in sacris Literis commodissimè suppleri.

5. Apostolos, ceterosque in Opere Biblico differentes, argumenta sæpe non tam ad refutationem adversariorum quàm fidelium confirmationem afferre. Nam cum ab iis quibuscum agunt nonnunquam doctores divinitus missi existimentur, eoque certissimam fidem doctrina quam tradunt mereatur, quidni ejusmodi rationes adhibeant, quæ homines religionis principia dudum amplexos, deque ipsorum fide, cognitione, & authoritate persuasissimos confirmare valeant, licèt eadem convincendæ incredulorum pertinaciæ pariter non inserviant? Enimvèò quemadmodum Gymnasiorum Rectores, dum discipulos suos instituunt, sæpe argumenta adducunt quæ adversus Antagonistam solennem convenientius præterirent; ita cum Apostolis negotium esset cum ejusmodi hominibus, quibus *θεωματα* & mysteriorum S. Codicis & consiliorum Dei peritissimi habebantur, licuit ipsis à doctrina quam primi tradiderant, aut à S. Codicis loco, cujus mentem & scopum penitus quàm quivis alii intelligere, ac ubique summa fide agere crederentur, illationes etià contra infideles non æquè validas elicere.

6. Argumenta exquisita & *δηωδεντιμα* sæpe in ejusmodi sermonibus locum non habuisse, qui ad populum habiti popularem ratiocinandi modum desiderabant,

rabant, & hoc sanè ad fructum consultius iudicabant, quàm difficilia artis Logicæ constructari, nisi à Logico non intelligenda. Vbi docere ac persuadere consilium est, non tantùm ratiocinationis vis simpliciter consideranda est, sed providendum ut sit captui discipulorum accommodata, & ad permovendos animos, cum primis idonea. Quippe sicuti muscæ facilius ab araneo quàm ab accipitre, & mures à fele quàm à cane venatico capiuntur, tametsi hi viibus & velocitate præcellant; & quemadmodum Leones citius Gallis cantus in fugam concitit (ut perhibent naturæ consulti) quàm Taurorum mugitus, etiam horribilior hic sit & animalis magis formidandi sonus; similiter argumenta invalidiora & vulgaria sæpe plùs possunt apud Auditores plebeios, quàm syllogismi maximè irrefragabiles.

7. Rationes, quæ in Scripturis afferuntur, sæpe rem validè non probare, cujus gratia adductæ sunt, quoniam ex eorum genere existunt quæ Logici appellant *Argumenta ad Hominem*; (quibus sententiæ alicujus veritas non simpliciter demonstratur, sed tantùm quoad homines quibuscum agitur evincitur) unde cum doctrinæ cœlestis myllæ à Principiis agnitis & concessis procedant, ut Principia minùs solida fuerint, tamen satis firma est argumentatio. Hinc quidam Veteris Instrumenti loci in Novo de Christo expositi, tametsi contra hodiernos *Judeos* apertè non facerent, nihilominùs adversùs eorum Majores rectè adhibiti fuissent; siquidem eos ad Messiam spectare adeò passim erat in confesso, ut nihil ultra opus esset quàm eisdem in Novo Fœdere ritè applicare: Verum posteriorum Judæorum pervicacia multa κρησιόγνητα & eludendi eorum locorum vim technas excogitarunt, adeò ut jam non modò applicationem sed etiam explicationem in dubium vocent. D. *Indus* contra sui temporis pervicaces disputat ex Historia *Michaelis* Archangeli & Diaboli de *Mosis* cadavere altercantium; quamvis autem historia illa (non secus quàm liber Iudaicus ex quo desumptus non citra rationem existimatur) in Apocryphorum classe habeatur, tamen donec apud ipsos fidem & reverentiam inveniret, non erat inconsentaneum eandem ad ipsorum ferociam rep. imendam adhibere. Equidem nihil vento levius, nihil inconstantius; hunc tamen Navium gubernatores diligenter observant, ejusq; beneficio cursum suum fortiùs promovent, quàm si machinam quamvis exquisitissimi artificii ad idem opus adhiberent: similiter quamvis opinionibus ac placitis vulgaribus nihil infirmius & mobilius, tamen eas prudens mystagogus non insuper habet, sed inde argumenta elicit accuratissimis Logicorum syllogismis validiora. Et profectò cum argumentatio illa optimè procedat, in qua ejusmodi media adhibentur, quæ utriusque partis consensu firmata sunt, non modò *Socrates* in Dialogis *Platonis*, sed prudentes fere quique discipulatores illationes ab opinionibus & concessionibus eorum, quibuscum sermocinabantur elicere prætulerunt, tanquam ad animos seducendos & fructum optatum consequendum plurimùm momenti habituras. Quibus omnibus adjungere libet.

8. S. Codicis ratiocinationem (ac proinde quorundam locorum rationem & mentem) inde obscurari, quòd inter diversas, licèt non pariter apertas, ambiguum vocabulorum ac locutionum significaciones, Theologi ad Contextum & Scriptoris scopum non ubique sat fideliter attendunt. Dolendum sanè est homines cujuscunque Religionis, voces ac phrasiologiam S. Textus audacter nimis interpretari (imò ubi ère ipsorum fu rit, torquere ac pervertere) quatenus mihi observare licuit, ut scilicet minùs solita sententia suis ipsorum placitis suffragetur; sed hoc mali caput est, quòd receptissimum sensum refugiant, quòd loci ejusmodi potiùs ipsorum opinionibus quàm reliquæ sermonis seriei congruant, ac consentiant. Meliori fide agerent, me judice, si ubi loco communioris significacionis alia minùs recepta substituenda est, (uti sæpenumero expedit) curarent ut inde S. Script. magis cohærens & argumentativa red Jeretur; ac postea, quòd ad opiniones spectat, eas potiùs ad sensum Scripturæ accommodarent, quàm hujus verba ad illarum confirmationem vi & quasi obtorto collo adigerent. Verùm fortasse hac interpretationis simplicitate multarum controversiarum fomes extingueretur, (quarum aliæ nullo fun lamento nixæ, aliæ nullum exitum habituræ apparent) nec ampliùs in pervicacibus hominum animis locum invenirent; inter quos vereor ne sint qui, flagrante discordia rum ferocia mallent S. Paginæ subtrahi saxa quæ in Adversarios contorqueant, quàm eam in structuram erigi, unde hac commoditate priventur, (siquidem saxa è medio ædificio difficulter evelluntur) etiam si ipsa Ratio sit Architecta & primaria operis ministra.

Cæterùm ut vitiligatores hœc res suas sibi habere permittamus, repetendum denuò est id quòd suprà attigimus, nempe Scripturæ obesse quòd non pro uno corpore sive systemate habeatur. Alii libri panno assimilari possunt, ex cujus lacinia de toto judicatur; at S. Biblia pulcherrimis Aulæis sive Tapetibus simillima dixerim, in quibus nempe colorum luciditas in & telæ præstantiam ex particulâ cognoscas, at ea nisi toto expansa ambitu, atque uno obtutu conspecta pretio suo non æstimaveris.

Ista, *Theophile*, è multis aliis contra illos pro S. Scriptura adduci possunt, qui eam sententiarum temerè & immethodicè congestarum collectionem (dicam, an farraginem?) arbitrantur. Verùm ne quid partiam studio datum suspiceris, non dissimulabo reperiri nonnulla in Sacrarum Literarum œconomia, quæ rationis meæ vires non satis assequantur; & quorum explicatione vix quicquam ardentius cupio aut libentius amplecterer. Nihilominus dum recolo, quàm multa mihi olim incoherencia visa jam myltico quidem, sed arctissimo nexu, conjuncta apparent; dum Scripturarum Authorem ac multiplicem finem cogito, denique dum mente concipio quam accuratam symmetriam (etsi mihi nondum intellectam) Omniscientia in Sacrorum Eloquiorum methòdo percipit, & posteriora secula, uti verisimile est, deprehendent, tametsi hætenus mihi de ea hebetior acies laboret; jam

gestientem impetum animi compesco, qui cuncta Omniscientiæ consilia arcaniora nimis audacter exquirat, aut de mediis ad fines ignotos aptitudine judicare satagit; jam œconomia illa videretur prudentissima, quam Sapientia infinita, adeoque omnium mediorum scientissima, necnon omni præjudicio vacua, ac proinde aptissima semper eligens, instituerit. Nec tacendum est, fieri non posse, quin ejusmodi homines qui singulorum tantum librorum aut sectionum particularium sententiam expendunt, indignius quam oporteat de S. Codice censeant. Quippe veluti partes venusti vultus, nempe vividam oculorum vitam, nasum decore surgentem, & labiorum pulchellam rubedinem laudat, qui sigillatim intuetur; at certè justam istiusmodi faciei pulchritudinem nunquam capiet, nisi totam simul intueatur: ita quoque nulla non pagina S. Scripturæ, nulla non particula seorsim ac per se cœlestis suæ Originis indicium luculentum præbet; tamen quisquis totum Librorum Canonorum corpus, quod Biblia appellamus, attentè perlustraverit, & ipsos inter se collatione locorum facta comparaverit, connexionem ac dispositionem adedò admirabilem percipiet, ut planissimè constitutum sit ejusdem sapientissimi Authoris esse & Librum illum Gratia, & hoc, quod stupendo artificio fabricatum videmus, immensum Naturæ Volumen. Enimverò Libri S. Scripturæ sese mutuò explicant & illustrent. In nonnullis rebus. Libri Geneseos & Apocalypseos suppleant vicem reciproci commentarii; (quemadmodum in Trigonometria latus & angulus maximè distans sese mutuò notificant;) & sicuti in pyxide nautica, acus magneticæ extremitas, quæ Septentrionem directè respicit, tamen eadem opera Orientalem plagam æquè ac Occidentalem utcumque ab ipso & à se invicem remotis, indicat: ita etiam nonnulli Scripturæ loci nos in aliorum intelligentiam ducunt, à quibus non modò situ, sed etiam sensu, latissimè disjuncti videntur. Equidem & pium & jucundum est observare, ut Sacri Scriptores identidem suppleant, quæ alii ex ipsis silentio præterierant, (quod imprimis in Genealogia *θεων Γενεωγων* à quatuor Evangelistis tradita apparet) prout dignatus est Deus mysteria veritatis suæ diversis temporibus Ecclesiæ aperire & communicare; (cui à principio indulsit tantum * *lucernam in loco obscuro splendentem, usque dum dies illucesceret*; & cui mutua ejusmodi elucidationes ac tacita relationes testatum faciunt Omniscii Numina manus scribentium calamos rexisse, hosque omnes, qui pro Authoribus habentur, quæ unus idemque Deus singulis dictaverat, literis tanquam Amanuenses consignasset) necnon ejusmodi consensum inter Scriptores, tot seculis & regionibus disjunctos, animadvertere, ut quæ uspiam dissona videntur, ea tantum Scriptorum fidem & incorruptam sinceritatem arguant. Certè quod ad me spectat, non dissimulabo, *Theophile*, S. Codicem & doctissimos ipsius Interpretes à me peculiari quodam consilio & animi dispositione legi. Non huc accedo ut argumenta præconceptis placitis propugnandis, aut adversariis profigandis, inde vel expromam vel

ipso

ipse saltem mihi effingam; minùs tutum ratus opiniones meas ad Scripturam confirmandas aliunde afferre, quam eas ex ipsa haurire. Et quæquam quæ ad doctrinam illius Ecclesiæ, cui nomen præcipuè dedi, stabilendam manifestò faciunt, negligere non soleo: attamen non tam id ago, ut subtilia glossæmata aut consequentias inde colligam, quibus controversiæ inter Christianos invicem agitata muniantur; quàm ut ea observem, quæ S. Literarum & Christianæ fidei æstimationem ac pretium mihi ipsi adaugeant; & ut ea reperiam, quæ majestatem atque excellentiam Deo dignam, solique competentem referant; denique ut ejusmodi observationes faciam, quæ mihi in S. Codice illam *πολυπρόσωπον σοφίαν τοῦ Θεοῦ* ^a *multiformem sapientiam Dei* aperiant, quam etiam Angeli ex Ecclesia addiscunt. Hæc sunt, fateor, quæ (quoad Theologiam speculativam) libentissimè consector, & imprimis amplector in quorumlibet Theologorum scriptis, qui modò S. Literarum auctoritatem agnoscunt: (nam mihi hac in parte cujuscunque Sectæ Interpretes pene ex æquo gratificantur.) Quippe vix puto ullius laboris pœnitendum esse, qui mihi Magnam illam Veritatem confirmatorem reddat, Scripturam esse Verbum Dei; in hoc enim totius Religionis Cardo versatur, & quicumque Articuli pro fundamentalibus habentur, potiùs ex hoc, si modò veri sunt, deducuntur, quàm hoc ex illis. Ut verbo dicam, ad Scripturam me confero, non tanquam ad armamentarium, ex quo tela ad hujusce partis defensionem aut illius profligationem promantur; sed tanquam ad Templum aliquod eximium, in quo cum voluptate expatior, quo structuræ Pulchritudinem, Symmetriam ac Magnificentiam contempler, & summam Numinis Majestatem, quæ ibi præsentissima est, submississimo devotæ mentis obsequio venerer ac colam.

Objectio Quarta.

Quandoquidem, ut docet Apostolus Gentium, ^b *Tota Scriptura* (ita enim mihi *πᾶσα γραφή* reddenda videtur, propterea quod sequitur) ^b *est διδακτικός, divinius inspirata, & utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem in justitia; Ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum perfectè instructus*, necnon Apostolus Circumcisionis nobis confirmat, ^c *Quod libitum hominis non allata est olim Prophetia; sed acti à Spiritu Sancto locuti sunt sancti illi Dei homines*; nullo modo credendum est à divinis Amanuensis, (quorum plerosque Prophetiæ aut Miraculorum dona conspicuos reddiderunt, quosque omnes supremi Numinis auspicia & ductus regebant,) quicquam Ecclesiæ proponi & solenniter tradi potuisse, quod futile aut alienum haberi mereretur. Inventi tamen sunt homines, certè audaciâ ac temeritate, quàm eruditione ac judicio insigniores, qui complures Scripturæ locos hoc nomine suggillarunt. Atqui dubitandum non est, quin Deus ille, qui

D 2 olim

^a Eph. 3. 10. b 2. Tim. 3. 15. 16. c 2. Pet. 1. 21.

olim de Tabernaculi fabrica, dimensionibus, proportionibus, aliisque ad illud tantummodo Typicum ac Temporarium ædificium spectantibus, tam accuratè prospexit, parifaltem cura ufus fit ne quid supervacaneum in ea Volumina irreperet, quæ Perpetuæ Inſtitutionis ergo Eccleſiæ conſignata, nihil otioſum, aut illi negotio non conſentaneum, continere debuerant. Siquidem non minùs facit ad Bibliorum perfectionem quælibet minuta portiuncula, quàm ad Tabernaculi compagem ſingulæ fibulæ aut hamuli. Adde quòd, cum Deus humani captus & memoriæ imbecillitati in eo conſuluerit, quod tot Solomonis Commentarios, torque B. Servatoris oracula ac miracula in Sacro Canone deſiderari, ac contra Scripturam univerſam ab interitu tam mirabiliter præſervari voluit, (nam libri qui periſſe creduntur, à vicis quantumlibet ſanctis conſcripi, aut in noſtris B. bliis etiamnum ſub aliis titulis extant, aut Canonicos, hoc eſt, Eccleſiæ tanquam inſallibilem Fidei ac Vitæ Regulam concreditos, olim fuiſſe demonſtrari non poſſunt) mihi conſilium ſuum abundè patefeciffe videtur, nihil ut illic inferum haberetur, quod populo ſuo commodè in Rebus ad Religionem pertinentibus inſtituendo non inſerviret. Enimverò, niſi negotiorum meorum importunitas, & metus obruendi patientiam tuam calami impetum reprimere, facilè poſſem, adductis S. Paginae locis qui nullius uſus eſſe videntur, offendere quam fit injuria & errore factum quod pro talibus habiti fuerint. Equidem multa quæ primùm iterumque legenti nullam fructus ſpeciem exhibebant, tertia vel quarta lectiõne optimi ſenſus pleniffima deprehendi, ut ejuſmodi locorum plenitudinem & meam in cognofcendo tarditatem pene ex æquo fuerim miratus. Levia ac ſuperflua Lectorum feſticiatio & laxior attentio reddit ea, in quibus ſagacior diligentia Myſteriorum verendorum ſanctitatem agnoſcit. Imò tam eximii momenti eſt Scripturarum intelligentia, ut nulla ejuſmodi portiuncula pro inutili habenda fit, quæ modò ad alterius cujuſvis perceptionem facilitandam faciat; cum ea fit divinarum Veritatum præſtantia ac pretium, ut earum aliqualis notitia non minùs anteferenda fit cæterarum rerum cognitioni, quàm Gemmarum Scientia & pretioſæ merces craſſiori cujuſvis fabri artificio & materiæ. Porro autem, notandum eſt, quod quemadmodum non uni tantummodò aut ſeculo aut populo, ſed univerſæ Eccleſiæ, per omnes ætates ac terras militanti, Sacra Inſtrumenta fuerunt exarata, unde multa Iudæorum genti convenientia [cujus generis erat rituum Magicis Zabiorum ſuperſtitionibus oppoſitorum inſtitutio] poſterioribus ſeculis minùs ex uſu ſunt; ita quoque forte multa ſunt, quorum uti ſit, item nonniſi venturæ ætates percipiunt: utpote quæ, uti eſt ſi par eſt, aut ad praviffimam hæreſeos alicujus, poſt cineres noſtros nati- citu æ, noxam reprimendam, aut Dubium nondum exortum diſſolvendum, aut Errorem aliquem hætenus inauditum proſtigandum, S. Spiritus futuri præſcius [ac cujuſ omnifcientia omnes omnium temporum evenus uno intuitu complectitur] comparata reſervavit. Quare omnes Scripture partes aliquibus

aliquibus temporibus utiles futuræ sunt, uti sunt etiam aliquæ omnibus. Legimus in Evangelio, cum sacra synaxis primum institueretur, Discipulis imperatum fuisse de Vino Sacramentali, † *Bibite ex eo omnes*; at in exhibitione Panis particula *Omnes* abest. Credibile est hanc differentiam primitivorum Christianorum admirationem meruisse, & cum ejusdem rationem non facile reperirent, deinde leviculam aut nullius momenti visam fuisse. Atqui nobis, qui in ea tempora devenimus, in quibus maximæ Communicantium parti sacro calice interdictum est, id non sine miro quodam consilio factum esse ut agnoscamus necesse est. Equidem Lex Cæremonialis & ejusdem ritus mystici (in quibus, uti olim à Pastoribus conspiciebatur, tanquam falsis involutus est Iesus) multis Lectoribus vix lectu digna videtur; nihilominus quantopere Apostolis ex usu adversum Judæos fuerit, quam nobis necessaria sit in controversiis, quas cum illis agitamus, ejusdem cognitio, neminem in iisdem paulò Versatorem latere possit. De quibus controversiis in hoc obiter moneam, *Theophile*, cum in his cardo Christianæ fidei potissimum vertatur, hæc certè levioribus illis, quibus hodie Christianæ Gentes miserè, ne dicam immeritò, in diversum scinduntur, longè & usu potiores, & Sapientis studio digniores sunt. Quàm jejuna & inutilia Prophetarum Scripta otiosis Lectoribus passim apparent, quæ tamen attentè considerantem, veluti Magos olim Stella, * ad Christum rectà ducunt, & cum figuris Mosaicis tam clarè idem proclamant quod olim Joannes Baptista, ^a *Ecce Agnus Dei qui tollit peccata Mundi*; ut multis Novi Fœderis locis non possum non accommodare illud, quod D. Matthæus de prehensione Domini annotavit, ^b *Hoc autem totum factum est ut implerentur Scriptura Prophetarum*: aut potiùs omnibus hisce sic factis eas impletas esse, (sic enim voculam *hæc* in hujusmodi citationibus contextus reddi suadet:) quæ etiam transfigurationis Historiam mihi in mentem revocant; Nam quemadmodum Apostoli primùm ^c *Mosè & Eliam cum Domino colloquentes* conspexerunt, mox autem (postquam nubes evanisset, & ipse eos allocutus esset) *Iesum solum viderunt*; ita quoque locos ejusmodi Legis, Prophetarum, & Evangelii, qui primà facie diversissimi sensus esse videntur, secundò si inspicias, atque etiam plùs luminis ex attentâ rerum collatione accedat, omnes in unum Christum veluti evanescent; De quo (ut Apostoli verbis utar) & ^d *Mosès in Lege ac Propheta scripserunt*, & ad quem typi illi & prædictiones veluti digitum intenderunt. Confusa ac intercisâ Genealogiarum ac Historiarum in Vetere Instrumento traditio, veteribus forte Judæis negotium facebat, sed nobis ad retundendas recentiorum calumnias inserviunt, quoties Novi Fœderis authoritatem inde convellunt, quod in D. Stephani concione, ac Genealogiis aliquorum Evangelistarum, Spiritus Sanctus eadem Sermonis obscuritate usus est, quam in Veteri continenter & penè perpetuò adhibuit: & certè utcunque hujus generis objectiones Judæi contra nos ferociter urgeant, facile esset paria ipsis

D 3 red-

† *Mat. 26. 27. Marc. 14. 23.* * *Mat. 2. 9.* a *Io. 1. 29.* b *Mat. 26. 56.* c *Mat. 17. 3. 8.* d *Io. 1. 45.*

reddere, iisdemque telis ipsos impetere, nisi communis hostis dissidio nostro abuti, ac utriusque partis argumenta in utramque retorquere posset. Cæterum, ut Apocalypsis multa habet Prophetica quorum usum ac sensum ex æquo nescimus, quæ tamen Posteris nostri proculdubiò neutrius infœcunda comperient, postquam prædictiones eas eventus exposuerit, qui (si nihil aliud) saltem omniscientiam Inspirantis comprobabunt: Ita fieri potest, ut Mosaiicarum Constitutionum, quæ Christianis in multis casibus eximii usus sunt, Veteres Judæi vix ullum usum noverint; saltem quantum ego ex recentiorum Magistrorum colloquio hæcenus percipere potui, dum mysticas divinitus promulgatas per Mosem leges ad Christum referre præfractè refugiunt, non meliùs eas explicare valuerunt (si excipias eas quæ ad Zabiorum superstitionem pertinent; quas tamen Doctorum eorum plerique juxta cum nostris non intelligunt) quam olim Sacrificia sua & ritus religiosos Ægyptii ac Gymnosophistæ.

Nec tamen omnes Libros Sacros ex pari vel utiles vel necessarios censeo, propterea quod ab eodem Numine promanarunt; aut æqualem fore jacturam Prophetiæ Nahum, ac Isaiæ; aut Libri Ruth, ac Epistolæ ad Romanos, vel Evangelii secundum D. Johannem: (quemadmodum nec Stellæ fixæ, licet in eodem cælo sitæ, eandem omnes obtinent magnitudinem & fulgorem.) Verùm tractatum unumquemque ad Canonis constitutionem necessarium esse existimo, sicuti bini oculi, totidemque aures, cæteraque membra ad Corporis compositionem requiruntur; quorum aliqua si desint, Corpus quidem existere, at non æquè perfectum esse potest; quæque omnia magni, tametsi non parvi, usus sunt. Quid quod, fortasse etiam citra Hyperbolem, dici possit, quod sicuti Stellæ fixæ, etiamsi disparem inter se sortitæ sint amplitudinem, tamen lucida sunt ac cœlestia corpora, quorum minimum terrestris quodcunque multis vicibus exuperat; ita Instrumenta sacra tametsi, collata ad se invicem, ejusdem census non sint, nihilominus utrumque è cælo demissum, ac ad hominum institutionem optimè comparatum, humana quæviscunque scripta infinitis parasangis antecellit. Adde, quod quemadmodum pretiosissimas Metallorum venas in ejusmodi solo reperiri Metallici observarunt, cujus superficies arbores frugiferas aut herbas minùs profert (utpote quas afflatus Arsenicalis extinguit) planè ac si speciem minùs laudabilem proventu divitiæ compensarent; sic etiam multi Sacri Codicis loci, qui primo intuitu steriles apparent, & nihil ad pietatem utile promittunt, ubi eos sedulus Artifex excutiat, & Græca Vox *ἰσχυρὰν* quæ usurpatur in eo præcepto * *Scrutamini Scripturas*, sat commodè exprimit thesauri alicujus abditi investigationem) è visceribus suis eximia ac præclara mysteria Theologica suppetant.

* Io 5.39.

Objectio Quinta.

Præximum Criminationis in S. Literas impactæ caput est, quòd multa contineant levicula atque rei aliena; Nec sanè diffidendum est, quin nonnulla reperiantur quæ talia saltem appareant, quamvis revèra non sint. Cujus generis sunt effata intercisa & transitiones abruptæ, quæ in B. Servatoris concionibus non rarò observantur; adde eum aliquando nulla quæstione sollicitatum respondisse, (quamvis hoc aliter viri *ὁι ἀμφὶ τῶς λόγους* expedire norunt) aliquando autè non propositæ sed alteri quæstioni responsionè reddidisse. Verùm hoc non tanquam incongruè sed potiùs præclare à Christo factum censendum est; huic enim, cui (quod alijs negatum) Auditorum corda patuere, certè licuit eo modo sermocinari: Illius Oratio compendium, quale nostra imitari nequit, in ciendis animis habuit; ille abrupta disserendi serie institutum tamen profecutus est, nec tam in concionibus suis spectavit quid ad argumentum de quo loqueretur propriè pertineret, quàm quid ad finem à se destinatum proximè faceret. Nam Auditorum cogitationibus à se perceptis sermonem suum accommodabat; iisque primo statim ortu, ac veluti incunabulis, prius occurrendo quam in linguam transire poterant; eadem opera & illas redarguebat, & simul indicabat sibi innotuisse. Parabolas quod attinet, vulgò tam flacci æstimatas, earum aliquæ, si non pleræque, præclara bene vivendi documenta non modò suggerunt, verùm etiam eximii momenti prophetias complectuntur. Illa de perfœcundo sinapis grano, * quod repente ad arboris magnitudinem succrevit, maturos ac celeres Evangelii progressus prænotabat, uti dudum reipsa comprobatum est; quippe ab exiguis initiis brevi tempore sese eò altitudinis extulit, ut admirationis pariter ac fidei pene æquali jure objectum evaserit. Altera de infidis Villicis, Christum Iudæorum scelere periturum, hosque crimen acerbo supplicio luituros manifestò præsignificavit. Nec spes mihi deest, quin Prædictiones nondum animadversas in lucem posthac protractas iri visurus sim; præsertim cùm intellexerim quendam de Philologia bene meritum (Dominum *A. B.*) jam in eo esse, ut ostendat complura Novi Fœderis loca prophetica esse, contrà quam vulgò Expositores judicarunt; quem hominem recentiorum Magistrorum celeberrimus *Manasseh Ben-Israel* (cùm eum in Urbe *Amsterledami* domi sui inviserem) eximio elogio litteratorum inter Christianos facile Principem pronuntiavit. Historicæ illæ circumstantiæ, quæ in Christi Parabolis improbantur, non immeritò plurimè illis assimilaveris, quæ sagittis adaptari solent; quæ tametsi cuspidis instar obvia non penetrant, sed levia quædam & heterogenea videantur, tamen ut telum penetrare valeat necessariò requiruntur, ipsique ad scopum convehendo & altiùs impellendo inserviunt. Cæterùm hoc potissimum nomine

* *Mat. 13. 31. 32.*

nititur hæc accusatio, quòd non rarò occurrat earundem rerum regeminationis, sive repetitio. Atqui notum eruditis, ea quæ denuò repetuntur simul plus claritatis ac lucis secum afferre, utcunque prorsus *ταυτολογίαι* imperitioribus videantur. Sic stellæ universæ vulgaribus oculis similem sui speciem exhibent, at singulis sub eadem coloris ac figuræ specie peculiare inesse vires ac distinctas facultates docent Astrologi. Prætereo, in omnibus linguis solennes ingeminationes ac locutiones reperiri, quæ ut peregrinis supervacaneæ aut ineptæ videantur, tamen à vernaculis, ac sermonis idiotissimum spectantibus, non modò communi usu comprobantur, verùm etiam vim quandam ac emphasin habere deprehenduntur. Adde quod vix uspiam in Sacris occurrat huiusmodi supervacaneum apparens, cujus rationem vel causam idoneam eruditus ac sagax Interpres non expromat. Quid quòd, cum sacra Eloquia non omnia unà eodemque sed admodum distitis temporibus conscripta fuere, (juxta decantatum illud, *Nunquam satis docetur quod nunquam satis discitur*) iisdem criminibus ac erroribus denuò redeuntibus, consimiles minas ac dehortationes opponi par erat; in quo, dum crebriùs ingestæ peccantium contumaciam & testarentur & redarguerent, non tam *ταυτολογίαν* committi censendum est, quàm idem fieri quod solet cum clavum iteratis ictibus in asserem adigimus (& verba sapientum, uti Sapientis verba docent, † sunt *Similia clavis infixis per dominos collectionum*) nam etiamsi omnia redeuntis mallei verbera rem eandem agant, nullum tamen eorum est supervacaneum; utique negotium conficiente numero. Qui literis atque arte satis instructi sunt, ut libros, quos evolvunt, pigmentis Rhetoricis & mutatio ornata denudare norint, faciliè comperiunt eos eadem repetito dicere; hoc autem inter eos ac Sacrum Codicem discrimen animadverto, quòd hic plerumque novam materiam iisdem verbis complectatur, illi veterem novo sermone recoctam exhibeant. Præterea autem adnoto, quòd cum nullus sit Scripturæ locus quem, uti experientia nimis quàm compertum est, versutiorum Hæreticorum artes satis speciosè non eludant; Spiritus Sanctus, qui hoc ab initio prævidit, clementi ac prudenti consilio cautum voluit ut præcipua dogmata, vel ad fidem vel mores pertinentia, multis in locis, ac variis locutionibus extarent; quo subterfugia ejusmodi necessariorum interciperentur, & falsa glossemata ipsis per fraudem affixa repellerentur. Et quidem hac divinâ Providentiâ factum est, ut multi Articuli Hæreticorum dolos effugerint, dum veritatem duorum aut plurium testimonio innoxiam in dubium vocare erubescerent, aut refellere prorsus diffiderent; Orthodoxi autem sibi gratularentur quod haberent Anchoram suam ^a *tergemino fune*, qui non faciliè disrumpitur, statuminatam. Quæ in Sacra Pagina repetita aut veriùs inculcata occurrunt, pleraque aliquid non antea traditum exhibent, & quidem sicuti in *Pharaonis* somniis, ^b etfi Spicæ & Vaccæ rem eandem præfigurarent, tamen interpretamentum *Iosephi* ostendit neutrum

† *Ecc. 12. 11.* a *Ecc. 4. 12.* b *Gen. 41. 25. 32.*

neutrum eorum fuisse supervacaneum. etiam pauca illa, in quibus nihil aliud docemur, illorum dogmatum, quæ prius tradebantur, saltem pretium ac momentum subindicant. Nec verebor Scripturam Rosæ assimilare, ad cujus pulchritudinem & perfectionem nullum non foliolum aliquid confert, et si omnia indiscretam formæ similitudinem obtineant.

Objeçtio Sexta.

Quem usum habeant in Veteri Instrumento קרי *Keri*, & כתיב *Cetib*; atque תיקון סופרים *Tikkûn Soph'rim*, mihi non est prorsus ignotum: nec me latet varias lectiones esse tam in Hebræico Veteris Instrumenti Textu quàm in Græco Novi, recentioribus Criticis observatas, (in illo speciatim eas quibus Orientales ac Occidentales Judæi inter se differunt.) Novi etiam quàm difficulter locorum in Novo Fœdere ex Veteri citatorum ἐναντιοφανεία salvetur; quippe in quibus ab illo non modò verbis sed etiam sensu variatum est. Hæc, inquam, adversus Scripturam à nonnullis vehementer obiici me neutiquam fugiunt. Verùm hoc loco discutienda non putavi, partim quod hæc provincia me peritiores jamdudum defuncti sunt, partim quod ad quæstionem de Sacrarum Literarum αἰθρησις potiùs quàm ad stylum sive characterem pertinent, ideoquæ in hac causa examinanda non veniunt; eoquæ magis quòd à me obiter in superioribus tractata sunt, & plenius ventilanda erunt ubi Christianæ fidei causam acturus sum. Et hisce rationibus permotus, *Theophile*, statui impræsentiarum objectionem istam non attingere, quæ S. Scripturis inconstantiam & contradictionem impingit. Hic tantùm admonere libet, repugnantiam, quæ in libris accusatur, sæpe non tam ex sententiarum diversitate, quàm ex Expositorum præjudiciis ac partium studio proficisci. Enimverò, ubi materia, quæ tractatur, ejusmodi sit quæ res hominum propiùs attingat, ut Author quantavis perspicuitate utatur, tamé non deerunt acuti utriusque partis homines, qui obstinatos animos ad lectionem afferentes, multa ad causæ suæ patrociniùm distorquebunt, et si locos alios cum aliis exinde committant, quo eisdem suis interpretationibus conciliare possint. Quod non temerè dictum esse, *Physica Aristotelis* scripta palàm. stantur, quæ à tot dissidentibus Scholasticorum familiis ad contrariarum opinionum defensionem pertrahuntur; dum miser *Stagirita*, in omnium castra adicitus, cogitur adversus cujusque sectæ adversarios militare, & interea sibi ipse bellum indicere. Nec verò minùs inter se de *Alcorani* sensu *Mahomeis* sectatores altercantur, quam nos de S. Codicis interpretatione dissentimus, pariterque illum sibi *Lesbiam* regulam sive nasum cereum faciunt, ac hunc à nobis fieri Pontificii calumniantur. Id quod mihi in mentem revocat, non solùm *δυστήθεά τινα* † *quædam intellectu difficilia* in *D. Pauli* Epistolis, verùm etiam *ἧς λοιπὰς γραφὰς*, *reliquas Scripturas*, referente *D. Petro*,

E ab

ab indoctis & parùm stabilibus detorqueri suo ipsorum exitio. Ubi gravis ac probus Author Lectorem æquum nanciscitur, qui dicta facili ac nativa significatione accipit, dum series occasionis aliam non exposcit, (cui tum acquiescit Lector) Scriptoris sententia promptè percipitur : At cum in homines subtilis ingenii, & præjudicio in transversum actos, incidit, qui Scribentis sensu non contenti, suum ipsi affigunt, & verborum ac phrasium acceptationibus omnibus investigatis, eam feligunt quæ consilio suo propiùs faveat, colliguntque, ex eo quòd dictio talem sensum alibi habeat, ideo eundem hic habere ; major cautela scribenti adhibenda est, quam *Homerus* ac *Virgilius* Poëtarum Principes adhibuerunt, (utpote qui *Endocia* & *Alexandri Rossæ* operâ in Evangelistas transmigrarunt) ne ea verbis proderet cogatur quæ mente nunquam cogitaverat. Cujus rei luculentum exemplum lex nostra municipalis suppeditat, quam litibus componendis & occupandis destinata, & stylo peculiari ac barbaro accuratissimè conceptam, nec non crebris repetitionibus infertam (id quod, nisi tam præclari finis intuitu, tolerandum nequam foret) tamen perversa hominum ingenia adeò perperam interpretantur & contorquent, ut non solum privatorum lites, quibus solvendis sæpe impar est Judicum acumen, ad hæredes transeant, verùm etiam orto inter Principem ac subditos dissidio, homines utrinque tum bello tum solenni iudicio vita exuantur, dum (ut pium est credere) utraque pars id sibi & per legem licere, atque ad tuendam legum sanctitatem à se fieri existimant. In hac opinione, quod culpam & defectus nostros Scripturis attribuimus, eandem impugnatores, quorum colloquio usus sum, me vehementer confirmarunt ; quanquam commodissimam justa ac compendiosissimam viam esse hætenus judicavi, non de re qualibet levicula contentionis ferram cum ipsis ducere, dum interea profligatis objectionibus invicta perstat incredulitas, & Scripturis à falsitate aut absurditate vindicatis nostram erga ipsas reverentiam demonstramus, alios ad consimilem sententiam non adducimus; verùm, divina Scripturarum origine solidis rationibus munita, efficere ut inde homines discant scrupulos suos in veram causam referre, & Apostolorum modestiam imitari ; qui, cum Christus *durum sermonem* proculisset, cuius ratione complures discipuli se subdlexerunt, quamvis (uti ex eo conicere licet quod multa minus obscura perperam intellexerant) id rite non acciperent, tamen Dominum suum deserere noluerunt, propter hoc quod *D. Petrus* omnium nomine profiteretur, † *Verba vita aeterna habes, Et nos credimus & cognovimus te esse Christum Filium Dei viventis*; documento inde exhibitò, particulares scrupulos uni eximix & catholicæ Veritati esse submittendos. Præterea unum est quod Objectorum considerationem meretur, Nimirum, Scripturarum veritatem & auctoritatem, ac proinde harmonicum ipsarum consensum (quemadmodum a'ibi plenius ostensum ibimus) omnibus doctissimis per universa secula fuisse agnita : Nec jure dubitari potest, quin multi

ex iis de nulla re in examinandis opinioibus magis solliciti fuerint, quàm ne fallerentur; ac nullum aliud finē sibi præstituerint, quàm ut veritatem detegerent; & quanquam plerique, ut erant solertes & eruditi, difficultates in S. Codice deprehenderint, de quibus hi Calumniatores nunquam somnare potuissent; nihilominus omnes Scripturarum veritatem eo usque rationi inmixtam censuerunt, ut Fidei quoque suæ partes servarentur. Ad fidem verò, quo laudabilis fiat Voluntatis actus, fortasse aliqualis in Intellectu hæsitantia & caligo requiritur; utpote cui hoc cum crepusculo commune obtigit, quod ad utrumque tenebrarum admixtio necessaria est; cum aliàs copiosiori accedente luce, illa in scientiam, hoc in diem transeat. Hæc autem, quandoquidem de Fide mentio incidit, fortasse non alienam erit admonere, Christum sæpe novitios fideles eodem modo tractare, quo *Nathanielem* tractasse dicitur; Nam postquam *De hoc* ille *Israelita*, nullo argumento permotus quàm quod à Christo sub ficu conspectus fuerat, eum pro *Messia* agnovisset, regessit Dominus, † *Quia dixi tibi, Uidi te sub ficu, credis; majora istis videbis;* (quæ in sequenti commate recensere pergit;) similiter, ubi hominibus certa persuasione sedit Scripturas fuisse divinitus datas, Deus hanc fidem benignè accipiens clariores ipsorum animis rationes ad fidem confirmandam suggerit, quàm quæ eam primitus progenuerant; simulque ostendit rationem humanam ipsius Datori jure optimo fuisse submitteendam; Denique (quasi quædam mysteria essent, in quibus Fides Intellectui feliciter facem præferre soleat, quàm hic ad procreandam fidem viam munire) idem illis accidit quod duobus cæcis in Evangelio commemoratis, * à quibus B. Servator primò fidem postulavit, (cæque deprehensa) deinde oculos eis aperuit.

Objectio Septima.

Crebras in S. Codice repetitiones (de quibus paulò superiùs diximus) & insolitam methodum, qua divinas veritates & præcepta illic exhiberi Autori placuit, nonnulli in criminationis argumentum traxerunt; ac si, spectata voluminis mole, jejuna ac deparcus haberi mereretur, in quo monita parca manu sparguntur, & quidem multò rariùs quàm in scriptis quibusdam aliis, in quibus utique caveri solet ne eadem sæpiùs recurrant, quæque plus materiæ majori verborum compendio complectuntur. Unde fieri aiunt, ut nonnullis verè piis potiùs arrideant libri alii religiosi ac morales, utpote præceptorum ad vitam ritè formandam inservientium ampliorem copiam suppeditantes.

Cui accusationi, cum ex pluribus capitibus constet; quæ in superioribus jamjam excussimus, necessarium non videtur ut hîc distincta opponatur responsio. Verùm quandoquidem meam erga Sacra Monumenta reverentiam

E 2 non

non defendi saltem, sed etiam in alios diffundi cupiam, libet pauca quædam hac occasione consideranda subiicere.

Enimverò quantumvis S. Scriptura eximiis institutis minus foret referta, & perinde ac aliorum librorum præstantissimi, Venis Metallicis similis esset, quarum opulentissimæ glebam auream materiâ minus pretiosâ, eaque nec mediocri copia nec parvo labore fecernenda, immixtam continent; Atamen, non secus quàm ejusmodi fodinæ, diligenter excuti mererentur; nec non fervido Christiani hominis affectui ac grato animo conveniret, ejus exemplum imitari qui, uti refert Parabola, ^a *reperio thesauro occultato in agro*, nullam pretii conditionem recusavit, quo minùs totum agrum thesauri gratia mercaretur.

Verùm (quod Deo grate tribuendū) non ea est præsentis negotii conditio; Ignorantiam tantùm nostram, desidiam, aut frigidos in Religione affectus rectiùs insimulemus; hæ nempe in causa sunt quòd non agnoscamus, tantùm abesse ut Scriptura Deserto aut solo infœcundo (quod Criminatores volunt) fit similis, ut beatæ illi Promissionis terræ veriùs comparari possit, quam S. Pagina lacte ac melle, rebus utilibus ac jucundis, diffluentem toties deprædicat; ne dicam ipsi Paradiso conferendam esse, de quo dicitur ^b *fecisse Jehovaham ut germinaret è terra illa quævis arbor desiderabilis ad aspectum & bona ad cibum; arbor quoque vite in medio horti*. Et sanè ut ipsius Author erat Omniscius, sic illud in Scripturis ab eo tam luculenter patefactum esse experientia astruit, ut quo magis pii ipsius Lectores à bonis literis & scientiis fuerint instructi, eo majorem præstantissimarum veritatum copiam in eadem deprehenderunt; in quo Scripturam Cælo similem dixeris, ubi, quo acutior fuerit oculorum acies & perfectior Telescopii fabrica, eo plura lumina peripiciet. Quod ne gratis dictum videatur, considerandum est, Librum illum doctrinæ nomine laudabilem esse, qui speculativa æquè ac Practica monita legentibus exhibet, necnon Christianorum interesse, ut cognoscant non minùs qualem Deus de seipso ac operibus suis sententiam nobis esse velit, quàm quæ à nobis fieri mandavit. Jam ut dubitari non potest, quin è veritatibus speculativis illæ sint longè nobilissimæ ac supremæ, quæ Deum ipsum objecti loco habent, ita præ cæteris quibuscunque libris S. Scriptura nobis de Dei natura, ac ipsius cogitationibus, deque mysticis reconditis, in quæ (uti è D. Petro ante notatum) ipsi Angeli ^c *introspicere cupiunt*, notitiam multò amplissimam suppeditat: Imò ex omnibus veterum vel recentiorum scriptis nullum est, quod de iis sublimibus argumentis doceat aliquid cuius fidere possumus, nisi illud è sanctis Monumentis desumptum fuerit. Unde nisi injuria Liber ille jejunos existimari nequit, in quo solo omnes illæ divinitùs patefactæ veritates continentur, quæ tam eximiæ ac præclare sunt ut Ethnicorum Philosophorum scriptis eo nomine præterquam accedat quòd aliquam ex ipsis vestigia quædam complectantur, exigua ea qui lem & admodum

^a Mat. 13. 44. ^b Gen. 2. 9. ^c 1. Pet. 1. 12.

modum evadida prout à Scriptoribus ex conjectura res tradentibus, creperq rationis luci sidentibus, & plerumque aliquo saltem gradu planè hallucinantibus, nisi potuit. Sed de hac re fortasse alibi fusiùs. Caterùm iis quæ antè dicta sunt hic adjungam, illos qui libros alios morales & religiosos S. Scripturæ quoad vitæ probæ institutionem anteponunt, fortasse sententiam mutaturos, si modò ritè cogitarent, quo homines ad vitam probam & piam amplectendam permoveantur aliquid ampliùs desiderari, quàm ut ad id se teneri intelligant, & etiam modum sibi demonstratum habeant. Nam cum ad vitam ex virtutis norma ritè formandam requiratur, ut naturalis appetitus impetum compescamus, & reprimamus, necnon ut in vitæ genere multis difficultatibus ac periculis implicito constantiam tueamur, non sufficit præcepta aut monita illi quem in virum bonum evadere cupimus vel præstantissima proponere; utpote quæ vitæ ritè formandæ voluntatem non tam ingenerant (quod sanè in hoc negotio præcipuum est) quàm supponunt. Qui autem nihil ampliùs præstare novit, certè multò minùs præstat quàm illè, qui præter bonæ vitæ documenta, summa & validissima ad pietatem & virtutem allectamenta, & contrà potentissima ab omni improbitatis genere dehortamenta suggerit; idque præmia aut pœnas ita denunciando, simu'que evincendo, nobis, prout partes nostras obierimus, alterutram conditionem beatitudinis aut miseriæ, esse obventuram; ut mentibus nostris firmissimè inhæreat, nobis, nisi bonis, felicibus esse aut sapientibus non licere, & miseriam ineffabilem nisi evitato vitio evitari non posse. Jam verò, ut infra constabit S. Biblia præceptis ad vitæ honestatem pertinentibus non esse destituta, sic etiam quoad operativam illam docendi partem, qua nempe virtuti sectatores rationum vehementia conquirat, ac à vitiorum contagio retrahit; nullus quiviscunque alius liber, nisi à Divino Numine fluxerit, tantùm in hoc genere non dico non præstat, sed præstare nullo modo potest, quàm Sacrorum Scriptorum monumenta. Quippe non est eadem ratio, cur meris hominibus æquè ac Deo fidem habeamus de præmiis ac pœnis illis, quæ post mortem iis reservavit qui Legibus suis vel obtemperaverint vel repugnaverint; cum hæc (quicquid Philosophi, aliique docti fecius judicaverint) ex libera ipsius voluntate dependeat, ac proinde nisi per revelationem ab eo factam evidenter cognosci nequeant. Deum autem uspiam id præterquam in S. Scripturis fecisse nullatenus constat. Ac ideo quidem mirandum non est, D. Paulum Servatori Christo attribuire quod ** vitam ac immortalitatem in lucem produxit per Evangelium*. Porro cum spes istiusmodi stimulos habeat, ut sine ea vix unquam homines promptè aggrediantur, aut consequenter exequantur, res longè paucioribus difficultatibus ac periculis obsitas, quàm quibus vita proba plerumque subjacet, D. Petrus in nram Christiani hominis spem revelatæ veritati inniti statuit, ubi Deo gratias agit, quod † *ex multa sua misericordia regnauerit nos in spem*

* 2. Tim. 1.10. † 1. Pet. 1.3.

vivam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis. Huiusmodi autem Dei ac Christi notitia, quæ, si modò ullam omnino habemus, S. Literis prorsus accepta ferenda est, nec non spes & promissiones, quales nisi à Deo factæ & iis quos ille miserit, apud cautos ac prudentes locum habere nequeant, quanti sint ad vitæ probitatem momenti, faciliè coniciet ex alio ejuſdem Apostoli loco, ubi non solum memorat, Deum pro divina potentia sua * *omnia nobis donasse quæ ad vitam & pietatem pertinent, per agnitionem illius qui vocavit nos ad gloriam ac virtutem*; Verùm etiam paulò post de eo loquitur quod *effici-mur divina consortes natura, & elabimur ex interitu qui est in mundo per cupiditatem, per maxima illa ac pretiosa promissa quæ nobis Deus donavit.* Quare etsi Scriptura documenta Moralia, qualia ab Ethicis Scriptoribus tradi solent, disertè non proponeret, sed tantum explicando ea quæ Deus inde de se cognosci voluit, ac evidenter exhibendo summa illa ad virtutem colendam ac nequitiam fugiendam argumenta, quæ licet ratio fortasse conjecturis levioribus è longinquo apprehendat, tamen sola Revelatio efficere potest ut ipsis solertes rerum examinatores certò fidant; si inquam, Scriptura homines nullo alio modo ad bene vivendi consilia provocaret, sed nobis præceptorum ex Legis naturæ ac Rationis dictamine deductionem permetteret, (quæ duo quicquid verè & insigniter utile moralia volumina communiter complectuntur pene sola docere possunt) nihilominus ut Liber ad vitæ formationem eximiè comparatus censeretur. Quid? Annon experientia probavit, nullius Philosophi vel Oratoris scriptorum lectione tot homines in viros probos evasisse, quot Testamentum Novum, utur mole pusillum & leve loculi onus, ad summas virtutes formavit, præcipuè in prioribus Ecclesiæ seculis, cum eos qui Librum illum amplecterentur, aliorum lectio minus quàm postea distulit. Equidem Luna Olitori satis ad hortum fodiendum & subigendum, necnon forasse ad putandas arbores luminis fœneratur, at eandem ad fructuum productionem æquè ac Solem conferre nemo dixerit; siquidem hîc non modò laboranti facem mutuat, & blando calore recreat, verùm etiam certa spe ac fiducia animat, ipsum dignum sudore præmium tandem consecuturum. Faciliùs hoc præſenti negotio accommodari potest, quàm ut ipsi ulterius immoremur.

Quanquam autem hisce solis de causis, quas diximus, Scriptura tanquam eximium pietatis & virtutis instrumentum censeretur, tamen nullo modo verum est, eam documentis ad illam rem spectantibus defecitam esse, quibus tamen opus non habet, ut Liber ad vitæ probitatem comparatissimus iudicetur. Nam cum Evangelium amplectentibus necessaria sint duo Virtutum genera, quarum aliæ satis commoda appellatione nuncupantur Christianæ, aliæ autem Morales sive Ethicæ; nemo, opinor dubitabit, earum quæ propriè Christianæ appellantur regulas è S. Literis petendas esse, utpote quas Reformatæ Religionis Professores quoad res ex Revelatione pendentes

(quam

* 2. Pet. 1, 3, 4.

(quam restrictionem multi nimis incautè omittunt) eousque sufficientes agnoscunt; ut in illiusmodi controversiis Theologi frequenter, & plerumque satis rectè argumentum negativum æquè ac affirmativum à Scriptura defumant; Unde multorum onerum, quæ tanquam officia hominibus imperantur, promptam & opportunam levationem habere è sacris Tabulis licet, si nempe nec conceptis verbis illic reperiantur, nec per consequentiam inde possint elici. Adeò ut quod res huiusmodi spectat, ea est huiusce Libri copia ut sæpenumero nihil loquendo multùm dicat, & non verbis modò sed etiam silentio doceat (horologii instar, in quo Umbra æque ac Lumen denotandis horis inservit.) Nec putandum est ejusmodi Præceptorum ac monitorum, tum *ἠθικῶν*, tum *δωδεκάβιβλων*, propter quæ Libri Ethici commendari solent, vel optima in Scripturis desiderari, proptereà quòd eadem forma ac ferie in S. Codice non tradantur, qua in scriptis systematicis fieri consuevit: Quippe non modò illi eximium præceptorum moralium corpus illic deprehendant, qui lumina ista in manipulos aut si vis constellationes redigere norunt; Verùm etiam multas hinc inde reperire est potentissimas ad qualibet officia adhortationes, & contrà vehementissimas adversus vitiorum turpitudinem cautelas. Et profectò dudum est quòd Paganorum Ethica mihi minus placuerint, quoniam, cùm moralis disciplinæ scopus sit affectus humanos subigere & mentem ad felicitatis assecutionem ritè effingere, qui eam hæcenus tractarunt, mentis nostræ facultates ac motus parùm videntur ex vero intellexisse. Atqui cùm Scripturarum Authori animorum humanorum fabrica, facultates, ac vires intuitivè ac perfectè innotescant, accommodatissimus ac validissimus in ipsas operandi modus ipsum fugere nullo modo potest; certè autem horologii vitium ab eo qui ejusmodi opificii imperitus est, quàm ab Horologiopæco, verisimile est restitui minùs posse. Et profectò, quòd eas virtutes attinet quæ arctiore vocabuli significatu morales appellari solent, numerum pene superant quæ de ipsis passim in Scripturis sparguntur eximia monita & documenta, vulgaribus quidem Lectoribus non satis observata, quòd seriatim non tradita aliis plerumque rebus commisceantur. Verùm qui ad Scripturarum lectionem diligentiam ac attentionem debitam afferunt, non solùm consilia & præcepta moralia quæ alii Lectores transfiliunt, illic facilè deprehendunt; sed etiam complura præclara documenta reperiant, sagacibus & attentis Lectoribus satis perspicuè proposita aut suggesta, etsi non tam dilucidè aut apertè tradita ut ab iis, quibus investigatione digna non videntur, animadverti queant.

Quamobrem qui, aliàs utcumque Pii, Libros Ethicos, aut etiam Religiosos, Sacrosanctis Instrumentis præponunt, eos & divino Codici & sibi ipsùs injuriam facere non possunt non existimare; necnon id hominum potius quàm Scripturæ vitium esse. Vix ulla in re majorem apud me gratiam inicit *Lusperus*, quàm quòd libros suos de rebus religiosis conscriptis cremari optaverit, ubi eos vulgò plùs æquo æstimatos Scripturarum neglectum inducere

inducere animadvertit ; quibus sanè, *Theophile*, si ejus generis præstantissimi conferantur, (ne huc accommodem quod *Seneca* ad matrem suam scripsit, ^a *Paribus intervallis omnia Divina ab omnibus Humanis distant*) idem est ac si stellas Soli comparaveris, cujus nempe radii fulgerem ipsis imperiantur quas præsentia sua vincit & extinguit. Enimverò tametsi Libris Religiosis suum pretium ac laudem non invidéo, nihilominus primum ipsis locum concedere non possum : & cum optimorum ejus generis scriptorum Authores, quicquid habent præclarioris notæ, illud è S. Literis vel suffurentur vel depromptum agnoscant, nolim Christianos neglectis fontibus rivulos confectari, & imprudenter pariter ac ingratiè Dei Verbum in alieno quàm in ipsius Libro legere malle, in quo ad pietatis ac Virtutis studium amplectendum tam singularibus ac præclaris argumentis provocamur. D. *Paulo* Scripturæ multiplices utilitates deprædicanti hæc omnium scopus ac summa est, quod efficiat, ^b *Ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum perfecte instructus, &* (uti paulo antea loquitur) ^c *quod possit sociis eius æternè sapiences nos reddere ad salutem*. Fatendum quidem est in aliis libris extare non exiguam optimorum monitionum copiam ; verùm quandoquidem ad vitæ communis emolumenta, commoditates, vel ornamenta consequenda solummodò conferant, nihil damni ex eorum ignorantia impendet, nisi quod inde iis rebus excidamus, ad quarum assecutionem nobis viam commonstrant aut muniunt; ac cognitio, cujus acquisitio aut neglectus vel gaudia vel tormenta sempiterna infert, non a'ibi quàm in Scripturis quaerenda est. Siquidem Christiano, ut fidei ac vitæ suæ munera intelligat, opus non est alios libros præter Sacros intelligere ; quamvis ad hos probe intelligendos aliquot aliorum intellectio requiratur. Quare in eo Libro Christianorum studium ponendum est, quo intellecto alii ad salutem necessarii non sunt, ignorato autem parum juvant. Si D. *Petro* ^d idem revera factum fuisset, quod in visione quiescens per speciem fieri percepit, vix, ut erat famelicus, nemora ac saltus quaerendi victus causa peragrasset, cum ipsi vas omni quadrupedum genere aliisque edulis refertum è cælo demitteretur, accedente etiam cælitus voce, *Surge, Petre, macta ac vescere*. Sic cum Deus è cælo unum Volumen porrigit, in quo omnes veritates divinæ & sancta præcepta, quæ alii sparsim in libris humanis reperiunt, saltem implicite continentur, Christiano Liber adeò insigniter refertus nequit non esse carissimus, utpote qui in eo aliorum librorum ignorantem excuset, quod meritissima *Antonomasia* appelletur *LIBER κατ' ἐξολι*, *The Book*, sic enim vox Græca ἡ βιβλος sonat, uti etiam Hebræis dicitur † *Mikra*, quasi diceret id quod legendum est. Satis præceptorum atque etiam incitamentorum ad virtutem Scriptura suppeditat, si inodò divini Libri argumenta pro merito expendere. Errant quicunque existimant, prægrande Ethicorum systema juxta exquisitas Logicæ regulas concinnatum, & definitionibus,

Seneca de Consol. ad Helviam cap. 9. b. 2. Tim. 3. 17. c. 15. d. Ad. 10. 11. 12. 13. † Mikra Lectio.

tionibus, divisionibus, distinctionibus ac syllogismis methodicè refertam, vel necessarium vel commodum instrumentum esse per quod homines ad virtutem formentur. Plerique Authores Ethici ita scribunt, ac si Virtutem eodem modo, eademque facilitate qua Grammaticam doceri posse existimarent; & ea quæ ad virtutem ex ratione permoverent, ac contrà à vitio deterrerent, quæque in animos ac mores hominum vim habent suam ac naturalem, sicco pede transientes, lites movent de partium Ethicæ titulis & dignitate, deque ejusmodi rebus quæ ad virtutem ac vitium satis è longinquo pertinent; de asserenda methodo sua quàm virtutis supra vitium præ eminentia plus laborant; disponendis rite Sectiõibus quàm Lectorum actionibus sollicitius prospiciunt; denique id studiosius agunt ut doctrinæ memoriæ potius quàm affectibus imprimatur, utque de animi moribus disputare magis quàm triumphare discamus. Atqui quemadmodum longè meliõri sorte fruitur vel unius Provinciæ Monarcha, quàm Geographus, totius Telluris dimensionem, situm, motum aut stabilitatem theoreticè explicare, ipsam in Zonas, Climata & Parallelos distinguere, denique varias regionum quarumcunque appellationes nominumque etymologias enumerare, ac regnorum omnium ambitus, confinia, figuram, divisionem, &c. declarare quantumvis doctus; ita quoque unam è virtutibus qui actu possidet, multò illi antefendus est qui cunctas ex speculatione duntaxat cognoscit. Aristoteles, Philosophorum antesignanus, hac in re majori perspicuitate utitur, minusque *πρὸς εὐχρησίαν*, qui in Ethicis suis de methodo (quod Interpretum pace dictum sit) minus laboravit. Et sanè ad virtutem theoria non magna sufficit, modò bene percipiatur, & ferè in praxin deducatur; utpote quam Ratio & Prudentia quibuscunque vitæ casibus, prout res tulerit, satis accuratè accommodavit, (nec enim varietates negotiorum propè infinitæ facillè regulis comprehendi possunt;) quemadmodum Cynosuræ aspectus navigantium quoscunque cursus moderatur. Hoc nomine Ethica systemata non ineptè cœlo assimilaveris, in quo Sydera sunt cæcõrum oculis manifesta, eaque sat luminis ad plerasque vias ordinandas exhibentia; Et quemadmodum ego, qui cum recentioribus Astronomis in Constellatione Pleiadum prope centenas stellas Telescopii adminiculo conspexi, in quo sex duntaxat vulgi oculis apparent; quique in via Lactea, aliis que locis æthereis albican- tibus innumeras stellarum faculas plerumque inconspicuas multoties observavi; tamen nihil ampliùs luminis ad iterum directionem quàm cæteri inde percipio; ita quædam sunt in Ethicis Principia ac Axiomata ingenio- ra, nusquam non conspicua, plurimùm lucis ac directionis hominibus suppe- ditantia; at numerosa argutiarum ac subtilitatum farrago (dico etiam veras esse) à Scriptoribus Ethicis undecunque congesta, ut contemplantibus ju- cunda sit, certè ad negotia vitæ perpulillum lucis nobis fœnerator. Quoties memoria recolo antiquos *Heroes*, qui Historiam prophanam nabitarunt, à sacra autem nobilitati sunt, quique exemplis suis præceptorum optimorum

materiam ac fundamentum prius suggererunt, quam aliquid de ea re libris & chartulis consignatum fuisset, subit exclamare, Virtutem vix unquam rectius exultam fui se, quam cum nondum homines de definitione ejusdem discoperissent: (sicuti eorum qui Chymici audire volunt, ac multa præclaræque arcana calient, nonnulli, dum de essentia Auri magnifica loquuntur, emendicare slipem coguntur, quo tamen Mercatoris, qui fodinas ac furnos nunquam vidit, arca refertuntur.) Grandia illa morum Præcepta seminibus πολυβόρις similia dixeris, quæ diligenter exulta fructus progignunt aliis porro seminibus refertos. Jam ut demus in Ethicorum Voluminum cumulis reperiri quædam Probitatis προπεπαιγμένα, ac etiam quædam improbitatis ἀποπεπαιγμένα, quæ eadem in S. Codice frustra requirantur: nisi ominus sagax Lector in Libro illo celesti plura ad eam rem spectantia observaverit, quam plerique opinentur; quorum etiam nonnulla tanti sint momenti, ut unum ex iis tanto præcellet multis vulgaribus, quanto Unio aliquis grandior viginti margaritis exiguis quas Pharmacopola unciatim vendunt; aut multa minus insignia in se complectatur (quæ prudentes non numero sed pondere æstimant) sicuti libra Anglica vicinos solidos. Adde quod tametsi Scriptores profani in tractatibus suis Pæneticis orationis ornatum nitoremque confectantur, res magno verborum cultu impliant, ac locos communes explent; nihilo minus dum ipsi ad interiora animi penetrare non conceditur, omnia hæc non dico ad legentium sed vel ad scribentium mores rite formandos parùm proficiunt. Atqui heroica Primitivæ Ecclesiæ tempora experienti gloriossimâ comprobantur, ἀδυσίτοις & ἀπερρίτοις, quæ in S. Bibliis simpliciter ac sine omni ascititio fuce proponuntur ubi animo rite receptæ ac serio expensæ fuerint, virtutem eò sublimitatis evahere potuisse, quò Philosophia vix colligere aucta est. Quid quod argumentorum rationalium, ad virtutem excitantium ac à vitio revocantium, numerus non ita magnus est: Sed in Scriptis moralibus, utcumque integre coherentes in aciem adduci videantur, vis tamen omnis ac nervus dissertationis non admodum latè se exporrigit; quinimò quisquis rupto cortice putaminis abstraxerit, comperiet multis ejusmodi Commentariis planè similem inesse nucleum. Enimverò quod hic una similitudine ille idem alia illustrat; ingratos adversus Deum, quos hic porcis glandes devorantibus ac arborem unde deciderant nunquam suspicientibus comparat, a ius animalibus assimilat, quæ rivulos bibunt, ac interea de fontibus unde profluunt nihil cogitant. Utique virtutem vario duntaxat cultu ornatum exhibent, in quo habitus novus ac insolitus fortasse attentionem excitet, ac saltem animos faciles & molles permoveat, verùm sagaciorum ac perspicaciorum de ea re conceptus parùm immutat. Cujusmodi quidem homines Scripturarum Authorem nunquam redarguent, quod ex moais ac præceptis quæ ibi reperiuntur multa sint antiqua, nota, aut crebrò repetita; siquidem efficacissima esse ad probitatem instrumenta jam olim infinitis exemplis comprobatum est.

Quis

Quis non miretur Medicum à Mithridatii usu abstinens, propterea quoddam ad morbum complurium medelam multis antè seculis notum ac celebratum sit remedium? Num panis ideo minus nutriendis nobis inservit, aut rariùs usurpatur, quoniam *Adamo* (ut creditum est) eo temporaneus, ac communissimum omnium populorum per omnia tempora edulium fuerit? Quod autem attinet ad monitorum atque hortationum repetitionem, quam hominum conditio eodem subinlemediens postulat, quandoquidem validarum in Ethicis considerationum paucitas efficit ut easdem denuò (fortasse aliquatenus forma immutata) repeti, aut, si nova duataxat placeant, saltem deteriora substitui necesse sit; hujusmodi hominibus non magis mirum videtur eadem monita iteratò adhiberi, quàm gladium (telum bellicum ab omni temporum memoria usitatissimum) hodièque à militibus vibrari; aut exercitum honoris, officii, prædæ, necessitatis, aliorumque incitamentorum representatione ab Imperatore suo ad pugnam, quoties res postulet, accedi. Nec hac occasione omittendum censeo, quod cum Deus sit Spiritus Omniciscius, ac universæ Creationi Leges tulerit, easdem veritates, consilia, hortationes, dissuasiones, &c. in Christianum Lectorem, ubi in Scripturis occurrunt, aliam efficaciam sæpenuero quidem habent, at semper habere debeat, quam si eadem ille in Paganorum quantumlibet doctis ac elegantibus voluminibus reperiret. Certè enim illi, qui libros ab eximiis antiquorum temporum Philosophis, iidemque præclaris veri indagatoribus conscriptos, tanta cum reverentia lectitant, propterea quod ipsos insigni intellectus acie præditos existimant, æstimationem de iis ac de Libro quem Omniciscius Deus in publicum emisit disparitati Authorum aliquatenus proportionatam habere debeat. Siquidem *homines* (uti *Bildad* apud *Iobum* disserit) * *hesterni sunt ac nihil noverrunt*; Cautus lector in sapientissimorum hominum scriptis evolvendis, meminit ipsos falli adeoque etiam fallere posse, unde geminus illi labor, alter in sententia dictorum investiganda, alter in veritate examinanda. Verùm in S. Bibliorum lectione, posteriore hac cura opus non habemus; quippe cognita loci alicujus sententia, de veritate nihil est laborandum, cum nunquam ab eo Libro decipiamur, nisi cum nosmet ipsos in errorem conicimus, temerè credentes nos ipsius mentem percipere cum revera non percipimus. Enimverò aliter me affectum sentio, cum lego splendorem mundanum ab illo vituperatum & damnatum ad cujus summam felicitatem omnia fortunæ bona confluxerant, ac cum idem à quodam pauperculo Cynico factum invenio, cui melleas voluptatum illecebras nunquam degustare contigit, nec magno opere philosophia opus est ut mundo nuntium remittat, de quo nisi ex misella sorte sua iudicium ferre nequit, ac proinde in cujus suffragio nihilo plus situm est quàm in eo quod quis cæcus de muliere Mauriana protulerit; utpote quam etiamsi fœdam nec falsò pronuntiet, tamen credulum esse oportet, qui illud ex veritate tam invidiosæ testis affirmatione

¶ 2 credi;

* *Iob. 8. 9.*

ceciderit. Quare cùm Deus ipse nobis explicare dignatur, quid sit Hone-
 stum aut Turpe, quid Excelsum aut Sordidum, quid Verum aut Falsum,
 quid Beatitudo aut Miseria; illius dictamini longè aliter acquiesco, quàm iis
 quæ de iisdem rebus in Scriptore aliquo humano reperio, utpote qui, imbeci-
 lilitatibus ac affectibus necessariò obnoxius, proinde & ipse errare & alios
 in errorem inducere possit. Unde mirandum non est, si, spiritus Dei effatus,
 gravius peccetur hoc nomine, quòd sint illius; quemadmodum B. servator
Ninevitas ad *Iona* prædicationem conversos, iis prætulit qui se prædicante
 non respuerunt, propterea quod ipse erat * *plus quàm Jonas*. Quare tametsi
 libros morales olim non indiligenter evolverim, nihilominus gnarus eos
 non legum sed monitorum duntaxat vim obtinere, nec mortem, peccati
 pœnam, immorigeris jure intentare posse; fateor me eorum lectione sæpe
 non admodum permoveri. Quippe non inficior me, cùm libertatem mihi
 non rarè assumo rationem earum rerum expendendi, quas Scriptores huma-
 ni (seu Philosophi seu Patres Ecclesiæ) nobis proponere satagunt, compari-
 re speciosa illa ac decantata Effata, Sapientum Apophthegmata, Philoso-
 phorum placita, virorum maximorum exempla, Similitudines elegantes,
 Allegorias concinnas, ac scitas & acutas maximorum Ingeniorum senten-
 tias, planè *δουρανας δίετους* instar esse, falsitati astruendæ ac Veritatis causam
 promovendæ tela æquè idonea, quæque ab acutis hominibus ad contrarias
 assertions statuminandas perinde adduci possunt. Satis è verò iis qui curio-
 sius in omnium temporum & populorum mores inquirant, plerique è Scri-
 ptoribus Ethicis nusquam aliud agere videntur, (nisi forte quoad officia illa
 ad quæ naturæ instinctu instruimur) quàm ingeniosè digladiari (si tamen
 vel illud Elogium omnibus competat;) quippe ex locis illis popularibus
 quilibet adeò incerto & fluxo fundamento nititur, ut vix aliquid eidem su-
 perstrui possit, quod quis alius pari ingenio fretus æquali probabilitatis spe-
 cie non prosternat. Vereor autem ne pravi affectus nostri nimis quàm cre-
 brò Sophisticis strophis satis valeant ad eludendum, quicquid officii specie
 imperatum præstari à nobis gravantur. Atqui cum aliquid in S. Codice man-
 dari adverto, conscius illud † à *Patre illo Spirituum* constitutum, (qui & po-
 testatem habet ferendi leges, quas idèò iustas esse necesse est quòd ille tule-
 rit, & sempiternis pœnis in delinquentes animadvertendi;) tum gradum
 figo & demittendæ anchoræ locum prospicio, meam partium existimans
 imperata non examinare, sed facere, utpote cui plurius est divinum illud
αὐτῶν ἔπος, Sic dicit Dominus, quam integra *Platonis* Dialogus aut *Senecæ* Epi-
 stola. Placet non modò fidei sed etiam morum fundamenta in Petram col-
 locari: adeoque, verum, genuinum ac firmissimum Scripturæ sensum (& quod
 inde manifestò deducitur) irrefragabilem obligandi vim obtinere rursus,
 tum quoad idem (in rebus ex revelatione duntaxat pendentibus) tum etiam
 quoad praxin, mirum non est, si Dei voluntatem in eo Libro potissimum
 inveigo,

* *Mat.* 12. 41. † *Heb.* 12. 9.

investigo, in quo solo patefactum esse cenfeo. Et profectò cùm , mihi, omnis obedientiæ ratio in Imperantis autoritate sita sit ; paucos tamen reperias, qui inter id quod à Deo dictum est & illud quod homines à Deo dictum volunt, accuratis diſtinctionibus. Quod si liberum hoc mihi vendicò ut Textum à Gloſemate ſecernam quod vel Expoſitorum vulgus proculderunt, (quorum non paucos Commentarios ob cauſas alibi dicendas , non admittendum probo,) vel etiam Eccleſiæ Patres attexuerunt ; ſupervacaneum foret, apud *Theophilum*, proſtèri, mihi probandi imp. obandique libertatem , prout ratio liberſima ſuaſerit, in ſcriptis cæteris moralibus eſſe gratiſſimam ; quoniam me vereri, ne conciones ejuſmodi Scripturorum demonſtrationum autoritatem vix apud eos ſint habituræ , qui ſe, vel ad virtutem quidem , fraude ac dolo adduci derreſtant ; ſed ea cura, qua homines aut Chriſtianos deceat, non modò naturam rei agenda, ſed etiam rationes quibus ad praxin permoveantur, expendunt. Ex tredecim Judaici ſymboli Articulis unus ipſa Legis ſeu Pentateuchi vocabula divinitùs inſpirata fuiſſe agnoſcit. Minùs Hyperbolen ſapit, quàm quis prima facie opinetur, illud Rabbiorum pronuntiatum, Ex quovis Legis apice integros doctrinæ montes pendere. In cujus rei confirmationem nil attinet myſteria attingere , quæ ex inſuetis Decalogi Hebraici accentibus ſibi videntur deprehendiſſe ; ſiquidem Magiſtrorum modeſtiores aliquando in ſibero mecum colloquio non diſſimularunt , eam rem non minùs ipſis quàm nobis videri obſcuram & perplexam. Prætereo etiam Judæos totam Legem ad 617. Præcepta , partim affirmativa, partim negativa , pro numero literarum Decalogi revocare ; quo nempe inſinuatam velint, univerſas leges, quibus hominibus officia ſua conſtituuntur, in Decalogo virtualiter ac reductivè conſiderari. Quamvis apud eos tanti ſit, tamque in Judaicis Scripturis celebratum (uti in eo genere literarum verſatis notiſſimum) Rabbiniſmum hoc ſive dogma ſive ſigmentum ; ut interdum ſuſpicatus fuerim opinionem plurimorum Theologorum Chriſtianorum, quæ omnia præcepta , ad officium hominum quocunque modo pertinentium, ex Decalogo idoneis conſequentiis deduci poſſe arbitrantur, inde originem duxiſſe. Carterùm, uti dixi, nolo ſententiam meam , de ampliffima Scripturæ quoad doctrinam copia & plenitudine , fundamentis tam parum ſolidis & ambiguis ſtatuminere. Illud nempe apud homines attentos plus ponderis habiturum eſt, quod præter luſulentas atque obvias veritates plurimas, quibus S. Pagina paſſim repleta eſt, multa in ipſis vocabulis ac locutionum formulis monſtra propoſita, multas veritates ſtabilitas, multos errores reſoſos, quoniam multa myſteria tacitè inſinuata diligens ac attentus Lector animadvertit, quæ omnia oſcitantis atque ſuperſini incuriam fugiunt. Enimvero Deus qui, uti teſtatur Regius Vates, * *amicus ſe luce tanquam panne*, id de ſe veriffime dictum eſſe in S. Codice comprobavit, in quo (ſicuti prima ab ipſo prolata vox eſt in *Yem---Or*, *Fiat lux*) ipſæ dictiones ac

* *Pſ.* 114. 2. † *Gen.* 1. 3.

phrases, quibus sensus induitur, non modo emphaticæ sunt, sed per se mysticæ. Apostolus testatur, ^a *quæcunque antescrpta sunt*, etiam in Veteri Testamento, *ad nostram doctrinam antescrpta fuisse*. Verùm præter complures S. Codicis locos specialiter ad doctrinam facientes, nonnullos reperire est documentis tantoperè refertos, ut hoc inter eos & humanorum Scriptorum tractatus discrimen facillè conspiciatur, quod in illis materia orationi superemineat, contrà in his materia sermonis copiâ concedat. Imò vel ipsi flosculi Rhetorici, qui illic succedere, (Calendulæ instar in regionibus calidioribus solem respicientis) utilissimas & gravissimas veritates subiadicant; in quo S. Volumen Arbori vitæ in novis Hierosolymis florenti perfimile dixeris, quod non solum fructus tempestivos pro reabat, sed cujus ^b *folia ad sanitatem gentium conducebant*. Quod ad eos attrahit qui in hoc & superiori seculo Veteris Instrumenti auctoritatem convellere ausi sunt, ac si Novum Christianis sufficeret; Sanè doctrina Evangelii usâ cum naturalis rationis luce (quæ inde non excluditur sed supponitur) omnia Christianorum hominum officia, in ordine ad salutem absolutè necessaria, mihi complecti videtur: (Ideoque à multis Theologis, tam Pontificiis quàm Reformatis, inconsultò fieri, dum multa in Veteri Fœdere constituta pro legibus propriè dictis venditant, quæ certè Christianos eo nomine hodie non obligant, imò fortasse nec ullos, præter Judæos ac nonnullos è Profelytis Judæicis, unquam obligarunt:) Simul tamen arbitror, quod, etiamsi vix ostendi possit aliquid ad Christiani hominis officium necessariò pertinere, in sensu superiùs memorato, quod ita se habere vel ex Novo Testamento vel ex Naturæ lumine demonstrari nequeat; Nihilominus multa sunt ad ejusmodi officia spectantia, quorum distinctior & expiatiore cognitio ex Veteri quàm ex Novo Instrumento haberi potest: quin & multa de mysteriis Religionis nostræ in nonnullis Antiqui Fœderis locis, quam usquam in Evangelio, planius aut plenius traduntur, quemadmodum, si expediret, nullo negotio palàm fieri possit: Adeò ut, quoad ea quæ in Religione *Credenda* sunt, præclarum usum habeat, quamvis fortasse quoad *Agenda* non absolutè necessarium. Cæterùm ad hoc observare licet, quod tum res tum locutiones in Veteri Testamento usurpatæ, toties & penè ubique in Novo attingantur, (ac si Sapiencia divina torrentibus marinis & fluvialibus similis esset, qui in alveis à se factis jugiter amant decurrere) ut vix pagina posterioris sit, ad quam intelligendam prioris studium aut non sit absolutè necessarium, aut imprimis utile. Si Deo collibitum foret nos, ut olim Prophetam ^c *Ionam*, sylvestris herbæ umbrâ erudire, nostrum esset id boni consistere: quanto autem magis cum nos alloqui dignatur modo paulò minus glorioso ac quo *Mosem* affatus est; ^d nemp: per Scripturâ, cui tanta cum Sanctuario similitudo intercedit, quod legem Dei inclusam continebat Propitiatoriû (Christi repræsentamè) exhibuit, ac in quo aurei duo Cherubini, amborum Fœderû harmonicorum

instar,

^a Rom. 15. 4. ^b Apoc. 22. 2. ^c Iona 4. 6. ^d Exod. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22.

inflat, sese mutuò, simulque Propitiato ium illud quod *Messiam* præfigurabat, respexerunt. Quare quod Deus S. Codicem, tanquam Lucem quandam extulerit, qua, mediante ipsius Spiritu, Ecclesiam collustrat, hoc beneficium, non æquis solummodò, sed etiam gratis animis recognoscendum est; siquidem lux hæc, ut per se illustis, ita quoq; ab illo delecta est, cujus benedictio quævis gratiæ instrumenta secundare valet, & citra cujus benedictionem nulla gratiæ instrumenta feliciter successerint.

Jam verò, *Theophile*, quandoquidem inter eos qui in libris quibusdam, seu Moralibus seu Religiosis, libentius & studiosius quàm in S. Bibliis versantur, non desunt aliqui pietatis nomine laudandi, facillè ignoscas, uti spero, si, (ne eorum exemplum te etiam transversum agat, & unà cum locorum nonnullorum obscuritate, ac illius (præsertim in initio) oppositio, qui Scripturæ Authori & Fini hostis est infensissimus, tibi Sacrum Codicem e manibus excutiat,) iis quæ de horum hominum errore dicta sunt hoc insuper adjungam, Morem esse non tantùm laudabilem, sed etiam majoris fructus quàm plerique opinantur, portionem quandam, sive capitula aliquot S. Bibliam ex ordine diètim perlegere, nec ab incepto desisteri, e iam si (sicut in *Nuamau* * si se *Jordani* sexies immergit necdum famitati restitutus est) exinde fructum aliquem notabilem non statim percipiamus. Quippe in morbis, tam Mentis quàm Corporis, quanquam gustandi facultas sublata sit, & palatum ingentium sapores non percipiat, nihilo tamen minùs alimenta sumenda sunt, quæ, utat gustui insipida atque fortasse amara videantur revera nutriunt ac corroborant. Eni verò faciendum idem, quod Eunuchus, † in sacra Histo. in commemoratus, fecit; legenda sunt multa quæ legentes non intelligimus. Et quanquam nonnullæ Divini Verbi portiones captum nostrum effugiant, tamen subigen. læ sunt ac usû formandæ facultates nostræ, & res in memoriam admittendæ, donec ad ipsarum comprehensionem Intellectus assurgat. Quinimò, quoad hanc rem, sanctissima Christi mater ipsius Discipulis in exemplum statuenda, de qua prodium est, * quod *Ipsi* (nempe B. Virgo cum Marito) *non intellexerunt verbum illud quod loquebatur eis, Sed Mater ejus diligenter conservabat omnia dicta hæc in corde suo*; necnon existimandum est fieri posse ut, quemadmodum B. Servator *Petro* dixit, *b Quod ego facio tu nescis nunc, cognosces autem postea*; ita eo ipso quod memoriam tuam recipiendo Verbo suo aptam reddit, quodammodo dicat, *Quod ego dico tu nescis nunc, cognosces autem postea*: qui nimo quod de benevolentia in hospites, Apostolus monuit, *c Hospitalitatis ne estote immemores, per hanc enim quidam nescii exceperunt Ang. los hospitio*, etiam iis Scripturæ locis, quarum sententiam etiam nunc ignoramus, citra viol. niam nisi iam accommodari potest: quippe facillè eveniat, ut cum *Abrahamo* & *Lotho* ^d hospites opinione nostra longè notiliiores excipiamus, quique, ubi veram sui conditionem aperuerint, benedictiones in nos cumulando, & ex impiorum confortio simul ac forte

cripiendo,

* 2 Reg. 5. 14. † Act. 8. 30. 31. a Luc. 2. 50. 51. & 18. 19. b Io. 13. 7. c Heb. 13. 2. d Gen. 12. 8. & 19.

eripiendo, hospitii præmium redhibeant. Cer: è autem si Ethnici obscura & dubia oracula, à Principe Tenebrarum ac Mendaciorum patre plerumque profecta, religiosè conservant; quin pudeat nos illa λόγια ζωῆς ^a *viva eloquia*, illa λόγια τοῦ Θεοῦ ^b *Oracula Dei* qui est ^c *Pater luminum*, Essentialiter Veritas, ^d *Mentiri nescius*, non attentè pervolvere ac animis recondere. Etiam difficilissima Scripturæ ænigmata, quæ ad retinendam ingenii humani audaciam videntur comparata, hunc fructum præbent, ut tenuitatis nostræ admoneamur, simulque argumentum arripiamus profitendi quàm reverenter de Dei Verbo, hoc solo nomine quod illum Authorem habeat, sentiamus. Nec verò quenquam ab instituto dimoveant intentata à Diabolo molestia, qui primos progressus in studio, consiliis suis aded adverso, omnibus modis infringere ac retardare satagit: siquidem ista plerumque sunt Christi in nobis noviter formati nixus & veluti *ἀδίες*; aut horrendis illis paroxysmis aliquid habent simile, quæ spiritus impuri, de quo apud *Marcum* ^e mentio, ejectionem præcesserunt; cujusmodi carimoniam abiturienti Dæmoni solennes sunt, qui ubi abitus sui tempus insiare comperit, † *Ira magna plenus fit, propterea quod sciat se paululum temporis habere*. Et quanquam ^f *Deus Pacis, qui Satanam sub pedes Sanctorum citò contriurus est*, explorandi nos causa gratiam suam à nobis etiam dum Scripturarum lectioni operam damus, aliquantisper abstineret: tamen ab excellentissimo studio ne desistamus, sed in mediis ad gratiam conducentibus fideli & pertinaci proposito firmiter inhæreamus; non secus quàm Luna Eclipsin passa orbitam suam aut motum non derelinquit, sed continuato cursu irradiationem amissam demùm recuperat. Verbum Dei invenimus assimilatum semini, †† (immortali illi semini per quod nos *regentos esse D. Petrus* § testatur) quod diu veluti emortuum & terra consputum (uti novimus) jacere visum, tamen postea germinat, & in copiosam messem succrescit. Nec verò profectus quos fecimus, magis quàm imbecillitas nostra, efficere debent ne frequenti lectione in Scripturis versemur: ¶¶ *In sæculum non obliviscar mandatorum tuorum*, (inquit Psalmographus) *nam illis vivum conservas me*. Non est divinum Verbum tanquam medicamentum aliquod vehementius habendum, quod una vice sumitur, ne in posterum repetatur; verum alimento comparatur, quod sanè quoad animam verissimum est; in quo sensu, etiam καὶ λέγει dici potest, ††† *Hominem non è solo pane vivere, sed ex quovis verbo procedente per os Dei*. Jam quemadmodum cibos optimos & exintè nutritios heri comedisse nullatenus præstat, ut hodierno & crassino die ac deinceps vesci opus non sit, dum in hisce ¶¶¶ *domiciliis argillaceis* hospitamur; similiter, diata utcuque plena, nisi repetatur, animam non multùm alit. Et quemadmodum quo homines saniores ac robustiores fuerint, eo plerumque vegetiore & crebriore cibi appetentia tentantur; ita optimi Christianorum, & qui in Scri-

^a Act. 7. 38. ^b Rom. 3. 1. ^c Iac. 1. 17. ^d Tit. 1. 2. ^e Marc. 1. 26. † Apoc. 12. 11. * * Rom. 16. 20. †† Mat. 13. 19. 20. &c. § I. Pet. 1. 23. ¶¶ Ps. 119. 93. ††† I. Pet. 2. 2. & alibi Mat. 4. 4. ¶¶¶ Job 4. 19.

pturarum notitia maximè profecerunt, (quod *Davidis* exemplum confirmat) istam animarum alimoniam enixissimè expetunt †; cujus etiam defuetudine aut neglectu fit, ut vigentissima pietas languescat, & in Atrophiam labatur. Nec est cur ullum ad assiduam Scripturarum lectionem incitamentum nobis molestum esse debeat: cum multo plura sint quæ compentent quàm quæ requirant operam in illo Libro ponendam, cujus tum manifesta sententia, tum circumstantiæ & oratio quibus vestitur, eximie ad doctrinam faciunt; aromatici illius fructus instar, cui pro nucleo est Nux Moscata, & pro integumento Macis. Nempe ex hac plenitudine inexhausta natum est illud Rabbiorum de Lege sua præceptum Panegyricum, *בה ומהפוך בה ארו כולי בה* *evolve eam, ac rursus evolve eam, nam totum est in ea.** Cui congruit quod Judæus ille, qui Apophthegmata Arabica in sermonem Hebraicum transtulit, his verbis pronunciavit. *Non procedit ex ore sapientum hujus mundi sententia vera, qua non in lege nostra insinuetur.*

Porro autem complures loci usque ad eò ad usum comparati sunt, ut non modò in animo reponi sed etiam in promptu haberi debeant; & quemadmodum *David*, cum ab hostibus infensissimis undique premeretur, *Goliath* gladium ex loco ponè Amiculum accepit, ut eundem secum gestaret quocumque proficisci contingeret; ita Christianis, à spiritualibus hostibus impetitis, prospiciendum est, non tantùm ut habeant armamentarium spiritualibus telis probè instructum, sed ut hoc ^a *gladio Spiritus* perpetuò accingantur, ut defensionis simul ac offensionis ubique interserviat; nec ad Concordantias (quas vocant) recurrere opus sit, quæ ut semper ad manum non sunt, ita sæpe non satis maturè haberi possunt, quin priùs à Mendaciorum Patre aut Patronis victi succumbamus. Cæterùm in hanc finem expedit & hoc adjungi, non modò verum esse, quod, ut diversi Scripturæ loci sibi invicem lucem fœnerentur, adeoque quælibet Scripturæ portio intellecta ad alterius intellectionem viam munit; ita quoque Liber iste usque ad eò comprehensivus ac fertilis est, ut longissima Christiani ætas, inter vigilias ac labores enixissimos exacta, mysteria in ipso non detecta sit relictura; sed etiam verum esse quod documenta in ipso tradita tam insignis momenti sint, tantamque in depravatis mortalium ingeniis *ἐπιεικίᾳ* reperiant, ut ea quibus non multa lectione opus est ut intelligantur, certè plurimam desiderant ut animo rite imprimantur. Quippe cum memoria humana, ad bona retinenda minus habilis, rarò Hydrargyro similis sit, in quo nihil præter aurum metallorum nobilissimum subsidit, (utpote quod innum Mercurio ponderosius.) ^b *Sermo Christi* non tanquam hospes aut parca in animos nostros admitteendus est, sed *inhabitare in nobis* debet, idque copiosè. Sermo, quem *D. Jacobus* asserit ^c *animas nostras servare posse*, ab eodem comparatur furculo insititio; hic autem ab arbore, cui pangitur non solùm arctè constringi debet, sed, ut fru-

G ctum

† Τροφή ψυχῆς ἢ τροφή *Athanas.** *Pirke avoth.* c. 5. a *Eph.* 6. 17. b *Col.* 3. 16. c *Lac.* 1. 24.

cum aliquando proferat, cum eadem coalescere. Enimvero rerum religio-
 farum adeo tarda ac evanida fit in nobis impressio, ut præcepta ad vitam
 piè ducendam instituentia, per universum vitæ spatium sint recolenda.
 ----- Cæterum ea est humani ingenii protervitas, non minùs vitiosa
 quàm solennis, ut modus sive methodus, qua Deus consilia sua exequitur,
 semper displiceat & (tanquam Creatorem sapientiâ superaremus) divina re-
 rum administratio reprehensionem nostram incurrat, Excellentissimam il-
 lam Virginum pariter ac Matrum principem; quam ^a *omnes ætates beatam*
 prædicaturæ sunt, Filius Divinus increpuit, ^b quod methodum sibi in se
 patefaciendo præstitutam immutatam iverat. Verùm Deus & erga seipsum
 justior est, & erga nos clementior, quàm ut Omniscientiam eo usque (quasi)
 demittat, ut, illa refragante, se à nobis, crassis & ineptis monitoribus, ab
 instituto distorveri patiatur; pluris ei sumus, quàm ut nostris judiciis com-
 ponendi Verbi sui arbitrium permittat; mediorum ac instrumentorum ad
 fines suos assequendos ipse delectum adhibet, nec ad id opus habet infido
 nostrorum oculorum ministerio; denique quod illius ineffabili Sapientiæ ad
 hominis institutionem ordinare libuit, id clementi, licet sæpe perperam
 intellecta, constantia perpetuò retinet. Non illum fugit, complices, quibus
 hæc Scripturæ œconomia vel stylus displicet, quamvis aliam culpaturus:
 nec sanè aliter fieri potest; siquidem ea est ingeniorum, judiciorum ac præju-
 diciorum diversitas, ut quemadmodum hi jam dicunt, Quare hoc & non
 illo modo? ita alii, si quid mutatum esset, percontarentur, Quare illo &
 non hoc modo? In dubio est, utrum Israelitæ Pharaonis in Ægypto an
Mosis in Deserto imperium iniquius tulerint. Quin & ^c pueris à locis suis
 in foro accusatis non defuerunt in omnibus temporibus aut posteri aut an-
 tecessores; Judæorum protervitatem referentes, qui rigidam illius, qui
 erat *πλεον τῆ ἀροφῆς*, virtutem, virtutis hosti attribuerunt; illius, qui erat
πλεον τῆ Σολομῶντος, demissam benignitatem in vitiorum numerum retule-
 runt, quæ ille amoliri fategit. Verùm magnus humani generis Medicus,
 per sapientiam & misericordiam suam, ægros suos vecordes sibimetipsis me-
 dicinam facere non sinet; nec ad inepta cavillantium jurgia eviranda, con-
 turbabit, aut susque deque vertet mysticas illas & sublimes institutionum
 formas, quarum sapientissima œconomia ^d cœlestium illorum ac corporeæ
 mōlis expertium spirituum & attentionem & admirationem provocat, qui
 natis suis dotibus non magis mortalium sortem superant, quàm in eo quod
 ipsas feliciùs exercere possunt. Inde est quod B. Servator de Cruce descen-
 dere renuit, * licet illi quorum criminæ supplicio traditus est (nempe Prin-
 cipes Sacerdotum & Scribæ) profiterentur se hac conditione in ipsum cre-
 dituros. Atqui dum nobis fingimus officium à nobis accuratiùs præstari
 potuisse, si hoc aut illo modo exponeretur & commendaretur, meminisse
 oportet eum in Inferno fuisse, qui alium Peccatores admonendi modum
 præter

^a Luc. 1. 48. ^b Jo. 2. 3. 4. ^c Mat. 11. 16. 17. 18. 19. ^d 1. Pet. 1. 12. * Mat. 27. 42.

S. SCRIPTURÆ.

51

præter Sacras Literas optavit; eum autem in Cœlo fuisse, qui eos ad Scripturam remittens dixit, † *Quod si Moſen & Prophetas non audiunt, ne ſi quidem quiſpiam ex mortuis reſurgat, perſuadebuntur.*

Hic verò ſi non apud *Theophilum*, hominem eximiè prudentem, ſed apud promiſcuos Lectores diſſererem, præter ea quæ ſuperiùs de variis Scripturarum criminationibus dicta ſunt, hic omnes ſeriò monerem, atque etiam obteſtarer, quibus eas ſibi aut aliis aſſerendi aut facultas aut otium deeſt, ut Objeſtoribus, aut Objeſtionibus, quacunq; ſpecie ſive prætextu adverſùs cœleſtem illum Librum adductis, quâ fieri poſſit aures obturent; præſertim ſi illæ acuti ac callidi ingenii Authores habeant. Etenim cùm à quovis privato Chriſtiano neceſſarium non ſit (imò nec poſſibile) omnium diſcrepantium de Scriptura opinionum rationes percipi, (ut nec cuiſlibet iter facienti Geographum eſſe neceſſe eſt;) quin & ut via ad cœlum cognoſcatur, opus non eſt earum omnium notitia, in quibus qui eò non attingunt, diſpalantur, (quorſum enim mihi, *Doroſbernia Londinum* profeſturo, aliæ viæ eò non ducentes diſcendæ ſint?) Prudentis non eſt, manifeſtum fidei ſuæ labefaciendæ, ſi non ſubvertendæ, periculum incurrere, tantùm ut ſupervacaneæ curioſitati gratificetur, cujus prurigo ſcalpendo exacerbatur, quantamvis in ea re jucunditatem percipere nobis videamur. Quippe tameſi, conſilio non malo, audire duntaxat velis non credere, & ingenioſum aliquid aut novum auribus accipere, nihilominus huiusmodi ſermones vix unquam periculo vacant; verùm (quod dolendum experientia non infrequenti compertum eſſe) plerumque aut fidei firmitatem aliquatenus labefactant, aut Amoris ardorem reprimunt, aut incomparabilis Libri æſtimationem imminuunt, aut moleſtos animo ſcrupulos iniiciunt, quos deinceps minoris eſt negotiù refellere quàm tollere. Quare, quemadmodum in morboſa aëris conſtitutione, dum graſſatur peſtilentia, Medici vel minimos dietæ exceſſus, cibosque dyſpeptos aut intemperiem ullam procreaturos ſeveriùs prohibent; eo quod ht ex maligno cœli ſtatu ut quælibet febricula in peſtem faceſſat; ſimiliter, cùm jam Scripturarum vilipendium latiſſimè ſe diſſudit, atque etiamnum increbrefcit, non videtur (uti ſpero) intempereſtivum admonere eos, quibus fidei ſuæ firmitas ac ſerenitas curæ eſt, ut ſolicitiùs ſibi caveant ne in legendo aut audiendo aliquid, quod ipſorum erga S. Scripturas reverentiam imminuat, ſibi niſiùm permittant; quippe quod ratione profanæ pravitatis, quæ his temporibus contagioſè graſſatur, vel minimæ iniquarum opinionum de ipſa conceptarum in impietatem degenerare proclives ſunt. Sed vereor ne tanquam è ſuggeſto concionari me exiſtumes.

† *Luc. 16. 31.*

Obiectio Octava & Vltima.

Peruentum est jam, *Theophile*, ad eam Dissertationis huiusce partem, in qua magna illa contra Stylum Scripturæ obiectio excutienda est, quæ etsi Philosofo non admodum gravis videatur, tamen ingeniosi ipsius Adversarii plurimum in ea situm esse arbitrantur; præcipuè quibus phantasiâ plùs quàm iudicium exercere, ac illi libentiùs quàm huic gratificari placet. Obiectio sic se habet; *Aiunt Scripturam Rhetoricis flosculis atque eloquentia adeò destitutam esse, ut prorsus arida sit, & nullius apud sagaces Lectores efficaciam. Unde ab hominibus ingenio ac ordinis dignitate claris, præcipuè Politicis, sive publicarum rerum administratoribus, aut nullo loco habeatur, aut parcissimè legatur.* Et profectò nota est Cardinalis superiori seculo vox, se S. Biblia semel perlegisse, at si eadem iterum perlegeret, actum fore de Latinitate sua. Quin & inter magnos illos Oratores (quales sibi videbantur) qui eodem cum illo floruerunt seculo & solo, solennis erat querimonia, Scripturæ lectionem Romani sermonis puritati officere, ac stylum Ciceronianum corrumpere. Memini etiam Principem non obscurum, (cujus aliis virtutibus datum est ut hîc nomini ipsius parcat) præsentibus nonnullis amplissimæ dignitatis viris, sententiam ejusmodi de Stylo Scripturæ, dum mihi colloqueretur, protulisse; præ qua Cardinalis mollissimè locutus videatur. Atque utinam ista effrænâ linguæ licentiâ in exteris regionibus stetit, nec in *Britanniam* nostram, non æquè ab Orbis Vitiis ac Continente diuisam, transfretasset. Censuram de illo Libro inuerecundè proferre, juxta quem futurum est de tota mortalium gente iudicium, *Anglia* si non docuit, certè plus satis didicit. Repertus enim est (quod doleo) è popularibus nostris, qui unam *Pindari* Oden omnibus Psalmis *Davidicis* disertè prætulit; & in complures ejusmodi commatis homines incidi, quos hîc commemorare non libet, cum recitari præstet quàm propalari quæ in hoc genere temerario dicta uspiam fuerint. Nam, ut taceam ejusmodi impietatum divulgatione uniuerso hominum generi opprobrium conflare, parum est quod inde quorundam curiositati satisfiat, dum aliis occasio porrigitur imitandi illud quod nonnullos aulos fuisse intelligunt. Sunt enim quædam crimina à quorum perpetratione inde potissimum homines deterrentur, quod persuasum illis sit, atrociora ea esse quàm ut unquam perpetrata fuerint: Adeoque factum est, ut prudentia Legislatorum ejusmodi facinora meliùs silentio quàm minis coerceri crederent. Quare prætermittam ulteriorem famosorum dictorum mentionem, tanquam rem concessam habiturus sum, fuisse atque etiamnum esse nimis quàm multos ingeniosos Scripturæ Contemptores. Verùm quod ad ipsam Accusationem n. attinet, cujus illi Patroni habentur, multa hîc aduersus ipsam afferri possent, nisi eorum nonnulla ad ea quæ inferius destinavimus propius pertinerent, ubi non Sacræ Scripturæ Stylus, sed alterius generis argumenta primariò

primariò in considerationem ventura sunt. Nihilominus ut quæ in sequentis Dissertationis hujusce parte præsentis negotio accommodata sunt huc melius referre possis, accipe responsiones, quibus supradictæ objectioni occurratur, fermè ad hæc quinque argumentorum capita revocatas.

Primò quidem Respondeo, Quibusdam S. Scripturæ partibus Rhetorica lumina necessaria non fuisse.

Deinde, S. Codicem eloquentiâ minùs, quàm revera est, ornatum videri, Versiones, ac præcipuè Latinam vulgatan, duntaxat legentibus.

Tertiò, Ex eo quòd diversi ingenii ac imprimis distitarum Regionum homines de eloquentia diversimodè sentiant, fieri posse, ut loci complures, qui nobis inculti aut inelegantes apparent, eximium sermonis nitorem obtinere ab aliis gentibus judicentur.

Quartò, Non exiguum esse locorum numerum, quos divino Authori orationis ornatu, qualis etiam nobis in pretio est, condecorare visum est.

Denique, Experientiam nequaquam adstipulari, quod Scripturæ Stylus ejusdem apud plerisque Lectores efficaciam tollat, nisi in ipsorum animis culpa resideat.

Primum ex his quod attinet, multas esse Scripturarum partes quibus eloquentiæ affectatio malè conveniret, in superioribus ostensum est, ideoque credere libet quæ antea dicta sunt nondum tibi memoriâ excidisse: ac proinde opus non esse ut huic primæ considerationi immoremur. Unum est quod tacere non possum, nempe quibuslibet hominibus orationis formam ipsorum professionibus ac argumentis congruentem ultrò permitti. Jurisperitorum, Medicorum, & Chymicorum scripta assiduis manibus teruntur, tametsi sermone adeò salebroso ac aspero concepta, ut non rarò barbaries consultò quæsitæ videatur. At interea sacrosancti Eloquia in ultimis habentur, & tantùm non sordent, propterea quod Mytheria & res ad Religionem pertinentes proprio ac Theologico stylo expriment. Hic autem succurrit Machiavellum, in Epistola qua *Principem* suum Laurentio Mediceo nuncupat, postquam se sublimè dicendi genus ac magnifica vocabula non conquisivisse, nec opus suum orationis favo ac lenocinio, ut plerique Scriptores solent, excelsivè agnovisset, hæc simplicitatis sibi in scribendo usurpatæ rationem reddere [*Perche io hò voluto, ò che veruna cosa la honeri (la mia opera) ò che solamente la verità della materia, & la gravità del soggetto la faccia grata) stansum sibi fuisse, ut aut nihil opus suum condecoraret, aut sola rerum veritas & argumenti dignitas ipsum legentibus commendaret.* Quòd si is animus homini Politico de rebus tantùm civilibus apud Principem differenti esse jure potuerit, annon vel inculcissimas illius Libri partes,

ab ipsa essentiali ac suprema Veritate directè promanavit, quique de sempiterna hominum beatitudine aut miseria agit, ab ipsis æquo animo excipi Deus longè potiori jure expectaverit? Quinimo, si styli Machiavelliani simplicitas, & ipsius Inquisitionis autoritas efficere non possunt, quo minùs Lectores Itali utcunque, Critici, ipsius Opera nocturna diurnaque manu evolvant; qualem illi tandem habiruri sunt Apologiam, qui divinum illum Librum despectui, aut saltem neglectui habentes, stylum ipsius nudum ac simplicem in excusationem sui ob.endant.

Secunda Responso ad Objectionem Octavam.

Secundò autem illud Scripturis obesse quod ab iis, quibuscum hinc res est, in linguis primitivis non legantur, etsi antea paucis ostendimus, tamen expedit ut idem denuò explicandum sumamus; Nec sanè mirandum est eos S. Bibliorum stylum, uti par est, non revereri, dum Libri Hebraici characterem ex vulgata Versione æstimant; quæ (licet à multis Theologis Reformatis interdum immeritò improbata, qui meliorem eudere non admodum facilè comperirent, tamen) sine dubio multis in locis mirè aspera est ac planè barbariem sapit: quinimo dum omnia ad literam exprimere nimis anxie satagit, nec Hebræi nec Latini sermonis idiotismos assecuta est; adeoque, Textus Originalis Vocabulis religiosè adhærens, eum elegantix & sape etiam sensus dispendio, ex optimis locutionibus Hebraicis Latinas fecit pessimas, quæque legentibus fallidio fortasse essent, nisi Scriptura concinnitate orationis satis commodè carere posset. Unde huic negotio insigne illud Mirandulæ pronuntiatum adaptare licet, *Hebræi bibunt fontes, Græci rivulos, Latini paludes.* Vetusta illa Rhythmica metaphrasis Gallica Virgiliti *Æneida* nihilo plùs elegantem exhibet, quàm Hopkinsius & Sternholdius Psalmos Davidicos; qui, cum Authorem habuerint peregrinatione ac vita aulica excultum, & poëtico genio instructum, (ut de Inspiratione nihil dicam) fieri non potest quin in fonte suo complura scitè ac venustè dicta contineant, utcunque eos infeliciter in nostram Interpretes transfulerint. Quid de suavissimo Melode Israël senserit Orientalis Orbis, constat tum ex Hyperbolicis figmentis quæ de ipso creduntur, (qui cum Mose, Jesu ac Mahomete in Prophetarum magnorum quaternionem accensetur) tum ex eo quod *Kessaus* Mahometanus (celebris ille Scriptor vitarum Prophetarum) de eodem refert, * nempe *Davidi, Dei laudes canenti, Montes, Volucres ac bestias concinnuisse.* Hanc utique crassam, figuratarum in Psalmis locutionum, interpretationem, uti & locorum in quibus creaturas inanimas ad communem Creatorem concelebrandum invitat, videtur ex ipso Alcorano mutuatus, ubi Mahometes Deum inducit dicentem, † *Montes ipsi morem gerere coepimus, qui cum ipso mane & vespere laudes canerent; Volucres etiam* ad

* *Kessaus*, pag 99. V. Ps. 114. 4. Ps. 19. † *Surat. 37. Vid. Henr. Hotting. p. 62. 63.*

S. SCRIPTURÆ.

55

ad ipsum convolare; omnia hac ipsi obtemperant. Novum quod spectat Instrumentum, tametsi sermone Hebraico scriptum non fuerit, nihilominus ii quorum calamis exaratum est, Hebræa gente oriundi, stylum ab Interpretibus Vêteris Testamenti usurpatum potissimum imitati sunt, (qui utrum Dialectum sive Linguam, quam vocant, Hellenisticam; de quâ recentiores Critici digladiantur, constituat, non meum est determinare) uti etiam & illum quo Apocryphi authores, aliiq̃ue Judæi usi sunt, cùm Græcè scriberent. Qui omnes (exceptis fortasse Josepho ac Philone) in Græca oratione Hebraicum idioma potius quàm Atticum secuti sunt, aut saltem ejusmodi Dialectum, quæ (propter ea multa quæ Versionem $\text{פ}^{\text{פ}}$ LXX. respiciunt) si non puris putis Hebraïsmis, saltem locutionum formulis Græciæ prorsus ignotis, & in Hebraïcis scriptis non rarò occurrentibus abundat, ac proinde ad stylum Hebraicum quàm proximè accedit. De quo, seu quoad Novum seu quoad Vetus Testamentum, ii contra quos disserimus, sermonis illius primitivi notitia destituti, prorsus insidonei sunt, qui judicium ferant: quippe in omnium linguarum idiotismis quædam lumina & veneres nativæ insunt, quæ (subtilissimum Spirituum instar, ubi Essentiæ transvasantur, aufugientium,) pereunt in plerisque Versionibus, præsertim si $\text{פ}^{\text{פ}}$ לֵי־עו fiant. Speciatim verò Lingua sancta, quam Eloquii suis nobilitandam elegit Deus, multas voces habet, quarum vim qui in quamvis aliam transfundere aggreditur, idem facit ac si Solis jubar, aut adamantis scintillam penicillo suo æquare satageret; atque etiam quarum sententiam latissimam frustra est qui, in quocunque derivato sermone, exprimere speraverit. Quædam ex Hebraïis Conjugationibus, uti potissimum quæ *Hiphil* & *Hipaël* appellantur, ejusmodi significationes Verbis attribuunt, quas ob similitum Conjugationum in Linguis Occidentalibus defectum sine verborum circuitu repræsentare non licet, unde aliquid de plena originalium vocabulorum sententia intercideri necesse est: & (ut id obiter notem) dum ad hanc unam notam Grammaticam non attenditur, verus complurium Novi Fœderis locorum sensus minùs perceptus est, nempe in quibus Græca lingua, cui desunt prædictæ conjugationes, transitivam aut reciprocam significationem verbis activis aut intransitivis affixit. Quàm ineptè verò errent homines in suis de Scriptura judiciis ob fontium inscitiam, didici aliquando ex Commentatore quodam non ignobili, qui *D. Paulum ἀνεργολογίας* notavit in principio Epistolæ illius quæ ad *Thessalonicenses* * vulgò prima, at ab erudito *Grosio* (in Paradoxis suis de Antichristo) nec citra rationem, secunda censeretur; nam cùm verba illa Græca ἀφ' ὑμῶν ἐξήχθη ὁ λόγος τῷ Κυρίῳ, quæ nostrates rectè reddiderunt, *From you sounded out the Word*, in metaphrasi sua hoc modo reddita videret, *A vobis diffamatus est sermo*, nescius *D. Paulum* Græcè scripsisse, corripere voluit sanctissimum Scriptorem, quod posuisset *diffamatus est pro divulgatus est*.

Tertius

* *1 Thess 1.8.*

Tertia Responsio.

Tertiò ulteriùs considerandum est, quod ad multa Scripturæ loca spectat, quibus Europæarum gentium iudicio elegantia deesse censetur, eam quæ populis Orientalibus in pretio fuit ab illa Occidentalium immane discrepare, Unde si secundùm nostras Rhetoricas regulas, eorum, qui in Regionibus unde in cæteras Orbis partes literatura fluxit degerunt, expendantur scripta, licèt in se accuratissima & celebratissima & celebratissima, sit ut prorsus arida atque inculta videantur. Sententiæ obscuræ & involutæ; oratio tropica & parabolica, abruptum mancumque dicendi genus, quod conjecturis plurimum supplendum relinquit, Transitionum nexuumque neglectus ex quo rerum ordo ac cohærentia difficulter perspicitur, nostris Rhetoribus non minùs improbatur, quàm ab illis usurpatur: ut non magis scribendi formis quàm opinionibus dissentiamus; siquidem illi (ac si hoc ipsum alternam Religionis mutationem inter Græcos ac Judæos futuram præsignificasset) à dextra levorsum exarant; nos autem (quos in hoc imitantur Æthiopes) contrà dext. orsum à sinistra; adeò ut illi nobis ac vicissim nos illis retrorsum scribere videamur. Cæterùm discrepantem hanc, Orientalium atq; Occidentalium Adami posterorum, de Eloquentia sententiam unica, eaque insignis instantia satis declarabit. De Alcorano loquor; cujus orationem quantopere Mahometani suspiciant, illos latere nequit, qui in illorum mores vel tantillum inspexerunt. Arabici ejusdem Expositores gravissimi ^a aliique authores gloriantur, nec ab hominum nec à Dæmonum ingenio aliquid unquam proficisci posse, quod cum ipso comparari mereatur: quinimo *Mahometes* ipse usque adeò in eo sibi placet, ut nec unquam ipsius Sectionem five Surat ab ejusdem Oppugnatoribus æquari posse pronunciet; ^b simulque inde autoritatis esse plusquàm humanæ probat, quòd nihil ipsi æquiparari valeat. Et Saraceni, quoties ipsis obiicitur Religionem suam miraculorum testimonio destitutam esse regerunt, quod *eisi* (*Mahometes*) *nihil præter solum Alcoranum* (adduxisset,) *satis hoc foret ad eximiam excellentiam supra reliqua, quæ Prophætæ adduxerunt: nam ille Miraculum est, quod in secula durat præ omnibus aliis Miraculis* (uti testatur *H. Hotting. Hist. Orient. pag. circiter 300.*) Quantum venustatis in fonte habeat, fateor me non satis Arabicæ linguæ scientia instructum, ut siam idoneus iudex, cum per alia studia & negotia mihi istius præclari idiomatis peritiam, quantulamcunq; olim nactus eram, ferme omnis exciderit. Verùm tamen multis in *Alcoranum* è Scriptura transcriptis, inde eximia quædam in eo contineri necesse sit, (quo nomine hîc frequentius citatur:) nihilominus non modò Latina ejusdem metaphrasis, *Petri Abbatis Cluniacensis* jussu adornata, & ante seculum

procurante

^a *Beidavi, Ahmed ebn Edris, aliique.* ^b *Surat. 10. S. 11. & S. 17.*

procurante Bibliandro in lucem emissa, (de qua hæc est Scaligeri * Criticorum Principis exclamatio, Deum immortalem, quam inepta est vulgaris illa quam habemus Interpretatio,) Oratoribus Europæis ab Eloquentia longissimè abesse videatur ; verùm recentiores Versiones, tum in Gallicam tum in Romanam Linguam, ab eruditissimis & sermonis Arabici peritissimis Viris elaboratæ, dum originalibus verbis præse adhærent, fecêre, ut apud eos qui eloquentiam ex regulis in hac Occidentali Orbis parte receptis æstimant vix infimam, nedum supremam, eloquentiæ laudem, mereri judicetur ; nec minùs sermonis venustate quàm rerum Theologicarum veritate destituta habeatur ; ipsique Saraceni librum illum admirantes, perinde sint illis admirationi. Quinetiam non modò ea, quæ ab Indorum Orientalium celebrioribus scripta mihi videre contigit, à nostra eloquentia immensum abhorrent, sed etiam ea quæ à Sinensibus Literatis (quos vocant) diligenter elaborata, & ab Interpretibus accuratè reddita perlegi, Oratori Europæo potiùs ridicula quàm facunda viderentur. Verùm, ut exemplis è partibus Orientis minus remotis suprâ adductis contenti simus ; siquidem *Mahometes*, cujus eloquentia (gladiò ipsius vix minùs prospera) auctoritatem ac profelytos vel tali Religioni conciliare potuit ; siquidem *Moses* insignis ille Legum dator, in Ægyptiaca Aula atque sapientia enutritus ; siquidem *Solomon*, cui præ cæteris mortalibus tanta ad quamcunque disciplinam suppetebant adminicula, & cujus sapientia (tot Regnorum administrationi par, quot in suo subdici numerabantur) Occidentalis Mundi per tot secula admirationem, Orientalis pene venerationem meruit ; denique siquidem Propheta *Daniel*, cujus adolescentia non modò Magorum Chaldaicorum disciplina, sed etiam divini Numinis afflatu exculta est, ac præstantissimæ suæ dotes de Captivo tam Magorum Chaldaicorum, quàm Medorum Dynastiarum Principem reddiderunt ; siquidem (inquam) hi insignes Scriptores, quos Orientales populi tantopere ac tam meritò suspexerunt, à multis Romani sermonis peritiam venditantibus minùs probantur, idque ob diversam de Eloquentia sententiam ; imò si inter ipsos Europæos fuere qui *Ciceronem* censura ferirent, & repertus sit qui libro edico probatum iverit defuisse *Tullio* eloquentiam ; annon jure æstimare licet, fieri posse, ut Græca & Romana dicendi species non magis Orientalibus Scriptoribus arrideret, quàm illorum nobis ? ac proinde ut ubi in Scriptura à nobis Europæis nihil elegantia percipitur, ibi non omnino nulla insit, sed revera diversa ejusdem species, ac qualis Orientalibus familiaris fuit ? eoquæ magis si consideremus vetustissimos quos habemus Authores, qui soluta oratione scripserunt, vix novissimos Veteris Instrumenti Scriptoribus contemporaneos fuisse ; simulque eloquentiam, conceptuum nostrorum involucrum, non secus quàm corporum indumenta, pro diversitate non modò Regionum sed etiam temporum variare ; quin & idem evenire posse in ea, quod in vestimentis solet ; ut quæ modò

H magnifica

* I. Scaliger Ep. 361. apud Theod. Hachspan in libro cui Titulus *Fidei & Leges Mohammædis*. p. 22.

magnifica ac splendida sunt, mox risum faciant; quæque jam Aulicum decent, post paucorum annorum decursum Morionibus convenire judicentur: quanquam rationem elegantix & indecentix, quoad has res, in consuetudine ac communi usu esse, habituum vicissitudo testatur, cum obsoletæ vestimentorum species paulatim ac veluti postliminio revocentur. Quod autem in eo scribendi genere, quod pro eloquentia perperam habetur, varietates insignes contingant, accipe non ignobilem testem L. *Senecam* qui Epist. 114. (ne memorem alia ejusdem Authoris) non solum id fufius probat, sed ostendit in nonnullis temporibus vitiosam orationis speciem cultioribus ingeniis placuisse. Quare, ut demus S. Scripturæ stylum hodie elegantem non esse, tamen fieri potest ut temporum illorum genio, in quibus ipsius Libri conscripti sunt, eximie accommodatus fuerit, & populi istius utilitati præclare comparatus, cui primario destinatus est.

Brevis Digressio de Arte Rhetorica.

Hic verò si, in re cujus peritiam non admodum mihi uendico, paradoxum aliquod profere liberet, hac occasione ulterius repræsentare possem, quod cum Rhetorica sit tantum Ars Organica sive Instrumentalis, persuasioni aut delectationi potissimum comparata, ipsius Regulæ ex ea quam habent ad finem suum aptitudine perpetuò æstimandæ sunt; ac proinde ab homine prudente eatenus duntaxat tenendæ, quatenus ille eadem instituto suo sive placendi sive persuadendi opportunas judicaverit: ubi autem commodius ab ipsis recedi posse videat, (nam Oratoribus sæpe idem faciendum accidit quod solet Venatoribus, quibus communi tramite exeundum est, si prædam assequi velint) finem mediis, Artificis scopum artis scopo (ut loquuntur scholæ) antepone non est cur dubitet, & *δενωός* quam *ἀνεπίβασ* differere maluerit. Nec tacendum est, temerè fieri, si de Eloquentia ex regulis quas Ciceronis admiratores nobis imponere satagunt, judicium feratur, & systemata Præceptorum ab illis concinnata cum arte Rhetorica confundantur, ac si invicem æquipollerent & ejusdem essent latitudinis. Nam cum Cicero egregius dicendi artifex, & in permovendis Auditorum, hoc vel illo modo præparatorum, animis felicissimus haberetur, multi non ultra imitationis laudem, præ modestia aut imbecillitatis suæ conscientia, collimantes, cum Ciceroni hoc vel illud artificium & locutionum formas placuisse viderent, observata sua in regulas contraxere, quæ deinde à posteris avidissimè exceptæ, & similibus regulis ex quorundam aliorum Oratorum scriptis auctæ, demùm in Artis speciem contextæ sunt; quam ut non inficior ad Ciceronis aut Demosthenis aliorumque, ex quorum dicendi forma istiusmodi Institutiones adornatæ sunt, imitationem insigniter prodesse, ita non magis habiturus sum pro absoluto Rhetoricæ systemate, quam observationes ex eorum Diariis qui *Salomonis* classem Tarfiacam regebant, aut ex navalibus Græcorum.

rum aut Romanorum Expeditionibus desumptas, pro vera ac perfecta arte Nautica. Quippe si qui sint, qui naturæ aut disciplinæ dotibus instructi, vel æquè felicem, vel feliciorē ac efficaciorē dicendi speciem (utcuque discrepantem) excogitare possunt, non magis tenentur receptis adhærere, quàm Columbo religioni fuit ab antiquorum Nautarum sententiis ac exemplis discedere; quorum præcepta nautica nisi audacter transiisset, quantam & quàm opulentam Orbis partem ista religio indetectam reliquisset? Nec alienum erit, *Theophile*, hîc memorare rem à me observatam; nempe gentem Sinensem, etsi hominum frequentia & morum elegantia (si quæ alia) celeberrimam, & in qua ad summos honores nisi per Philologiam aditus non datur, quique libros habent populari suo idiomate pene de omnibus artibus ac scientiis humanioribus conscriptos, (quàm accuratè, cum eorum nullos unquam legerim, dicere non possum) tamen, (ut nuperus ille in Chinam Peregrinator, qui istius Regni Historiam Italico sermone complexus est, aliique Authores, qui de ipsorum disciplinis aliquid prodidere, testantur) Rhetoricam in artium ac scientiarum numerum non recepisse; sentientes (quemadmodum coniecere licet) quod si hominum sermonibus certæ leges præscriberentur, id non tam iis profuturum ad eloquentiam, quos natura minùs apto ingenio confinxit, quàm aliis obfuturum ne animorum suorum sensus ita commodè exprimant, ac sibi relicti facturi essent. Nihilominus non dicam regulas ejusmodi Ciceronianas tardis ingeniis aliquid opis supeditare, ac vegetis & vividis oneri esse & impedimento. Verùm hoc comperio, has leges Oratorias rarò ab iis ut rigidè observandas prædicari, qui libros in publicum edunt ex iisdem examinandos; nec non prudentes, tam Occidentales quàm Orientales, non facilè pati, ut bene à se vel cogitata vel dicta intereant, propterea quod ad ipsos revocari nequeant. Eoque libentiùs hoc adnoto, quoniam video multos adeò servili esse indole, ut vitiose pariter ac rectè dicta à probatis Authoribus sine delectu imitentur, insignium Scriptorum errores in regulas trahant; & quod uni alicui fortasse immerito placuit, id legis universalis loco & ipsi arripiunt, & posteris religiosè observandum transmittunt; apud quos quicumque exemplum recusaverit, protinus contumaciæ reus audit. Cujus rei *Seneca* fidem facit his verbis ---- *Hæc vitia, inquit, unus aliquis inducit, sed quo tunc eloquentia est: Ceteri imitantur, & alter alteri tradunt. Sic Salustio vigente, amputata sententia, & verba ante expectatum cadentia, & obscura veritas, fuere pro cultu.* Epist. 114. Et profectò cuivis manifestum est, celebrium Oratorum nævos pro luminibus Rhetoricis aliquando deprædicari. Sed è via jam plus satis expatiat, digressioni huic finem impono. Unum duntaxat superest, de quo, quia Scripturæ causam contra ipsius Adversarios hîc agendam suscepi, Cardinalem supra memoratum aliosque ipsius similes, quibus S. Eloquiorum oratio ideo præ Ciceroniana vilescit, quoniam hæc eloquentiæ regulas tam accuratè exprimat, admonitos velim; mirandum non esse, *Ciceronis* scripta ipsorum

Legibus Oratoriis congruentia existimari, dum has ex illis efformaverint.

Verùm, *Theophile*, vereor ne te digressio hæc, in quam casu delapsus sum, longius æquo detinuerit; quæ sanè ad præfens negotium non tanti momenti est, quin tibi per me liceat eam ut paradoxam existimare, vel quidvis, potius quàm ratiocinationem cui multùm tribuendum censeam.

Quarta Responsio ad Objectionem Octavam.

Quarto autem loco regeri potest, ex omnibus qui uspiam in toto Orbe habentur libris, paucos admodum, si tamen omnino ullos, reperiri, qui pari mole figuratis locutionibus magis abundant quàm S. Instrumenta. Hoc ut absolum videatur, tamen exemplis plusquam sexcentis evinci potest. Paucos enim habet tropos vel figuras Rhetorica, quorum multiplices instantias Scripturarum oratio non suppeditet. Cui tamen rei immorari non libet, quoniam locorum tropicorum, quos enumerare possem, vel nudam recensioem Dissertationis brevitatis non sustinet, & quia audio eam provinciam à quibusdam peritioribus feliciter susceptam esse. Quare hîc tantùm adjungam, eloquentiam S. Literarum à non paucis, eloquentiæ laude celeberrimis, fuisse magnopere dilaudatam, necnon multos, qui rei oratoriæ sibi non minus videbantur periti, quàm hî quibus Scripturæ stylus non placet, tamen ad Prophetæ *Isaia* eloquentiam pro merito extollendam, suam esse imparem arbitratos; ex eisque nonnullos (in quorum numero tacere non possum præclarum Principem Mirandulanum, à maximo hujus ætatis Rabbino, * suæ Phœnicem existimatum) post laboriosam omnis generis voluminum humanorum lectionem, ex qua ipsorum animis satisfieri non potuit, divinis hîc solis tandem acquievisse. Id quod pro S. Paginâ non parùm facit; siquidem libris id accommodari valeat quod dixit Poeta † eximius de Amasis,

*Tu non præ reliquis illud censeris amare
Quod Primum, verum quod Meriturus amas.*

Et certè cum dicendi Magistri duas Rhetoricæ partes constituunt, quarum altera in cogitatis politè efferendis, altera in rebus consilio sive iastituto, pro varia materiæ, Loquentis, ac Auditorum ratione congruenter accommodandis versatur; hæc posterior in S. Literis modo peculiari & non imitabili elucet; illa (quæ non modò minùs digna, sed etiam mutabilis est, & de cuius ratione vera hæcenus non convenit, ut paulò ante annotatum) carens usurpata est, quatenus Authoris consiliis expedit, & ut inde palam fieret stylum ipsius nunquam non nitidum & elegantem esse, nisi quoties id insti-

tuto.

* *Manasse Ben. Israel.* † *D. VValler.*

tuto suo obesser. Adèd ut ubi istiusmodi ornatus deest, ibi nec desideretur. Quippe sicuti corpora iusto membrorum positu conformata qualiscunq̃ue amictus decentius ornat, quàm splendidissimæ vestes ea quibus vulgaris (nedum gibbo à aut iaformis) species obrigit ; sic in quibusdam scriptis ea est argumenti ac constructionis dignitas, ut simplicissima oratio haudquāquam impediatur, quo minus materiam leviculam, aut malè electam, vel toto Rhetorum myrothecio & suppellectile instructam, antecellant. Atquē verissimum est eloquentiæ nitidioris compluribus locis plurimùm inesse, in quibus tamen, in materiam recondita, nullatenus conspicitur: (quænam immodum Gemmarum in Rosæ speciem dispositarum fulgor impedit, ne addititiam ex Artificis ingenio figuram animadvertamus) quæque exinde summa non videtur, quia à materia superatur. Fuère non ignobiles Scriptores, qui Demosthenem ac Ciceronem in comparisonem cum Isaia Propheta venire provocarunt, in quo non modo excelsum illud dicendi genus, quod Characterem sublimem vocant, sed etiam suavem ac harmonicam verborum dispositionem, (de Fonte loquor) quam Galli *La Cadence des Perodes* scitè appellant, periti observarunt.

Quo circa, Theophile, cum antea dixerim quosdam esse ingenii laude nobiles, qui de S. Scripturis reverenter loquuntur, spero te, si quando in eiusmodi homines incidere, cogitaturum, non deesse istis patronos æquè ac adversarios ingeniosos. Utque me hoc non sine ratione à te expetere arbitris, adverte quæso, mecum, multa esse, quæ illorum, qui S. Scripturam quoad orationis formam reprehendant, auctoritatem labefactare debeant.

Primo enim, quotusquisque eorum fontes adire solet aut potest ? Quanto pauciores omnia illa, quæ in superioribus in S. Literarum defensionem adducta sunt, ritè expendunt, si tamen de istis unquam aliquid intellexerint ? Quinimò quod complures eximii naturæ dotibus instructi S. Eloquia minùs æstimant, id non à magno ipsorum ingenio proficiscitur, sed ab illarum rerum incitiis quæ in eorundem vindicias afferri volcant.

Verùm ut demus hosce homines eiusmodi rerum non ignaros esse, tamen eos vanitate & invidia non prorsus vacare, est quòd jure arbitremur ; cum vix aliud vitium magnis ingenii sit familiarius, quàm exultationis usque & usque gliscientis cupiditas : quæ efficit ut nihil unquam laude dignum haberi velint, quod ipsi commentati non sunt, aut ad quod ipsi nihil contulerunt ; ac si citra illorum injuriam alios colaudare non liceret. Quare quid mirum si suos Zoiotos habeat S. Literarum Volumen excellentissimum, dum interea alios in admirationem sui pellicit ? Et si reperiantur, qui, ingenii gloriolam ex opinionibus absonis & à communi hominum judicio alienis accupantes, & illud quod cæteris hominibus in summa veneratione est despiciendo, sese præ aliis effereantes, Sacram Paginam parvifacere videantur.

Tertiò, ex Scripturæ adversariis complures, graviorum adhuc criminum, quàm Invidiæ aut Vanitatis, quaquam & hæc sint gravissima, reos esse plùs satis manifestum est; utpote qui tam perditis & turpibus moribus sunt, ut quis non immeritò suspicetur, ideo S. Scripturæ Authoritatem ab ipsis convelli ne ad vitam divinis præceptis congruentiùs instituendam saltem pudore adigerentur: Quinimò citra injuriam dici posse, potiùs ex affectuum impotentia quàm ex rationis arbitrio evenire, ut illis cum eo Libro malè conveniat, à quo tot nominibus damnantur. Quæ quicunque illud pro vero habent, quod à B. Servatore aliquando prolatum est, † *Homines potiùs tenebras quàm lucem diligere, quia opera eorum sunt mala; & Qui quis quæ mala sunt agit, odisse lucem, nec venire ad lucem ne arguantur opera ipsius*, eos parùm movebit, quod homines sibi malè conscii Juris Codicem improbent; verùm accusat ones, quibus illi S. Scripturæ authoritatem impetunt, judicabunt esse tanquam apologias ad peccatorum suorum extenuationem confictas, aut eas ab infensis animis adduci existimabunt, turpitudinem suam palam populo & conscientiis suis redargui indignantibus: ac proinde hujusmodi impias voces potiùs significare quid velint de se homines sentire, quàm quid ipsi de Scripturis sentiant, quas dum contemnunt, id non tam affectuum impotentia, quàm acrioris judicii & perspicacioris rationis *ὀμωχῆ* sperant attributum iri.

Digressio longa adversùs profanum Scripturæ contemptum.

Atque hîc quidem in animo habui procedere ad diversi generis argumentum; Verùm (quæ sunt verba Davidis) * *In meditatione mea ignis exardebat*, atque affectus quidam singularis erga Scripturas, unà cum charitate illa quam ex iisdem in earum adversarios ut habeam edoctus sum, non sinunt me vel penitus subtercere, vel languidiùs conqueri, Librum illum eximium apud homines parùm perspicaces jussa sui existimatione excidere, propter eorum contemptum, qui (meritò necne) ingeniosi habentur. Quamobrem præter ea quæ superiùs adduxi ad enervandam illorum authoritatem, qui cum Scripturas susque deque habeant, de cætero tamen ingeniosi, (quique sanè perpauci sunt;) hoc insuper addendum habeo; præter eos quos dixi, multos esse Scripturarum Contemptores, qui censentur tantùm, non sunt ingeniosi. Quorum magna pars illo nomine non veniret, nisi eò arrogantia pervenissent ut Sacra Eloquia palam aspernari, eorumque verbis abuti audeant; necnon fortasse eò impudentia, ut Oraculorum Sacrosanctorum vocabula ad impuras cogitationes efferendas detorqueant. Verùm apud prudentes & sobrios rerum examinatores hæc prævaricatio neque Scripturis quicquam detrahet, neque impio prævaricatori multùm addet. Etenim

† *Io. 3. 19. 20.* * *Pf. 39. 3.*

Etenim hujusmodi abusus cùm in quemvis librum caderè possunt, parùm faciunt ad alicujus dehonestamentum. Neque verò quilibet prudens Virgilii aut Ovidii immortalia poemata minoris faciet, eo quod Scriptores quidam Galli, vocabulorum ac sententiarum speciem ac mentem varie flectendo ex optimis carminibus ludicra & legentibus risum motura (*Burlesques* vocant) operose contexuerunt. Econtrà, voces divulsas & locos intercisos ad sensus ab Authoris animo planè diversos pertrahere, res est adeò levis ac facilis, ut nemini fere hominum in isto negotio defuturum est ingenium, cui modo satis suppetit impudentiæ. Et quidem experientiã manifestum est, si hoc ipsum vitium suspicionem non faceret hisce hominibus deesse illud, quod tam impio furo aucupantur, ingenium; at saltem viros cor-latos ac pios vix istiusmodi sermonem probare posse, qui Phantasiæ, nisi cum Conscientiæ offensione, gratus esse nequit; aut istius hospitis lautitiam suspicere, qui convivas suos excipere nesciat nisi & immundas dapes apponat: quinimo homines sobrii non ideo facilè credent alicum ingeniosum esse quod, quo talis habeatur, æterni supplicii periculum subire non recuset. Verum, (quod horum impietatem graviozem reddit, & excusationem omnem tollit) ex hisce *Inspicientibus* (ita enim Sapiens eos appellat * *apud quos peccatum ludus est*) pauci sunt qui † *dixerunt cum animo suo, non esse Deum*, aut Scripturam non esse Verbum Dei: Siquidem ille S. Litterarum contemptus non ab infidelitate, sed à vanitate mentis proficiscitur. Isti sunt qui affectant singulares esse, cùm aliàs nihil habeant singulare; & illustri famæ appetentiores, at interea nullius eximiæ dotis sibi consci quàm eam promereantur, statuunt apud se (Heroftrati instar, qui Dianæ Templum incendit ut perpetuam nominis famam insigni flagitio compararet) eam sibi existimationem sacrilegio redimere, quam ab inlitis animi dotibus adipisci se posse desperant. Sed neque defunt homines adeò cerebro vacui, ut hosce profanos pro excellentis & rari ingenii viris deprædicent. Et sanè quemadmodum salices quædam, quamdiu sanæ & incorruptæ permaneant, pro arboribus nullius pretii habentur; at ubi computuerint, nocturno fulgore intuentium admirationem sollicitant: pari ratione, isti homines donec ad extremam impietatem non pervenissent, videbantur (nec immeritò) perquam tardi & hebetes; postquam autem ipsorum animos turpissima lues ac corruptela invasit, protinus evadunt, pravitatis beneficio, conspicui. Atque liceat mihi continuare quam incepti comparisonem, & ulterius observare, quod sicut ligna hujusmodi putrida de nocte tantummodo prælucent, sicitidem illi ingeniosi censentur solummodò apud ignorantes. Quippe cordati & boni facilè perspiciunt, qualia ingeniosa judicium sanum, qualia corrupti affectus approberint. Et ex hoc posteriori genere eorum colloquia esse quibuscum hic agimus, nil attinet apud eos dicere, qui modò anima lverte-runt, multos in Religione convellenda satis eloquentes, revera aliàs pro tardissimis.

* *Prov. 14.9.* † *Pf. 14.5.*

diffimis ac ineptissimis merito cenferi ; adeò præterquam in re mala eos defituit omnis elegantia. Cæterùm ex hifce Derisoribus proculdubio non pauci funt , qui ad cenfuram adverfus S. Oraculorum orationem contorquendam non minùs ab arrogantia quàm impietate inſtructi accedunt. Ipſe quidem nuperioribus annis incidi in non paucos hujusmodi κροδοξίας captatores , qui de Rhetoricâ magis pro authoritate diſſerere non erubefcunt quàm vel Cicero vel Ariſtoteles , quique præ iis quæ vel ipſi vel ſui ſimiles commentati funt , non S. tantùm Biblia ſed Authores omni etiam antiquitate venerandos multo cum ſupercilio aſpernantur ; & (ut utar verbis Aſaphi) † *E ſublimi loquuntur ; opponunt os ſuum cœlis , & lingua eorum pervadit terram ;* arroganter & ὑπερηφάνως in Deum pariter ac homines feruntur ; interea linguam niſi vernaculam planè nullam collent , adeoque funt in Rhetorica hoſpites , ut quid inter tropum & figuram diſcriminis ſit neſciant , aut quî Proſopopœa & Metaphora , Climax & Metonymia ab invicem diſcrepent. Neque verò admirationi præterea locus eſſe nequit , quòd eximia hæc Ingenia (ut ſibi videri volunt) S. Scripturam parvi faciant , ſi modò ſpectemus , quæ & qualia ſint , quorum comparatione Sacræ Literæ apud illos evileſcunt. Sunt enim plerumque non alia quam Odæ Bacchanales , laſciva quædam Epigrammata , Amatorculorum lenocinantes Epiſtolæ , aut hujusmodi nugæ , quæ animum potius fæculentum & humi ſerpentem quàm ſublimem & erectum arguunt. Horum aliquis ſcilicet generoſus , per carmina Oenopoliis (ſi liceat dicere) ſacrata , Muſis tanquam ſalfamentis , ad bibendum illecebis , utitur. Alius aliquanto ſolenniùs & ornatiùs , Muſas amorum ſuorum lenas habet ; ingenium malè proſtituit ad rationis cladem prædicandam ; & immemor quàm facilè ex nativæ φιλαυτίας vitio fiat , ut illud laude dignum habeamus quod in laudem noſtram comparatum eſt , mirificè gratuat ſibi à iudice corrupto & impari attributam ingenii gl'ioſiam ; exiſtimatque conſecutum ſe eſſe eloquentiæ ſuæ cùm ſingulare argumentum tum fructum deſideratiſſimum , ſi perſuadere poterit amaſiæ leviculæ formoſam ſe eſſe & adoratam , cui maximam profeſſò dicendi vim eſſe oportet qui contrarium ipſi perſuaſerit. Judæorum quidam quum improbi alicujus defuncti mentionem faciant , ſigma illud è Proverbiorum Libro deſumptum ſolent inurere , * *Improborum nomen putrefcat* : Verùm ſicut impuriſſimi porci mortui condiuntur , de quæ carnibus eorum petafones confiſciuntur , qui deinde apponuntur menſis lauro condecorati ; ita illi etiam , Epicuri de grege , poſt obitum non ſolùm memoriam , fortiuntur conditam (ne dicam poliſtam) per Epitaphia adulatoria , (atque utinam conciones funebres pari crimine notabiles rariùs venirent ;) ſed eorum etiam cantilenæ , Bacchi & Veneris miniſtræ , per ſuperſtites imitatores magnificis Elogiis adeò evehuntur , ut non modò viri , ſed & Poëtæ , boni non poſſint non dolere ſimul & erubefcere , laurum illam , divinæ poëſi debitam coronam ,
(quoties

† Pf. 73. 8. 9. * Prov. 10. 7.

(quoties hæc dignitatis originisque suæ memor veritatem illam, quæ in affectus nostros incurere debet, apud honestoque apparatu vestram pro officio suo facultati imaginatrici propriæ) prosit utam esse, suæque gradaturpiter dejectam, iis nimirum corollam præbentibus qui ad eum, aut his a partem non alio titulo nituntur: quàm rhythmis quibusdam impudicis; in quibus non minùs observantur præcepta Horatii, quàm colitur exemplum Davidis; quibusque Artis juxta ac Religiois regulæ violantur. Jucundum est observatum quàm in plerisque hujusmodi carnibus manifestam sit Themata conceptibus aptari, non Conceptus Themati; quàm frequenter verba non sunt indumenta rerum, sed res verborum sarcimenta; quàm sapissime id quod extrinsecum sanum sensum est, supra omnem intellectum assurgere videri vult; & (quamvis, ut mea fert sententia, illud verè Ingeniosum est, quod faciliùs intelligitur quàm non admiratur) sæpenumero confusæ notiones, abortivi impolitique conceptus, sub verbis exoticis aut ambiguis formalis projecti exponuntur incertæ adoptioni Benevoli Lectoris; quem Author ideo sibi favorabilem fore confidit, quia expertus est illos qui semel (jure an injuria) sublimium ingeniorum classe censentur, psittacorum fortunam sortiri, & eorum qui per insomnia loquuntur, qui non rarò ab aliis intelliguntur, quum ipsi se non intelligant. Atque inter horum metricam & solutam orationem magna cogitatio est. Quanquam enim procul absum, ut negem illos, qui ingenio abundant, ejus partem aliquam licitè exercere posse, nobilem aliquem officiosè compellendo, aut amicam ambiendo: tamen, quod spectat impios hosce homunciones, quibuscum impræsentiarum res est, qui magna ingenia videri potius quàm esse volunt; facile est perspectu quamplurimas horum epistoliarum amatorias & officiosas, (quibus aliis adulantur juxta ac ab illis laudem captant) prologos tantùm esse aut *depprovis* vulgaris illius formulæ, quæ subscribere solemus (*Servus vestri humillimus.*) Quinquam Amor communiter credatur Phantasiam sublimem reddere (Amatoribus columbarum instar altiùs volantibus propter cæcitatem:) & licèt Sapientiores etiam observent, quòd sicut bellum opulentos ad paupertatem inopes ad divitias perducit, ita Amor minora ingenia suscitatur & accendit, dum magna deprimit & dementat; memini tamen fœminam quandam nobilem & ingeniosam dicere solitam, interdictis paucis quibusdam vocibus (quas ipsa vellet) effecturam se bellulas hæc Amatorum epistolas planè insipidas. Ego sane non laudo illius morositatem, istamque provocationem vanitatem æquè ac scientiam sapere existimo; veruntamen quum scopus sit & materia officiosarum ejusmodi Epistolarum latiùs exprimere sensum horum solummodo verborum, (*velim ut existimes me posse bene scribere, urbanum esse, & servum tui humillimum*) amplificatores hi (tam prolixi quàm serviles) jejuna splendidorum verborum multiplicitate nihil aliud agunt, quàm quod propolæ & insitiores, qui Minam unam particulatim numerant. Apud homines solida ratione & literis non imbutos, (hoc est apud majorem Lectorum

partem) Phantasia maximè prævalente, ea scripta præsertim sapiunt in quibus Phantasia sola dominatur. Ideoque quamvis non ausim affirmare, nihil opus esse præclaris animi dotibus, ut eorum officiosæ compellationes sublimes sint & gratae, qui nihil aliud meditantur, in hoc genere scribendi, quàm ut ideo gratissima sint quia sublimes plusquam satis, (assentatione & impietate in his scriptis, sicut maculae in paradisi, pulchritudinis maximam partem constituentibus:) aut ut adulator sui fidem faciat apud credulos quoslibet, qui facilius illi fidem adhibebunt, quàm ipse sibi: proculdubio tamen magnam Scriptori copiam & licentiam præbet non teneri se credere quòd ipse dicat, nec quicquam dicere nisi cui fidem putet vel habitum iri, vel habendam esse. Nullus equidem dubito, quin illi qui stylum exercent in utrovis Thematum genere, (Intelligo tam ista quæ requirunt solummodo novos aut phantasiæ arifuros conceptus, atque elegantem sermonem, quam illa quæ postulant multiplicem doctrinam, & scientiam aptè & concinnè adornatam) experti fuerint Scriptoribus facilius esse delectare, ubi ad altiorum scopum non collimant, neque quicquam morantur, quod conducibilius existimant, ut hunc, humilem licet, configant; quàm placere, ubi illud finis tantùm subordinatus est, cui attingendo quorumlibet mediorem usus, eorum etiam quæ maximè idonea fiunt, non conceditur. Illi certè, quos dixi, facilius inveniunt scribere ad salivam Lectorum, in iis argumentis quibus non tenentur strictim dicere quæ aut rectæ rationi conveniunt aut veritati, quam in iis quibus severè obligantur, nihil aliud scribere quàm quod utile esse existimant, quodque defendi posse confidunt: utpote reputantes secum rationem se reddituros forte apud homines, saltem eorum quæ in publicam lucem dederunt; si non apud Deum insuper illius temporis, quod & ipsi, & Lectores sui eorum causa malè collocarunt. Ego sanè quoties confero decantatissimas horum nugas, qui stylum Scripturarum insuper habent, cum doctissimis Commentariis in earum laudes conscriptis à S. *Augustino*, *B. Hieronymo*, *Tertulliano*, *Laëtantio*, *Chrystostomo*, *Mirandula*, & cæteris, quorum validissimæ rationes Dei hostes proffigant, non ut olim ^a *Samson Philistæos*, maxillâ asini, nec sicut ^b *Shamgar* stimulo bovino, (armis, intelligo, retusis & imbecillibus) sed *Elia* instar, ^c igne cœlitus delapso: quorumque defensionem, quas pro cœlesti *Hierosolyma* scripsi ruit, Apologeticè ad illius mœniorum instar, prout in Sacra Pagina describuntur, ^d illustres sunt & solidæ: quoties inquam confero Censorum nostrorum ineptias cum divinis hisce Oratoribus, videor mihi eandem discrepantiam discernere quæ est inter statuas illas celeberrimas quæ in Capitolio conspiciuntur, & pupas grandiusculas in Excambio passim venales: priores enim illæ, præter molem & magnitudinem, ræteritæ etiam dignitate, perennitateque, præstantiâ operis, nobilitate denique illius quod repræsentant, adèd conspicuæ fiunt, ut à peritissimis Artificibus maximè suspiciantur, ipsiusque temporis diuturnitas earum

^a *Jud. 15. 15.* ^b *Jud. 3. 31.* ^c *2. Reg. 1. 10.* ^d *Apoc. 21. 10. 18. 19.*

earum justam æstimationem non modo non imminuat, sed & ei multùm in dies afferat: posteriores verò ista pueris solummodò gratæ sunt, idque propter ornatum mollem & elegantem brevi perituum habuimusque ad hodiernos mores compositum, qui citò exolescet. Supponamus tandem hunc nostrum, profanè ambitione elatum, eâ fortunâ successuque uti (felicitem etenim appellare non possum) ut adeptus sit, cui nefariè inserviverat, gloriolam, nihil profectò habebit quo se offerat, siquidem seridè medietu: quod quum cæteri Peccatores auro gemmisque, iis nimirum rebus quæ vel voluptatem vel emolumentum attulerunt, seducti fueint, ipse tanquam puerulus crepundiis deliniatur; cogitet porò veram laudem ex iudicio laudantis & laudati meritis ritè æstimari; quòd si aliter se haberet, ipsum Cacodæmonem tam felicem fore quàm miser est; eam denique famam, quæ iustissimis causis oriunda non est, ab ipsa infamia conferri posse. Quid? quod *Momus* sermonibus hominum juxta usurpatur ac *Homerus*, Iustissimus *Aristides* notior non est *Pilato* iniquissimo, & sacra Pagina *Barabba* disertim meminit, cum latronis conversi nomen exciderit. Certe popularis applausus liberalissima merces factam per impietatem jacturam nunquam eatenus refarciet, quin miserrimum Captatorem usque pœnitebit, nomen suum, humanis licet annalibus celebratissimum, è libro vitæ dispungi. Istos autem quod spectat, scis *Theophile* quos volo) qui famam scilicet posthumam ambientes, id agunt per scripta omniæna impietate referta, eaque lucem hanc non visura donec Authores sui aternas tenebras subiverint; non possum non mirari eos, qui aliquid ultra mortem petunt, cetera vitam consistere velle: ii sane insigniter stolidi sunt, qui ut laudes promereantur, quas nunquam audient, tormenta sibimet accersunt, quæ semper sentient. Quamquam enim hæc impietas ipsi impio levis & nullius momenti esse videatur, utpote quam verbis unice constare existimat; atramen in promptu esset eam aliis coloribus depingere, siquidem animus mihi foret hinc loci repetita dare quæ alias scripsi. Interea perpendamus serio, quàm severè examinabuntur, adversus Dei Verbum jactatæ ab improbis contumeliæ, in novissimo illo die, cum (ex verbis *S. Iudæ*) * *Dominus veniet cum sanctis millibus suis: Ut ferat Iudicium adversus omnes; & redarguat quicumque ex ipsis sunt impii; (non modò) de factis omnibus quæ impiè patraverint; (sed &) de omnibus duris quæ loquuti fuerint adversus ipsum Peccatores impii. Offensæ istiusmodi (uti censentur) leviculæ, prosperis quidem in rebus conscientis nostris maculam non magnam inurere videntur, speciem verò terribilem & suam induunt, quum in rebus adversis aut ipsa mortis vicinia Deus (secundùm Prophetam) † *scruietur corda hominum veluti lucernis, & animadvertat in istos homines qui concreti sunt cum facibus suis*, (quæ liquorem, priùs ad spectum defecatissimum, paulùm agitatæ turbidum limosumque reddunt.) Sicuti enim charta succo limonum exarata, igni non admota album (hoc est*

innocentiæ) colorem præ se ferat, postea verò nigricantes lineolæ statim appareant: pari sanè ratione res adversæ eorum criminum conscientiam evocant & eliciant, quæ priùs in conspectum non venirent. Quod si quædam scelera sint, *quorum clamor* (prout Scripturæ nos monent) * *cælum usque pervenit*, hæc profectò impietas illic loci non leviter susurrabit; præsertim quum metuendum sit Irrisores istos adversùs lucem rebelles esse, & in conscientiæ suæ stimulos recalitrare; Hæc, inquam, scelera non leviter solùm mussitant, sed justitiam pervigilem & laceffitam, tanquam classicum canentia exsuscitant; cujus verbera quo diutiùs distinentur, eò lethaliùs affligunt: qui forsitan ratione *pedes* Servatoris nostri Libro Apocalypseas † *Chalcolibano similes* describuntur *veluti in fornace ardentes*; eo nimirum innuitur, illum ad sumendas pœnas tardo licet gradu procedat, tandem verò hostes suos comminuere & consumere. Siquidem nulla injuria contemptu acrius laceffit, nullusque contemptus directò & immediato major, (quo scilicet neque pudorem neque metum esse palàm sit;) illud crimen quàm atrox esse putabimus, quo Deus ipse ludibrio sistitur, idque sine ulla ambage, Scripturas eas scommatibus excipiendo, per quas ille voluntatem suam hominibus solenniter patefieri & consignari voluit? *Plutarchus*, ut ostendat Numen ab Idololatriis magis quàm ab Atheis læsum iri, affirmat se non tam ægrè laturum illum hominem qui *Plutarchum* nunquam omnino fuisse neget; quàm istum qui fuisse quidem eum fateatur, sed ad instar *Saturni illius* Poëtici prolem suam devorare solitum esse assereret, cæterorumque criminum fontem quæ ab Ethnicis Numinibus suis attribuuntur. Ratione non dissimili existimare licet, Deum *Optimum Maximum* minùs urgeri eorum incredulitate qui Scripturas prorsus rejiciunt, quàm horum sacrilegio qui vel agnitas contemnunt; quum posteriores illi ea scripta Deo imputare non dubitant, quibuscum ludere sibi liberum esse contendunt. Hæc autem impietas peccatum est inane adedò & inutile, ut nihil exinde Sæctatori suo lucrifaciat, præter perpetuam apud bonos in terris infamiam & pœnas cum malis apud inferos acerbiores; quod hinc manifestum sit suas erga Religionem inimicitias eò malevolentia pervenisse, ut illi noxam inferre non pigeat, sibi licèt nihil hoc facto emolumenti accrescat. Hi sunt peccati volones, qui non eam vel exculationem, vel fallaciam quæritant, corrumpi conscientiam favore sensuum, sed sponte gratisque Gehennam commerentur. Ingens profectò detrimentum patitur quisquis animæ suæ jactura totius mundi divitias quaquaversum congelas lucratus fuerit; illi tamen, de quibus sermo est, stolidiores longè sunt, qui majus damnum incurrunt minori mercede. Certè peccatum illud, quod diviniæ fiant gloria, & immortalibus, Deoque longè charissimis, hominum animis injurium est, non eâ ratione imminuetur quod verbis tantam consistit; illiusque fautoribus commendatam velim posteriorem partem Epist. *S. Indæ*, quæ, licèt

* Gen. 18. 21. † Apoc. 1. 15.

licet ad illius temporis Gnosticos & Carpocratianos propriissimè referenda sit, eorum meditationem horroremque jure optimo merebitur, qui in hoc seculo iisdem vestigiis insistant; quique quum in eodem crimine verentur eundem exitum perhorrescere deberent. Sed ne bonas horas malè colloquem, tempus non teram diuitiis Irrisoribus nostris oculos aperiendo, quos quidem sua ipsorum admiratione imperturbatos securosque frui scivissem, si non per eum quem habent Scripturarum contemptum præ suis ipsorum ingeniis (ad instar *Ieroboami* * qui magnificum & incomparabile Templi ædificium, ubi Deus tam eximio & singulari modo se patefecit hominibus, deseruit, ut Vitulos coleret à se tactos,) admonitus fuisset, & planè commotus, juxta consilium Sapientis, † *Respondere Stulto secundum stultitiam suam ne sibi met sapiens videatur*. Etenim tota hæc reprehensio in eos solos collimat, quæ Scripturas vel traducunt vel aspernantur, non quæ sive immeritò sibi met arripiunt, sive revera à natura acceperiat eas animi dotes, quas si minùs mihi contigerit habendi felicitas, saltem judicio æstimare possum, dolcoque vehementer eas ab aliis indignè arrogari, ab aliis partim insanè plebeculæ opinioni inserviendæ, partim pravis ipsorum affectibus fovendis nequiter prostitutas esse.

*Appendix ad superiorem Digressionem, qua Ingeniosorum genus
unum ad alterius impietatem compensandam
invitatur.*

Quantò felicitiùs præstantissima naturæ dona, *Bezalielis* & *Aboliabi* exemplo, in extruendo ornandoque Dei Templo collocata forent, asserenda dico, & ornanda veritate Theologica? Quod quidem ædificium peritissimos artifices promeretur, quumque lanam caprarum, & coloratas melium pelles non dedignetur, purpuram insuper, aurum, gemmasque desiderat; splendidissima verò ornamenta quæ vel à doctrina vel à dicendi vi Theologiæ ministrari possunt, eidem impenduntur non minori ipsorum quàm hujus beneficio. Videmus indes quanta omnes cura & solitudine nomen suum præsentis ævi judicio, atque omni deinceps posteritatis memoriæ, sub virtutis specie transmittere contendunt: Testor artes istas & dissimulationem, quibus vitiiis suis sapissime velum obducunt; & Epitaphiorum assentatiunculas, per quæ nequam homines posterorum bonæ existimationi sese commendari volunt. Jam autem ii qui piè juxtà ac concinnè scribunt, hæc geminum adipiscuntur commo lum, nempe existimationem tam bonorum virorum quàm ingeniosorum, & tertium insuper in cælis, quod utrumque horum multis intervallis exsuperat, qui verè (hoc est pro sensu Scripturarum) sapientes sunt

** *Splendebunt quasi splendor expansi; & justificantes multos, ut stella, in sem-*

I 3 *piterna*

* I.Rez.12.28.32. † Prov.26 5. ** Dan.12.3.

pieterna secula. Frequentissima est piissimorum hominum querimonia, quam plurimos esse nunc dierum ingenio & nobilitate præstantes viros, qui divinæ bonitatis *χαλκωτά* superbia aut deliciis corruptunt; eoque imitantur degenerem Judæorum Ecclesiam, de qua olim Deus per Prophetam *Oseam* conquestus est, ^a *ipsam non agnovisse se dedisse illi frumentum, mustumque & oleum; etiam argentum copiosè suppeditasse ipsi, & aurum quo conficiunt Babalem;* paucos verò qui *Davidis* ejusque Purpuratorum exemplum sequuntur, qui postquam aurum argentumque & preciosissima quæque dicendo ornandoque Templo consecrassent, liberalissimam oblationem Deo gratiorem acceptioremque reddiderunt, humillima illa professione, ^b *Ex te sunt omnia, & à manu tua acceptum reddimus tibi.* Noverim licet multos ex nostratibus, naturæ & fortunæ donis præcellentes, qui correptionis Apostolicæ immemores (^c *Quid habes quod non acceteris?*) nubecularum instar, quæ Soli parenti suo tenebras offundunt, ipsius Dei gloriam elevare satagent, qui illos ad hunc rerum apicem evexit; tamen non profus despero Deum Optimum Maximum qui Regum calamis Verbo suo exarando sapissimè usus est, hominemque in omni Ægyptiorum doctrina eruditum primo Amanuensivuti dignatus est: ita eum aliquando Ingeniosos & Nobiles illustri contentione commissurum, quisnam maximè sua erga Scripturas pietate & observantia illatas illis injurias refarciet & expiabit. Certè, *Theophile*, ii homines, qui cuicumque dogmati astruendo quo plus operis impendunt eò id ipsum charius illis est, jam nunc pietatis & religionis partibus addictiores forent, siquidem earum studio à teneris, quod aiunt, unguiculis assuefacti essent; quoniam, prout *Nicolaus Machiavellus* ^d prudenter observat, atque ille ipse parentum & nutricum erga liberos affectus abundè probat, *ita nos omnes à natura comparati sumus ut vehementi studio eos prosequamur à quibus bene meriti fueramus, eque ac illos quibus aliquid acceptum referimus.* Atque ut eos, qui præcellentibus animi dotibus instructi sunt, ad S. Scripturas colendas permovere possim, conabor ostendere eam ipsam nominis immortalitatem, à profanis Scripturibus (ut plurimum) unicè expetitam, pios homines non eo minus adipisci posse, quia ab illis post cætera, quæritur: neque enim hoc genus argumenti famam imminuit, nisi majoris boni comparatione, neque verò id in se minùs laudabile est à quo Deus laudatur. Quis tandem inficias ibit formam & pulchritudinem, etiam in Vestalibus esse conspicuam; vocisve modulationem Psalmum canendo delectare posse, aut gemmas denique sacras solito splendore emicuisse, etiam in thorace Aaronico? Rectè sanè: namque sicut ^e *Pietas ad omnia utilis est, ut quæ habeat promissionem vitæ presentis ac futuræ;* & illud centuplum in hoc seculo † optimè consistit cum æternâ vitâ in seculo venturo: Ita, profectò facile est piorum Scripturum nomina in utroque Libro censeri, & famæ & vitæ immortalis, eosque & in hac vitâ lau-

^a Ose. 8. ^b 1. Chron. 29. 14. ^c 1. Cor. 4. 7. ^d Nic. Mach. l. de prim. c. 19. ^e 1. Tim. 4. 8. † Marc. 10. 30.

rum gestare & in futurâ ** *immarcescibilem gloria coronam*, de qua S. Petrus loquitur. Quanquam enim nunc dierum aded pravi sumus, ut nihil ferè nobis sapiat quod ipsius pravitatis curam & medelam præ se ferat; sperandum tamen est venturi seculi sobrios & prudentiores homines præsentis ævi injuriis reparaturos & singularem gratitudinem eorum memoriæ persoluturos, qui ipsis veritatem honesto, quam poterant, ornatu decoram tradiderunt. Dignissimum sanè observatu est, licet Solomon tot millia Canticorum & Proverbiorum post se reliquerit, & naturas quadrupedum, avium, reptilium, pisciumque, plantarum etiam ^a à *Cedro Libani usque ad hyssopum qua prodiit e pariete*, accuratè descripserit, tres illi tamen, qui ad Ecclesiæ usum magis spectare videbantur, reliquis omnibus superflites esse. Sicuti enim panis ille cœlestis, quem Israëlita in usus domesticos colligebant, ^b ultra diem unum & alterum imputris non permansit; ille verò quera, in perpetuam divinæ bonitatis commemorationem, in Sacratio reposuerunt, per multas seculorum periodos incorruptus duravit: si similiter libri, qui conservandis Privatorem nominibus conscripti sunt, brevissimum atatis spatium sæpissimè fortiuntur; illi autem qui honori divino consecrati sunt, ea sola ratione, perennitate donantur. Atque illa profectò ineptia & impolita veterum Judæorum glossemata, solo argumenti sui merito per continuam annorum seriem huc usque derivata, certos nos reddunt Scripturas non rarò Commentatorum suorum memoriam immortalitatis participes facere. Quinetiam (secundùm verba Davidis, ^c *Omnibus doctoribus meis intelligentior sis, quia (12) testimonia tua meditatio mea sunt*) ubi naturales animi dotes in rebus sacris versantur, benedictionem & incrementum cœlitus accersunt; prout legimus ^d eum qui talentis sibi concreditis Domino suo fideliter operam navaverat, plurium usuram adeptum; eumque ^e qui paucillum vini Servatori nostro comiter excipiendo insumpserat, hydrias suas generosiori mero repletas invenisse. Proculdubio eximia hæc ingenia, ubi exercitationibus Theologicis sese semel addixerint, argumenta, cujusvis ornamenti capacissima, non possunt non insigniter augere & illustrare; quippe qui dicto citius cogitationes suas aptè & concinnè explicare possunt; Illis enim omnia ad bene scribendum requisita à natura adeptis, nihil ultra opus est quo omnes in sui admirationem rapiant, quàm ut ea ad sacram materiam applicare velint. Ita † Hiram scientiam, quam Tyri didicerat, in ædificando Templo feliciter collocavit; & Jephthes † † artes illas bellicas, quæ illum apud exteras gentes nobilitaverant, in causa Dei defendenda, ejusque hostibus profligandis, gnaviter exercuit. Hujusce quidem rei primitiva tempora multas easque nobiles instantias præbent; præcipuè illud ingeniorum omnium penè miraculum S. dico *Augustinum* (virum, me iudice, acerrimo cuiquam Scripturarum hosti opponendum)

cujus

* 1. Pet. 5. 4. a 1. Reg. 4. 32. 33. b Exod. 16. 20. c 33. 34. c Ps. 119. 99. d Mat. 25. 28. * Ioan. 2. usq; ad Ps. 10. † 1. Reg. 7. 13. † c. † † Judic. 1. 3.

cujus incredibilis ingenii specimina, & quum adhuc à fide Christiana alienus esset, & quum jam nomen ei dedisset, virgæ illum * *Aaronica* simillimum esse prædicant: quæ (si, juxta quorundam opinionem, eadem esset qua *Moses* utebatur) & apud exterarum quidem nationum plurima edidit miracula & postquam in Tabernaculo reponeretur, aliarum plantarum conditionibus nequiquam obstricta, una nocte fructus tulit maturos diutinosque. Verùm *Theophile*, ut à proluxiori hac quàm par erat digressionem memet tandem revocem, recordari oportet objectum fuisse, multos etiam Principes atque homines politicos Scripturas contemnere ac fastidire. Et sanè fatendum est plures quàm vellem hujusce ordinis viros reperiri, qui licè, Dum Scripturarum Authorem esse agnoscant, iidem tamen, negotiorum multitudinem prætexentes, partim sordida, partim arrogantiâ fructum ultro sibi negant, quem eas legendo percipere possent. Sed quoniam, *Theophile*, conditionis tuæ dignitas & amplitudo, tum adversùs hanc tentationem teipsum armari postulat, tum aliis, qui in eodem periculo versantur, succurrendi opportunitàem defert, liceat mihi, tua cum venia, quid hisce hominibus regeri possit paucis dicere. Profectò necesse est eos horarum suarum optimam rationem posse reddere, qui illius temporis, quod æternæ felicitati obtinendæ impensum est, jacturam se fecisse autumant. Etenim singularis impudentiæ est istos mercedem locupletissimam à Deo expectare, qui illi exiguam temporis portionem invident, quum totius tantum usufructuarii Domino suo sint indies obnoxii. Verùm, ut ulterius declarare possim quam frustra sit hic prætextus, considerandum est quòd eodem capite in quo Deus ipse Regem describat, populo suo gubernando parem, in mandatis dederit † *illum Legis suæ librum secum habere, & in eo legere debere omnibus diebus vitæ suæ*, quam eo nomine prolongatam fore proximo commate affirmatur. Atque non rarò quidem evenit, quod, veluti *Samuelis* mater, ‡ antea sterilis, postquam primogenitum suum Deo consecrasset, multorum liberorum fecunda parens evasit; ita paucos vitæ dies cultui divino impendisse ætatis nostræ spatium ampliat potius quàm imminuit. Imò Rex Hebræorum (loco Deuteronomii supra citato **) Sacras Literas non solum continuò relegere tenebatur, sed & hac ratione, illius duplum exemplar propria manu exarare, uti (si bene memini) Rabbiorum facilè doctissimus *Moses Maimonides* observavit. Deo quippe solenne est summo honori dignitatique summam pietatis curam demandare, neque verò regalis dextra Sceptro gerendo par esset, nisi priùs Sacris Literis exscribendis consecrata. Dignissima observatu sunt Dei Verba ad *Iehoshuam*, Ducem nimirum eundem & Judicem celeberrimum, qui utrumque tam Bellonæ quàm Astrææ gladium vibraturus, septem populos subacturus erat, alterumque numerosissimum imperio relicturus; †† *Liber iste Legis non discedet ex ore tuo, sed meditaberis de eo in cridini & noctu, ut cum observantia facias omnino prout scriptum est in eo: tunc prosperaberis in viis tuis,*

* Num. 17. 4. 8. † Deut. 17. 18. 19. ‡ 1. Sam. 2. 20. & c. ** †† Iehos. 1. 8.

& secundaberis. *David* certè si quis alius multis magnisque curis distinebatur, utpote qui summam imperii potestatem adeptus est, gessit, amisit, recuperavit, si ius tamen historia successusque abundè testantur, studium Scripturarum arduis regni negotiis administrandis impedimento nunquam fuisse: si quis autem scire cupiat quantum ille temporis Scripturam aut lectio- ni impendere consuevit, ipsum audiat, ne mihi opus sit Librum I salmorum integrum recitare. Ille erat qui & in *Parnasso*, & in *Campo Martis*, laurum decerpfit, duellis præliisque pariter felix: illius res gesta victoriæque tales erant, ut infallibili Narratore proflus opus esset ad fidem illis faciendam, quam fecus earum magnitudo numerusque facie deogaret. Addidit ille regio diademati duplicem corollam, palmæ laurusque, quas gladio, calamoque, Victor idem & Poëta, ab utraque Pallade impetaverat: verumtamen magnus ille dignitatis simul & famę splendor, quæque illa semper comitatur curarum distrahentium multitudo, non obtulerunt quo minùs suo Scripturarum studio ea duo conjungeret, quæ Apostolus præcepto copulavit, ^a *Diligentiam in negotiis & fervorem in spiritu.* Aded ut aptissima similitudine comparari possit ^b aligeris veteris Tabernaculi Cherubinis, quos neque aurata circumcirca laquearia, neque incensi thuris nubila avertere possent quin oculos suos usque defixos intenderent in Arcam Testamenti, quæ Legem continebat, & Propitiatorium quod Christum repræsentabat.

Et profectò non minus verum quam antiquum est dictum illud, Principes, si quos alios, res optimas optimè intelligere debere. Quippe quorum virtutes & vitia in magna fortuna per rem magnitudinem & eminentiam obtinent; necnon subditos aded in utramque partem exempli autoritate flectunt, ut quemadmodum Sacra Historia docet, Judæos, Regibus suis præeuntibus, vel Deum vel Baalem coluisse; sic Profana testatur, Romæ sub *Romulo* gloriam bellicam, sub *Numa* superstitiones valuisse, atque deinceps univèrsam populum ad Principum mores fuisse compositum. Enimvero fere ubique imitatio pro obsequio est; & plerisque subditis nimis persuasum est, ad gratiam valere, ut Principi similes sint. Verùm in omni statu, uti in mystico *Nebuchadnezzaris* simulachro, ^c caput aureum esse oportet; inferiora membra, prout illi propiora fuerint, alia metalla referre. Cujusmodi Monarchias ac Respublicas cum frequentiores conspexero, & Principes, S. Literarum studio addictos, Vaticinii, populo Dei traditi, partem illam implere, quod ^d *Reges erunt nutritii ejus, eorumque Regina nutritices ejus*; tum demum seculum aureum, alibi quàm in Poëtarum somniis, me visurum sperabo. Quippe summum Imperium non quidem pesti simile judico, ad atrociora facinora duntaxat comparatum; sed magni momenti atque efficacis ad probitatem juxta ac nequitiam. *Trajanus* & *Constantinus* non minùs ad suorum temporum felicitatem contulere, quàm *Nero* & *Caligula* ad calamitatem; nec minor est Virtutis in folio vis ac potestas, quàm vitii diademate

K

muniti.

^a *Rom. 12. 11.* ^b *Exod. 25. 18* &c. ^c *Dan. 2. 31.* &c. ^d *1s. 49. 23.*

muniti. Quare quod nunc in humani generis commodum exopto, tum expectabo futuram, cum Principes alii alios non minus virtutibus superare contendent, quàm dignitate subditos antecellunt; cum gladio ad noxas tantum reprimendas utentur; cum non tam potestatis arbitrio interminato, quàm exercitio, Deo similes esse cupient. Verùm ut Principes monitoribus magis idoneis relinquens in viam redeam, & ad eos qui magnis vel horum titulis, vel munerum publicorum administrationibus gaudent, orationem convertam: Nemo est ex hisce Occupatis; qui adedò totus negotiis vacat, quin horas quasdam succisivas sibi seponat, & quotidie corporis refectio- ni ac saepe etiam oblectationi indulgeat; certè autem, nisi corporum quàm animarum majorem curam gereremus, aliquod temporis hisce verò suo alimento, Verbo Divino, pascendis seponeremus. Aliàs aunquam licebit apud Deum cum *Iobo* profiteri, ^a *supra quam penam meam recondidi sermones oris ejus.* Taceo *Danielem*, cujus ingenio par theatrum obtigit, quique alios ministros publicos non minus negotiorum magnitudine & numero, quàm excellenti mentis acie & administrationis felicitate superavit, inter occupationes ^b quæ centum & viginti Principes exercebant, & quarum ponderi vix unus sufficisset *Atlas*, tamen *Jeremia* ^c diligenter evolvens vacare potuisse. Convenientiùs quippe erit adnotare ipsum *Machiavellum*, utut publicis negotiis districtum & rei Politicæ consultissimum, tempus nascisci potuisse quod contexendis Comœdiis (quarum aliquis sermone Italico conscrip- tas vidi) impenderet, quales tamen non laudarem etiam Authorem minùs nobilem habuissent. Quare ne putemus negotiorum aut voluptatum prætextu nos ab eo studio posse jure exulari, cujus gratià, si *abusa* forent, utraque relinquenda essent; siquidem tum illis utilitate tum his jucunditate præpoller. Verùm Scripturarum neglectus revera sapius à superbia proficiscitur, utut obtendantur negotia; viro siquidem nobili & prudenti, Principum Consiliis & Colloquiis apto, rebusque quas vulgus loquatur & stupescat gerendis pari, indignum & indecorum arbitrantur verborum & locutionum vim & significationem sollicitè investigare. Equidem Politices studium pi- or- sus non damno; imo in Republica non minùs quàm alia necessarium judico; habeant per melioret Politici dignam vigiliis & curis suis mercedem; ipse otii beneficia non adedò ignoro, quin illis me devinctum cum aliis sentiam, quo- rum laboribus & industria fit ut mihi iidem tunc frui liceat. Verùm post omnia quæ hic dicta sunt, mandum non aliter intuei cupio, quàm ille de quo meritò dicitur, ^d *qui demittit se ad videndum ea quæ sunt in cælo & in terra*; rerumque pretia Divini Verbi trutinâ examinare. Jam verdò, illius ju- dicio qui omnia propter seipsum condidit, & de quo Propheta ipseus Spi- ritu plenus verè dicit, * *Omnes gentes tanquam gutta è stivula, & tanquam flos pulvisculi in lancibus reputantur*; Imò, *Omnes gentes velut nihil sunt coram eo, minùs nihilo & inanitate reputantur ei.* Maximi inter omnes occupationes

MO-

momenti sunt illæ, quæ circa Dei voluntatem & Gloriam versantur. Ille ad Sapientiæ, Potentiæ & Bonitatis suæ patefactionem, pulcherrimam quam intuemur mundi fabricam creavit; hominem, qui tam admirabile opificium rationis ope consideraret, & ad omniscii & omnipotentis Architecti gloriam referret, perspicaciorem hospitem in eodem constituit. Et sicuti mundum a quorundam attributorum suorum manifestationem condidit, ita ad aliorum illustrationem eundem sustentat & regit. Imperiorum vicissitudines, Principum fortunæ, & Populorum fata sunt tantum illustriora ipsius Providentiæ indicia. Universam tellurem ad justitiam in hostes suos exercendam olim diluvio obruit, eandem igne aliquando consumpturus, ad eandem Justitiam & simul bonitatem erga filios suos patefaciendam; quibus glorificandis olim, promissionum suarum memor, habitaculum longè adhuc gloriosius fabricabit. Angeli, quorum aliquos Regnis & Imperiis præpositos *Danielis*^a Visiones exhibent, quique tantis viribus pollent, ut eorum unus^b copias ingentibus aliquot exercitibus pares una nocte profligare valuerit; hi, inquam, beati Spiritus, quorum natura nostram tantopere antecellit, ut ipse Diabolus, citra virtutis opem, ea quæ nos flagrantissima ambitione experimus, nobiliori indole fretus, contemnat, tamen & in excelsa & beatissima sorte constituti, mysteria in Scripturis resecta ejusmodi esse judicant, ^c in quæ ipsi veluti sese incurvando introspiciant; nec gravantur earum rerum nuntii & præcones fieri, quarum lectionem inepti mortales dignitati suæ non convenire existimant: at (cum ^d omnes sint ministratores spiritus, ministerii causâ, emissi propter eos qui heredes erunt salutis) non dedignantur institutionis nostræ cura tangi, dum nos ipsi eam insuper habere non erubescimus. Imò ipse Messias, qui audit^e *Rex Regum & Dominus Dominorum*, quam omnino legisse non nisi semel memoretur, † Sacram Scripturam legit, eamque explicatione ac commendatione sua dignam censuit. Quid quod is Liber lectu dignus meritisimè existimandus est, quem Deus dignum judicavit, cujus ipse Author esset. Quando *Moses & Elias* cœlo (locali non reali) relicto transformatum Dominum in monte convenerunt, non de regnorum administratione, aut exercituum ad evertenda imperia delictu, aut grandioribus illis nugis quæ à cœlitum non minùs cogitationibus quàm sede disjunctæ sunt; sed de (præcipuo librorum *ἱστοριῶν* argumento) ¶ exitu ipsius, quo futurum erat ut desungeretur Hierosolymæ. Unde *D. Paulum*, ** postquam in tertium usque cœlum raptus & rerum ineffabilem auditioni adhibitus fuisset, non miror tam fidenter profiteri, † † se ducere omnia damnum esse propter eminentiam cognitionis Christi Iesu Domini sui; in quem ¶ ¶ Eides ex auditu est, auditus autem ille per Verbum Dei; quique homines jubet *** *Scripturas scrutari*, utpote quæ de ipso testantur. Verisimile etiam est Christum divinis suis sermonibus Epiphonema illud, *Qui habet*

K 2

aures

^a Dan. 10. 13. ^b 1. Reg. 19. 35. ^c 1. Pet. 1. 12. ^d *ἱστοριῶν* ^e Heb. 1. 14. * Apoc. 17. 14. † Luc. 4. 37. ^f Luc. 9. 31. ** 2. Cor. 12. 2. † † Phil. 3. 8. ¶ ¶ Ro. 10. 17. *** 10. 5. 39.

aures ad audiendum audiat, non alia de causa subdere solitum quàm ut doce-
ret nihil esse quod extremam mentis aciem & vires magis mereatur quàm di-
vina-um Veritatum investigatio. Hæc quæ hæctenus dixi non aliò collimant
quàm ut hujus sententiæ veritas evincatur, nullam occupationem, si Dei de
rebus judicio standum sit, tanti esse debere, ut stultum Scripturarum pæ
illa ignobile habendum sit: siquidem sic dicit Dominus, * *Ne gloriator sa-
piens in sapientia sua, neque gloriator potens in potentia sua, neque gloriator di-
ves in divitiis suis: sed in hoc gloriatur qui gloriatur, se intelligere & cognoscere
me*. Certè enim, si tam eximia res sit Dei notitia, Libri illius perfectio ex
quo illa notitia comparatur, & in quo præcipuè refulget, vel maximis Viris
indigna esse nequit. Quare (ut obiter id adnotem) in hac re vehementer
errant, qui ita existimant, ac interea profanas Historias & libros politicos
sedulo excutiant, in cælo sibi visi, si modò fraudulentas artes vel retexer-
int vel conjecerint, quibus homines astuti simpliciores luificantur. Quin-
imo (& hoc etiam obiter) Scriptura ejusmodi rebus destituta non est quæ
homini Christiano publicis muneribus occupato, etiam quoad res politicas,
ex usu esse possint, & lectionis operam compensent. Quippe, ut taceam
Mosen à Machiavello in Legislatorem præclarissimum numero recensitum,
& laudibus fortasse nimis ornatum; Historia sacra, infallibilis & omniscii
Numinis a spiritibus & instinctu contexta, veras ac genuinas causas prodit,
unde Principes & Republicæ, de quibus tractat, imperii sui originem, con-
stitutionem, felicitatem, variasque vicissitudines traxerint. Atqui aliæ Hi-
storiæ nuncunt non suspectæ esse fidei, eorum judicio qui animadvertunt,
easdem res gestas à variis testibus *αὐτίκως* variè traditis: & consiliorum ar-
cana rectius semper habita, aut dissimulata, aded ut abdita rerum veritate
(quam Politici tam anxie scrutantur) partium studio abundè locus sit. Ve-
rùm, *Theophile*, sentio me in Digressionem nimio prolixiorum dilapsum
esse, quam tamen spero boni consules, tanquam ex amore, fortasse minùs
prudenter ac certè perquam sincero, profectam, dum ejusmodi homini cau-
tum volo, cui Natura, Inventio ac Fortuna tam benignè indulserunt, ut
ipsum eumodi tentationibus obnoxium non possim non existimare, quibus
aut eximiæ animi dotes, aut magna munera, seorsum, & multò magis con-
junctim, homines oblicere consueverunt.

Ad Objectionem Octavam Responsio quinta & ultima.

Potes men i dte, *Theophile*, inter alia quæ repõni posse dixi Obiicientibus,
*Scripturam tam inculta & Rhetoricis floribus destitutam esse, ut nullam apud
Lectores sagaces efficaciam obtinere soleat*; loco quinto & ultimo responsum
fuisse, *Experientiam nequaquam astipulari, quod Scripturæ stylus ejusdem imple-
rosque Lectores efficaciam tollat, nisi in ipsorum animis culpa resideat.*

Quod

Quod ut confirmatius fiat, monendus es, contra illam Objectionis partem, quæ asserit Scripturam apud sagaces Lectores inefficacem esse solere, multa ex antedictis militare. Quippe modò ostensum est, sicut *quosdam* ingenii laude florentes, Scripturam à se lectam quam admirari debuissent, reprehendi se, ita eandem *multorum*, ingenio non minùs nobilium, venerationem meruisse, Adeò ut non videam, quin saltem par esse debeat laudantium ac improbantium autoritas. Præsertim si consideremus, pleròque eorum, qui ingeniosi Scripturarum Contemptores habentur, præter insignem vanitatem & ad tam impium facinus audaciam, vix alias dotes habere quarum ratione Ingeniosi (licèt immeritò) censeantur.

Verùm hîc porrò adjungam, quod, siquidem obiectio de sagacibus Lectoribus loquitur, plerique ex hac classe non ea vivida sunt indole, quæ ingenii laudem conciliare solet, licèt alias dotibus solidioribus & magis expectendis præcellant. Nihilominus vel in hosce posteriores S. Literas multùm posse, credo facilè agnosces, si modò attendas quot Viros eruditione insignes, non Theologos duntaxat sed etiam alios, reperire est, qui doctis Commentariis aliisque Scriptis easdem vel illustrare vel commendare sategerunt; nec non quanto plures gravissimos & prudentissimos, qui etsi nihil in publicam lucem ediderint, Scripturam tamen in animos suos efficaciam Concionibus & colloquiis tum publicis tum privatis, & vitæ ad ipsius præcepta formandæ studio testati sunt. Adde posteriora illa (de vita formandâ) verba, propterea quod Scripturæ vim vix meliùs æstimaveris, quàm si advertas qualibus rebus homines renuntiare compellat. Quippe, ne occupem ea quæ inferiùs dicenda sunt, attendamus modò quantus prudentum numerus, penè in omni seculo, non excepto hoc nostro (utcuque degenerè) exiitit, quos Scriptura unâ cum consideratioribus inde deductis, maximas at inhonestas voluptates abdicare, & vitam gravissimis periculis & incommodis expostam amplecti docuit.

Et profectò vix ullum est hominum genus, in quos Scriptura efficaciam suam quoad vitæ emendationem non exeruit, & reverentiam sui incussit. Si hîc referrem quanto sumpta S. Codicem à piis hominibus emptum fuisse, dum etiam possidentibus periculum interdum capitis immineret Ecclesiastica Historia perhibeat, istiusmodi exempla & his quæ diximus at impulerentur, & nobis admirationem pariter ac pudorem inferrent. Qui Christianam fidem profitentes ad Scripturarum neglectum vel contemptum proclives sunt, vel ingeniosi aut habentur aut haberi vellent, vel in Principum aulis degunt. Priores nempe prolixius de seipais sentiunt quàm ut doceri opus habeant, præsertim ex libro quem eloquentia destitutum arbitrantur: posteriores, aut voluptatibus fracti, nihil probant quod luxui intercedat, nedum quod interdicit; aut negotiis impliciti, vel discendo vacare non possunt, vel superbiùs reuunt. Nihilominus etiam inter eos quorum tempora vel diadema, vel laurus, vel (quam nonnulli utrique præferunt) myrtus ornavit, reperti sunt

qui S. Literas devotissimo studio adamarunt. Quippe ut illorum nomina, quos supra dixi Scripturarum pariter ac Musarum Numen coluisse, præteream, etiam ex eo hominum genere * qui, ut B. Servatoris verbis utar, *vestitu magnifico utuntur, & in deliciis vivunt, & sunt in palatiis Regum*, reperti sunt complures non minùs ob S. Literarum in se efficaciam, quàm ordinis dignitatem celebres. Non memorabo religiosum Reginæ Æthiopicæ Thesaurarium, qui in via publica (cujus tædium ardens animus facilè superavit) lectioni Isaïæ Prophetæ vacavit, & loci sibi non intellecti mentem à peregrino quodam pedite fortè obiato quæsit. Nec plura magnorum Virorum exempla referam, quos in Sacris evolvendis assiduos fuisse Historia Sacra testatur. Ideoque de *Danielo*, Viro maximo & sapientissimo, nihil dicam, quem eximia dotes non solùm gravissimis Orbis Imperii rationibus administrandis implicuerunt, ejusque ruina exemerunt; verùm etiam (rarè inter summos Politicos exemplo) qua apud unum Principem gratia floruerat, eadem apud Successorem valuit; & eum quidem Successorem, qui Decessoris sui cæde fastidium imperatorium assecutus esset. Non libet, inquam, impræsentiarum eorum exempla huc è sacris Monumentis transferre, qui Scripturæ studio operam navarunt, siquidem etiam profanæ & recentiores historiæ testantur, ne quidem in aulis Principum, speciosum splendidarum vanitatum apparatus adeò omnium oculos perstrinxisse, quin reperti fuerint qui S. Literarum præstantiam & animo & vita agnoverunt. Sane Reges multos proferre non licet quoniam exiguus est Principum numerus, præ inferioris fortis hominibus, Nihilominus inter hos, etiam in corruptis temporibus, fuerunt qui Scripturam insigni studio lectitarunt. Talis erat *Edvardus* sextus, Angliæ Rex, qui præcocem & vividam *Ioashi* pietatem, nec itidem ipse ab eadem defectio-nem, imitatus est, & cujus brevis, at cœlestis, vita ostendit, quàm citò etiam inter aulica illectamenta Gratia homines ad Gloriam maturet. Talis quoque erat † Rex ille doctissimus, quem S. Scripturæ studio non leviter incubuisse, palam faciunt complures loci ab eo contra malam quorundam interpretantium fidem vindicati. Imò in obscurioribus illis temporibus, quæ Religionis verè Catholicæ restaurationem antecesserunt, excellentissimus Arragoniæ Rex *Alphonsus*, dignitatis Regiæ & ætatis suæ ornamentum, ut erat variis contemplationibus & bellis occupatus, tamen (uti ipse gloriari solebat) horis succisivis S. Bibliis quadragesies unà cum Commentariis & Glossematis legendis vacare potuit; non adeò totus in Cœli motibus observandis, quin ad Librum, quem eo pertingendi instrumentum Divina bonitas constituit, multoties excutiendum satis otii nancisceretur. Nec tacendus hîc mihi est Pontifex Romanus, qui proximè est mortuus, *Urbanus* Octavus; utut enim, dum Cardinalis esset, non defuerit ei spes Temporalis simul & Ecclesiasticæ Monarchiæ (qua Roma vix paucioribus populis hodie Religionis quam olim armorum prætextu imperitat) aliquando obtinendæ; sed & negotiis non

mino-

* Luc. 7. 25. † *Jacobus I. Rex M. Brit.*

minoribus implicitus quàm quæ plerosque Monarchas exercuerunt, honores item, Regiis vix minores, affecutus esset: tamen in cerebro tot curis referto quot *Machiavellum* torfissent, locus erat Meditationibus in Scripturam concinnandis; cujus portiones aliquot eleganti carmine Paraphrastice ab eo expressas cum voluptate aliquando legi. Quod sanè mihi dissimulare non placuit, quoniam etsi unumquemque cui diversum à me sentit pro inimico haberem, (quod tamen procul habeo) nihilominus existimo Virtutem vix satis ab illo amari posse, qui eandem in hoste non amat; cui consentaneum est quod & *Hannibali* in ipsa Roma positæ sunt Imagines: & quanquam adeò effem vel charitatis expertus vel rerum inexpertus, ut crederem vix aliquid laudabile in eo esse posse, qui errore aliquo tenetur, tamen eadè ratione permotus, qua *Davidus* contra illum, qui unicum pauperis agnum abflulerat, exarsit, quo pauciores virtutes in adversariis meis deprehenderim, eo illibentiùs earum ullas ipsis inviderem. Quid quod etiam è sexu molliore, rebus ut plurimum minùs severis occupato, non desuere supremi census & nobilitatis aliquæ quæ S. Literas impensè excoluerunt. Ne memorem Principem illam è Græcia, cujus divinior Musa Homerum in * Evangelistam transformavit; nec *Paulam* & *Eustochium*, illam Matrem hanc Filiam, fœminarum par nobilissimum, quæ in S. Pagina quantopere se exercuerunt, vix ignorant nisi in *D. Hieronymi* scriptis planè hospites, & quarum precibus nonnullos sanctissimi Patris Commentarios debemus. Imò in nostris temporibus, quæ à primitivis adeò degenerarunt, quali studio & quanto profectu *Elisabetha* Angiæ Regina, Principum decus, & suæ ætatis penè miraculum, Scripturæ incubuit, ipsius vita & Regnum abundè testantur. Necnon, quæ sororem ipsius proximè antecessit, incomparabilis Heroïna *Iana Greya* (cui præter indubitatum regnandi jus nihil deerat quod in optima Principe optimi subditi desiderarent; & in cujus deplorando exitu non modò fœmineus sexus, gratiæque omnes quæ eum nobis commendant, sed etiam ipsius patria, Philosophia, Virtus & Religio jacturam subierunt; incredibili studio S. Literarum flagravit; in quibus intelligendis ultra ætatis ac sexus sui, licèt non itidem virtutis, modum felici sedulitate profecit. Quinetiam repertæ sunt, præter *Eudoxiam*, illustrissimæ fœminæ, etiam inter eas quæ nascendi forte aut fortunâ, seu potius eximæ formæ gratia, aut divini Numinis Providentia in summo dignitatis fastigio collocatæ fuerunt, quas aulicæ vitæ voluptates, splendor, & illecebræ, non distinuerunt, ne contra conditionis suæ contagionè alexipharmacis è Divino Verbo petitis animas suas munirent. Ad id quod partim in Historiis, partim in conversationibus, cum voluptate nonnuquam observavi quasdam, eximia vultus specie multorum venerationem & cultum meritas oculos mirabiles & victrices, ab adulationibus corpoream formam de prædicantibus, ad severiora illa scripta convertisse, quæ solam animi pulchritudinem pro vili non habent. Nec mirum,

LeCtores,

* *Eudoxia Theodosii Imperatoris uxor.*

Lectores, prorsus non infideles, una Bibliorum Lectione ad eadem sapius evolvenda permoveri, non tam ob eorum quæ ibi differuntur excellentiam *ψυχαιωδσαν*, quam quod Deus illud tam severè imoeravit, ut neglectum ejusdem crimine vacare, nisi hujus sibi conscius, nemo existimaverit. Nec tam insolens, quàm laudabile, videri debet mollioris sexus assiduum in Sacris studium, utpote qui fortasse vehementes devotionis impressiones ardentis suscipit quàm virilis. Certè enim si Deum diligeremus, non dico quantum debemus, sed quantum res mundanas viliores amare & possumus & solemus, multo inde carior nobis fieret Scriptura, quòd illius Libri Autor idem sit qui & cultus nostri objectum. Quippe ubi verus ignis amore vel caduci objecti alicujus pectus inflamat, in le amasiæ gratia jam omnia quæcunque ad ipsam ullo modo pertinent pro charissimis æstimat. Jam ædes in quibus illa moratur, jam loci in quibus expatiat, jam tæniolarum quibus ornatur colores, imò res quæque levissimæ benevolentiam ab eo non levem mereri videntur; eo duntaxat nomine, quod amasiæ absentis speciem & ideam animo repræsentent. Quod si aliquid ipsius manu exaratum, beator Amator acceperit, in quo ipsam sibi propitiam senserit, quàm flagranti affectu, quàm avido oculo singulis verbis inhæret, quot sibi novas voluptates ex repetita identidem lectione imaginatur! Hujusmodi Epistola citius inveterascit quàm obsolescit, & donec ipsam osculis contriverit, (cujus deinde reliquias sanctè conservat) insatiè illi affectu scriptum (sæpe numero vel fallax vel inane) quibuslibet vel nobilissimis Poëtarum *Χριστομωϊς* vel munificentissimis Principum syngraphis anteposit. Quinimo (ut nihil dicam de superstitiosa illorum pietate qui reliquias venerantur) si modò Deum quo debemus, & videri cupimus, amore prosequeremur, fieri non posset quin crebrò in ipsius Eloquiis, si non flagrantissimè, versaremur, in quibus (non secus quàm sol Parhelia) imaginem suam ipse depinxit, quæque ipsius immensum ac immeritum erga nos amorem exprimunt & *Dilectis* nostri Ideam, quam à mortalibus de se Numen concipi voluit, simillimam exhibent. Enimvero pia erat antiqui Patris querimonia, quod in lectissimis veterum monumentis nomen Christi non occurreret; si autem Heroinis modò memoratis idem erat animus (quod dubitandum non est) certè Scripturam non vulgari affectu complectebantur, in qua Propheta pariter ac Apostoli, obscuriores simul ac clariore Evangelistæ, Messiam adèò unanimiter & perpetuò deprædicant, ut cum eos lego & inter se expendo, videor mihi aliquando triumphali Servatoris in Hierosoly-ma ingressui interesse, quando * *Turba & que præibat, & qua sequebatur, clamabat, dicens, Hosannah filio David.*

Quare, cum qui Ingenio, Nobilitate, & pulchritudine præcelluerunt, tentationibus, quas istæ dotes suggerunt, impediti non fuerint, quo minùs Scripturam impendio venerantur, charitas dubitari non patitur, quin in plerisque temporibus fuerint pii sanctique homines, qui Deo cum Jeremia

verè

6

* *Matt. 21. 9. Marc. 11. 9.*

verè dicere potuerint, * *Quum adsuerunt Verba tua, admisi illa, fuitque Verbum tuum mihi gaudio & lætitiæ animi mei.* Quod si pauci fuisse videantur, ad quos hæc spectant, id Bonorum & Sapientum paucitati attribuendum est. Atqui alios diversi ordinis, Divinum Verbum summopere reverentes, Ecclesiasticæ Historiæ non tam exiguo numero exhibent, quin eorum hinc aciem sistere liceret, nisi ad voluminis *Thomæ & Sæ* lectionem argumenta exemplis nobiliora suppeterent; necnon minùs esset quod tot Viri sancti ipsius lectioni vacaverint, quàm quod eadem lectione tot Viri (non nomine sed re ipsa) sancti devenirent: id quod incredibile videri non debet, dum sanctissimus Apostolus *Paulus* nobis confirmet † ipsum totum esse divinitus inspiratum, & ad fervorem Dei perfectionem omni ex parte accommodatissimum. Verùm *Theophile*, ut revertamur ad id quod priùs diserebam, de mirifica Scripturæ in Lectores suos efficacia, addendum est, quod tametsi ex Dei bonitate factum sit, ut hi majori numero sint quàm manifesti Scripturarum Hostes & Contemptores nihilominus, si omnes respicias, qui Scripturam agnoscunt, pauciores sunt quàm optandum foret: siquidem Experientia & B. Servatoris Parabola satis docent bonum semen non semper in bonam terram incidere, sed multa post sementem accidere posse quæ proventum frustrentur. Verùm ubi animadvertis (verecor autem ne id nimis frequenter animadvertas) Scripturam effectum debitum, qualis à me eidem attributus est, in Lectores suos, ac præcipuè prophanos, non fortiri; meminisse potes me in quinta Responsione disertè supposuisse, quòd eos qui S. Codicem in manus sumunt, oporteat non esse ad ipsius *ὀψορῆσιν* suscipiendam malè dispositos. Tales autem prophanos esse, opinor, facillè concedes; Nam dum B. Servator proclamet, quod, § *Si quis voluerit ejus, qui misit ipsum, voluntatem exequi, cognoscat de Doctrina utrum ex Deo sit necne;* clarè innuit dispositionem æquè requiri in animæ oculo (ut ita loquar) ac in objecto proposito, quo doctrinæ excellentia & origo percipiatur. D. *Paulus*, de seipso aliisque S. Literarum Scriptoribus ac præconibus differens, affirmat eos ^a *loqui sapientiam inter perfectos* (& quamquam non sapientiam hujus sæculi, tamen) *sapientiam Dei latentem in mysterio, id est, occultam eam, quam præ sævivi Deus ante sæcula ad gloriam nostram.* Atqui, quod Derisores illos attinet, mirum non est si Scripturam sine fructu legant, nec mysticam hanc Sapientiam percipiant, siquidem ipsa Scriptura pronuntiat, ^b *quod Derisori quærenti sapientiam ea non extat;* (quæ verba in fonte aliquam sermonis insolentiam habent, quam non vacat hinc enucleare persequi) quemadmodum Sodomitæ ^c Angelos, ad stuprum & fœdam consuetudinem quæritos, invenire non potuerunt.

Cæterùm præter prophanos illos, alii nimio plures Lectores sunt qui Scripturam transformatricem in corda sua vim (licet non pari protervitate) impediunt, dum contentas in iisdem veritates fide non satis firma amplectuntur, vel studio debito non expendunt. Et quidem ex fidei defectu plura mala pro-

L

hic

^a *Ier. 15. 16.* † *2. Tim. 3. 16.* § *10. 7. 17.* a *1. Cor. 2. 6. 7.* b *Prop. 14. 6.* c *Gen. 19. 5. 11.*

ficisci quàm est vulgò creditum, necnon multos, ex iis quos in Baptismo aqua salutaris lustravit, in hac parte non adedò culpâ vacare ac alii aut ipsimet suspicentur; facile hîc ostendi posset, nisi ea de re alibi differere statuissem. Enimvero si plerorumque hominum mores cum sempiternæ beatitudinis promissis & perpetuorum cruciatuum interminationibus, in S. Codice expositis, conferantur, patebit ingentem esse istiusmodi Christianorum numerum, in quos illud quadret quod Scriptor ad Hebræos de perversa antiquorum Judæorum gente refert, * *Non profuit illis auditus sermo, ut qui sîde contemperatus non fuerit apud illos qui audierant.* Sed & porrò, non rarò contingit, doctrinas in S. Codice propositas efficacix suæ plurimum amittere etiam ubi firmiter creduntur, propterea quòd in animum ritè non imbibuntur. Quantopere ad fructum intersit utrum quis duntaxat veritati alicui fidem adhibeat, an eandem probè expendat, manifestum videtur ex hominum de morte sententiis. Quippe etsi moriendum esse adedò omnibus persuasum sit, ut de eo serio dubitari nequeat, tamen quanta incuria hîc degunt homines, ac si eos nullus vitæ exitus maneret? Atqui, ubi illos Religio, Morbus, Amici moribundi conspectus, aut spectaculum aliquod Tragicum futuri Interitus seriò admonuerit; mirum, quantam in moribus ipsorum mutationem inducat penitior unius hujus obviæ & indubitatæ Veritatis imbibitio, vitæ huic finem impendere, necnon, quantopere seria Mortis meditatio ad homines eidem ritè obeundæ præparandos conferat! siquidem tantum momenti habet ad abnegandam impietatem ac cupiditates mundanas, & vitam instituendam *σωφρόνας καὶ δικαίως καὶ δ'αεθῶς ἐν τῷ νῦν αἰῶνι*, † *temperanter, & justè, & psè in presenti seculo*, consideratio ista quod nobis aliquando hoc relinquendum est; ut Patris illius austeram vivendi formam non admodum demirer, qui refert se internis auribus semper sibi visum audire ferale illud Classicum, *Surgite Mortui, & venite ad Iudicium.*

Quancquam autem hujusmodi malæ animorum *σκληρότης* efficiunt ut multi Lectores Scripturam minùs reveantur, ejusque præscriptis obtemperent; necnon licèt multa in eadem, ob rationes suprâ expositas, cultu omni Rhetorico destituta sint; nihilominus experimur eam apud plerosque præ quovis libro alio, sive Ethico, sive Theologico, in pretio esse, & morigeros sibi homines habere. Quinimo multi, qui in rebus nonnullis, vel affectuura impotentia vel lucri ambitione, transversum aguntur ne ipsi obtemperent, tamen aliàs ad multa facienda vel evitanda ipsius autoritate permoventur, ad quæ alii libri nihil essent profuturi, sicuti *Herodes* ¶ *Baptistæ* prædicatione, non quidem ad *Herodiadem* dimittendam, sed ad multa alia facienda adductus est, & *audiebat eum libenter* ----- Dicturus eram Verbo Dei non ineptè applicari illud posse, quod Theologi de Deo Verbo observarunt; quippe quemadmodum Accidentia illa, quæ palam testabantur humanam naturam & infirmitates à Domino Christo fuisse assumptas, habebant interim adjunctas quasdam circumstantias,

* *Heb. 4. 2.* † *Tit. 2. 12.* ¶ *Mat. 6. 20.*

cumstantias, quæ Divinitatem ipsius manifestò proclamârunt: similiter in locis illis S. Codicis, in quibus Orationis majestas minùs elucet, sunt quedam peculiaria ejusdem indicia & vestigia. Verùm minùs dubitabo dicere, etiam ubi Spiritus Sanctus (qui, ut Pater quidam Græcus crebro loquitur, *ὁ ἅγιος πνεῦμα* *βαπτει ἡμῖν*, ad captum nostrum descendit, & quasi ex æquo nobiscum se demittit) videtur ad consuetum apud homines loquendi modum proximè accedere, & Amanuensibus suis idem imperasse quod olim Isaïæ Propheta^a ut scriberent *בְּחָרֵט אֱנוֹשׁ* *Be-chæret Enoth*, *styro humano*, in illis ipsis locis aliquid inest adeò Augustum & planè Divinum, ut quemadmodum Sol, etiam in Occasum descendens, minores cœli ignes splendore antecellit; ita cœlestis Scripturarum Artifex, etiam ubi ad captum nostrum se plurimùm demittit, retinet aliquid humanis scriptis sublimius & excellentius. ^b *Nota sunt Deo*, inquit Apostolus, *ab omni ævo omnia opera sua*; qui solus est ^c *καὶ ἀρχαῖος*, & cui proprie competit, ^d *formare Spiritum hominis in eo, & † perspicui cogitationes nostras è longinquo*. Quocirca, si Deum ut animarum nostrarum Creatorem, adeoque opificii sui indolem, impulsus, ac genium probè intelligentem, spectemus, non gravabimur credere eum, in Libro hominibus tradito & destinato, efficacissima & accommodatissima media ad eorum animos flectendos adhibuisse. Et profectò nonnulli Scripturæ loci miram & (absit verbo invidia) magicam quandam vim habent; quæ vix meliùs quàm in suis ipsius verbis exprimi potest; *Vivus enim*, inquit sacer Textus, ^e *& efficax est sermo Dei, & penetrantior quovis gladio ancipiti; & pertingit usque ad divisionem animæ simul ac spiritus, compagumque & medullarum, & dijudicat cogitationes & conceptiones cordis*. Quare *Iunium* (uti ipse de se prodidit) lectione primi capituli Evangelii secundùm Johannem ab atheistica pravitate ad fidem conversum fuisse; nec non Rabbinum quendam ex lectione quinquagesimi tertii capituli Vaticinii Isaïæ ex Judæo in Christianum evasisse, (quod ipse fatetur;) & similiter D. Augustinum ab homine in omnem luxum effuso, capituli decimotertii Epistolæ ad Romanos, versiculo decimotertio in virum eximix sanctitatis transmutatum esse; ac denique alium Patrem, qui ex metu fidem abnegaverat, audito fortè versiculo decimo sexto Psalmi quinquagesimi, ingentem lacrymarum vim publicè profudisse; non adeò admiror, quam idem sæpius non contingere. Sane me quod atinet, Scripturæ lectio me vehementius permovit, & ad affectuum quos postulat productionem plùs valuit, quàm quæcunque extant scripta vel in nostra vel aliquot aliis linguis elegantissima & ingeniosissima. Imò eâ occultâ illecebrâ Scripturæ majestas pollet, ut multî (illorum instar qui fœminas primum *ἡδὲ δευραπέλιος*, mox serio deperunt) lectionem ejus, ex curiositate primitus susceptam, deinceps ex conscientia continuarunt. Quin etiam non paucos ex iis, qui fortasse linguæ alicujus novæ, in quam conversum est, discendæ gratiâ Novum Instrumentum in manus sumperant, materiæ excellentia ultra finem primò præstitutum transsulit;

L 2

iisque

^a *Isa. 8.1*, ^b *Act. 15.18*, ^c *Act. 1.24*, ^d *Zach. 12.1*, [†] *Pf. 139.3*, ^{*} *Heb. 4.12*.

iisque idem fere obtigit quod olim *Zacchæo*, ^a qui in Sycamorum, juxta viam per quam transiturus erat Dominus, ascendens, duntaxat ut ipsum videret, Profelytus & fidelis evasit, ipsumque tam in pectus quam ædes suas excepit. Quanquam autem Ecclesiæ Testimonium plerumque primum sit, tamen non semper est præcipuum argumentum, quo ad divinam Scripturæ auctoritatem agnoscendam permovemur; siquidem Opinio, quam Ecclesiæ affirmatio produxerat, mediante ipsius nativa excellentia transit in Fidem. Cui affine est quod nonnullis Veteribus scite observatum invenio, nempe Samaritanos primò ex mulieris testimonio in Christum credentes, deinde ubi ipsius colloquium nacti essent, lætabundos fœminæ dixisse, ^b *Iam non amplius propter tuos sermones credimus; ipsi enim audivimus, & scimus hunc esse verè Servatorem illum mundi, Christum*; quippe similiter multi, quibus Ecclesiæ auctoritas divinam Scripturæ originem persuaserat, postea in eadem studiosius versati idem ex intrinseca ipsius præstantia agnoverunt.-----Porro ubi deest in hoc Sacro Libro orationis ornatus, ibi nec desideratur; at nuda simplicitate pollens, Augustior est ex pigmentorum defectu quàm foret ex copia. Quin si nonnullis locis quadrent illa Divi *Pauli* verba (quibus tamen ministerium suum *Corinthiis* commendatum iri arbitratus est) ^c *Neque orationem suam & predicationem versatam esse in persuasoriis humana sapientiæ verbis, sed ἐν δυνάμει τοῦ πνεύματος καὶ δυνάμει*; meminisse licet rationem hujusce in docendis Corinthiis simplicitatis ab eo additam, ^d *Ne fides eorum consisteret in sapientia hominum, sed in potentia Dei*. Et profectò si S. Codicis efficacia & mirabilis virtus, præ cæteris quibuscunque Libris ritè expendatur, erit cur existimemus sicut Deus in Scriptura (quod de eo Scriptura testatur) nos sapere * *Funiculis humanis trahit* (oratione Rhetoricis flosculis variegata;) ita nec inconscientaneum fuisse, ut ille aliquando ejusmodi oratione uteretur, quæ obedientiam, reverentiam, & assensum, nostris affectibus frustra obluçantibus, confringendo, manifestum Authoris indicium faceret, qui mediis, qualia ab hominibus necessaria judicantur, non astrictus, fines suos quorumlibet æquè ac nullorum ope assequi valet. Quoties autem cogito multorum locorum efficaciam, multiplici experimento comprobata, (in quibus tamen qui elegantes videri volunt nullam inesse elegantiam dicitant) toties pene in mentem subit, in volumine Naturæ Deum lapidi opaco & minimè specioso vim attractricem indidisse, (Adamantibus & Rubinis negatam) cui metallorum durissimum morem gerit. Et quemadmodum Magues non modò ea sibi attrahit, quæ nitidissimæ gemmæ movere non valent, sed etiam potentiùs allicit ferro quàm argento armatus, eodem planè modo Scriptura, præ concinnatissimis quibuscunque Scriptis, potentiùs animos permovet, & sæpenumero majoris efficaciam est, in iis locis qui omni ornatu destituta apparent, quàm in quibus elegantia manifestior elucet.

^a Luc. 19. 1---10, b Io. 4. 39.---42, c I. Cor. 2. 1.---4, d ψ. 5. * Hof. 11. 4.

Conclusio unius Partis Dissertationis de Scripturis, & ad proximam transitio.

Transeundum jam proximè foret, *Theophile*, ad alia quæ de Scriptura differenda restant, nisi tibi, qui in mores & opiniones meas curiosius inspicis, ratio aliqua reddenda esset cur Scripturæ laudes tam operosè executus, ipse interim alios libros religiosos & sæpe lego & sapius de prædico. Equidem fateor Sacras veritates tam eximii pretii & momenti à me judicari, ut easdem varia specie propositas, quo crebriùs & attentius expendantur, videre neutiquam displiceat. Quod si nonnulli res religiosas aded imperitè tractarunt, ut pietatem potiùs suam patefaciant quàm Lectorum suscitent, tamen aded venustè & patheticè scripserunt alii, ut à quovis bono vix sine fructu legi possunt, & pessimum esse oportet quem aliquatenus meliorem non reddant. Nec animus mihi est librorum religiosorum pretium ullatenus convellere, dum Scripturam iis antepono, opus tam incomparabile & eximium, ut liber aliquis inter præclarissimos meritò haberi possit, licèt S. Codicis fascis submittat, cujus *ὁ ἀποχρῆστος* jamjam aliquot nominibus asseruimus; ideoque impræsentiarum hoc unicum tibi in Scripturæ commendationem, etiam quoad ejusmodi res quæ in aliis libris religiosiis occurrunt, observandum proponam. Nimirum si * *Verba Sapientum sunt clavis similia, infixis per dominos collectionum*, ut idem clavus pro adigentis viribus profundius aut leviùs penetret necesse est; Unde doctrinam, quæ in ipsis illis verbis in quibus nobis proponitur, à Deo profecta existimatur, verisimile est majore obsequio & reverentia exceptum iri. Quo spectat illud Apostoli, modum quo Thessalonicenses Evangelium amplexi fuerant, enarrantis, † *Quum*, inquit, *acceperitis à nobis sermonem Dei auditum, non excepistis cum ut sermonem hominum, sed (sicut est vere) ut Dei sermonem.* Quibus mirum non est statim adjungi, *Qui etiam efficaciter operatus est in iis qui crediderunt.* Accedit, quod, tametsi verum sit quosdam Scripturæ locos, vel ratione idiotismi exotici vel obscuritatis, postulare, alios autem, ob significationis amplitudinem, enunciationem *ἐκτετακῶς* & pluribus verbis factam ferre posse: nihilominus similiter verum est ab hominibus sæpe peccari dum Spiritus Sancti mentem sermone commodiori quàm quo ipse usus est explicari posse arbitrantur; si quidem sæpe ea est vocabulorum sacrorum vis & veluti *ὁ ἰσχυρὸς μαθὼς*, ut in majori orationis circuitu sensus languescat, & à paraphrasi, utcunque eleganti, injuriam non leviozem patiantur quàm Aurum ab Argenti, licèt metalli non ignobilis, miscela. Quinetiam, quantumvis nonnullorum locorum eadem ratio sit ac Margaritarum, quæ in pulverem comminutæ, aut cum aliis Cardiacis in Antidotum compositæ, formæ quidem gratiam amittunt, sed feliciore cum successu administrantur; attamen textus alii id commune habent cum Adaman-

L 3 tibus,

‡ *Ecccl. 12. 11.* † *1. Thef. 2. 13.*

tibus, quibus tenuius contractis & splendor & celandi facultas perit, plusque iis amissa integritate & forma decedit quam quælibet additio compensare valeat. Et profectò, me quod attinet, nullus liber religiosus me perpetuò æquè vehementer afficit ac iste *ἁγίου βιβλίου*; necnon, utut aded delicatus sim, ut pleraque ad secundam lectionem mirùs mihi probentur, sacra Eloquia familiaritate non evilescunt, sed magis videntur reverenda: (liber autem qui ipso usu & consuetudine gratior evasit, mihi potissimùm arridet.)

Quum primum Scripturam attentius evolvere inciperem, & more meo (quolibet, de quibus aliquid insignius mihi promisi, legens utor) locos consideratione peculiari dignos ad oram signo apposito indigitare, aliquot tantùm capituli unius versiculos hinc & illinc notula signavi; postquam autem S. Literarum idiotismos, sententiam & utilitatem penitus perceperam, lectione de nuò instituta, aliquando integrum capitulum, plerumque verò plures locos notis insignivi quàm intactos transmisi. Quinetiam cum principio de lectissimis S. Codicis partibus non aliter quàm de aliqua Indiarum Provincia sentirem, in qua licèt fodinarum & gemmarum major copia sit quàm in cæteris regionibus, tamen illæ parcè & in dissitis locis reperiuntur; post debitam moram repetitæ lectiones ipsum mihi exhibuerunt, si non Diademati Regio, ex Auro & Gemmis composito, tamen (quod gloriosius est) Aaronis thoraci perfimilem, & veluti quod lam Cimelium *ὀρθοέτης*, peculiari Numinis jussu fabricatum, & cui, præter complures gemmas ex auro nitentes & mystico ordine constitutas, infixæ erant *Urim & Thummim*, quibus voluntatem suam Mortalibus patefacere dignatus est Deus; quemque textura & auro Caruleo, Purpura, Coccino & Byssò in tantum adornavit, ut splendidissima materiæ artificium splendorem conciliaret, non eriperet. Post hoc experimentum desit mirum videri quod Yates Enthaus in hominis beati Elogio refert, quod ipseus *Chephetz*,^a *Oblectatio, est in Lege Jehova, & in Lege illius meditabitur interdix & noctu.* Quippe vox ea à nonnullis Interpretibus redditur *studium & voluntas*, à Nostris *Delight*; & sanè Hebræum γ utramque significationem admittit, & videtur emphaticè denotare studium tanta cum Piorum delectatione conjunctum, ut, non secus quàm beatorum Halleluah, sit & Officium & Voluptas, Pietatis & exercitium & præmium. Certè autem si benedictione divinâ, p̄i Christiani Libro illi incumbentis operam fortunante, ipseus oculi, juxta votum Psalmographi,^b *regeantur, ut inveniatur* *מִן הַשָּׁמַיִם* *mirabilia in eo comprehensa*, ejusdem exemplo, de Deo in eodem Psalmo dicentis,^c *Gaudeo de sermone tuo, ut qui invenit prædam amplam*, is non minorem exinde voluptatem percipere debet, quàm solent Navigatores ex relictis regionibus antea incognitis. Quinetiam fatendum est me, dum, cum Apostolis, Christum in monte cum Elia colloquentem, hoc est, Legem & Prophetas in Evangelio consentientes contemplor, temperare mihi non posse, quin (similiter, ex eadem causa, animo vehementer motus) cum *Petro* exclamem,

Bonum

^a *Bonum est me esse hic.* Nec jam videtur Psalmista hyperbolicè locutus, dum eximiam Verbi Divini suavitatem melli assimilat; ^b Cui non aliunde n. ag's simile est quàm quod utriusque suavitas meliùs experientia quàm descriptione percipiatur.

Verùm *Theophile*, ea lege ne excursionem hanc, cujus ipse anam suggestisti, intempestivæ pietatis infimules, diutiùs te in eodem argumento non detinebo, sed de aliis, quæ in S. Codice præter stylum consideratu us sum, differere mox pergam. Quanquam enim Liber hic iis quæ à me dicta sunt verissimè respondeat, tamen patebit (uti spero) ex operis progressu, incomparabili Libro minùs quadrare illud Poëtæ Ethnicæ Hemistichium.

Materiam superabat opus-----

quàm sacrum illud Psalmographi, ^c ubi *Filiam Regis* dicit, *totam esse inuis gloriofam*, non minus quàm *amicam esse vestibus auro ocellatis.*

^a *Mat. 17. 4.* ^b *Pf. 119. 103.* ^c *Pf. 45. 13.*

F I N I S.

E. L. S. L. D. M. D. of. S. R. P. M.

